www.e-rara.ch

# Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Basileae, [1536-1538]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 II 1-6

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-62470

Sextus tomus

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

FM. II. 4.

# SEXTVS TOMVS OPE

RVM DIVI HIERONYMI, COMMENTARIOS
in duodecim prophetas, quos minores uocant, iuxta
utranq; translationem continet.




BIBL. PUBL.
BASILEENSIS.

BASILEAE APVD HIERONYMVM FROBENIVM
ET NICOLAVM EPISCOPIVM ANNO
M D XXXVII

# BRVNO AMORBACHIVS

## CANDIDO LECTORI S. D.

COMMENTARIOS diui Hieronymi in duodecim prophetas, quos minores uocant, hic sextus Tomus continet. In quibus Hebraica, sicut & alibi, in suis addita sunt locis, & item Græca. Commentarios autem in Amos prophetam, nescio quis ita confuderat, ut ex unis geminos reddiderit: & tamen essent utriq; temere permixti. Hos iuxta ueterum codicum autoritatem, pristinæ restituimus integritati. Deniq; epitomen in Habacuc adiecimus quam Hieronymi titulo scriptam reperimus, quanquam stilo reclamante. Arbitror ex Hieronymi scriptis ab aliquo studioso collectam. Verum enimuero scis candide lector, quàm sacra res sit prophetia, nec ignoras, sacrum esse interpretem, si quid omnino sacrum habet apud Latinos Christi ecclesia. Nemo enim prophetas intelligere potest, nisi qui spiritu sit prophetico. Proinde si religiose subire soles ædes sacras: caue ne illotis (quod aiunt) pedibus in hæc irruas mysteria, neue quicquam ἀνίπτοις χοροῖ contrectes, ubi sancta sunt omnia. Atq; hic quidem thesaurus per se preciosissimus, aliquanto tibi charior est futurus, si scieris quàm à multis eruditis uiris: è quorũ numero sunt Ioannes Reuchlinus, Conon Norimbergensis, Gregorius Reischius, Conradus Pellicanus, haud æstimandis uigiliis sit desudatum, ut hæc partim ex uetustis exemplaribus, partim ex sagaci coniectura restituerentur, non ignorantibus quo minus supersit bonorum autorum, hoc acrius annitendũ, ut ab interitu uindicentur. Equidem tot totius Græciæ proceres, pro una Helena restituenda dimicarunt, at quot Helenis unus præstat Hieronymus? Cui mirum igitur uideri possit, si tam multis eruditissimorum hominũ suppetijs ad hoc præclarum negocium sumus usi? Neq; uero silentio prætereũdi sunt, qui institutum nostrum, cõmodatis exemplaribus adiuuerunt, ut illis etiam se debere sciant studiosi. Miserunt ad nos itaq; Marpacenses cœnobitæ uolumina aliquot uetustissima, nonnulla Lucellenses, sed & Maioraugiani, & cœnobitæ diui Blasij in sylua Hercinia, & diui Galli: & Albiburgenses, & Murbachij, quæ habebant, benigne communicarunt. Nam sine ueterum auxilio codicum, in restituendis autoribus nihil agitur. Nunquam enim eorum exemplum placuit, qui prout temere quiduis in mentem inciderit, ita scripturã statim aut supplendam, aut eradendam putãt. Exemplariorum autoritate, & in primis iudicio neutiquam præcipiti opus est. Porrò nunc quando superis auxiliantibus, quod laboris erat, exantlatum est atq; confectum, supereſt ut fruamur toto pectore eximij doctoris monumentis. Hæc enim non solum docent, uerumetiam inflammant affectum, ac linguam simul & uitam emendant. Decuerit autem postremo candidum lectorem, ut gratus sit nostris laboribus, & nostram operam boni consulat. Nam ut in ludo sphęræ non satis est commode mittere, nisi commode & accipiatur quod mittitur: ita in officijs respondere debet, qui accipit. Et ut in conuiuio commode agit etiam qui accipitur, Ille dat operam ut præstet lautum conuiuatorem, iste ut comem commodumq; conuiuam: sic is qui beneficium suscipit, erga eum qui offert animatus esse debet. Bene uale. Basileæ Calendis Iunijs. Anno restitutæ salutis. M. D. XVI.

## in Oſee prophetam ad Pammachium procemium.

SI in explanationibus omnium prophetarum ſancti ſpiritus indigemus aduentu ut cuius inſtinctu ſcripti ſunt, illius reuelatione pandantur: Et in Eſaia, ſignatum librum legimus, quem ſcribæ & phariſæi, qui legis literas noſſe ſe iactant, non poſſunt legere, quia ſignatus eſt: nullusq; inueniri potuit, niſi leo de tribu Iuda, quem ſignauit deus pater, qui eius poſſet reſerare myſteria: quanto magis in explanatione Oſee prophetæ orandus eſt dominus, & cum Petro dicendum: Ediſſere nobis parabolam iſtam: Præſertim cum obſcuritatem uoluminis in fine teſtetur ipſe qui ſcripſit. Quis ſapiens & intelliget iſta, intelligens & cognoſcet ea? Quod non pro impoſſibili, ſed pro difficili debemus accipere, iuxta illud euangelij: Quis putas eſt ſeruus fidelis & prudens quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam? Quis enim non ſtatim in fronte libri ſcandalizetur, & dicat: Oſee primus omnium prophetarum meretricem accipere iubetur uxorem, & non contradicit? Non ſaltem nolle ſe ſimulat, ut rem turpem facere uideatur inuitus, ſed exequitur lætus imperiū, quaſi optauerit, quaſi multo tempore eum pudicitiæ uacaſſe pœniteat: cum honeſtiora & abſq; peccato ſanctos uiros renuiſſe domino, legerimus. Moyſes mittitur ad Pharaonem, & dux Iſraelitici populi conſtituitur, & tamen non imbecillitate ſed humilitate reſpondet: Prouide aliū quē mittas. Hieremias puerum eſſe ſe dicit ne peccantem arguat Hieruſalem. Ezechiel de omni genere leguminis ac ſementis unum ſubcinericium panem facere, & coquere illum in humano ſtercore iubetur, & ait: Nequaquam domine, quia nunquam immundum introiuit in os meum. Et Oſee audiens à domino: Accipe uxorem fornicariam, non frontem rugat, nō mœrorem pallore teſtatur, non uerecundiā mutato genarum rubore demonſtrat, ſed pergit ad lupanar, & ſcortum ducit ad lectulum. Et non initiat illam pudicitiæ matronali, ſed ſe luxurioſum ac nepotem probat. Qui enim adhæret meretrici, unum cum ea corpus efficitur. Hæc igitur audiētes quid poſſumus
B reſpondere niſi illud propheticum: Quis ſapiens & intelliget iſta, intelligens & cognoſcet ea? Vnde & nobis dicendum eſt cum Dauid. Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua, ut introducat nos rex in cubiculum ſuum, & uelamen quod ante oculos Moyſi poſitum fuit in lectione ueteris teſtamēti, tollat à nobis. Statim enim ut locutus eſt dominus, Pater in manus tuas cōmendo ſpiritum meum, & hæc dicens expirauit, uelum templi ſciſſum eſt, & omnia Iudæorum ſecreta patuerunt. Et fons qui egrediebatur de domo Dauid, ingreſſus eſt mare ſolitudinis, & uerus Heliſeus aquas ſteriles atq; mortiferas ſapientiæ ſuæ condiuit ſale, & fecit eſſe uitales. Marath aqua legis, quæ interpretatur amaritudo, ligno patibuli dulcorata eſt. Intelligimus enim quis ſit Iudas patriarcha electus in regem, nec miramur cur ad Thamar quaſi ad meretricē uir ſanctus introierit: Quare Samſon qui interpretatur ſol, Dalilam amauerit quæ tranſfertur in pauperem, & propter eam irriſus & mortuus aduerſariorum milia trucidarit: Cur Salmon uirum iuſtum Booz de Raab meretrice generarit: qui Ruth Moabiten pinna pallij ſui operiens, & iacentem ad pedes ad caput euangelij tranſtulit: Quid cauſę ſit ut cum Dauid tot habuerit uxores, nullū alium regni ſui fecerit ſucceſſorem niſi eum qui de Bethſabee procreatus eſt: ut non ſolum meretrices, ſed etiam adulteræ deo placere uideantur. Vnde & in hoc ipſo propheta legimus, quod iunctus primum meretrici, ſecundo adulteræ copuletur, dicente ad eum domino: Adhuc uade dilige mulierem dilectā amico, ſiue diligentem mala & adulteram. Hæc eſt mulier meretrix & adultera, quæ in euangelio pedes domini lachrymis lauit, crine deterſit, & confeſſionis ſuæ honorauit unguento, indignantibusq; diſcipulis, & maxime proditore, quod non fuiſſet uenditum & precium illius in alimenta pauperum diſtributum, dominus reſpondit: Quid moleſti eſtis mulieri? opus bonum operata eſt in me: pauperes enim ſemper habebitis uobiſcum, me autem non ſemper habebitis. Et ne putaremus leue eſſe quod fecerat: & nardum piſticum: id eſt unguentum fideliſſimum, ad aliud quid & non ad eccleſiam eſſe referendum, dat nobis occaſionem intelligentiæ: & magnæ fidei, magna prȩmia repromittit, dicens: Amen dico uobis, ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangeliū in toto mūdo, dicetur quod hæc fecit in memoriam eius. Hæc

A est meretrix de qua loquitur dominus ad Iudæos. Amen dico uobis, meretrices & publicani præ c
cedent uos in regno dei. Vos enim missum ad uos filium patrisfamiliæ & dominum uineæ, qui plantauit eã, suscipere noluistis. Ista meretrix exploratores meos duos fortissimos iuuenes: quorum alterum in circunciſionem misi, alterum ad gentes, humanitate suscepit, abscondit studio, leuauit in tectum, operuit lini stipula. Quæ cæsa persecutionibus, & lota in baptismate, immutat colorem, & de tetro in album uertitur. Nec mirum si in figura domini saluatoris & ecclesię de peccatoribus congregatæ hæc facta memoremus, cum ipse in hoc eodem dicat propheta: Loquar ad prophetas: ego uisiones multiplicaui, & in manibus prophetarũ assimilatus sum: ut quicquid prophetæ iubentur operari, ad meam referatur similitudinem. Cuius uxor Aethiopissa est: contra quam Aaron & Maria carnale sacerdotium Iudæorum, & prophetia literæ seruiens mussitãt & offendunt deum: Quæ dicit in Canticocanticorũ: Fusca sum & formosa filiæ Hierusalem. Alioquin si omnia quæ præcipiuntur ob causas ut in similitudinem fiant uere facta contendimus: ergo & Hieremias accinctus lumbari, ueſtimento muliebri, inter innumerabiles nationes & Assyrios atq; Chaldæos, gentes inimicissimas Iudæorum, iuit ad Euphraten, ut ibi absconderet lumbare suum: & post multa tempora reuersus, inuenit illud cõputruisse quod nulli esset usui. Quomodo exire poterat & ire tam longe obsessa Hierusalem, extructis per circumitum munitionibus, fossa, uallo, atq; castellis. Qui cum semel ad Anatoth uiculum suum in tertio miliario ab urbe situm uoluisset exire in portam, capitur: & reductus ad principes, quasi proditor uerberatus in carcerem mittitur. Si illud in typo, quia fieri non potuit: ergo & hoc in typo, quia si fiat turpissimum est. Sed respondebis, deo iubente nihil turpe est: & nos dicimus, nihil deus præcepit nisi quod honestũ est: nec iubendo turpia, facit honesta quæ turpia sunt. Sed quia scimus nihil deum uelle nisi quod honestum est, hoc præcepit quod honestum est. Hæc in principio prolixius sum locutus, ut difficillimam primum soluerem quæstionem: & abditum in ipso exitu scopulum dei auxilio prætergrediens, ad tuta decurrerẽ. Cæterum non ignoro Pammachi charissime à multis ecclesiasticis prætermissam: & qui exponere sunt conati, apud Græcos reperi Apollinarium Lao
B dicenum: qui cum in adolescentia sua breues & in hunc & in alios prophetas commentariolos re D
liquisset, tangens magis sensus quàm explicans: rogatus est postea ut in Osee plenius scriberet: qui liber uenit in nostras manus: sed & ipse nimia breuitate ad perfectam intelligentiã lectorem ducere non potest. Origenes paruum de hoc propheta scripsit libellum, cui hunc titulum imposuit, πρὸς τὸ, ὡς ὠνομάσθη ἐν τῷ ὡσηὲ ἐφραὶμ, hoc est, quare appellatur in Osee Ephraim, uolens ostendere quæcunq; cõtra eum dicuntur, ad hæreticorum referenda personam. Et aliud uolumen ἀκέφαλον καὶ ἀτέλεσον: quod & capite careat & fine. Pierij quoq; legi tractatum longissimum, quem in exordio huius prophetæ die uigiliarum dominicæ passionis extemporali & diserto sermone profudit. Et Eusebius Cæsarienſis in octauodecimo libro εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως quædam de Osee propheta disputat. Vnde ante annos circiter uigintiduos, cum rogatu sanctæ & uenerabilis socrus, imò matris tuæ Paulæ: illud enim nomen carnis, hoc spiritus est: quæ monasteriorum & scripturarũ semper amore flagrauit, essem Alexandriæ: uidi Didymum, & eum frequenter audiui, uirum sui temporis eruditissimum: rogauiq; eum ut quod Origenes non fecerat ipse compleret, & scriberet in Osee commentarios: qui tres libros me petente dictauit, quinq; quoq; alios in Zachariam. Nam & in ipsum duo tantum Origenes scripsit uoluminа, uix tertiam partem à principio libri usq; ad uisionem quadrigarũ edisserens. Hæc dico ut noueris quos in prophetæ huius campo habuerim præcursores: quos tamen ut simpliciter & nõ superbe (sicut quidam meorum amicorũ semper insibilat) tuæ prudentiæ fatear, non in omnibus sum secutus, ut iudex potius operis eorum quàm interpres existerem, diceremq; quid mihi uideretur in singulis, & quid ab Hebræorum magistris uix uno & altero acceperim: quorum & apud ipsos iam rara auis est, dum omnes delicijs studeant & pecunijs, & magis uentris quàm pectoris curam gerunt: & in hoc se doctos arbitrantur si in tabernis medicorum de cunctorum operibus detrahant. Sed iam tempus est ut prophetæ uerba ponentes, ea quæ scripta sunt disseramus.

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI commentariorum in Oſee prophetam, Liber primus.

VERBVM domini quod factũ &c.] Verbum domini quod in principio erat apud deũ patrẽ, & deus erat uerbũ: factũ eſt ad Oſee filium Beeri, ut prophetã quoq; deum faceret: ſaluatore dicẽte: Si illos dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt, & nõ poteſt ſolui ſcriptura: Quẽ pater ſanctificauit & miſit in mundũ: uos dicitis, blaſphemas: quia dixi, filius dei ſum. Vt quomodo deus deos facit, & ſtat in ſynagoga deorum, in medio aũt deos dijudicat, & cum ipſe ſit uerũ lumẽ quod illuminat omnem hominẽ uenientẽ in hunc mundum: ad apoſtolos loquitur: Vos eſtis lux mundi: Sic & ipſe ſaluator prophetam ſuum faciat ſaluatorem. Oſee enim in lingua noſtra ſaluatorem ſonat: quod nomen habuit etiam Ioſue filius Nun, antequam ei à deo uocabulum mutaretur. Non enim (ut male in Græcis codicibus legit̃ & latinis) B Numer. 14 τῆς φυλῆς ἐφραὶμ αὐσῆ ὑὸς ναυῆ auſe dictus eſt: quod nihil omnino intelligitur: ſed Oſee, id eſt ſaluator: & additũ eſt eius nomini, dominus, ut ſaluator domini diceret. Iſte ergo ſaluator filius eſt Beeri, id eſt putei mei: quos puteos fodit Abraham, Iſaac & Iacob: & Allophyli eos conabãtur ſemper obruere. Inter puteum & lacum, id eſt, ciſternam, hoc inter eſt, quod puteus perpetuas aquas habet, & de uiuo fonte manantes: Ciſterna, quæ refrigerat aquas ſuas externas & aduenticias poſſidet. Vnde per Hieremiam prophetam loquitur deus: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi ciſternas, quæ aquas non ualent continere. De hoc fonte ad deum pſalmiſta proclamat: Apud te fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Vnde quidam putãt Beeri interpretari, lumen meũ: ſed ſuperior uera translatio eſt. b ¶ In diebus Oziæ &c.] Azarias qui uocat̃ & Ozias, de ſtirpe Dauid, regnauit in Hieruſalem ſuper duas tribus quæ appellabãtur Iuda annis quinquagintaduobus: Cui ſucceſſit in regnum filius eius Ioatham: qui & ipſe regnauit annis ſedecim: poſt quem filius eius Achaz regnauit annis ſimiliter ſedecim. Cuius anno undecimo decem tribus quæ appellabantur Iſrael, captæ ſunt à Salmanaſar rege Chaldæorum, & in Medorum montibus collocatæ. Poſt Achaz regnauit filius eius Ezechias annis uiginti & octo. Ex quo perſpicuum eſt prophetante Oſee, Eſaia, & Iohel & Amos & Abdia & Iona & Michea: qui σύγχρονοι, id eſt, cõtemporanei eius fuerunt, regnum decem tribuũ eſſe finitũ: quod à primo rege Hieroboam uſq; ad ultimum Oſee permanſit, annis ducentis quinquaginta: Eo autem tempore quo Ozias regnare cœpit ſuper Iudam, duodecimũ annum ſuper Iſrael regnabat Hieroboã pronepos Iehu, cui dominus repromiſerat uſq; ad quartam generationem ſobolẽ illius regnaturã: eo quod perciſſiſſet duos reges impios, Iuda et Iſrael. Hoc dicimus ut tibi breuiter oſtendamus Oſee prophetam, & ante captiuitatem Iſrael et poſt captiuitatem eius uaticinatum, & tam uicinam q̃ præſentem & præteritã & denũciaſſe uenturã, & luxiſſe ingruentẽ, & in emendationẽ Iudę retexuiſſe pręterita, quod in ipſo propheta iuxta hiſtoriã conabimur approbare. Ozias interpretat̃, fortitudo domini: Ioathã, domini cõſummatio atq; perfectio: Achaz, uirtus, Ezechias, imperiũ domini. Hi regnabãt in populo Iuda, cuius nomen cõfeſſio eſt. Porrò in Iſrael qui ſibi idola fecerat & à dei populo fuerat ſeparatus regnabat Hieroboam: qui interpretatur, χρονισμὸς id eſt, temporalitas ſiue mora: quod mundũ amauerit, & in ipſo morari diu, uitam putauerit ſempiternam, nequaq; futuris ſed præſentibus delectatus. c ¶ Principium loquendi &c.] Quia ut ſupra diximus, & alijs prophetis pręferuntur in titulo: Ozias, Ioatham, Achaz, & Ezechias, quibus regnãtibus prophetauerũt: idcirco nũc dicit quod inter omnes hos primum in Oſee dominus ſit locutus, & poſtea ad cęteros. Aliud eſt autem loqui dominum in Oſee: aliud ad Oſee. In Oſee, non ipſi loquitur Oſee, ſed per Oſee ad alios: ad Oſee uero loquens ad ipſum ſignificatur cõferre ſermonem. Alij autem non primum omnium prophetarum uolũt fuiſſe Oſee, ex eo quod dicitur: Principium loquẽdi domini in Oſee, ſed oſtẽdi quod hæc quæ ſequuntur, primum ad Oſee dominus ſit locutus. d ¶ Et dixit dominus ad Oſee: Vade &c.] Verbum Hebraicum זְנוּנִים non fornicariam & fornicationem ut pleriq; æſtimant: ſed multas fornicationes ſonat. Ex quo oſtenditur mulier iſta quam propheta ſumit in coniugẽ, non ſemel ſed frequentius fornicata: ut quãto illa ſordidior eſt, tãto ſit ppheta patiẽtior qui talem uxorẽ duxerit. Quod & additur. e ¶ Ac filios &c.] ἀπὸ κοινοῦ ſubauditur, Sume tibi uxorẽ fornicationum, & ſume tibi filios fornicationũ. Vtrũq; poteſt intelligi, quod & fornicariæ priores de fornicatiõe ſuſceptos recipiat filios, & ipſe ex meretrice generet filios: qui idcirco fornicatiõis appellandi ſunt filij, quod ſint de meretrice generati. Nec culpãdus propheta interim ut ſequamur hiſtoriã, ſi meretricẽ cõuerterit ad pudi-

C

# OSEAS

VERBVM domini quod factum eſt ad Oſee filium Beeri: in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael.

HEBRAEI, Principium loquendi domini in Oſee. Et dixit dominus ad Oſee: Vade ſume tibi uxorẽ fornicationũ, ac filios fornicationum

SEPTVAGINTA, Principiũ uerbi domini ad Oſee. Et dixit dominus ad Oſee: Vade tolle tibi uxorẽ fornicatiõis & filios fornicationis

ὀζίου ἰωάθαμ ἄχαζ ἐζεκίου ἰσραὴλ ἰωὰς

עֻזִּיָּה יוֹתָם אָחָז יְחִזְקִיָּה יְהוֹרָם יָרָבְעָם D

A citiã,ſed potius laudãdus quòd ex mala bonam fecerit. Nõ em̃ qui bonus permanet ipſe polluitur ſi ſocietur malo:ſed qui malus eſt, in bonũ uertitur, ſi boni exempla ſectetur.Ex quo intelligimus non prophetam perdidiſſe pudicitiam fornicarię copulatum,ſed fornicariã aſſumpſiſſe pudicitiam quam antea non habebat: Præſertim cun beatus Oſee, non ob cauſã luxurię, non libidinis ,non propria fecerit uoluntate: ſed dei paruerit imperio: ut q̃d in iſto carnaliter ſe gimus,in deo factũ ſpiritualiter probaremus: Qui ſuſcepit ſynagogã: hoc eſt populũ ludæorum fornicationi & libidini ſeruientem. Ad quam dominus loquitur per Ezechielem:Et tu meretrix audi uerbum domini: Fractæ enim ſunt in Aegypto mammæ eius, & uolutabatur in ſanguine: & fuerat polluta uſq; ad uerticem, ut nulla pars corporis atq; membrorũ eius turpitudinis maculam nõ haberet. Operuit talem dominus pallio,& ſuis iunxit amplexibus: dedit ei mel & oleum & ſimi-
B lam manducare,& induit eam ueſtibus precioſiſſimis:poſuit in collo ornamenta gemmarum: aures ornauit auro & lapide precioſiſſimo: armillas q̃q; brachijs præbuit ut bonis uteretur operibus.Et nihilominus hæc contempta largitate & bonitate uiri,prioris immemor turpitudinis,amatores Chaldęos & Aſſyrios & Aegyptios qui magnarũ ſunt carnium ſecuta eſt. De ſaluatoris & eccleſiæ typo in prefatiuncula diximus quod ſumpſerit ſibi uxorem fornicariã quæ prius idolis ſeruiebat. Si quis aũt contentioſus & maxime gentilium noluerit figuraliter dictum recipere, & irriſerit prophetam fornicariæ copulatum, opponamus ei illud quod ſolet laudare Grecia, & philoſophorũ ſcholæ concinunt: Qua ratione prædicẽt uirũ eruditiſſimum Xenocratem qui Polemonem luxurioſiſſimũ iuuenẽ & inter pſaltrias atq; tibicinas & impudicas mulieres ebrium & hædera coronatum fecit obedire ſapientiæ, & adoleſcentem turpiſſimum mutauit in ſapientiſſimum philoſophorũ:Cur Socratem ad cœlum leuent,qui Phædonem,ex cuius nomine Platonis liber eſt, de lupanari ob crudelitatẽ & auariciam domini multorũ libidini ſeruientem, in Academiam tranſtulerit.Et quicquid illi de philoſophiæ magiſtris reſponderint, nos ad prophetæ defenſionẽ referimus. Hæc aduerſum ethnicos & eos qui ethnicorum ſunt ſimiles dixerimus. Cæterum noſtris: qui tamen uolunt ſuſcipere ueritatem:illud breuiter oſtẽdamus, ex eo quod dicitur.
a ¶ Quia fornicans fornicabitur &c.] Non tam prophetã iunctum eſſe meretrici quam omne hominum genus à ſocietate domini receſſiſſe. Poteſt quoq; ex eo quod non eſt additum: omnis terra, nũc Iudæa accipi, uel proprie Samaria & Iſrael:id eſt decem tribus,quæ tempore quo hæc dicebant̃ à domino receſſerant. b ¶ Et abijt & accepit Gomer &c.] Prophetæ ſic multa poſt ſecula de aduẽtu chriſti & uocatiõe gentium pollicẽtur, ut præſens tẽpus non negligant: ne conciõnẽ ob aliud con uocatam non docere de his quę inſtãt ſed incertis ac futuris ludere uideant̃. Itaque & hæc Gomer filia Deblaim quæ ab Oſee uxor accipitur, & concipit ex eo & parit ei

C

| | |
|---|---|
| HEB. nicationũ: quia fornicans fornicabitur terra à domino. Et abijt & accepit Gomer filiã Deblaim. & concepit & peperit filiũ. Et dixit dominus ad eum: Voca nomen eius Ieſrael: quoniã adhuc modicum & uiſitabo ſanguinem Iezrael ſuper domum Iehu: & quieſcere faciam regnum domus Iſrael. | SEP. nicationis: quia fornicans fornicabitur terra poſt dominum.Et abijt & accepit Gomer filiam*Debelaim: & concepit & peperit filium. Et dixit dominus ad eum: Voca nomen eius Iezrael: quia adhuc modicũ & ulciſcar ſanguinem Iezrael ſuper domũ Iuda: & quieſcere faciam regnum domus Iſrael. |

Δεβλαεὶμ

filiũ nomine יִזְרְעֶאל qui interpretatur ſemẽ dei: in cuius ſanguinis ultionem,regnũ ſubuertit Iehu:ſi-
D ue ut male error obtinuit Iuda, ſic ad uocationẽ referenda eſt nationum, ut illi tempori cõgruat ſub quo filium generaſſe memoratur.Et ne longo tractatu lectoris auiditatem differam:duæ iſtæ mulieres quarum una uocatur Gomer, & eſt meretrix, paritq; tres liberos: primũ Iezrael, ſecundã puellam,quæ uocatur abſq; miſericordia,& tertiũ maſculum,qui & ipſe appellatur,non populus meus. Et altera mulier quæ conducitur argenteis quindecim, & coro, & dimidio coro hordei, & uocatur adultera:referũtur ad Iſrael & ad Iudam, id eſt, ad decem tribus:quæ erant in Samaria ſub rege Hieroboam,qui fuit de Ephraim, & ad Iudam qui regnabat in Hieruſalẽ de ſtirpe Dauid.Hæ ſunt duæ mulieres quæ in Zacharia upupæ ſiue milui ſiue herodij pennas habere dicũtur,& ire in terrã Sennaar,ubi Babylon cõdita eſt. Has mulieres ſub nomine duarum ſororum oolla ſignificat & ooliba: hæ in duabus uirgis,quas Ezechiel in unã uirgam ſociat demonſtrantur. Et quia cõmentarios, non lata uolumina ſcribimus, ſingulis capitulis explanationes proprias in ſuis locis reſeruãtes:nũc tantũ de preſenti capitulo diſputemus. גֹּמֶר interpretatur πεπλεισμένη, id eſt, conſummata atq; perfecta:alij δώρακας, id eſt, loricas ſignificari putant. Sunt qui menſuram ſiue amaritudinem ſuſpicentur:quod recte dicerent ſi ג literam non haberet. עֲמֹר כַּלִּים πελωτας ſonat:quarum in Palæſtina permagna copia eſt, & quas Eſaias propheta ulceri Ezechiæ regis iubetur apponere. Eſt aũt maſſa pinguium caricarum,quas in morem laterum figurantes,ut diu illæſæ permaneant, calcant atq; compingunt.Igitur & Iſrael conſummata in fornicatione atq; perfecta filia uoluptatis, quę fruẽtibus ſuauis uidetur & dulcis, in typo domini ſaluatoris ab Oſee uxor accipitur, & primus ex ea dei filius generatur,id eſt, Iezrael:eſt autẽ ciuitas metropolis

decem

A decem tribuum, in qua interfectus est Naboth: ob cuius sanguinẽ suscitatur Iehu qui deleuit domum Achab & Iezabel. Verum quia & ipse Iehu ultor sanguinis iusti, ingressus est per uias Hieroboam filij Nabath, qui fornicari fecit Israel, & constituit uitulos aureos in Dan & in Bethel: regnũ quoq; eius dicitur subuertendũ: sub cuius pronepote Hieroboã prophetare cœpit Osee: quo mortuo filius eius Zacharias successit in regnum: quem sexto mense imperij sui occidit Sellum de alia stirpe generatus. Quam ob causam nunc dicitur: Adhuc modicũ & uisitabo sanguinẽ Iezrael, id est, occisionem populi mei super domum Iehu regiã, quæ eo tempore præerat Israel. Nec mirũ si domus Iehu subuertatur, cum etiam regnum domus Israel: hoc est decem tribuum post non multos annos omnino sit delendum. A Zacharia enim filio Hieroboam, cuius atauus fuit Iehu: usq; ad nonum anB num Osee, sub quo decem tribus ductę sunt in captiuitatem: supputantur anni quadraginta & nouem. Occisoq; Zacharia, qui fuit ultimus de stirpe Iehu: statim reges Assyrij ceperũt Ruben & Gad & dimidiam tribum Manasse, quæ erant trans Iordanem: & deinde multas ciuitates Samariæ, & deinde totã Neptalim, ad extremũ omnes reliquas tribus. Pro Iehu in æditione uulgata legitur Iuda: sed hoc mihi uidetur non uitio septuaginta interpretũ, sed scriptorũ inoleuisse imperitia, qui ignorantes Iehu, quod magis tritum erat scripserunt Iuda. Typus autẽ seminis dei, & ultio sanguinis eius refertur ad domini passionem, propter quam & domus Iuda & regnum uniuersi Israel dicitur subuertendũ. *a* ¶ Et in illa die &c.] Quando ultus fuero sanguinẽ Iezrael super domum Iehu, & regnum Israel Assyrio uincente deleuero: tunc in illa die, & in illo tempore conteram omne robur exercitus Israel in ualle Iezrael. Supra diximus Iezraelem quę nunc iuxta Maximianopolim est, fuisse metropolim regni Samariæ: prope quã sunt campi latissimi, & uallis nimię uastitatis: quę plus quàm decem miliũ tenditur passibus. In hac commisso certamine, ab Assyrijs cæsus est Israel: id est decẽ tribus: quæ ob Hieroboã de tribu Ephraim, qui primus schisma fecit in populo, appellatę sunt Ephraim. Interdũ propter Ioseph qui fuit pater Ephraim uocatur Ioseph: nõnunq; Samaria: quæ & ipsa altera urbs fuit Metropolis decẽ tribuũ: quæ postea ab Augusto cæsare appellata est Augusta, id est, σεβαστὴ: in qua ossa Ioannis baptistæ condita sunt. Post diuisionem ergo duarũ & decem tribuum, ob maximã partem multitudinis quæ Hieroboam secuta est; nomen pristinum Israel remansit in decem tribubus. Et propter tribum Iuda quę regnauit in Hierusalem, aliæ duæ tribus appellatæ sunt Iudas, simulq; typi ueritas explicatur. Quomodo enim propter sanguinẽ Naboth qui effusus est in Iezrael deleta ẽ domus Achab, ut Helię uaticinium complerC tur: sic propter sanguinẽ ueri Iezrael, hoc est seminis dei, regnũ destructum est Iudæorũ. In omnibus quidem prophetis: sed præcipue in Osee, decẽ tribus referũtur ad hæreticos, quorũ multitudo maxima est: duæ autem tribus quæ appellantur Iuda, ecclesiæ personam possident, quæ sub stirpe Dauid regnabant. Arcus igitur hæreticorum de quibus scriptũ est: Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum, cõuersi sunt in die belli: cõfringetur in ualle seminis dei, de quo humilia & terrena senserũt. *b* ¶ Et concepit &c.] Postq; D contritus est atq; cõfractus arcus Israel, in ualle Iezrael: & regnum decem tribuum destituum: ita ut ducerentur in captiuitatem: nequaq; iam Iezrael: id est, semẽ dei, nec masculini sexus filius nascitur: sed filia, id est, fœmina fragilis sexus & quæ uictorum pateat cõtumelię: & uocatur, absq; misericordia. Idcirco enim captiua ducta est, quia misericordiam dei non habuit. Et considerandа domini indignatio, quòd nequaq; domui Israel se dicat misereri ultra, sed eos de memoria sua æterna obliuione delere, quia usq; hodie Persarum regibus seruiunt & nunq; est eorũ soluta captiuitas. Domui autem Iuda misericordiam pollicetur, & dicit quòd eos saluet in domino deo suo, uel in seipso qui loquit, uel pater saluet in filio: iuxta illud quod scriptũ est: Pluit dominus à domino. Saluauit eos etiã quando Israel Assyrijs traditus est de manu Sennacherib, nõ in arcu & gladio & bello & in equitũ multitudine: sed in suo robore, quãdo misit angelum, & percussit de exercitu Sennacherib regis Assyriorum una nocte centum octoginta quinq; milia. Iuxta typum dicimus eos qui propter sanguinem seminis dei uocãtur absq; misericordia, & dicere ausi sunt: sanguis eius sup nos et super filios nostros, hucusq; seruire Romanis. Domũ autem Iuda, eos uidelicet ex Iudæis qui dominum sunt cõfessi: non in exercitus fortitudine, sed in euangelij prædicatione saluatos. Quod in Israel & Iuda tam iuxta historiam quàm iuxta typum interpretati sumus, referamus ad hæreticorũ conciliabula, & ad ecclesiã



Et in illa die conteram arcum Israel in ualle Iezrael.

HEBRAEI Et concepit adhuc & peperit filiam & dixit ei: Voca nomen eius absq; misericordia: quia non addam ultra misereri domui Israel: sed obliuione obliuiscar eorum. Et domui Iuda miserebor: & saluabo eos in domino deo suo: & non saluabo eos in gladio, & in arcu & in bello, & in equis, & in equitibus.

SEP. Et concepit adhuc & peperit filiam, & dixit ei: Voca nomẽ eius absq; misericordia: quia nequaquam addam ultra misereri domui Israel: sed adUersans aduersabor eis: filiorũ aũt Iuda miserebor: & saluabo eos in domino deo suo: & nõ saluabo eos in arcu, neq; in gladio, neque in bello, neq; in equis neq; in equitibus.

Et abla multitudo maxima est: duæ autem tribus quæ appellantur Iuda, ecclesiæ personam possident, quæ sub stirpe Dauid regnabant. Arcus igitur hæreticorum de quibus scriptũ est: Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum, cõuersi sunt in die belli: cõfringetur in ualle seminis dei, de quo humilia & terrena senserũt.

A domini ſaluatoris: quod illis abſq; miſericordia de/
relictis, regnum q; perdentibus, eccleſia dei ſui uir/
tute ſuperarit. a ¶ Et ablactauit &c.] Qui uoca
batur ſemen dei, uerſus in fœminã: & propter im
becillitatẽ uirium, offenſamq; dei, ductus in capti/
uitatẽ: quia domini miſericordiã nõ ha
bebat nequaq̃ abla
ctatus dicit̃, ſed ab/
lactata: uiri em̃ ro/
bur amiſerat. Qui
ablactat̃, recedit à
matre, parẽtis lacte
nõ ueſcitur: alimen
tis ſuſtẽtatur exter
nis: Ita et Iſrael pro
iectus à domino &
captiuitatis circun
datus anguſtijs, at/
que in Babylone
cibis ſuſtẽtatus im/
mũdis, uocat̃ non
populus dei, & æ/
terna gentis alienę
feritur ſentẽtia, ut
dicatur non popu/
lus meus, et abijcia
tur in perpetuũ. Quod recte intelligere poſſumus,
& in omni populo Iudæorum qui propter offen/
ſam ſeminis dei captiuitati traditus, regnum perdi
B dit & prouinciam, appellaturq; non populus dei:
Et in perſona hæreticorum. Si quis autem conten
tioſus interpres noluerit recipe iſta quæ diximus:
ſed meretricẽ nomine Gomer filiam Deblaim: pri
mum & tertium maſculos: ſecundam quæ media
eſt, fœminã intellexerit procreaſſe: hoc uolens ſcri
pturam ſonare quod legitur: Reſpondeat quomo
do in Ezechiel illud exponat, ubi iubetur à domi/
no portare iniquitates domus Iſrael, id eſt, decem
tribuũ, & trecentis nonaginta diebus in uno late/
re ſiniſtro dormire perpetuo, licet in Lxx. centum
& nonaginta ſcripti ſunt, & dormire ita, ut nun/
quam euigilet, nec mutet latus, niſi forte ſopore ſa
tiatus paululum aperuerit oculos ad ſumendũ ſor/
didiſſimũ cibum ſubcinericij panis: qui de frumen
to & hordeo & faba & lente & milio coctus ſit in
humano ſtercore. Hoc enim rerum natura non pa
titur, ut quiſquam hominum per trecentos nona/
ginta dies in uno ſemper latere dormiat. Et rurſus
inquit, ſuſcipies iniquitates domus Iuda: et diebus
quadraginta dormies in latere dextro. Hi aũt dies
pro annis ſupputantur, quibus Iſrael & Iudas ob/
ſidione & captiuitate longiſſima detinentur: ita ut
uincti & immobiles, de altero in alterũ latus ſe uer
ſare non poſſint. Si illa & cætera his ſimilia quæ in
ſcripturis ſanctis legimus, facta non poterit appro
bare, ſed aliud quid ſignificare cõtenderit: ergo &
meretrix iſta mulier et illa adultera mulier, quę aut
prophetæ iungebantur, aut ſeruantur à propheta,
non turpem ſtupri coniunctionẽ, ſed ſacramenta
indicant futurorum. b ¶ Et erit numerus &c.]

Et ablactauit eã quę erat abſq; miſericordia: & cõcepit,
& peperit filiũ, & dixit: Voca nomen eius nõ populus
meus: quia uos nõ populus meus, & ego nõ ero ueſter.

HEB. Et erit numerus fi/
liorũ Iſrael quaſi arena ma
ris, quæ ſine mẽſura eſt: &
nõ numerabitur. Et erit in
loco ubi dicetur eis: Non
populus meus uos: dice/
tur eis, filij dei uiuentis. Et
cõgregabuntur filij Iuda,
& filij Iſrael pariter, & po
nent ſibimet caput unũ, &
aſcendent de terra: quia
magnus eſt dies Iezrael.

Cap. II.

Dicite

Legimus abiectionem decem tribuum & non mi/ C
ſerabilem Iſrael, nec ultra populum dei indignatio
ne perpetua condemnatum: Nunc diſcimus quo/
modo filij Iuda & filij Iſrael pariter cõgregentur:
& ponãt ſibi caput unum ſiue principatũ, & aſcen
dant de terra, & in
loco ubi prius dice
batur: nõ populus
meus, appellentur
filij dei uiuentis, &
hoc fieri, quia ma/
gnus ſit dies Iezra
el. Ambigenti & in
uarias ſentẽtias flu
ctuanti, illud occur
rit Pauli apoſtoli
ad Romanos ſcri/
bentis: Quod ſi uo
lens deus oſtende/
re iram & notã fa/
cere potentiã ſuã,
ſuſtinuit in multa
patientia uaſa iræ
apta in interitũ, ut
oſtenderet diuitias
gloriæ ſuæ in uaſa
miſericordiæ quæ
præparauit in gloriam: quos & uocauit nos, non
ſolum ex Iudæis, ſed etiam ex gentibus; ſicut in O
ſee dicit: Vocaui nõ plebem meã, plebem meam:
& non miſericordiam conſecutam, miſericordiam D
conſecutam. Et erit in loco ubi dictum eſt eis: Non
plebs mea uos, ibi uocabuntur filij dei uiui. Eſai/
as autem clamat pro Iſrael: Si fuerit numerus filio
rum Iſrael tanq̃ arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.
Verbum enim conſummans & breuians in æqui
tate: quia uerbum breuiatũ faciet dominus ſuper
terram. Et ſicut prædixit Eſaias: Niſi dominus ſa/
baoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti
eſſemus, et ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. Quid
ergo dicemus: quod gentes quæ non ſectabantur
iuſticiã, apprehenderunt iuſticiã, iuſticiã aũt quæ
ex fide eſt: Iſrael uero ſectãs legẽ iuſticiæ, in legem
iuſticiæ nõ peruenit. Igitur beatus apoſtolus, Oſee
prophetæ aſſumens teſtimoniũ, & exponẽs illud
ſuper uocatione gentiũ, & eorũ fide qui ex Iudęis
credere uoluerunt: omnem nobis difficultatem in
terpretationis abſcidit, aſſerens Chriſti tẽporibus
eſſe completum, ut ſcilicet in Iſrael eligantur duo/
decim tribus: hoc eſt, omnis populus Iudæorũ, &
in Iuda hi qui ex gentibus Ieſum dominum confi/
tentur. Si quis autem alienus à fide Chriſti, & non
recipiens autoritatem noui teſtamenti: ſed de
numero circunciſionis, reſponderit filios Iuda, &
filios Iſrael duas tribus ſonare & decem, de qui/
bus crebro diximus: & in hoc dantes manus, ni/
hil fidei noſtræ nocere monſtrabimus. Sed poſt/
quam fuerit numerus filiorũ Iſrael quaſi arena ma
ris in toto orbe diſperſus: & omnem ſupputatio/
nem uicerit populi multitudo: tunc habebit licen/
tiã Iſrael, qui hodie quoq; captiuus eſt, et qui prius

dicebatur

A dicebatur,absq; misericordia,et nõ populus meus, cũ duabus tribubus,id est Iuda & Beniamin,quarum magna pars in Christũ credidit, inire concordiã:ut corporibus separatos iungat fides: & unũ sibi caput ponant & principem,de quo scripsit Ezechiel: Et princeps unus in medio eorũ,Dauid seruus meus, & resuscitabũtur quasi ab inferis mortui: Iuda scilicet & Israel qui in infidelitate mortui erãt. Et hęc omnia fient: quia magnus est dies seminis dei,qui interpretatur Christus. Ex quo perspicuũ est:ideo ĩ typo Naboth Iezraelitis sãguinem præcessisse,ut ueritas cõpleretur in Christo. In hoc enim et non in illo magnus ẽ dies Iezrael,de quo dicitur: Hęc est dies quam fecit dominus:exultemus & lætemur in ea. Interpretationis tertiæ quam suscepimus,Israel in Hęreticis:Iuda in ecclesiæ hominibus exponendis, hic sensus
B est: Vt postquam dominus in claritate sua uenerit regnaturus: hi qui ante uocabantur non populus eius,uocentur filij dei uiuentis:cum Iudæ,id est,ecclesiæ dei fuerint copulati,& unũ caput Christum habuerint: & ascẽderint de terra, id est de terrenis sensibus & humilitate literę:et susceperint magnũ diem seminis dei. Pro ὐκ ἠλεημένη, id est absq; misericordia: in quibusdã fertur exemplaribus, ὐκ ἠγαπημένη, id est,non dilecta:Sed ueriora sunt exemplaria,quę habẽt absq; misericordia,maxime quia ad distinctionem Israelis cui non miseretur, infert deus:Domui autem Iuda miserebor.

Cap. II.

DIcite fratribus &c.] Quia magnus est dies Iezrael: in quo Iudas & Israel unũ habebũt principem:& nequaquã dicetur Israeli,non populus meus: sed ecõtrario uocabuntur filij dei uiuentis:Idcirco ô homines tribus Iuda nolite desperare decem tribuum salutem: sed eam quotidie & sermone & uoto & literis ad pœnitentiam prouocate: quia frater uester appellatur & soror: frater, ex eo quod dicitur, populus meus: soror, ex eo quod appellatur misericordiam consecuta. Aliter:Qui in Christum creditis & estis tam ex Iudæis quàm ex gentibus, dicite fractis ramis & priori populo, qui proiectus est: populus meus,quia frater tuus est: & misericordiam consecuta, quia soror tua est. Cũ enim intrauerit plenitudo gẽtium, tunc omnis Israel saluus fiet. Hoc idem nobis præcipitur ne hæreticos penitus desperemus,sed prouocemus ad pœnitentiam: & illorum salutem germanitatis optemus affectu. b ¶ Iudicate matrem C uestram, iudicate: quoniã &c.] Hucusq; ad Israel populum,hoc est decem tribus sermo directus est Nunc alterum caput incipit,& præcipitur filijs,id est,populo, ut ineant iudicium aduersum matrem suam, quæ eos genuit: quæ de meretrice uxor effecta, mores pristinos non reliquit, & rursum fornicata est cũ amatorib. suis. Et uide clemẽtiam uiri:Iam repudiata est,iam abiecta est, iam ei locutus est: hæc nõ uxor mea, & ego nõ uir eius: tamen præcipit filijs,ut nequaquam ad uxorem patris quem illa dimisit, sed ad matrẽ suam loquantur quę eos genuit. Loquantur autem ad pœnitentiam prouocantes: ut auferat fornicationes à facie sua,& adulteria sua de medio uberum suorũ. Fornicaria est, quæ cum pluribus copulatur. Adultera,quæ unum uirum deserẽs,alteri iungitur. Quorum utrunq; est synagoga: quæ si permanserit in D fornicatione & adulterio, auferet ab ea deus uestẽ & ornamenta quæ dederat. De quibus scribit Ezechiel:In die quando nata es,non ligauerunt mamillas tuas, & sale non es salita: & transiui per te & inueni te nudam & deturbatam & conspersam in sanguine. Et post paululum: Indui te byssino & subtilibus & ornamenta circumposui tibi, & dedi armillas circa manus tuas, & monile circa collum tuum. Hæc tunc ei dedit maritus largissimus quando inuenit illam in Aegypto idololatriæ libidine constupratã & diuaricantẽ omnibus pedes suos. Et nunc cõminatur si ad uirum suum noluerit reuerti:ita eam futurã absq; deo & uiro, sicut prius in Aegypto fuerat. Ne semper triplici explanatione tendamus uolumina, hoc raro admonuisse sufficiat, quæ dicta sunt conuenire & Iudæis negantibus Christũ & hęreticis fidem domini relinquentibus: quorum fornicatio proprie inter ubera est, & in artificio idolorum & uariorũ dogmatum corde uersatur:qui reuertentur ad diẽ natiuitatis suæ: ut si nõ egerint pœnitentiam,ethnicis comparentur. c ¶ Et ponam eam &c,] Si noluerit ad meliora cõuerti, faciam illi quod feci in solitudine: ut ducti in captiuitatem cadant in terra aliena,patientes sitim omnium bonorũ, & ad patriam suam redire non ualeant. Vel certe audiant in euangelio: Relinquetur uobis domus uestra deserta. Et mittet eis dominus non famem panis, nec sitim aquę: sed famem audiendi uerbum domini. De quo & Esaias loquitur: Erunt sicut paradisus aquam non habens

DIcite fratri uestro,populus meus: & sorori uestræ,misericordiã consecuta. Iudicamini cũ matre uestra,iudicamini:quia hæc non uxor mea,& ego non uir eius: & auferam fornicationem eius à facie mea: & adulteria eius de medio uberũ illius, ut expoliem eam nudam:& restituã eam iuxta diem natiuitatis suæ. Et ponã eam ut desertum & statuã eam sicut terrã sine aqua:et occidam

habens. Hæretici qui abiecti sunt à domino, si non redierint ad pristinam domum, sic omnium rerum patientur penuriam, ut etiam quod falsum habere uidentur, redigatur ad nihilum. *a* ¶ Et filiorum &c.] Hoc plus faciam ei cui dixi: nõ uxor mea, & ego nõ uir tuus, & ponã eam quasi solitudinẽ & faciam uelut terram inuiã. Quando enim de Aegypto eduxi eã interfectis parentibus: filij eorum terram repromissiõis ingressi sunt: Nũc aũt fornicariæ matris liberi peribunt cũ matre meretrice: quoniã filij fornicationis sunt & mali ex malis geniti. Quibus in euangelio dicitur: Generatio uiperarũ, quę in tantam uenit impudentiã: ut audiret per Hieremiã: Facies meretricis facta est tibi, impudorata es tu. An nõ est hoc duræ frontis et meretricię impudentię, ut in suo scelere glorietur, et dicat: sequar amatores meos: uadã ad idola quæ mihi & ad uictum & ad uestitum necessaria præbuerunt. Omnia quæ prophetícus sermo describit, spiritualiter à domino accepere Iudæi. Et quia dei filium negauerũt, eligentes sibi Barrabam latrocinij et seditionis autorem, & crucifigentes filium dei: propterea usq; hodie sequũtur dæmones: & dei beneficia ad illos referũt, qui cultorum suorum animas perdiderunt. Panes & aquas habent & hæretici: quorum panis luctus est: & aquæ eorum cœnosæ, quæ suffocant & interficiũt baptizatos. Habent & lanam de scabidis ouibus, & linũ in nigredine perseuerans: oleumq;, de quo propheta dicit: Oleum peccatoris non impinguet caput meum: Et potum aquarum Aegypti, de quibus clamat Hieremias: Quid tibi & uiæ Aegypti, ut bibas aquã Geon: Et quid tibi & uiæ Assyriorum, ut bibas aquas fluminũ. Breuiter cuncta percurrimus, ut ad reliqua transeamus. *b* ¶ Propter hoc ecce ego &c.] Dixerat meretrix: Vadam post amatores meos, qui omniũ rerum mihi abundantiam præbuerunt. Respondit dominus: Ego sepiam uiam tuam spinis siue sudibus, ne possis ire quo desideras: & interponam maceriam siue murũ: & semitas tuas quas crebro triueras pede, non inuenies, ne apprehendas eos quos tanto studio sequebaris: & rerum necessitate compulsa reuertaris ad uirũ tuum: & dicas illud de euãgelio: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum & dicã illi: Pater, peccaui in cœlũ & coram te: & iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Ex q̃ intelligimus quòd prouidentia dei, sæpe nobis accidant mala, ne habeamus ea quæ cupimus: & uarijs calamitatibus huius seculi, ac miserijs ad dei seruitutem redire cogamur. Amatores autem Hierusalem & gentis Iudææ, secundum historiã illius temporis, Assyrios atque Chaldæos & Aegyptios natiõesq; cæteras intelliga- mus: cum quorum idolis fornicata est à quibus bellorum tẽpore & prementibus malis, frustra sperauit auxilium. Hos amatores iuxta intelligentiã spiritualem, sequuntur hæretici: à quibus sæpe deserti, malorum pondere ad sinum matris ecclesiæ reuertuntur. Per omnia enim flagella atq; tormenta eruditur Israel. *c* ¶ Et hæc nescíuit &c.] Ad superiora respõdit, dixerat enim: Vadam post amatores meos, qui dãt panes mihi, & aquas meas, lanã & linum, & oleum, & potum meum: quæ uniuersa susceperat ut in dei cultum uerteret. Illa uero panem & uinum, qui confirmat: & quod lætificat cor hominis: & oleum quod illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundum: & argentũ de quo sæpe diximus: Eloquia domini eloquia casta: argentũ igne examinatũ, probatum terræ, purgatũ septuplum. Et aurum de quo legimus: Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in uiro re auri: uertit in idola, & fecit Baal, quod interpretatur superior & deuoratio: dum aut maiora se putat habere dogmata quàm ecclesia: aut in ipsa falsę opinationis sciẽtia deuoratur. Quod autem iuxta literam, auro & argento & cunctis opibus abundauerit Hierusalem, & fecerit idola Baal dæmoni Sidoniorum; siue ut quidam rectius arbitrantur, Babylonio

HEB. ficiam eã siti. Et filiorũ illius non miserebor: quoniam filij fornicationũ sunt: quia fornicata est mater eorum: confusa est quæ concepit eos, quia dixit: Vadã post amatores meos qui dãt panes mihi, & aquas meas, lanam meam & linum meum, & oleum meum, & potum meum. Propter hoc ecce ego sepiam uiam tuam spinis: & sepiam eam maceria: & semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos & non apprehendet eos: & quæret eos & non inueniet, & dicet: Vadam & reuertar ad uirum meum priorem: quia bene mihi erat, tunc magis quàm nunc. Et hæc nẽsciuit, quia ego dedi ei frumentum, & uinum, & oleum

SEP. dam illam in siti. Et filiorũ eius nõ miserebor: quoniam filij fornicatiõis sunt: quia fornicata est mater eorũ: cõfusa est quæ peperit eos, dixit em̃: Vadã post amatores meos qui dãt mihi panes meos, & aquam meã, & uestimenta mea, & linteamina mea, & oleũ meũ, & omnia quæ mihi necessaria sunt. Propterea ecce ego sepiã uiã eius in sudibus, & obstruã uias illius: & semitã suam non inueniet. Et persequetur amatores suos, & non apprehendet illos: & quæret eos & non inueniet: & dicet: Vadam & reuertar ad uirum meũ priorem: quia melius mihi erat tunc, quàm nũc est. Et ipsa nescíuit quia ego dedi ei frumẽtum & uinum, & oleum

A

B

C

D

A Babylonio, ex quo & Bel dicit, Ezechiel plenius in suo ponit uolumine: & omnis prophetarũ narrat chorus. a ¶ Idcirco reuertar &c.] Grauior pœna est, quando in tempore messis & uindemiæ speratæ fruges auferuntur & uinum, & quodammodo tentę tollun
tur è manibus: Sin autem in tempore areę & preli & torcularis, quãdo sterilitatem præteritã nouis frugibus terra fœcundat, omnium rerum penuria est: quid de reliquo anni tempore quãdo uetera conseruantur æstimare debemus: Liberatur autẽ lana & linũ siue uestes & linteamina, ne ultra ignominiã operiant meretricis: ut scilicet dei nudeť auxilio: & omniũ ab ea angelorũ tutela discedat. Unde & apostolus liberatã dicit creatu
B ram à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Multi accepere aurũ & argentum sapientiæ & eloquentiæ, de quibus facerẽt can
delabrum septem lucernarum ex auro purissimo: & mensam propositionis auream, & propiciatorium, & Cherubim auri splendore radiantia, & bases columnarum argenteas, & triticum sermonis dei, & uinum gaudium spiritus sancti, uestimenta quoq; & linteamina quibus credentes uestirentur in Christo: quæ uniuersa uerterunt in idololatriæ cultum, uaria errorum dogmata componentes: & decepti alios deceperũt: Quę omnia auferet deus: ut qui ex copia datorem non senserant, sentiant ex penuria. b ¶ Et nunc reuelabo &c. bestiæ agri &c.] Quod sequit: Volatilia cœli & reptilia terræ, obelo prænotandum est: pro saltu quoq; quod Hebraice dicitur יַעַר unde קִרְיַת יְעָרִים interpretatur uilla syluarum, Lxx. transtulerunt testimonium, ר & ר literarum falsi similitudine. Si enim pro ר, ר legatur, testimonium dicitur: ita duntaxat, ut י litera non præcedat. Liberatis ergo uestę & linteamine ne operirent ultra ignominiam fornicariæ: omnis turpitudo Hierusalem, siue stultícia per quam operata est turpitudinem reuelabitur in conspectu amatorũ eius: ut quam uelatam desiderabant, apertam contemnant. Cumq;

HEB. oleum, & argentum multiplicaui ei & aurum, quæ fecerunt Baal. Idcirco reuertar & sumam frumentum meũ in tempore suo, & uinum meũ in tempore suo, & liberabo lanam meã & linum meum quæ operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo stulticiam eius in oculis amatorum eius: & uir non eruet eam de manu mea: & cessare faciam omne gaudiũ eius, solẽnitatẽ eius, neomeniã eius, sabbatum eius, & omnia festa tempora eius: & corrumpam uineã eius, & ficum eius, de quibus dixit: mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amaores mei: & ponam eam in saltum & comedet eam bestia agri. Et uisitábo super eam

SEP. oleum, & argentum multiplicaui ei: hęc autem argẽtea & aurea fecit ipsi Baal. Propterea reuertar & tollã triticum meum in tempore suo: & uinũ meũ in tempore suo: & auferã uestimenta mea, & linteamina mea, ne operiant ignominiã eius. Et nunc reuelabo immũditiã eius in conspectu amatorũ illius: & nullus eruet eã de manu mea: & auertã oẽs lætitias eius, solẽnitates illius, & neomenias & sabbata, et cũctas festiuitates illius: & disperdã uineã eius & ficus illius, quæ dixit: merces meæ istę sunt quas dederũt mihi amatores mei: & ponã eã in testimoniũ, & comedẽt eã bestię agri, ÷ uolatilia cœli & reptilia terrę · · & ulciscar super eam

non possunt. Tradita autẽ Babyloniæ seruituti, nequaquã tres solennitates, paschæ & pentecostes & tabernaculorũ celebrare poterit. Nõ neomeniæ, id est, Kalendarum, non sabbati exercere lętitiam: nec omnes festiuitates quas uno nomine cõprehẽdit. Vinea quoque & ficus in rerum omniũ abundantia corrumpetur, in uinea lætitiam, in ficu suauitatẽ & dulcedinem intellige: quæ auferentur grauissimæ seruitutis malis: & auferẽtur idcirco, quia non à deo sibi D donata quasi coniugi, sed ab amatoribus suis quasi meretrici, p libidinis mercedibus arbitrata est. Tunc nequaquam habebit arbores pomiferas, sed omnia uertẽtur in saltum. Et quia semel metaphoram à siluis cœperat, finit in reliquo: ut hostes à quibus deuoranda sunt omnia, bestias nuncupet. Hæc & iuxta historiã, & iuxta tropologiam, infelix Iudæa perpessa est: cuius omnis turpitudo in oculis gentium reuelata est & nullus eam eruere potuit de manibus dei. Cessauerunt uniuersæ ceremoniæ: in luctum est uersa festiuitas: omnia quæ sibi putabat dari à dæmonibus, nunc ob offensam dei ablata cognoscit. Deuoraue runt eam primum Assyrij atq; Chaldæi, Medi, & Persæ, & Macedones: ad extremũ sæuissima lacerauit bestia Romanorũ imperiũ: Cuius in Daniele nomẽ tacetur, ut maior formido his qui deuorãdi sunt augeat. Quæ de Iudæa diximus, refer ad hæreticos: qui prima fronte doctrinam & scientiam promittentes egressi de ecclesia deseruntur à deo, & omnis eorum ignominia in conspectu amatorum ponitur, quos prius deceperant: & traditi bestijs quas propheta declinat dicens, Ne tradas bestijs animam confitentem tibi, earum morsibus de relinquentur. c ¶ Et uisitabo &c.] Seruat personam meretricis, quæ auro ornatur & gẽmis ut placeat

c

A placeat amatoribus ſuis: quicquid pulchritudinis non habet per naturã,arte conquirit. Has inaures quibus aures eius doctrina dei fuerãt adornatę:et has margaritas q̃ ex collo precioſę pẽdebãt:ita ut ſpõſus ad eã diceret & marítus: Collum tuũ ſicut monilia,miſit ante porcorum pedes: & dedit ſanctum canibus. Et impletũ eſt quod in Prouerbijs legimus:Sicut inauris aurea in naribus ſuis: ita mulieri peſſimæ pulchritudo. Hæc autem uniuerſa faciebat, ut ſequeretur amatores ſuos, & relinqueret uirũ. Tantumq; fuit deſideriũ uoluptatis ac libidinis,ut omnem memoriam amiſerit maritalem, & oblita ſit fuiſſe ſe cõiugem. Quamobrem in ipſis ſolennitatibus quibus incendebat thura dæmonibus, uiſitabitur in plagis, & corripietur in pœnis.Baal,numero ſingulari: Baalim pluraliter,eadem idola nominãtur genere maſculino. Vbicunq; enim in fine Hebraici ſermonis ים ſyllabam legimus, numero plurali eſt genere
B maſculino:ubi autem ות numero plurali genere fœminino.Ergo שְׂרָפִים & כְּרוּבִים plurali intelligimus numero genere maſculino. צְבָאוֹת autem quod interpretatur militiarũ uel exercituum ſiue uirtutum, numero plurali genere fœminino. Itaq; & Baalim maſculino genere, numero ſunt plurali: licet quidam male πε βαὰλ καὶ βαὰλὰμ legant genere fœminino.Quomodo autem decipiant hæretici amatores ſuos, & componantur elocutionibus uenuſtate, ſtructuraq; uerborum, ut mendacia ſimulent ueritatem, & coniugalem pudicitiam derelinquãt,& incendãt Baalim,id eſt,idolis, quæ de ſuo corde finxerunt, quotidie cernimus. Non enim habent curam ruſticæ ſimplicitatis, quæ meretricia ornamẽta non quærit,ſed artificis elegantiſq; mendacij, ut amatoribus ſuis diabolis & dæmonijs placeant. a ¶ Propter hoc ecce ego lactabo eam &c.] Pro eo quod nos diximus, ad aperiendam ſpem:& Lxx.uerterunt,ad aperiendam intelligentiam eius: interpretatus eſt Symmachus εἰς θύραν ἐλπίδος, id eſt, in oſtium ſpei: Theodotion ἀνεῴξασθαι τὴν ὑπομονὴν αὐτῆς: id eſt,aperire patientiam uel expectationem eius.Poſtquam reuelata fuerit ignominia Hieruſalem ſiue Iudææ meretricis in oculis amatorum eius:& ceſſauerit uniuerſa ſolennitas: uineã & ficũ uel ſiccitas uel grando corruperit: & redacta in ſyluas atq; infructuoſas arbores,à beſtijs fuerit deuorata: & reddiderit ei dominus cruciatus atq; tormenta: quia dęmonibus Baalim thura ſuccenderat: & nequaquam ſe ultra de cineribus ac fauillis putauerit poſſe con-

HEB. eam dies Baalim, quibus accendebat incenſum, & ornabatur inaure ſua & monili ſuo: & ibat poſt amatores ſuos:et mei obliuiſcebatur,dicit dominus. Prõpter hoc ecce ego lactabo eam: & ducã eam in ſolitudinem: & loquar ad cor eius: & dãbo ei uinitores eius ex eodem loco: & uallem Achor ad aperiendam ſpem. Et

SEP. eam dies Baalim:in quibus immolabat eis: & circumdabat ſibi inaures ſuas & monilia: & ibat poſt amatores ſuos: mei autem oblita eſt, dicit dominus. Ideo ecce ego ſeducam eam, & ponam illã quaſi deſertũ, & loquar ad cor eius:& dabo ei poſſeſſiones ſuas inde,& uallem Achor ad aperiendam intelligentiam eius. Et

C ſurgere: Tunc, hoc eſt in aduentu Chriſti filij ſui, aperiet ſpem ſalutis: & dabit locum pœnitẽtiæ & blandietur ei:Hoc enim ſignificat, lactabo eam:ut poſt pœnarum magnitudinem, dolores priſtinos repromiſſione mitiget proſperorũ.Et ducam eam inquit, in ſolitudinem, id eſt, educã ex malis, ſicut & prius de Aegyptiaca eduxeram ſeruitute: & loquar ad cor eius uerba mollia,uerba conſolatoria: ut triſticiam gaudio temperẽ: iuxta idioma ſcripturarum: quibus uerbis et Sichen locutus eſt ad cor Dinæ, & Ioſeph in Aegypto fratrib. ſuis triſtibus atq; metuentibus, ut mœror gaudio mutaretur. Quod ſequitur. b ¶ Et dabo ei uinitores eius ex eodẽ loco.] Quia blanditias & ſolitudinem in præteritæ hiſtoriæ exeuntium de Aegypto ſimilitudine præmiſerat, in qua Moyſes & Aaron de eadem gente Iudæorũ principes extiterunt:etiam nunc pollicetur,quòd uinitores eius de eodem loco daturus ſit. Vineam intelligi Iſrael, omnis & ueteris inſtrumenti & noui
D ſcriptura teſtatur: Vinea domini ſabaoth, domus Iſrael eſt: Et uineam ex Aegypto tranſtuliſti.Et in euangelio:Paterfamilias locauit uineam ſuam,fructuſq; nõ recepit.Et interfecto filio ſuo,nouiſſime locauit eam alijs uinitoribus.Hoc igitur propheta lis ſermo promittit, quòd principes huius uineæ exeuntes de gentibus & de captiuitate hoſtium ſiue uitiorum,de ipſo ſint genere Iudæorum, id eſt, apoſtoli: & locus tumultus, uallisq; turbarum: hoc enim interpretatur Achor:mutetur in oſtium ſpei,ſiue ad aperiendam ſpem atq; patientiã, quòd idcirco ſupplicia & tormẽta perpeſſa ſit,ut per hęc ad proſpera peruenire. Quòd autẽ uallis Achor in qua interfectus eſt Achan ob furtum eorum quæ deo fuerant conſecrata, conturbatio & tumultus interpretetur: non ut quidam putant ἄλλα σκοφὴ, id eſt,peruerſitas:ipſe Ieſus interpretatur loquens ad Achan: quia turbaſti nos, conturbet te dominus in die hac. Vnde appellatus eſt locus ille עֵמֶק עָכוֹר id eſt,uallis conturbationis.Simulq; & in hoc intelligimus: quòd in principio terræ ſanctæ,iuxta Hiericho quando de ſolitudine egreſſus eſt populus,prope fluẽta Iordanis,in prima Iſraelis uictoria, mœror in gaudium commutatus ſit. Ibiq; aperta eſt ſpes ubi fuerat deſperatio: ut punitis his qui peccauere in Chriſto, & commiſere ſacrilegium: ſaluentur ex eis qui blaſphemantes Iudæos fuerint deteſtati,& quantum in ſe eſt interfecerint.Hæc conciſio & noſtri Iudaizantes ad mille annorum regnum referunt: quæ & in principio

per

A per apostolos uinitores, & credentiũ multa milia ex Israel uidemus esse completa, & compleri quotidie in his qui credere uoluerint. Quodq; nos diximus: Lactabo eã: & Lxx. interpretati sunt: Seducam eam, ad antichristi tempus referunt: ut qui Christi nõ recepe/rint ueritatẽ, illius recipiant mendaçiũ: & postea Christo adueniente saluentur. *a* ¶ Et canet ibi &c.] In eo loco ub nos posuimus, canet: et Lxx transtulerũt πατεινωθήσεται, id est, humiliabitur: in Hebraico scriptũ est, עֲנֵתָה quod Symmachus interpretatus est κακωθήσεται id est, affligetur, Theodotion ἀπορριθήσεται, id est, respõdebit, Aquila ὑπακόσει, id est, obediet: nos ab Hebræo πλήξιν magis accipimus: id est, præcinet: Vt quia semel lactationem & eductionem in solitudinem, & uinitores ex eodem loco, & uallem Achor posuerat: & totam historiam exeuntiũ de Aegypto & pergentium ad terram sanctam, breB ui sermone perstringens: etiam nunc historiæ similitudinem conseruaret. Vt quomodo eo tempore quando egrediebantur de terra Aegypti, submerso Pharaone in mari rubro arripuit Maria tympanum, & præcinens cæteris exultauit & dixit: Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem deiecit in mare: Sic nunc quoq; secundũ dies iuuentutis suæ siue adolescentiæ suæ, quãdo egressa est de terra Aegypti canat atq; lætetur: & regnum Christi ac suam salutem inter ecclesiæ choros cõcinat. Et animaduerte quòd quando eximus de Aegypto, & ad meliora transimus, dicamur ascendere: quia Hierusalem in montibus sita est, de qua qui Hiericho descendere uoluerat, uulneratus est. Ad eos autem qui Aegypti: id est, seculi huius quærũt auxilia, dicitur: Væ qui descendũt in Aegyptum propter auxilium. Interpretatio Aquilæ & Theodotionis è quibus alter ὑπακόσει posuit, id est, audiet: alter ἀποκριθήσεται, id est, respondebit, nobiscum facit, quòd præcinentibus alijs, alij respondeant concinentes. Humiliabitur autem & affligetur, quòd Lxx. & Symmachus transtulerunt, non cõuenit tempori lætitiæ, nisi forte imitabitur Paulum: qui postquam uocatus est apostolus, plangit antiqua peccata: & se dicit indignum uocatione apostoli, quia persecutus sit ecclesiam dei: ut humiliatio & afflictio in conscientia præteriti uulneris, non in dolore malorum præsentium accipiatur. *b* ¶ Et erit in die illa &c.] Primum omni Asiæ regnasse Ninum Beli filium: omnes & Græcæ & barbaræ narrãt historiæ: qui apud Assyrios Ninum sui nominis condidit ciuitatem, quam Hebræi uocant נִינְוֵה Huius uxor Semiramis, de qua multa & miranda referuntur, muros Babylonis extruxit: de qua insignis Poeta testatur, dicens: Quam dicitur olim Cocytilibus muris cinxisse Semiramis urbem. Hic aduersus Zoroastrẽ magum, regem Bactrianorũ forti certamine dimicauit: & in tantam peruenit gloriam, ut patrem suum Belum referret in deũ, qui Hebraice dicitur בַּעַל & in multis prophetis maximeq; in Daniele: & iuxta Theodotionẽ sub idolo Babylonis, hoc appellatur nomine. Hunc Sidonij et Phœnices appellãt בַּעַל eadem enim inter ב & ל literas consonantes, ע uocalis litera ponitur, quę iuxta linguæ illius proprietatem nunc Beel, nunc Baal legitur. Vnde & Dido Sidonia regij generis, cum Aeneam suscepisset hospitio, hac patera Iouí uina delibat, qua Belus & omnes à Belo soliti. Didicimus exordium dæmonis, imò hominis in dæmonem consecrati: omnia enim idola ex mortuorum errore creuerunt. Audiamus cætera: Lingua Hebræa & Syra בַּעַל interpretatur ὁ ἔχων, id est, habens. Si uoluerimus dicere: habens me, dicimus בַּעֲלִי & apud utranq; gentem, uxores uiros suos uocant baali: id est, uir meus: quod intelligitur, habens me: & est sensus, qui me habet in coniugio. Eadem Hebræorum lingua uocatur uir אִישׁ unde & uxor quę de uiro sumpta est in Genesi appellatur אִשָּׁה quasi à uiro uirago. Quod ergo dicit dominus, uir meus: hoc est, cum utroq; sermone, אִישִׁי & בַּעֲלִי appelletur uir meus, siue maritus meus, tantum odi idolorũ nomina: ut etiam quod bene dici potest, propter ambiguitatem & uerbi similitudinem, nequaquam uelim dici: sed appellari me אִישִׁי magisq; בַּעֲלִי nedum aliud loquitur, alterius recordetur: & uirum nominans, idolum cogitet. Ignosce obscuritati, quæ tribus nascit modis: aut rerum difficultate: aut magistri imperitia: aut discẽtis nimia tarditate. Necq; enim Hebræum prophetã edisserens, oratorijs debeo declamatiunculis ludere, & in narrationibus atq; epilogis Asiatico more cantare: sed auxilio orationum tuarum, & incredibili discendi studio, aperire quæ clausa sunt. Denicq; Aquila diligẽs & curiosus interpres: Vocabit, inquit, me uir meus, & non uocabit me ultra habens me: id est בַּעֲלִי *c* ¶ Et percutiam eis fœdus &c.] Quando omnia religionis aduersæ uocabula fuerint ablata de populo dominum confitẽte: Et uocauerit me, inquit, uir meus: et nequaq;

HEB. Et cãnet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Aegypti.

SEP. Et humiliabitur iuxta dies infantiæ suæ, & iuxta dies ascensionis de terra Aegypti.

Et ẽrit in die illa, ait dominus, uocabit me uir meus: & nõ uocabit me ultra Baali: & auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur ultra nominis eorum. Et pẽrcutiam eis fœdus in die illa, cum bestia agri, & cũ uolucre cœli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter. Et dispõnã eis testamentum in die illa cum bestijs agri, & cũ uolatilibus cœli & cum reptilibus terræ: & arcum, & gladiũ, & bellum conteram de terra: & habitare eos faciã in spe.

A Baali:id eſt,idolum meum:tunc percutiam eis fœdus atq; concordiam cum beſtijs agri & uolucribus cœli, & reptilibus terræ. De hoc tempore & Eſaias loquitur: Habitabit lupus cũ agno: & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus & leo & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus et urſus paſcentur,et ſimul requiescẽt catuli eorum: & leo quaſi bos comedet paleas: neq; quaquam carnem ſanguinẽq; deſiderans, ſed mundis atq; ſimplicibus uescens cibis. Quando Petro ut Cornelium ſuſciperet ex natiõibus reuelatum,iuſſumq; eſt ut comederet omnes beſtias: et nihil immundũ eſſe cognoſceret quod cũ gratiarum actione percipere ẽt;ſuper quibus audit poſtea: quod deus mundauit,tu ne commune dixeris. Ergo in aduentu domini ſaluatoris,poſt reſurrectiõis eius triumB phos,& aſcenſum ad patrẽ,duo parietes angulari lapide copulati ſunt,ab eo qui fecit utrũq; unũ. Et uocauit eam quæ dicebatur abſq; miſericordia,miſericordiã conſequutã: & eum qui dicebatur non populus meus,populum ſuũ: pacatisq; omnibus, arcus & gladius conteretur ac bellum. Non enim erunt neceſſaria inſtrumenta pugnantiũ, cum qui pugnent defuerint. Iungetur Iſrael gentibus,& implebitur illud Deuteronomij: Lætamini gentes cũ populo eius. Notus enim in Iudæa deus: in Iſrael magnum nomen eius: & factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, hoc eſt, in eccleſia: in qua cõfregit potentias arcuũ, ſcutum,gladiũ & bellũ: quibus fractis atq; cõtritis dormient credentes fiducialiter,& ſub uno paſtore requieſcẽt, ſiue ſperabũt, in his quæ oculus nõ uidit, & auris non audiuit,& in cor hominis nõ aſcenderũt,quæ præparauit deus diligentibus ſe. a ¶ Et ſponſabo te mihi &c.] O quanta clemẽtia dei: meretrix quæ cũ multis amatoribus fornicata eſt, & ob crimen beſtijs tradita: poſtquã reuertitur ad uirũ nequaquam reconciliari ei dicitur,ſed deſpondi. Et uide quid ſit inter dei coniunctionem & hominum:homo cum uxorem acceperit, de uirgine mulierem facit:id eſt,non uirginẽ. Deus etiam meretricibus copulatus, eas mutat in uirgines:iuxta illud quod adulteræ dicitur per Hieremiã:Non ut dominum me inuocaſti,aut patrem, aut principem uirginitatis tuæ. Vnde & Apoſtolus poſt fornicationẽ & idolorum cultũ credentibus Corinthijs loquitur: Deſpondi enim uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto. Quærimus cur tertio deſpõſionis C nomẽ repetierit. Primo enim ait: Spõſabo te mihi in ſempiternũ. Secũdo: ſpõſabo te mihi in iuſticia et iudicio,et in miſericordia & miſeratiõibus. Nec hoc fine contentus iungit & tertium: Sponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego dominus. Primo deſpõdit eã in Abrahã, ſiue in Aegypto, ut uxorem habeat ſempiternam. Secundo in monte Sinai,dãs ei pro ſpõſalibus legis iuſticiam,atq; iudicium & iunctam legi miſericordiã: ut quando peccauerit,tradatur captiuitati: cum egerit pœnitẽtiã, reuocetur in patriam,& miſericordiam conſequatur. De his ſponſalibus in diuerſis locis Pſalmiſta decãtat: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Et: Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi:& iuſticia & pax deoſculatæ ſunt ſe. Quos duos calices in ſeptuageſimoquarto pſalmo legimus: Ca/ D lix in manu domini uini meri plenus mixto,& inclinauit ex hoc in illũ: de iuſticiæ calice in calicem miſericordiæ, & rurſum de calice miſericordiæ in calicem iuſticiæ. Si iniquitates, inquit,obſeruaueris domine,domine quis ſuſtinebit: Quia apud te propitiatio eſt. Iſta igitur meretrix quæ primũ uoto ſponſi in æternos fuerat iuncta complexus, ut nunquam à uinculo recederet maritali: quia receſſit & in Aegypto fornicata eſt: rurſum per legem aſſumitur: quam quia præterijt, prophetis quaſi ſponſi ſodalibus, qui ad ſe miſſi fuerãt, interfectis: nouiſſime uenit dei filius, dominus Ieſus: quo crucifixo & à mortuis reſurgẽte,deſponſatur:nequaquam in legis iuſticia,ſed in fide & gratia euangelij: ut cum cognouerit unigenitum, cognoſcat & patrem. Dicit enim ipſe ad Philippum: Tanto tempore uobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe,qui uidet me, uidet & patrem meum: quomodo tu dicis: oſtende nobis patrem: non credis quia ego in patre, & pater in me eſt? Qui in fide fuerit deſponſatus & crediderit euangelio, ſtatim ſciet quia ipſe ſit deus, credẽs in eum quem prius negauerat. b ¶ Et erit in die &c,] In die illa & in illo tempore, quando te mihi in fide deſpondero, & cognoueris quòd ego ſim dominus: exaudiam cœlos, qui enarrãt gloriam dei, & cœli exaudient terram,ut eam cœleſti pluuia irrigent: & terra, de qua orta eſt ueritas, & in cuius agrum paterfamilias egreditur ut ſeminet ſemen ſuum,exaudiet triticum & uinũ & oleum,de quibus ſupra diximus,

mul morabuntur,

Et ſpõnſabo te mihi in ſempiternũ: & ſponſabo te mihi in iuſticia,& iudicio,& in miſericordia,& in miſerationibus: & ſpõſabo te mihi in fide: & ſcies qa ego dominus

HEB. Et erit in die illa: Exaudiam,dicit dominus: exaudiam cœlos, & illi exaudient terram: & terra exaudiet triticum & uinum & oleũ: & hæc exaudient Iezrael: & ſeminabo eã mihi in terra: & miſerebor eius quæ fuit abſq; miſericordia: & dicam non populo meo, populus meus es tu: & ipſe dicet,deus meus es tu. Cap. III.

SEP. Et erit in die illa,dicit dominus: Exaudiã cœlũ, & cœlum exaudiet terrã: & terra exaudiet frumentum uinũ & oleum: & hæc exaudient Iezrael: & ſeminabo eã mihi ſuper terrã: & miſerebor eius quę fuit abſq; miſericordia: & dicã non populo meo, populus meus es tu: & ipſe dicet, dominus deus meus es tu. Cap. III.

& hæc

A & hæc omnia exaudient Iezrael, id est, semen dei, יזרעאל
ut intelligatur omnium rerum abundantia atq; fer
tilitas ob dei semen qui Christus est condonari: q̄
dei semē seminatur in terra, ut multiplices fructus
afferat, centenarium, sexagenariū & tricenariū. Et
illa meretrix quæ deo fuerat copula/ ET dixit dominus ad
ta & tres ædiderat me: Adhuc uade, di/
liberos: duos ma/ lige mulierem dilectā ami
sculos, & unam fœ co & adulteram, sicut dili/
minam: primum Ie git dominus filios Israel:
zrael, secūdā absq; & ipsi respectant ad deos
misericordia, tertiū alienos: & diligunt uinacia
nō populus meus: uuarū. Et fōdi eam mihi
uideat propter se/ quindecim argēteis, & co/
men dei mutata es/ ro hordei, & dimidio co/
se rerum uocabula ro hordei, & dixi ad eam:
et in Christi fide cō Dies multos expectabis
secutam misericor/ me: nō fornicaberis, & nō
diam, quæ absq; mi eris
sericordia erat: & uocatū populū dei qui prius non po/
pulus uocabatur. Ex quo perspicimus posse uni/
uersa quæ dicta sunt referri, & ad decē tribus quæ
Israel uocantur, & sub nomine meretricis tres libe
ros ædiderūt: & ad omnē gentē Iudaici nominis.
De exauditione cœli & terræ & frumenti, uini, &
olei, & Iezrael, hoc quidam sentiunt, quòd postq̄
Christus aduenerit, omnia suo currant ordine: &
B utilitati hominum cuncta deseruiat creatura, ut ab
initio condita est. Quæ omnia Iudæi & nostri Iu/
daizantes post antichristum in fine mundi corpo
raliter præstolantur. Cap. III.

ET dixit dominus ad me &c.] Priori mulieri
in typum decem tribuum uel totius Iudaici
populi fornicantis propheta coniungitur: & abie
ctos filios atq; cruciatos tandē recipit in salutem:
hic iubetur ut adhuc diligat adulteram mulierem.
Quando dicitur: adhuc, ostendit quòd prius ama/
uerit fornicariam: quæ adultera, uel diligat illa ma
la, uel diligat ab amico & proximo רע enim uer/
bum Hebraicū, uel malum legitur, uel amicus. Et
ne putemus dilectionem prophetæ in adulteram,
aliud quid significare quàm dei dilectionem in fi/
lios Israel. Ergo quòd propheta diligit adulteram,
& tamen non ei matrimonio copulatur, nec forni
catione coniungitur, sed tantum diligit delinquen
tem: typus dei est qui filios Israel pessimos diligit:
qui cum diligantur à domino, ad deos alienos ido/
laq; respiciunt: & diligunt uinacia uuarum, quæ ui
na non habent, & pristinam gratiam perdiderunt:
sicut dæmones qui lapsi de propria dignitate, &
nihil antiquæ gratiæ possidentes, aridi sunt & ue/
teri siccitate marcentes. Vnde pro uinacijs quod
Hebraice dicitur אשישי Aquila interpretatus est
παλαιὰς id est, uetera. Symmachus ἀκάρπους id est,
steriles: & non solum uinacia sunt, sed & uetera ui
nacia, ut antiqua delicta testētur. Et notandum q̄
hæc adultera, præsens tēpus significet Iudæorū,
qui absq; deo & notitia scripturarum & gratia spi

ritus sancti diligantur à domino, qui omnium ex/ C
pectat salutem, & aperit ianuam pœnitentibus: &
nihilo minus illi res inutiles amant, traditiones ho
minum & ἀδυτόφωσίαν somnia diligentes, & ne/
quaquam uuas habeant & uinum & plena musto

ET dixit dominus ad torcularia, sed uete
me: Adhuc uade & ra uinacia quæ pro
dilige mulierē diligentem iecta sunt. Pro pem
mala & adulterā, sicut dili matibus quę Lxx.
git dominus filios Israel: transtulerūt, & co/
& ipsi respiciunt ad deos meduntur cū uuis
alienos: & amant* coctio passis siue uinacijs
nes cū uinacijs. Et cōduxi placētas latine pos/
eam mihi quindecim ar/ sumus dicere, uel πέμματα με
genteis, & gomor hordei crustulas quæ ido/ τὰ σαρίσια
& nebel uini, & dixi ad eā: lis offeruntur: &
Dies multos sedebis mi/ Græce appellātur
hi: & non fornicaberis: nec πόπανα. Filij autē
eris Israel in prę̄senti lo
debant metropolim, Iezrael. b ¶ Et fodi eam mi co duodecim uocā
hi quindecim &c.] Pro γομὸρ in Hebraico scriptū tur tribus: supra ue
est חמר quod omnes interpretes absq; Lxx. co/ ro decem quæ erāt
rum interpretati sunt: sermone Græco & maxime in Samaria, et possi
Palęstino, qui habet triginta modios. Et pro nebel
uini in Hebraico legitur לתך שעורים quod cęteri
interpretes ἡμίκορον hordei transtulerunt, id est,
mediā partem cori, quæ facit quindecim modios. D
Quodq; iungitur in æditione uulgata: Neq; eris
alteri uiro: alteri, in Hebraico non habetur: sed
simpliciter, non eris uiro. Si enim ponatur alteri,
subauditur quod à suo habeatur uiro. Quando
autem absolute dicitur: non eris uiro, intelligi/
mus quòd nulli iungatur omnino, & absq; coitu
maritali sit. Mensuram autem cori in Ezechiel le/
gimus, & in Euangelio. Fodit itaq; eam sibi: id est,
adulteram, siue conduxit quindecim argenteis.
Quando dicit: fodi, ostendit uineam quæ a domi/
no plantata est: & in multis locis ponitur scriptu/
rarum, significans populum Iudæorum. Sin au/
tem legerimus: conduxi, adulteræ præcium est:
non ut cum propheta dormiat, sed ut contenta
mercede sua adulterare desistat: nec passim cæte/
ris copuletur. Foditur etiam siue conducitur coro
hordei, & dimidio coro hordei, id est, quadra/
ginta & quinq; modijs, & hac mercede suscepta,
audiuit à dño: c ¶ Dies multos expectabis me, c
non fornicaberis &c.] hoc est, nec alijs amatori
bus turpiter te prostitues: nec mihi uiro à quo con
ducta es, legitime coniungeris. Ac ne putes fa/
ctam tibi iniuriam: quia dixi, expectabis me, par
pari referam, & ego expectabo te. Quintadeci/
ma die illuscente mensis Nisan, percussa sunt Ae/
gyptiorum primogenita: & Israelis de Aegypto
eductus est populus, ac in seruitutem dei merce/
de conductus. Denique pro primogenitis Israel
quæ plagam non sensere communem, quinos
argenti accipe siclos: qui in templi donaria con/

A feruntur. Plericq; nostrorum quindecim ad hebdomadam legis, & ogdoadem referunt euangelij, id est, sabbatum & diem resurrectionis, quo exercetur circuncisio spiritualis. Sed quomodo adultera mulier quæ hordeo pascitur, & à uiro aliena est, utrũq; in mercedem accipiat testamentum explanare nõ possunt. Quadragesimoquinto die ad montem Sina peruenit populus, statimq; altero die ut sanctificentur à coitu fœminarum per triduum, & se præparent ad accipiendã legem dei, edicitur. Trãsactis trib. diebus quinquagesimo die Moyses ascendit in montem, & decalogum suscepit. Sedet itaque populus Iudæorum, qui quõdam quindecim argẽteis, & quadraginta quinq; hordei modijs est conductus, post aduentum domini saluatoris, & uiri sui expectat aduentum. Quodq; dicit. Nõ fornicaberis, & non eris uiro: hoc ostendit quòd interim modo idolis nõ seruiat: nec tamen habeat de-
B um, sed & amatoribus & uiro spoliata sit. Et quia uirum non habet, non uescitur cibo hominum, frumento & legumine, sed hordeo irrationabiliũ iumentorum, ruminans uilitatem literæ, quæ interficit, & non habens spiritum uiuificantem. Vnde & in lege mulier quæ a marito accusatur adulterij, in potatione τῷ ἐλεγμῷ, id est, conuictionis, quando arguitur in peccato, farinam accipit hordei: quæ enim imitata est equos & mulos, quibus nõ est intelligentia, equorum atq; mulorum sustentatur alimentis. Pro dimidio coro hordei, nebel uini Lxx. transtulerunt: quod penitus in Hebraico non habetur. Et possumus dicere: in nebel uini, hoc est, mensura plena atq; perfecta inebriatã adulteram: & plenis afflictam esse supplicijs. Vnde & Hieremias calicem meri propinat gentibus & Hierusalem. Vir quoq; sedet, imò expectat adulteræ pœnitentiam: ut postq; plenitudo gentium subintraverit, & nouissimus crediderit Israel: ita ut qui fuerat caput, uertatur in caudam, & cauda uertatur in caput: tunc fiat unus grex et unus pastor. a ¶ Quia dies multos sedebunt &c.] Pro אפוד & תרפים Lxx. ἱερατείας, id est, sacerdotiũ: & ἀληθείας, id est, manifestationes interpretati sunt. Sciendum autẽ (ut crebro diximus) ephod significare indumentũ sacerdotale: quod in Exodo & Leuitico à Lxx. ἐπωμὶς dicitur, id est, superhumerale: Aquila ἐπωμὶς ὠλένιος, id est, superindumentum תרפים aũt proprie appellantur μορφώματα, id est, figuræ & simulachra: quæ nos possumus in præsenti duntaxat loco cherubim & seraphim siue alia quæ in templi ornamenta fieri iussa sunt dicere. Verũ quia Lxx. C
ἀληθείας interpretati sunt: pro quibus Aquila φωτισμὸς transtulit: & hæc ipsa sunt ἐν λογείῳ, id est, in rationali: hoc intelligimus, quod in pectore & cor de pontificis ἀλήθεια καὶ φωτισμοὶ, id est, ueritas esse debeat atq; doctrina: ut nõ solũ sciat rectam fidem, sed & q̃d nouerit proferre. Q̃d & apostolus Paulus scribit ad Titũ, docens qualis episcopus ordinãdus sit: Oportet em̃ episcopũ sine crimine esse tanquã dei dispensatorẽ: non superbũ: non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidũ: sed hospitalẽ, benignum,

בְּרֹבִים שְׂרָפִים

HEB. eris uiro: sed & ego expectabo te. Quiã dies multos sedebũt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim. Et post hęc reuertẽtur filij Israel & quærent dominũ deum suum, & Dauid regem suum: & pauebunt ad dominum & ad bonum eius in nouissimo dierum.

Cap. IIII.

Audite

SEP. eris alteri uiro & ego tibi. Quia diebus multis sedebũt filij Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestatiõibus (quæ Græce dicuntur ἀλήλως.) Et post hæc reuertẽtur filij Israel, & quærẽt dominũ deum suũ, & Dauid regẽ suũ: & stupebunt ad dominũ & super bonis eius, in nouissimo die.

Cap. IIII.

Audite

sobrium, iustum, sanctum, continentẽ, amplectentem eum qui secundum sanam doctrinam est fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui contradicunt arguere. Ephod ac theraphim, & in Iudicum libro legimus, quæ sibi fecerat leuites: qui postea cum sexcentis de tribu Dan armatis profectus est. Post passionem domini saluatoris usq; in præsentẽ diẽ, paulominus quadringẽtesimus annus expleẽ, & quantũ tẽporis reside at usq; ad diem iudicij, nec angeli nouerũt, nec filius. Qui ideo ignorare se dicit quia nobis nõ expedit discere. Hi sunt ergo multi dies, quibus infelix synagoga, & mulier adultera hordeo pascitur, & sedet contracta: quia cum Christo stare non potest. Sine rege, de quo locutus est pater: Suscita ui regem cum iustícia. Et ipse dicit in psalmo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Sine principe, uel ipso domino saluatore, uel certo pontifice, de quo scriptum est: Principi populi tui non maledices. Et sine sacrificio, & sine altari. Subuerso enim templo & incensa Hierusalem, nec sacrificium, nec sacerdotium Iudaica gens exercere potest. Et sine ephod & sine theraphim, id est, instrumentis sacerdotalis habitus. De hoc rege & Iacob in benedictione Iudæ patriarchæ loquitur: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de fœmoribus eius, donec ueniet cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium. Ergo postquam defecit princeps ex Iuda, & dux de fœmoribus eius: & Herodes alienigena & proselytus suscepit imperium, intelligimus uenisse cui regnum repositum est: & ipse erat expectatiõ gentium. Hæc est cæcitas quæ ex parte accidit Israeli, ut subintraret plenitudo gentium: & tunc omnis Israel saluus fieret: & multo post tempore reuertentur, & quærent dominum deum suum, & Dauid regem suum, qui de Dauid stirpe generatus est: &

A est: & interpretatur fortis manu. Ipse enim soluit captiuitatem populi sui, & dedit uinctis remissio/
• nem. Cumq; eum uiderint filij Israel, qui à suis fra tribus denegatus est, in patris & sua maiestate re/ gnantem, pauebunt, & stupebunt ad dominum & ad bonum eius.

Qui bonus filius, de bono natus est patre, siue ad bona domini: de quibus sanctus loquitur: Credo uidere bo/ na domini in terra uiuentium: hæc e/ nim quam incoli/ mus peccatores, terra est mortuo/ rum. Præsens capi tulum, alij Iudæo/ rum super Babylo nica captiuitate in/ terpretantur, quan do septuaginta an/ nis desolatum est templum & altare, & uictimæ, & sa/ cerdotium non fue runt: & postea sub Zorobabel in se/ des pristinas sunt

AVdite8 uerbum do/ mini filij Israel: quia iudicium domino cum ha bitatoribus terræ: non est enim ueritas, & nō est mi/ sericordia, & non est scien tia dei in terra. Maledictū & mendacium, & homici/ dium, & furtum, & adulte rium inundauerunt: & san guis sanguinē tetigit. Prō/ pter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea: in bestia agri & in uolucre cœli, sed & pisces maris cōgregabun/ tur. Vērumtamen unus/ quisque non iudicet, & nō arguatur uir: populus enim

B reuersi. Alij ut nos in futurum deferunt tempus: & quæ sit causa tam grandis offensæ ut tanto tem pore relicti sint, maxime cum idola non colant: præter interfectionē saluatoris, aliam non ualent inuenire.

## Cap. IIII.

AVdite uerbum domini, &c.] A principio prophetæ usq; ad hunc locum sub meretri/ cis descriptione & adulteræ: quarum post grauis/ simas pœnas & relictionem longissimam, postea fit in pristinum uel in meliorem statum restitutio: decem tribuum uel duarum, & in commune om/ nium peccata numerantur. Nunc rursum ad Isra/ el, id est, decem tribus sermo conuertitur, expo/ nens non frustra iratum deum, tam grauia commi nari & inferre supplicia, ne forsitan non ex iudicij ueritate, sed ex potētia dei iniuste uideatur in eos qui non peccauerunt lata sententia prophetiæ.

a ¶ Audite (inquit propheta) uerbum domini &c.] Quia uult dominus cum suo populo iudica ri & exponere causas indignationis suæ: Non est ueritas, & non est misericordia, & non est scien/ tia dei in terra. Nec ueritas enim absq; misericor/ dia sustineri potest, & misericordia absq; ueritate efficit negligentes: unde alterum miscetur alteri: quæ qui nō habuerit, cōsequenter & dei noticiam non habebit. Sed econtrario pro ueritate menda/ cium, & pro misericordia maledictū, homicidium, furtum, adulterium. Non dixit est, sed ut delicto/ rum abundantiam demonstraret, intulit, inunda/ uerunt: & pro scientia dei, quæ non est in terra:

sanguis sanguinem tetigit: siue sanguinem sangui/ C
ni miscuerunt, ut augerent peccata peccatis: & nouis uetera cumularent. Recte autem qui habi/ tatores terræ sunt & non incolæ, ad iudicium pro/ uocantur: quia à facie Aquilonis exardescunt ma

AVdite uerbum do/ mini filij Israel: quia iudicium domino ad habi tatores terræ: quia non est ueritas, neq; misericordia, neq; scientia dei super ter/ ram. Maledictio, & men/ dacium, & homicidium, & furtum & adulterium effu sum est super terrā: & san/ guinem sanguini miscue/ runt. Ideo lugebit terra, & minuetur cū omnibus qui habitant eā: cū bestijs agri cum serpentibus terræ, & cum uolatilibus cœli: & pi sces maris deficiēt. Vt nul lus neq; iudicetur, neq; ar/ guatur quisquā: populus autem

la super habitato/ res terræ. Et in A/ pocalypsi Ioannis: Væ uæ uæ dicit su per habitatores ter ræ. Qui aūt potest cum propheta dice re: Aduena sum a/ pud te, & peregri/ nus, sicut omnes patres mei: & per/ transit mundū istū quasi incola & pe/ regrinus, ueritatē sequitur & miseri/ cordiam & scien/ tiam dei, ne inunda tiōe maledicti atq; mendacij, homici/ dij, & furti, & adul/ terij & sanguinis opprimat. b ¶ Pro pter hoc lugebit terra, & infirmabi/ tur omnis &c.]

Quia non est ueritas, & non est misericordia, & D
non est scientia dei super terram: sed è regione ma ledictum, & mendacium, & homicidium, & fur/ tum, & adulterium inundauerunt: & sanguis san/ guinem tetigit. Idcirco lugebit terra cum habita/ toribus suis: & infirmabitur ut non habeat bestias agri, & uolucres cœli, & pisces maris deficient. Cum enim captiuitas decem tribuum uenerit, ha/ bitatore sublato, bestiæ quoq; & uolucres cœli & pisces maris deficient: iramq; domini etiam muta elementa sentient. Hoc qui non credit accidisse po pulo Israel, cernat Illyricum, cernat Thracias, Ma cedoniam atq; Pannonias, omnemq; terram, quæ à Propōtide & Bosphoro usq; ad Alpes Iulias ten ditur: & probabit cum hominibus & animantia cuncta deficere: quæ in usus hominum à creatore prius alebantur. Sin autem uoluerimus (ut qui/ dam putant) feros homines bestias interpretari: & uolucres cœli eos qui eleuantur in superbiā, & omnia humana contemnant: & pisces maris qui irrationabiles sunt, & ita bruti, ut nihil omnino sa piant: & aerem liberum cœlumq; non uideāt, hoc non tam irati quàm clementis est domini: ut quæ mala sunt, auferantur de terra. c ¶ Veruntamen unusquisq; non iudicet, & non &c.] Secundum Lxx. interpretes: hoc quod posuimus, ut nullus neque iudicetur, neq; arguatur quisquam, super/ riori capitulo coaptandum est: sed nos Hebræos sequimur. Prouocati ad iudicium dei, filij Israel, qui habitabant in terra ut causas dominicæ indi/ gnationis audirent, & præterita peccata cogno/

A ſcerent,propter quæ hoſtibus traderentur. Nunc quia in ſceleribus perſeuerāt, & impudenti deum fronte contemnūt,audiunt:Non neceſſe eſt ut ueniatis ad iudicium: ut in ueſtris flagitijs arguamini: quia tantæ eſtis impudentiæ, ut nec conuicti quidem, pudorem habeatis & uerecūdiam:ſed contradicatis mihi, quaſi ſi diſcipulus magiſtro, ſacerdoti plebecula cōtradicat, quæ non habet ſacerdotij dignitatē. Et quia tales eſtis, ideo hodie corruetis, id eſt, ducemini in captiuitatem, & perdetis regnum Iſrael. Quod autē dicit,hodie,aut præſens tempus ſignificat: aut non fraude et inſidijs, ſed clara in captiuitatem luce ducemini, tantaq; erit ueſtri infirmitas, ut etiā prophetæ qui uobis ſolebant prophetare
B mendacium uobiſcum corruant, & ſentiant captiuitatem. Hic prophetas aut pſeudoprophetas debemus accipere: aut certe omnem gratiam prophetalem. Quamdiu enim non ſunt captæ decem tribus,habuerunt & Heliam prophetam & Heliſæum, & cæteros filios prophetarum, qui prophetauerunt in Samaria. Vnde & Amos propheta qui de tribu Iuda erat & de uiculo Thecuæ cogitur redire ad patriam ſuam,ne in alieno regno & Samaria prophetaret. a ¶ Nocte tacere &c.] Non quòd alia mater ſit,& alij filij,matrē uocat & filios, ſed quomodo dominus loquens ad populum Iudæorum dicebat:Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt:quotiēs uolui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas & noluiſti. Non quod alia eſſet Hieruſalem,& alius populus eius, neq; enim abſq; populo ad cementa urbis & ligna & lapides loquebatur. Sic mater uocatur populi frequentia, & omnis turba nationis Hebrææ,ad quam loquitur:filij autem,uel ſinguli ex populo, uel per oppida uillasq; diſperſi.In nocte ergo ac tenebris captiuitatis & mœroris & premētis anguſtiæ traditur Iſrael: & populus eius æterno ſilentio conticeſcit: quia non habuit legis ſcientiam, nec dei præcepta ſeruauit: recepitq; quod fecerat. Ipſa enim dei repulit legem: & ideo ſacerdotium perdidit in æternum, colens uitulos aureos in Dan & Bethel: & C quia oblita eſt legis dei, & penitus Aegyptijs ſe idolis mācipauit: idcirco & dominus obliuiſcetur filiorum eius, tradens eos æternæ captiuitati: qui enim ignorat, ignorabitur, & in pſalmis legimus:

HEB. enim tuus ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti:& corrues hodie, & corruet etiā propheta teeum. Nocte tacere feci matrem tuam: conticuit populus meus, eo quod non habuerit ſcientiam: quia tu ſcientiam repuliſti: repellam te & ego, ne ſacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum ſic peccauerūt mihi: gloriā eorū in ignominiam commutabo: peccata populi mei comedēt, & ad iniquitatē eorū ſubleuabunt animas eorum: & erit ſicut populus, ſic ſacerdos: & uiſitabo ſuper eum uias eius: & cogitationes illius reddam ei. Et

SEP. autem meus quaſi ſacerdos, cui cōtradicetur & infirmabitur per diem: & infirmabitur etiam propheta tecū. Nocti aſſimilaui matrem tuā: & aſſimilatus eſt populus meus quaſi non habens ſcientiam: quia tu ſciētiam repuliſti, & ego repellā te ne ſacerdotio fungaris mihi: oblita es legis dei tui, & ego obliuiſcar filiorū tuorum. Secundum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi:gloriam eorum in ignominiam ponā: peccata populi mei comedent: & in iniquitatibus eorū accipient alij animas eorum: & erit ſicut populus, ſic & ſacerdos: & ulciſcar ſuper eum uias eius: & cogitationes illius reddam ei. Et

Neſcierunt neq; intellexerunt,in tenebris ambulāt. Omnia quæ dicuntur ad decem tribus, referre poſſumus ad hæreticos, qui reliquerunt regnū Dauid & Hieruſalem, id eſt, Chriſtum & eccleſiam: & ideo æterna nocte cooperti ſunt, nec habent ſcientiam dei, & repelluntur à domino, ne ſacerdotio fungantur ei:& filiorum quos genuerint nunquam meminit: quia filij alieni facti ſunt ei.
b ¶ Secundū multitudinem eo.&c.] Quot homines habuit Iſrael, tot aras extruxit dæmoni- D bus,in quorum uictimis peccauit mihi. Propterea gloriam eorū, in qua gloriabātur ſibi, & deo idola præferebant, in ignominiam commutabo:ut & ſacerdotes capiātur & populi. Siquidem ſacerdotes peccata populi mei comedunt, de quibus ſcriptum eſt: Qui deuorant plebem meam,ſicut eſcam panis. Et idcirco peccata populi mei deuorant cōſentientes ſceleribus delinquentiū: quia cū eos peccare perſpexerint, nō ſolū non arguūt, ſed laudant atq; ſuſtollunt, & beatos prædicāt. De quibus & Eſaias loquitur: Populus meus,qui beatos uos dicunt, ſeducunt uos: & ſemitas pedū ueſtrorū ſupplantāt. De his & per pſalmiſtā clamat: Quoniā laudat peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Vnde æqualiter populus & ſacerdos, indignātis dei ſententiā ſuſtinebunt: quia non ſolum opera eorum uiſitabit, quæ appellantur uiæ in quibus ingrediūtur:ſed & cogitationes quibus ut talia facerent,tractauerunt. Non ſolū enim opus, ſed & cogitatio mali operis pœnas luet. De hęreticis facilis intelligētia eſt,quod quanto plures fuerint, tanto magis delinquunt deo, & glorientur in populis:& idcirco decipiāt infelices,ut peccata populi comedant:& per dulces ſermones deuorent domus uiduarū. Cum enim uiderint aliquos delinquentes, aiunt: nihil aliud quærit deus niſi fidei ueritatē; quam ſi cuſtodieritis, non curat quid

Eſa.3.d

Pſal.9.b

A quid agatis. Hæc enim dicentes: in iniquitatibus eorũ ſubleuant animas eorũ: ut non ſolũ non agãt pœnitentiã, nec humilientur, ſed gaudeãt in ſceleribus ſuis, & erecta ceruice gradiantur. Vnde & populus & ſacerdos, & hi qui docti ſunt & hi qui docuerunt, pari iudicio conſtringentur. *a* ¶ Et comedent &c.] Voluptas inſatiabilis eſt & quanto magis capitur, tanto plus utentibus ſe famẽ creat. Econtrario beati eſurientes & ſitientes iuſtitiam: quoniã ipſi ſaturabuntur. Sicut iuſtitia ſaturat, ſic iniquitas ſubſtãtiam nõ habẽs, uana comedẽtes fraude deludit: & uteros deuorãtiũ uacuos derelinquit. Fornicati ſunt & non ceſſauerũt. Vires in fornicatione deficiũt: & fornicandi deſiderium non quiescit. Fornicatę ſunt & decem tribus cũ idolis Hieroboam filij Nabath: & reliquerũt dominum deum ſuum, nõ cuſtodiendo quæ iuſſerat, dicens: Dominũ deum tuum adorabis, et ipſi ſoli ſeruies. ἐμφατικῶς autem legendum: fornicatio & uinum & ebrietas aufert cor. Sicut enim uinum & ebrietas eum qui biberit mentis ſuæ impotem facit: ita & fornicatio ac uoluptas peruertit ſenſum, animumq; debilitat: & de rationabili homine, brutum efficit animal: ut ganeas & lupanaria & libidinum luſtra ſectetur. Cumq; ita cor loco ſuo motũ fuerit, ligna & lapides deos putat: & adorat opera manuũ ſuarũ. Vnde & propheta quaſi ſtupens & mirabundus eloquitur: Populus meus qui quondam meo uocabatur nomine, lignum interrogauit & uirgas: quod genus diuinationis Græci ῥαβδομαντείαν uocãt. Vnde in Ezechiel legimus, quod uirgas ſuas miſcuerit Nabuchodonoſor cõtra Ammon & Hieruſalem: & exierit uirga contra Hieruſalem: cauſaq; huius amentiæ fornicationis eſt ſpiritus, qui decepit eos ut fornicarentur à deo ſuo. Fornicationem autem idololatriã nominat: iuxta illud quod in Hieremia legimus: Et mœchabanť in ligno & lapide, & dixi: poſtq; fornicati ſunt cum his omnibus, reuertere ad me: & nõ eſt reuerſa in toto corde, ſed in mendacio. Et rurſum: Me dereliquiſti & dixiſti: Vadam ſuper omnem collem excelſum, & diffundar in fornicatione mea ſubter omni ligno frondoſo. Et in pſalmo dicitur: Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Principium enim

HEB. Et cõmedẽt & non ſaturabuntur: & fornicati ſunt & nõ ceſſauerũt: quoniã dominũ reliquerũt in non cuſtodiendo: fornicatio, & uinũ, & ebrietas aufert cor. Populus meus in ligno ſuo interrogauit: & baculus eius annunciauit ei. Spiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à deo ſuo. Sũper capita montiũ ſacrificabãt, & ſuper colles accẽdebant thymiama: ſubtus quercũ & populũ & terebinthũ: qa bona erat umbra eius. Idèo fornicabuntur filiæ ueſtræ: & ſponſæ ueſtræ adulteræ erũt. Nõ uiſitabo

SEP. Et comedent & non implebũtur: fornicati ſunt & non dirigẽtur: quia dominum reliquerunt, ut nõ cuſtodirent: fornicationẽ, & uinũ, & ebrietatẽ ſuſcepit cor populi mei: in augurijs interrogabant: & in uirgis ſuis annunciabãt ei: quoniã ſpiritu fornicationis ſeducti ſunt, & fornicati ſũt à deo ſuo. Super uerticem montiũ ſacrificabãt, & ſup colles immolabãt: ſubter quercũ et populum & nemoroſas arbores: qa bonũ erat umbraculum. Propterea fornicabuntur filiæ ueſtræ: & ſponſæ ueſtræ mœchabũtur: & non uiſitabo

ſuo corde finxerũt fornicationis q; ſpiritu poſſidentur. *b* ¶ Super capita montium &c.] In lege præceptũ eſt ut nõ ſacrificẽt dño niſi in loco quẽ elegerit dominus deus: & iuxta altare lucus & arbores nõ plantent: ne ſcilicet paſſiua & uoluptuoſa religio, auſteritatem uniuus & ueræ religionis euertat. Econtrario Iſrael ſacrificabat in montibus & in collibus adolebat incenſum: excelſa terrę diligens loca: quia excelſũ reliquerat deũ, & umbram quærens, perdiderat ueritatẽ. Hoc eſt quod legimus de ſingulis regibus: Veruntamen excelſa non abſtulit adhuc populus immolabat & ſacrificabat in excelſis: quod Hebraice appellatur בָּמוֹת Hæretici ſublimitatem ſibi dogmatũ repromittunt: & ſacrificabant ſubter quercum & populum et terebinthũ, infructuoſas arbores: ficum & uineam non habẽtes, ſub quibus ſanctus requieſcere dicitur. Aſſumunt aũt ſibi interdum terebinthum, quæ iuxta Eſaiam folia non habet, ut Abrahæ imitari uideantur exemplum. *c* ¶ Ideo fornicabuntur &c.] Verbum קְדֵשׁוֹת quod Aquila ὑπαλλαγμένοι, Symmachus ἐπαειδόμενοι, Septuagin. πεπλεσμένοι, Theodotion κεχωεισμένοι interpretati ſunt: nos effœminatos uertimus, ut ſenſum uerbi, noſtrorum auribus pandemus. Hi ſunt quos hodie Romæ matri, non deorum, ſed dæmoniorũ ſeruientes, Gallos uocãt: eo quod de hac gente Romani truncatos libidine, in honorem Atys (quem eunuchũ dea meretrix fecerat) ſacerdotes illius manciparint. Propterea aũt Gallorum gentis homines effœminantur: ut qui urbẽ Romanã ceperant, hac feriantur ignominia. Iſtiuſmodi idololatria erat in Iſrael: colentibus maxime fœminis Beelphegor ob obſcœni magnitudinem, quẽ nos Priapũ poſſumus appellare. Vnde & Aſa rex tulit excelſa de populo: & huiuſcemodi ſacerdotes, & matrem de Auguſto depoſuit imperio: ſicut ſcriptura teſtatur, dicens: Et fecit Aſa rectum ante conſpectum domini, ſicut Dauid

Deut. 6.c

Ezech. 25.

Hier. 3.c

Pſal. 72.d

Eſa. 6.d

3. Reg. 15

2. Reg. 15.b

A pater eius: & abstulit effœminatos de terra, purgauitq; omnes sordes idolorum, quæ fecerant patres eius. Insuper & Maacham matrem suam amouit, ne esset princeps in sacris Priapi, et in luco eius quem consecrauerat: subuertitq; specum eius, & confregit simulacrum turpissimũ, & combussit in torrente Cedron. Excelsa autem nõ abstulit: ueruntamen cor Asa perfectum erat corã deo cunctis diebus suis. Sciendum autẽ quod in presenti קְדֵשׁוֹת meretrices, ἱερὰς, id est, sacerdotes Priapo mancipatas uocet. In alijs autem locis uiros exectos libidine, cadesim legimus: Esaia dicente: ἐμπαίκται ἡμῖν κυριεύσουσιν αὐτῶν, id est, & illusores dominabuntur eorũ: pro quo in Hebræo scriptum est: & קְרֹשִׁים dominabũtur eorum: quod nos in effœminatos uertimus. Aquila autem γναμψίους interpretans,
B id est, mutatos, hoc ostẽdere uoluit quod suam naturam mutauerint: & de uiris facti sint fœminæ. Symmachus ἑταίρας proprie meretrices appellauit: Lxx. τετελεσμένους id est, consecratos & initiatos, ut cultores idolorum ostenderent: Theodotion, κεχωρισμένους, id est, à populo separatos: qui sibi uidebãtur à uulgo aliquid plus habere. De uerbo breuiter disseruimus: nunc ad sensum capituli reuertamur. Grãdis offensa est postq; peccaueris, iram domini non mereri. Fornicatus fuerat Israel à domino deo suo, et spiritu fornicatiõis seductus: ideo fornicantur & filiæ eius & sponsæ: & absq; ulla uindicta, in suo scelere relinquuntur: ut quod filij & uxor uero parenti fecerãt & marito: hoc in liberis suis & uxoribus sentiant: & ex proprio dolore, intelligant dolorem dei: qui intantum iratus est, ut nequaquam percutiat delinquentes. Quod
Rom.1.c & apostolus ad Romanos scribẽs, mystico sermone testatur: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum, & quadrupedum, & serpentum. Et quia cum idolis fuerant fornicati, tali feriuntur sententia: Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorũ, in immundiciã ut cõtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis: qui cõmutauerunt ueritatẽ dei in mendaciũ: & coluerunt & seruierũt creaturę potius q̃ creatori: qui est benedictus in secula, amẽ. Vt aũt sciamus uisitationẽ quasi uulneratorũ & languentiũ, ideo inferri à deo, ut ueluti cauterio & amarissimis potionibus recipiant sanitatem, & morbis careant, per prophetam loquen C
tem audiamus dominũ: Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum: misericordiam aũt meam non dispergam ab eo. Qui igitur amatur, corripitur: qui negligitur, suis peccatis dimittitur. Tantusq; fuit numerus fornicatorũ Israel, ut cesset ultio, desperans emẽdationẽ. Quid enim turpius q̃ uiros meretricum cultui copulari: et cum effœminatis immolare hostias libidinis suæ? Quod autem iungit: populus non intelligens uapulabit: pro quo Lxx. transtulerũt: Et populus non intelligẽs adhærebat meretrici: hoc significat quod uapulet in captiuitate, & diuersis afficiat̃ plagis: ut per dolorem recipiat disciplinam. De hæreticis facilis intelligentia est, quòd filij eorum forni
D centur: & sponsæ, id est, animæ quas in errore genuerunt, & suis dogmatibus desponsarunt. Istiusmodi indigni sunt correptione dei: quoniam omnis eorũ cultus fornicatio est: & turpes turpibus cõmiscentur: & propterea uapulabunt, ut aliquando per plagas intelligant quem requirant deum. Quãdo uideris peccatorem diuitijs affluere: iactare se potentia: sanitate gaudere: delectari coniuge: corona circundari liberorũ: & impleri illud quod scriptũ est: In labore hominũ non sunt, & cum hoPsal.72.a minibus non flagellabuntur: dicito in illo cõminationẽ prophetæ esse cõpletam: Nõ uisitabo super Osee.4.d filias uestras cũ fuerint fornicatæ: & sup̃ sponsas uestras cũ adulterauerint. a ¶ Si fornicaris &c.] Pro domo ὦφ in quibusdam exemplaribus, & maxime in Theodotione legimus: οἶκον τῆς ἀδικίας, id est, domũ iniquitatis: qd̃ Aquila & Symmachus interpretati sunt: οἶκον ἀνοφελῆ, id est, domũ inutilem, quæ nihil prosit: & alio uerbo idolũ nuncupetur. Est aũt Bethel & quę prius uocabatur domus dei: postq; uituli in ea positi sunt, appellata est bethauen: id est, domus inutilis et domus idoli: quod nos ut in Hebræo legit̃ expressimus. Videtur aũt mihi idcirco & populus Israel in solitudine fecisse sibi caput uituli q̃d coleret: & Hieroboã filius Nabath uitulos aureos fabricatus: ut q̃d in Aegypto didicerãt ἄπιμ τὴν μνδῦιμ qui sub figura boũ colunt̃, esse deos: hoc in sua supstitiõe seruarẽt. Dicamus sensum capituli. Si semel ò Israel errore deceptus es & te cũ meretricibus miscuisti: ita ut quicũq; impleret manũ uel suam uel regis, offerendo & dando ei munera, sacerdos fieret excelsorũ: saltem tu

SEPTVAGIN. uisitabo super filias uestras cum fuerint fornicatæ: & super sponsas uestras cum adulterauerint: quoniam ipsi cũ meretricibus miscebantur: & cum initiatis immolabant: & populus non intelligens adhærebat meretrici. Tu autem Israel ne ignores: & Iuda nolite ingredi in Galgala: ne ascendatis in domum ὦφ, & ne iuretis, uiuit dominus: quoniam sicut uacca asilo percussa insaniuit Israel. Nunc

HEB. uisitabo super filias uestras cum fuerint fornicatæ, & super sponsas uestras cum adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur: & cum effœminatis sacrificabant: & populus non intelligens uapulabit. Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala: & ne ascenderitis in Bethauen: neq; iuraueritis, uiuit dñs: quoniã sicut uacca lasciuiens declinauit Israel. Nunc

Iuda

A Iuda qui possides Hierusalem: & habes ex lege leuitas, & exerces templi ceremonias, non debes sororis quondam tuæ Oollæ in fornicatione exempla sectari, & cum ea idola colere. Nō ingrediaris
Osee.9.d in Galgala. De qua in hoc propheta legimus: Omnis malicia eorum in Galgalis: in qua Saul unctus est in regem: in qua exiens populus de deserto, primū castra metatus, secunda circūcisione purgatus est. Ex quo tē pore religionis aduersæ, in loco celebri error inoleuit. Et ne ascēdas in Bethauen, id est, quæ quōdā uocabatur Bethel: quia postēp aurei ibi uituli positi sunt ab Hieroboam filio Nabath: non domus dei appellatur, sed domus idoli. Pro qua miror cur Lxx. domum ὦν interpretati sunt: nisi forte errore consueto pro ר litera media quæ א & ו literis ex utraq; parte uallat ר quæ sola differt magnitudine putauerunt. Neq; iuraueritis uiuit dominus. Nolo enim per os uestrum nominis mei fieri mentionem quod idolorū recordatione pollutum est. Sicut enim uacca lasciuiens &
B abijciens iugum: ita Israel, id est, decem tribus declinauit à domini seruitute. Pro lasciuiente uacca, Lxx. transtulerunt παροισρῶσαν: quæ œstro asilo; percussa sit: quem uulgo tabanum uocant. De quo & Vergilius in iij. Georgi. lib. refert: Cui nomen asilo Romanū est: œstrum Graij uertere uocantes: Asper acerba sonās: quo tota exterrita syluis Diffugiūt armēta: furit mugitibus æther Concussus, syluæq; & ficci ripa Tanagri. Quia ergo insaniuit Israel, & percussus fornicationis spiritu, incredibili furore bacchatus est: ideo nō multo post tempore, sed dum propheto, dum spiritus hos regit artus: pascet eos dominus quasi agnum in latitudine. Quia metaphoram à uacca lasciuiente siue œstro cœperat, seruat in reliquis: ut captiuitatem in Assyrios, & in latissimam Medorum terram dispersionem populi Israel quasi in campo latissimo & in spacioſa terra gregis & agnorum pasturā uocet. Super hęreticis prona intelligētia est: ad quos, uel de quibus dicitur: Si semel fornicaris hæretice, saltem tu ecclesiastice non delinquas ne ingrediaris in Galgalam: hæreticorū conciliabula, ubi peccata omnium reuelātur, & instar porcorum uoluntantur in cœno. Ne te ascēdere putes ad superbas & arrogātes falsorum dogmatum fictiones. Non est enim ibi domus dei, sed domus idoli. Nec iuraueris per nomen Christi, cuius maiestatem miscendo idolis polluisti. Sicut enim uacca percussa asilo, percussi sunt hæretici ardentibus diaboli sagittis, & legis noticiam reliquerunt: ideo pascentur in lata & in spacioſa uia, quæ ducit ad mortem: & pa-

HEB. Nūc pascet eos dominus quasi agnū in latitudine. Pārticeps idolorū Ephraim, dimitte eū: separatū est conuiuiū eorū: fornicatione fornicati sunt: dilexerūt afferre ignominiam ptectores eius: ligauit spiritus eū in alis suis: & confundent' à sacrificijs suis.

Cap. V.

Audite

tientia domini bonicp pastoris eos nutriet ad interitum. 4 ¶ Particeps idolorū &c.] Ephraim de qua tribu Hieroboam filius Nabath, qui primus aureos uitulos in Bethel Dancp constituit, rex est decem tribuum. Oigitur Iuda cui supra dixi, si fornicat Israel, non delinquat saltē Iuda, Audi consilium meum: prophetæ uerba nō spernas: quia Ephraim semel idolorum amicus et particeps est dimitte eum: ne sequaris impietatem eius, cuius cultus & religio & cibus à tuo cōuiuio separatus est. Illi enim semel idolis seruiunt, & dęmonibus
C immolant, & quotidie fornicantur, & diligunt fornicationem suam: imò principes & protectores eius, id est, reges dilexerūt ignominiam afferre populo: id est, uitio principū, infelix populus suscepit cultum idolorū: quorū immundus spiritus ligauit Israelem in alis suis, & eum libere uolitare non patitur. Confundentur igitur in sacrificijs suis, & ignominiam principū in sua confusione suscipiēt. Symmachus pro eo quod nos interpretati sumus, ligauit spiritus eum in alis suis: hoc modo uertit in
D Græcum: ἐδέησε τὸν ἄνεμον ἐν πτέρυξιν αὐτοῦ: uelut si quis liget uentum in alis uenti: ut scilicet & principes & populum, imò & dæmones & Israelem, uanos uanis, et inanibus inanes afferat copulatos. Ventus enim & spiritus apud Hebræos uno uerbo appellantur רוח Id quod Lxx. transtulerunt, ἐρέπισε χαναναίους, id est, prouocauit Chananæos: in Hebraico nō habetur, tamen sic interpretari potest: ut dicamus tantum studium habuisse Israelem in idolorum cultu, ut nō imitatus sit Chananæos, id est, ethnicos: sed ad imitationem sui eos prouocarit erroris. Hoc ipsum & ad hæreticos referri potest: & dicitur ad Iudam, id est, ad uirum ecclesiasticum: quia Ephraim qui interpretatur καρποφόρος, falsam sibi doctrinæ ubertatem, & frugifera dogmata promittit: & semel amicus est dæmonum: dimitte eum atq; contemne: præsertim cum sacrificia eorum à tuis sint sacrificijs separata. Hoc est enim quod dicit: separatum est cōuiuium eorum: semel fornicati sunt: & principes eorum infelicem populum deceperunt: & pro dei cultu imbuerunt eos ignominia idolorum: & ligauit eos diaboli spiritus in alis suis: qui circunferuntur omni uento doctrinæ, & stabili in ecclesia pede permanere non possunt. Qui uere in suis sacrificijs confundentur, quia panis eorū panis luctus est. Quodq; dicitur, prouocauit Chananæos: eodem sensu referri potest ad hæreticos: quod tam spurca plericp hæreticorum & nefanda confinxerint, habeantq; immūda sacrificia, ut idololatria inferior sit.

SEP. Nūc pascet eos dominus sicut agnum in spacioso. Particeps idolorū Ephraim posuit sibi scandala: prouocauit Chananæos: fornicantes fornicati sunt: dilexerūt ignominiā ex fremitu eius: turbo spiritus sibilabit in alis eius: et cōfundent' ex altaribus suis.

Cap. V.

Audite

Vel certe

A Vel certe quia Chananæus interpretatur, negociator, ſiue μεταβολεύς, id eſt, trãslator: omnes qui domum patris faciunt domum negociationis: & lucra quærũt de populis, & eccleſię ueritatẽ tranſferunt in mendacium, Chananæi appellandi ſunt.

Cap. V.

AVdite hæc ſacerdotes & attẽdite domus Iſrael: & domus regis auribus &c.] Sacerdotes decem tribuum ad iudiciũ uocantur, & reges: non quod ſacerdotes ſint de tribu Leui, ſed quod ſacerdotes uocẽtur à populo. Vnde & ſacerdotes Baal & prophetæ quadringenti quinquaginta ąs interfecit Helias: et poſtea Iehu filius Nãſi præſente Ionadab filio rechab appellati ſunt ſacerdotes: ſed & Iſrael, id eſt, populus uocatur ad iudicium, B & nullus excipitur ut & ſacerdotes & populus & reges qui induxerant populum, & conſtituerant ſacerdotes, ſimul audiant quid fecerint, & cur tradantur inimicis. Speculatores, inquit, uos poſui, & principes in populo: & in excelſo dignitatis culmine conſtitui, ut populũ regeretis errantẽ. Vos aũt facti eſtis laqueus: & non tã ſpeculatores & principes quàm uenatores appellandi. Expanditis enim rete ſuper montẽ Thabor, quem Septuaginta ἰταβύριον tranſtulerunt: hanc habentes conſuetudinẽ, ut Hebræa nomina Græco ſermone declinẽt: ſicut Edom, hoc eſt, Eſau & Seir, ſemper Idumæam interpretantur. Eſt aũt Thabor mons in Galilæa, ſitus in campeſtribus, rotũdus atq; ſublimis & ex omni parte finitur æqualiter. De hoc mõte & in pſalmo legimus: Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt. Hunc montem & in Hieremia Septuaginta Itabyrium tranſtulerũt: in quo aues laqueis capi ſolent. Et uictimas, inquit, declinaſtis in profundũ: ut nullus ageret pœnitentiã, nec occiſus eleuaret caput. Prohibuerunt & reges, & ſacerdotes ire populum ad templum Hieruſalem, idcirco in profundum uictimas declinaſſe dicũtur. Iuxta tropologiã, accuſatur populus ne ſe alienum arbitretur à crimine, ſi inductus ſit à regibus & à ſacerdotibus, quos hæreticorum principes intelligimus. Ipſi quoq; principes accuſant, quod quaſi laqueus, cœperint populum: & poſiti ſpeculatores in eccleſia, eos duxerint in errorem. Et in monte Thabor excelſo atq; C pulcherrimo: qui interpretatur uenies lumen, inſidias poſuerunt: ut deceptos quoſq; pertraherent in profundũ & immolarent dæmonibus: & in barathrum uictimas declinarent, ne aliquando reſipiſcerent: ne domum dei eccleſiã ſuſpirarẽt. Quidã Thabor interpretari putãt lacũ, id eſt, ciſternã & præſenti ſenſui cõuenire, quod hæretici foderint lacũ & inciderint in foueã quam fecerũt.

AVdite hæc ſacerdotes & attendite domus Iſrael, & domus regis auribus percipite: ad uos enim eſt iudiciũ: quia laqueus facti eſtis ſpeculationi: & ſicut rete expãſum ſuper itabyriũ, quod qui capiunt, uenationem confixerunt. Ego enim magiſter ueſter: ego cognoui Ephraim: & iſrael nõ receſſit à me, quia nunc fornicatus eſt Ephraim: commaculatus eſt Iſrael, non dederũt cogitationes ſuas ut reuerterentur ad dominum deum ſuum, quia ſpiritus fornicatiõis eſt in eis, dominum autem non cognouerũt. Et humiliabitur iniuria Iſrael in faciẽ eius, & Iſrael ſaluare, non perdere. Ego inquit, ſcio Ephraim, id eſt, Hieroboã: à quo ſeductus eſt populus, & omnes reges qui eum & dignitate & ſcelere ſunt ſecuti: & Iſrael non eſt abſconditus à me, id eſt, decem tribuum populus: quia fornicante rege, contaminatus eſt Iſrael. Rex primo cœpit à dei cultu fornicari, uitulos aureos cupiens adorare: & uolens ſecutus eſt populus: paremq; impietatem pari ſtudio compleuerunt. Denicq; non reuertentur ad dominum, quia quod uoluerunt, inuenerunt: & ſpiritus fornicationis, qui (iuxta Apoſtolum) operatur in filijs diffidentiæ, poſſidet eorum corda captiua: & idcirco illo regnãte dominũ neſcierunt, imò obliti ſunt creatoris ſui. Vnde et principes dogmatum peruerſorum & populum dominus nõ ignorat: non quod eius noticia digni ſint, ſed quod nihil eum lateat eorum quæ occulte faciũt: quorum alij deceperunt, alij ſunt decepti. Nec dabunt cogitationes ſuas ut agant pœnitentiam qui ſemper in perditione proficiũt. Spiritus enim fornicationis quo fornicati ſunt in eccleſia, & à uero matrimonio receſſerunt, uerſatur in medio eorũ: ideo dominum non cognouerunt. c ¶ Et reſpondit &c.] Verbũ עָנָה Lxx. & Symmachus interpretantur πλὼν ὕβρεως, id eſt, iniuriã: Aquila et Theodotion ἀλαζονείαν, id eſt, ſuperbiã. Quicquid igitur fecit Iſrael, uel ſuperbe agẽs cõtra dñm, uel in iniuriam creatoris

b ¶ Et ego eruditor &c.] O ſacerdotes & reges qui meum populũ decepiſtis: et tu populi qui deceptus es, tã grauiter deliquiſtis: ut non ſolũ occideritis uictimas, ſed in profundum eas miſeritis inferni, nolite arbitrari magnitudine ſceleris uos à me penitus receſſiſſe: Ego D ſum magiſter ueſter: imò eruditor, qui emendare cupiam nõ punire: &

3. Reg. 18. f
4. Reg. 9. c & 10. c
Pſal. 88. c
Hiere. 46. c
Epheſ. 2. d

A creatoris idola uenerãs, reſpondebit in facie eius: ut non abeat impunitus, ſed humilietur eius contumelia: & populus et reges in iniquitate ſua pariter corruãt ſiue infirmentur: ut qui fortes erant in ſcelere, infirmi ad dominum redire cogantur. Et hoc nõ ſolum eueniet Iſraeli et Ephraim, id eſt, decem tribubus & regibus earum, ut ducantur in captiuitatẽ: ſed etiam Iudas, id eſt, duæ tribus quæ regnabant in Hieruſalem, ſequẽtur ueſtigia captiuorum: ut quorum imitantur ſcelera, imitentur & pœnam. Hæretici matrem habẽt iniquitatis ſuę ſuperbiam, dum ſemper altiora ſe ſcire iactitãt: & in eccleſiæ contumeliam debacchantur. Sed infirmabitur arrogantia eorum, & populus ac magiſtri pariter corruent: Iudas quoq; qui uidetur eſſe in domo dei, & in eccleſia, non mente, ſed corpore commoratur: & eandem habet cum hæreticis in errore ſententiam: fruſtra nomen eccleſiaſticũ repromittit: quia & ipſe cũ hæreticis puniendus eſt. Manifeſta tranſcurrimus, ut in obſcurioribus immoremur. a ¶ In gregibus ſuis &c.] Nõ ſolum Iſrael & Ephraim ibunt cum gregibus & armentis ad dominum requirendum: ſed etiam Iudas, de quo ſupra ſcriptum eſt: ruet etiam Iudas cum eis: hoc habentes omnes certamen: ut quem præuaricationibus offenderant, hoſtijs placare nitantur: & non inuenient quem requirunt: quia à recedentibus & ipſe diſceſſit: præſertim cum & alibi loquatur: Nunquid manducabo carnes taurorum: aut ſanguinem hircorum bibam: Et iterum: Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et in Eſaia: Holocauſta arietum, & adipem agnorum, & ſanguinem hircorum atq; taurorum nolo: præuaricati ſunt enim in domino: quia fornicantes cum idolis, non deo filios genuerunt, ſed dæmonibus. Alij putant hoc ſignificari quod in Eſdra multo poſt tempore dicitur, quando uxores alienigenas aſſumpſerunt, creantes ex eis liberos, & poſtea repudiare cõpulſi ſunt. Sed hic melius eſt alienos filios accipere, qui in idolorum errore generati ſunt: ſiue quos ducentes per ignem, idolis conſecrarunt. Quia igitur hoc fecerunt, non multo poſt tempore, non annorum ſpacijs infinitis, & ut ſolitus eram prius, longe poſt futura prædicere: ſed nunc & in preſentiarum adueniet Aſſyrius, atq; Chaldæus, & deuorabunt eos cum partibus ſuis ſiue cleris ſuis id eſt, cũ poſſeſſionibus quas in diuiſionẽ terrę ad menſuram funiculi ſuſceperunt. Pro eo qd nos diximus, deuorabit eos mẽſis, Lxx. rubiginẽ, tranſtulerunt: cum utiq; rubigo, id eſt חסיל ἑρυσίβη appellet, ut ipſi quoque dixerũt in propheta Ioel: Reliquias bruchi comedet rubigo, id eſt חסיל Menſis autem חרש dicitur: deniq; Aquila neomenias, id eſt, Kalendas interpretatur: Symmachus & Theodotion mẽſem: & eſt ſenſus: per ſingulos menſes hoſtis adueniet, & cuncta uaſtabit. Legamus Regum & Paralipomenon libros, et inueniemus ſub rege Phacee: qui regnabat decem tribubus, uenìſſe Teglathphalaſar regem Aſſyriorum, & magnam partem populi Samariæ in Aſſyrios tranſtuliſſe: quo tempore apud Græcos ſecundus annus primæ olympiadis fuit: & apud Latinos (necdum Roma cõdita fuit) Albæ uicesimo anno Amulius imperabat: quem poſtea Romulus regno pepulit. Hæretici ſuſpicantur quod in ſacrificiorum multitudine placent deum, & eccleſiaſtici quod faciendo eleemoſynas redimant peccata, in quibus permanent: cum omne ſacrificium præterita ſcelera deleat, nõ præſentia: ideo non inueniunt dominum, quia aufertur à talibus, & procul recedit. Iſti uere præuaricati ſunt in deũ, & alienos filios non Chriſto, ſed diabolo procrearunt, ideo omni tempore maledicta ſunt opera eorum, & cuncta quæ faciunt, cruenti coloris rubigo populatur, quia ſanguini & interfectioni proxima ſunt. Rubigo autem proprie deſcendere dicitur in rore nocturno, ac lactantia in ſpicis frumenta maculare colore minij uel ſinopidis, & congrue iuxta ἀναγωγὴν uaſtat cleros hæreticorum, de quibus dicitur: Cleri eorum n o proderunt eis.

HEB. & Iſrael & Ephraim ruent in iniquitate ſua: ruet etiam Iuda cum eis. In gręgibus ſuis & in armentis ſuis uadent ad quærendum dominum & non inuenient: ablatus eſt ab eis, in dño præuaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt, nunc deuorabit eos menſis cum partibus ſuis.

SEP. & Iſrael & Ephraim infirmabuntur in iniquitatibus ſuis, infirmabitur etiam Iudas cũ eis. Cũ ouibus & uitulis ibũt & quærent dominũ, & non inueniẽt eũ, declinauit ab illis, quia dominũ reliquerunt, quia filios alienos genuerunt ſibi, nunc deuorabit eos rubigo & cleros eorũ.

B

C

D

Pſal. 49. c

Eſa. 1. c

1. Eſdre. 10. c

Ioel. 1. d

commentariorum Oſee ad Pammachium procœmium.

QVI ſæpe nauigat,aliquando patitur tempeſtatem: qui uiam frequenter ingreditur, aut ſuſtinet latronũ impetus,aut certe metuit: omnicꝫ in arte,tam gloria quàm obtrectatio,ſecundis aduerſiſcꝫ uentis oritur:dum aut amici plus merito laudant, aut inimici plus iuſto detrahunt: rarumcꝫ inuenias qui in utrancꝫ partem non fauore,aut odio,ſed rerum æquitate ducatur. Quod mihi in ſcripturarum explanatione ſudanti accidere uideo. Alij enim quaſi parua contemnunt:& quicquid dixerimus, contrectare deſpiciunt. Alij odio nominis noſtri,non res, ſed perſonas conſiderant: magiſcꝫ aliorum ſilentium quàm noſtrum ſtudium probant.Sunt qui audacter nos facere aſſerant,quod arripuimus opus,quod nullus ante nos Latinorum tentare auſus eſt. Quidam in eo ſe diſertos arbitrantur & doctos,ſi alieno operi detrahant:& non quid ipſi poſſint,ſed quid nos nõ poſſimus dijudicent: Tu autem Pammachi qui nos facere præcepiſti hoc, neceſſe eſt ut fautor ſis imperio tuo: & Amaſinios ac Rabirios noſtri temporis:qui de Græcis bonis, Latina faciunt non bona: & homines eloquentiſſimos,ipſi elingues transferunt, euangelico calces pede: hydramcꝫ & ſcorpium iuxta fabulas Poetarum,aduras cauterio,ſolea conteras:& Scylleos canes ac mortifera carmina Sirenarum ſurda aure pertrãſeas: ut pariter audire & noſſe ualeamus quid uaticinetur Oſee propheta:in cuius explanationem ſecundum dictabimus librum. Cumcꝫ tuo læter adminiculo: & in prima urbe terrarum,primum & nobilitate & religione habere me gaudeam defenſorem:tamen magis optarem illud mihi cõtingere,quod Titus Liuius ſcribit de Catone:cuius gloriæ neqꝫ profuit quiſquam laudando,nec uituperando quiſquam nocuit: cum utrunqꝫ ſummis prædíti fecerint ingenijs. Significat autem M. Ciceronem & C.Cæſarem:quorum alter laudes, alter uituperationes ſupradicti ſcripſit uiri.Dum enim uiuimus,& in uaſe fragili continemur, uidentur amicorũ prodeſſe ſtudia,& nocere æmulorũ opprobria. Poſtquam autem reuerſa fuerit terra in terrã ſuam: D
B & tam nos qui ſcribimus,quàm eos qui de nobis iudicant,pallida mors ſubtraxerit, & alia uenerit generatio, primiſcꝫ cadentibus foliis uirens ſylua ſuccreuerit:tunc ſine nominum dignitate, ſola iudicantur ingenia:nec conſiderat qui lecturus eſt,cuius:ſed quale ſit quod lecturus eſt: ſiue ille epiſcopus,ſiue ſit laicus,imperator & dominus, miles & ſeruus:aut purpura & Serico, aut uiliſſimo panno iaceat:non honorum diuerſitate, ſed operum merito iudicabitur.

COMMENTARIORVM DIVI HIERONYMI in Oſee prophetam ad Pammachium liber ſecundus.

CLangite buccina &c.] Ephraim & Iſrael & Iudam,menſes ſinguli,ſiue rubigo cũ ſuis partib. deuorabunt. Quã obrẽ præcipio uobis qui auditis, ut non uoce ſublimi, ſed clara buccina concrepetis: claro enim auditu opus eſt,ut omnes audiant qui in circumitu ſunt. Clangite buccina in Gabaa: גִּבְעָה cuius etymologiã in colles Lxx. tranſtulerunt: & tuba in Rama,quæ interpretatur excelſa: iſtæ aũt duę ſunt in tribu Beniamin, uicinę ſibi mutuo ciui רָמָה tates:id eſt,Gabaa,in qua natus eſt Saul:et Rama, quæ eſt iuxta Gabaa, in ſeptimo lapide à Hieroſolymis ſita:& quam rex Iſrael occupare conatus eſt ut exitum & introitum clauderet tribui Iudæ. In Gabaa itaqꝫ & in Rama clara buccina & tuba perſonate:quorum buccina paſtoralis eſt,& cornu recuruo efficitur: unde & proprie Hebraice שׁוֹפָר Græce κερατινὴ appellatur. Tuba autem de ære efficitur uel argẽto:qua in bellis & in ſolennitatibus cõcrepabant. Super Bethauen, quæ quondã uocabatur Bethel: id eſt, in tribu Ephraim, in qua uitulus aureus erat: non clangore et ſonitu, ſed ululatu opus eſt: quia uicina captiuitas eſt. Et pulchre dixit quòd Bethauen poſt tergum ſit Beniamin: ubi enim tribus finitur Beniamin, haud procul in tribu Ephraim hæc urbs condita eſt. Idcirco autẽ dico atqꝫ præcipio: Clãgite buccina in

Lángite buccina in Gabaa, tuba in Rama: ululate in Bethauẽ poſt tergũ tuum Beniamin: Ephraim in deſolatione erit in die correptionis, in tribubus Iſrael oſtendi fidem.

Langite tuba ſuper colles:ſonate ſuper excelſa: prædicate in domo ὠὴρ: mente excidit Beniamin:Ephraim in deſolatiõe factus ẽ in diebus correptionis: in tribubus Iſrael oſtendi fidelia.

A na in Gabaa, & tuba in Rama, & ululate in Betha/
uẽ: quia domus regia Ephraim, siue ipse Ephraim,
hoc est imperium Israel, iam in desolatione erit: &
instat uicina captiuitas. In die correptiõis atq; sup
plicij decem tribuũ Israel, ostendi mea fidelia uer/
ba, quæ per pro/
phetas commina/
tus sũ: ut quod ser/
mone prædixerã,
opere comproba/
rem. Quidam Be/
בֵּית־אָוֶן thauen iuxta Lxx.
qui dixerunt do/
mus ὦψ, ciuitatem
solis, interpretati
sunt: & solem iusti
ciæ Christũ dicen/
tes, urbem illius ecclesiam esse uoluerunt. Quod
mihi displicet: Neq; enim domus idoli, quã Aqui/
la interpretatus est, domum inutilem, iuxta tropo
logiam ad ecclesiam referri potest. Sed hoc dica/
mus, quòd hæretici qui in Gabaa & Rama, excel/
sam sibi scientiam pollicentur, iubeantur ululare
בִּנְיָמִין in domo idoli: & non sint ante faciem Beniamin,
qui interpretatur, filius dextrę: sed post tergũ eius,
אֶפְרַיִם ubi oculos nõ habet. Omnis enim Ephraim iactan
tia, quæ interpretatur ubertas: breui in desolatio/
ne erit: & cum iudicij, inquit, dies & tempus corre
ptionis aduenerit: uerba mea non esse inania, re/
bus ostendam. Pro eo quod trãstulimus nos, post
B tergum tuũ Beniamin: Lxx. uerterunt, mente mo
tus est Beniamin: semper ἔκστασιν, id est, mẽtis ex
cessum, Beniamin uiro ecclesiastico aptãtes. Vnde
& in sexagesimo septimo psalmo dicitur: Ibi Benia
min adolescentulus in mentis excessu. Et in benedi
ctionibus Iacob, sub persona Beniamin, de qua tri
Gen. 49. d bu Paulus apostolus fuit, scriptũ legimus: Benia/
min lupus rapax, mane comedet prædam, & ad
uesperam dabit escam. Qui enim in principio per
sequebatur ecclesiã, postea in toto orbe, euangelij
credentibus alimenta largitus est. Vnde & Saul
1. Reg. 10. c qui de tribu Beniamin fuit: in mentis excessu, tota
die usq; ad uesperum uaticinatus est inter prophe
tarũ chorum. d ¶ Facti sunt principes Iuda &c.]
Ductis Ephraim & Israel in captiuitatem, & reda/
cta terra eorum in solitudinem: principes Iuda qui
flere debuerant: & suum populum cohortari ut re
cederent ab idololatria, ne & ipsi similia sustinerẽt:
cœperũt gaudere atq; lætari, quòd pateret sibi ter/
ra eorum ad possidendum latius: & facti sunt qua/
si assumẽtes terminos Israel, transeũtes fines suos:
& in locis quondam eorum, regnum suum & pos/
sessionem dilatare cupientes. Quamobrem dicit
dominus: Et super ipsos principes Iuda ueniẽt Ba
bylonij: & ita eos quasi aquę impetus occupabũt:
nõ suis uiribus, sed indignatione mea. Dicit quoq;
& ad principes Iuda, hoc est, ecclesiæ, quòd nõ de/
beant exultare: & hęreticorum perditionem suam
salutem æstimare: sed potius plangere, quòd illi pe
Rom. 11. c rierint. Vnde & apostolus Paulus docet ecclesia/
sticos uiros, ne glorientur super fractione Iudaico
rum ramorum, sed potius timeant ne & ipsi fran/ C
gantur. Et in alio loco: Quis, ait, scandalizatur, & 2. Cor. 11. g
ego non uror? Alioquin super tales principes qui
in aliorum miserijs gloriãtur, & idcirco se stare pu
tant si alij corruãt, effundet dominus quasi aquam
iram suam. Pro ira
HEB. Facti sunt princi/ Lxx. ὁρμημα, id est
pes Iuda quasi assumen/ impetum transtule
tes terminum: super eos runt: & putant qui
effundam quasi aquam dã pro benedictio/
iram meam. Cålumniam ne accipiendum, iu
patiens est Ephraim: fra/ xta illud quod ali/
ctus iudicio, quoniam cœ bi legimus: Flumi/ Psal. 45. d
pit abire post sordem. nis impetus lætifi/
cat ciuitatem dei.
Et Sed rectius (ut om/
nes pręter Lxx. trã
stulerunt) ira accipienda est: præsertim cum no/
men effusionis & iræ conueniat: dicente prophe/
ta ad dominum: Effunde super eos iram tuam: &
furor iræ tuæ comprehendat eos. Transferũt prin
cipes Iuda terminos quos posuerunt patres eorũ,
quando immutant mendacio ueritatem: & aliud
prædicant quàm ab apostolis acceperũt. b ¶ Ca
lumniam patiens est Ephraim &c.] Si impius est
Ephraim, & propter impietatem suam erit in deso
lationem, quomodo nunc dicitur: calumniam pa/
tiens Ephraim fractus iudicio? qui enim calumniã
patitur & frangitur, iudicium eius inique opprimi
tur: maxime cum causa iusta ponatur, quare sit tra
ditus captiuitati: Sequitur enim: quoniam cœpit D
abire post sordẽ, hoc est, post idola quæ sordibus
comparantur? Quod ergo dicit, hoc est: oppri/
mitur Eprhaim ab Assyrijs, primum à Phul, dein/ 4. Reg. 15. d
de a Teglathphalasar, postea à Salmanasar: non
quod illi iusti fuerint, qui eum oppresserunt, & id/
circo traditus eis sit: sed quod qui quondã fuerunt
populus meus, me eos deserente traduntur ad pœ
nas, & in hoc uidetur esse calumnia, non deo,
qui iustam infert sententiam: sed his qui tormen/
ta sustinent, dum peioribus se aduersarijs conce/
duntur: Redditq; causam dominus, idcirco eos
in hac parte calumniam sustinere, & tradi peio/
ribus, & erga illos iudicium non seruari: quia cœ/
pit Ephraim, id est Hieroboam, abire post idola,
& deum derelinquere: ipse enim aureos fabrica/
tus est uitulos. Secundum Lxx. interpretatio/
nem: oppressit Ephraim, id est Hieroboam, ad/
uersarium suum Roboam, id est, tribum Iuda:
& in eo oppressit, quia deserta Hierusalem &
templo, Aegyptiarum sordium simulachra secta/
tus sit. De hæreticis manifestus est sensus: quod
sophismatibus suis & arte dialectica sæpe oppri/
mant ecclesiasticos: sed cum hoc fecerint, non
mundiciam ueræ fidei, sed sordes sequantur men/
dacij: qui traditi diabolo & angelis eius, uiden/
tur sibi calumniam pati, & in se fractam esse iu/
dicij ueritatem. Taliter uastatur Israel: & o/
mnes labores eius Assyrio uincente populantur:
deum que perdidit præsulem, & idcirco fractus
iudicio est: quia secutus est idola.

HEBRAEI. Et egō quasi tinea Ephraim & quasi putredo domui Iuda. Et uidit Ephrāim languorem suum, & Iudas uinculum suum, & abīit Ephraim ad Assur, & misit ad regem ultorem, & ipse non poterit sanare uos: nec soluere poterit à uobis uinculum. Quōniam ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda. Egō ego capiam, & uadam, & tollam

SEPTVAG. Et ego quasi conturbatio Ephraim, & quasi stimulus domui Iuda. Et uidit Ephraim infirmitatem suam, & Iudas dolorem suum, & abīit Ephraim ad Assyrios & misit ÷ legatos·· ad regem Iarib, & ipse nō potuit liberare uos, nec cessare faciet à uobis dolorem. Quia ego sum quasi panther Ephraim, & quasi leo in domo Iuda, & ego rapiā, & uadam & tollam

A a ¶ Et ego quasi tinea &c.] עש lingua Hebraica tinea dicitur רקב putredo & caries: quorum altefum uestes, alterum ligna cōsumit: pro quibus Lxx. παραχωὶ & κώπρον, id est tumultum uel conturbationem & stimulum transtulerūt. Et notandum quod tinea referat ad Ephraim, & putredo ad domum Iuda. Quomodo igitur tinea uestimenta consumit & putredo uel caries ligna: quod utrumq; longo fit tempore: ita deus & decem tribubus & postea tribubus duabus, longo tempore dās locū pœnitētiæ, & eos prouocans ad salutem thesaurisantes sibi iram in die iræ, quasi tinea efficitur & putredo: non quod deus tinea sit uel putredo, aut conturbatio uel stimulus, sed quod sustinentibus pœnas hæc uniuersa uideatur. Primus igitur consumptus est Ephraim & Israel: deinde secuta est & domus Iuda: non ipse Iuda, sed
B domus eius, alioquin reseruabatur de genere Iuda cui repositum fuit: Et ipse erat expectatio gētium. Punitis autem hæreticis, qui intelliguntur Ephraim: etiam Iudas, scilicet hi qui cum ecclesia permanent, & hæreticorum uel erroribus uel uitijs continentur, simili sententiæ subiacebunt. *b* ¶ Et uidit Ephraim languorem suum &c.] Legatos, nō habetur in Hebræo: Et ubi Lxx. posuerunt Iarib, nos iuxta Symmachum, ultorem uertimus: nam Aquila & Theodotion, iudicem interpretati sunt. Quod autem ירב ultorem significet & iudicem, nomen Gedeonis ostendit, quem cum cultores Baal expeterēt ad supplicium, eo quod lucum Baal arasq; euertisset: respōdit pater: ulciscatur se Baal, aut iudicet eum Baal, & appellatus est, inquit, ירבעל id est, ulciscatur se Baal. Intelligens itaque Ephraim infirmitatem suam, & Iudas uinculum suum, quod cum decem tribubus peccato fuerat colligatus: non à deo qui soluere poterat, sed à rege Assyriorum quæsiuit auxiliū. Legimus, quod sub rege Manahen, qui decem tribubus præfuit, Israel Assyrijs dona transmiserit: et Iudas sub rege Achaz prælidium flagitarit Teglathphalasar regis Assyriorum: qui eos aduersante deo liberare non potuerunt, nec captiuitatis uinculum soluere. Possumus uinculum pro quo in Hebræo scriptum est מוסר & Aquila interpretatus est ἐπιδεσμὸν siue σωμοσιαμόν, id est, colligationem siue coniurationem, & ad illud tempus referre: quando Rasin & Phacee multa de tribu Iuda hominum milia uastauerunt, quod frustra Iudas aduersus reges duos non dei, sed Assyriorum auxilium flagitarit. Quidam iuxta Tropologiā, Ephraim & Iudam, ad hęreticos, & ad uiros ecclesiasticos referunt, eo quod & illi & Iudas peccatorū uinculis colligati: iuxta illud quod scriptum est: Funibus peccatorum suorū unusquisq; constringitur, miserint ad Assur et ad regē ultorem, id est, ad diabolum, de quo legimus: Vt destruas inimicum, & ultorem. Et quia non uerum uel auxilia-
torem uel iudicem deprecati sunt: idcirco permanere eos fecit in dolore languoris & uinculis delictorum. Legi in cuiusdā commētarijs regem Iarib Christum interpretari. Et quia sequitur: Ipse nō poterit sanare uos: Hoc argumento usus est, quod hæreticos uel ecclesiasticos peccatores Christus sanare non possit in tempore iudicij, ubi nulla est misericordia: iuxta illud quod scriptū est: In inferno autem quis confitebitur tibi? Et quod sanare uel liberare non possit: nequaquam sua imbecillitate, sed eorum merito, qui sero auxiliū postularint: Quomodo & dominus dicitur signa in patria sua facere non potuisse, & causa cur non potuerit, exponitur: quia, inquit, non credebant in eum. Hęc ille dixerit: nos in malam partem regem interpretemur ultorem. Pro eo quod nos exposuimus Iarib: id est, ultorem, alij male legunt יערים per ם literam, quod transfertur in siluas: unde קריית־יערים interpretatur uilla syluarum. *c* ¶ Quoniam ego quasi &c.] Illis euntibus ad assur & mittentibus ad regem uindicem uel ultorem, qui eos sanare non poterit, nec soluere uinculum colligatum: ostendam quod me aduersante omne hominum auxilium uanum sit: Ero enim quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda. Pro leæna, quod Hebraice dicitur שחל Lxx. interpretati sunt pantherē, quæ Græce similiter dicitur & Latine, & tam nomen bestiæ quàm omnis bestia accipi potest: ut quicquid sæuum in bestijs est, hoc in dei indignatione cognoscas. Nihil pāthere uelocius, nihil leone fortius: in pāthere uelox per Assyrios regni Samariæ significatur interitus, & in leone fortissimum contra Hierusalem & Iudam aliquanto post tempore regnum ostenditur Chaldæorum. Et quia leænam siue pantherem, & leonem se esse dixerat, Metaphoram seruat, & dicit. *d* ¶ Ego ego capiam, & uadam &c.] Quæritur si rapiente, & tollente, & tenente deo, nullus de manibus eius potest eripere: iuxta illud quod scriptum est: Nemo potest ra-

pere

*in translatione Lxx. ἰαρεὶμ reperimus*

*Iudic.6.f*

*4.Reg.15.d*

*4.Reg.16.b*

C

*Psal.118.b*

*Psal.8.d*

*Psal.6.b*

D

*Ioan.10.§*

A pere de manu patris mei: quomodo Iudas de manu dei proditione sit raptus? Ad quod breuiter respondebimus, nullum posse rapere de manu dei, posse autem eum, qui tenetur, propria uoluntate de manu dei excidere. Quodq; sequitur: Vadens reuertar ad locum meum. Locum, dei magnificentiam & maiestatē eius debemus accipere: ut nequaquam pro dispensatione descendat ad homines, irascatur, misereatur, obliuiscatur, fiat quasi panther, uertatur in leonē, mutetur in bestias: sed res spernat humanas, & permittat eos ꝗs antea protegebat hostibus subiacere, ut tabescant, & deficiāt & intereāt, & postea quærāt faciem domini, & dicant: Illumina faciem tuam,
Psal.79 & salui erimus: Et:
Psal.84.a Ostende nobis domine misericordiam tuam, & sa
B lutare tuum da nobis Hæreticis quoq; & ecclesiæ negligēti, deus in pantherem uertitur & leonem: & tollet ab his prædam quam ecclesiæ ante rapuerunt: ut capti saluentur qui liberi perierant: & nequaquam habitabit in cōciliabulis peruersorum,
Ioan.14.b sed reuertetur ad locum suum: de quo dicit: Ego in patre, & pater in me, & eos spernet atq; despiciet, donec deficient in impietate, & quærant eum per pœnitentiam à quo fuerant derelicti. Alij locum dei cœlum putant: quo offensus deus ab his qui in terra habitant reuertatur, & eos faciet disperire, qui clementissimum dominum magnitudine peccatorum, in ferarum sibi rabiem conuerterunt.

Cap. VI.

IN tribulatione sua mane &c.] Ideo deus tradidit Ephraim & Iudam captiuitati & nullus est qui de manu eius possit eripere, et reuertetur ad locum suum donec deficiant, & quærant faciē eius: ut quem propitium præsentemq; non senserant, iratum & absentem requirant: & in tribulatione sua orto eis lumine pœnitentiæ, mane consurgant ad eū: iuxta illud quod in Esaia legimus: In tribulatione domini recordatus sum. Et in primo graduū Psalmo: Ad dominum cum tribularer clamaui & exaudiuit me. Cumq; ad dominum mane surrexerint, quid loquentur? Venite & reuertamur ad dominū. Non sunt propria salute contenti, sed se mutuo prouocant, ut reuertantur ad dominum, quem reliquerant, quem propter peccata deseruerant, à quo fuerāt derelicti: quia ipse cepit, & sanabit nos qui supra dixerat: Ego ego capiam: percutiet & curabit nos. Pro eo quod nos diximus curabit, omC nes similiter transtulerūt, μοτώσει: proprie autem μότα appellantur linteola quæ inferuntur uulneribus, ut putridas carnes comedant & extrahant purulentias: artisq; medicorum est grandia uulnera longo sanare tempore, & per dolorem reddere sanitatem. Percutit ergo dominus & curat nos: quia quem di- Hebr.12.b
ligit, corripit, & castigat omnē filium quē recipit, & non solum curat, sed uiuificat post dies duos, & die tertio resurgens ab inferis omne hominum se cū suscitat genus. Cūq; percussos curauerit, & curatos uiuificauerit, & uiuificatos suscitauerit, tūc uiuemus in cōspectu eius, q illo absēte mortui iacebamus. Viuētes autem in cōspectu eius, sciemus eum, & omni studio sectabimur: ut
D cognoscamus dominum, quo tertia die resurgente, surreximus. His sermonibus explicatur illud quod sæpe iam admonuimus: & Israelē & Iudam, id est, decem & duas tribus, tunc unum habituras esse pastorem & regem Dauid, cum crediderint in dominū resurgentem: frustraq; Iudæi mille annorum sibi somnia pollicentur, cū salus uniuersorum die tertio repromissa sit, qua dominus ab inferis resurrexit. Hebræi diem secundū in aduētu Christi sui interpretātur, & diem tertium in iudicio, quando saluandi sunt: Quod ut concedamus, respondeant nobis, quę sit dies prima: hoc est primus saluatoris aduentus. Et cum respondere non potuerint, inferamus primū diem esse iuxta quod ipsi uolunt in humilitate saluatoris aduentum: secundum in gloria: tertium in habitu iudicantis. Qui autem secundū tertiumq; suscipiunt: primū se perdidisse testantur: quia secundus & tertius sine primo non potest appellari. b ¶Quasi diluculū &c.] Venite, inquit, & reuertamur ad dominū, quia ipse qui cœpit & sanabit nos, percutiet & curabit nos, & uiuificabit nos post dies duos, & die tertio suscitabit nos: ipse & nō alius: quasi mane & aurora paratus est nobis. De quo & uicesimi primi psalmi titulus est: Pro assumptione matutina, licet in Hebræo scriptū sit: Pro ceruo matutino: eo quod interfecta morte, & tortuoso antiquoq; serpente, cupiat ad mōtana cōscendere: & ipse tenebris dissipatis, oritur nobis sol iusticiæ, ut nostrā illumīnet cæcitatē. Et pulchre. c ¶Præparatus est &c.] De quo iuxta tropologiā in octauodecimo psalmo legimus:

SEP. tollā, & non erit qui eruat: ibo & reuertar in locum meū donec dispereāt & quærant faciem meam.

Cap. VI.

IN tribulatione sua mane uigilabūt ad me dicētes: eamus & reuertamur ad dominū deum nostrū: quia ipse uerberauit & sanabit nos: percutiet et curabit nos: sanos nos faciet post dies duos: in tertio resurgemus & uiuemus coram eo, & sciemus & persequemur, ut cognoscamus dominū. Quasi mane paratū inueniemus eum: &

A Et ipſe tanquã ſponſus egreditur de thalamo ſuo. Qui non ſolum mane uocatur, et aurora & dilucu lum: ſed ueniet nobis, quaſi imber temporaneus & ſerotinus terræ. Nos Chriſtum recipimus tem poraneum, quando fidei in nobis iacta ſunt funda menta, & ſuſcipie mus eum imbrem ſerotinum: quãdo maturis ſegetibus fruges capiemus æternas, et in domi nica horrea recon demur. Ergo Iudæi qui tẽporaneas plu uias nõ receperũt, & abſq; pluuijs ie cere ſementem: fru ctus in ultimo tem pore non recipiẽt. Hæc eſt pluuia de qua dominus polli
Deut. 11.b cetur dicẽs: Dabo uobis pluuiã tem poraneam, & ſero tinam. Iuxta Alle goriam: datur plu uia tẽporanea, quã do ex parte cogno ſcimus: datur pluuia ſerotina, quãdo uenerit quod perfectum eſt. Semperq; dominus mane ſurgenti
B bus paratus eſt, qui poſſunt dicere Conſurgam di
Pſal. 56. & 62 luculo. Et: Deus deus meus ad te de luce uigilo, Si tiuit in te anima mea. a ¶ Quid faciã &c.] Quã do dicit: quid faciam tibi Ephraim: Quid faciam ti bi Iuda? parẽtis in perditos filios monſtrat affectũ:
Eſa. 5.b iuxta illud quod in Eſaia legimus: Quid eſt quod
Miche. 6.a ultra debui facere uineæ meæ, & non feci ei? Et in Michea: Populo meus quid feci tibi, aut quid mo leſtus fui tibi? Reſponde mihi: quia eduxi te de ter ra Aegypti: de domo ſeruientiũ liberaui te, & miſi ante faciem tuã Moyſen, & Aaron, & Mariam. Quid igitur faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? miſericordia ueſtra, qua uobis ſemper miſer tus ſum: quaſi nubes matutina pertranſijt, & quaſi ros mane conſurgens qui orto ſole ſiccatur: Iam e nim captiuitas prope eſt: tiã uos cerno duci in Aſſy rios, et in Babylonios catenatos: dolaui uos in pro phetis, & uerbis terribilibus comminatus ſum: ſcalpellũ, ignes & cauteria protuli: ut qui clemen tem contẽnebatis, timeatis offenſum: & occidi ne gligẽtes in uerbis oris mei, ut ante peccatores uer borum terrore punirem q̃ captiuitas immineret. Et hæc uniuerſa feci, ut iudicij quo te iudicaturus ſum̃ ueritas appareret, nullusq; dubitaret uos iu ſte quæ patimini fuiſſe perpeſſos. Pro eo quod eſt dolaui in prophetis. Lxx. tranſtulerunt, ἀπεβρίξα τὰς προφήτας ὑμῶν, id eſt, ſuccidi pphetas ueſtros, ipſos pſeudoprophetas occiſos à domino intelli gentes: ut qui cauſa erroris fuerant proſpera pro mittentes, interfecti uerterentur in occaſionem ſa lutis: Et eſt ſenſus, ne diceretis prophetis, credidi mus: etiam ipſos interfeci, ut omnis uobis peccan di tolleretur occaſio. Legimus in regum uolumine quadringentos quinquaginta prophetas Baalim interfectos ſub Helia: & aliam innumerabilẽ mul titudinem ſub Iehu; qui ſubuertit domũ Achab.

C 3.Reg. 18.g

4.Reg. 10.a

HEB. & ueniet quaſi im ber nobis temporaneus & ſerotinus terræ. Quid faci am tibi Ephraim? quid fa ciã tibi Iuda? miſericordia ueſtra, quaſi nubes matu tina, & quaſi ros mane per tranſiens: propter hoc do lavi in prophetis, & occidi eos in uerbis oris mei, & iudicia tua quaſi lux egre dientur. Quia miſericor diam uolui, & non ſacri ficium, & ſcientiam dei plus quàm holocauſta: ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum: ibi

SEP. & ueniet nobis qua ſi pluuia temporanea & ſe rotina terræ. Quid faciam tibi Ephraim: quid faciam tibi Iuda? miſericordia au tẽ ueſtra, quaſi nubes ma tutina, & quaſi ros mane pertrãſiens: propterea ſuc cidi prophetas ueſtros: oc cidi eos in uerbo oris mei, & iudiciũ tuum quaſi lux egredietur. Quia miſeri cordiam uolo, & non ſacri ficium: ſcientiam dei ma gis quàm holocauſta: ipſi uero ſunt ſicut homo præteriens teſtamentum. ibi

Hæc eadem & ad hæreticos, & ad ue rum Iudã, qui ſimi lia perpeſſurus eſt dicta ſentimus: q̃d ꝓuocet eos domi nus ad miſericordi am, & reuerti cupi at ad ſalutẽ. Sed illi delicias huius ſecu li & refrigeria, qua ſi nubẽ & rorẽ qui cito tranſeat conſe ctentur, quibus in euangelio dicitur: Stulte hac nocte re Luc. 12.c petunt animã tuã à te, quæ aũt paraſti cuius erunt? Et di Luc. 16.c ues ille purpura tus, qui ante ianu as ſuas iacentẽ La zarum contemne bat: omne quod fruitus eſt, inſtar nubis ac roris tranſiſſe cognouit. Semper autem prophetas hæ reticorũ interficit deus: dum æterna eis ſupplicia D cõminatur, & aufert de uera uita, & morti ſcelerũ derelinquit. Nos aũt nubem diligamus illam quæ perpetua eſt, & quæ à mũdi huius ardore nos pro tegit: cui ſedẽs dominus uenit in Aegyptũ, & om nia Aegyptiorum ſimulachra confregit. Amemus illum rorem de quo Moyſes loquitur: Deſcendãt Deut. 32.a ſicut ros uerba mea. Et de quo Eſaias dicit: reſur Eſa. 26.d. ſe gent mortui, & reſuſcitabuntur qui in ſepulchris cundum Lxx. ſunt: ros enim qui à te eſt, ſanitas eorum eſt. Sunt qui prophetas interfectos uere ſanctos æſtiment, eo quod cauſa populi peccatoris etiam prophetæ occiſi ſint, & hoſtibus traditi. b ¶ Quia miſericor diam &c.] Quod ſequitur in Lxx. Ibi cõtempſit me Galaad ciuitas, quæ operatur uana, & reliqua: ſequenti capitulo coaptanda ſunt, nos quod pro poſuimus diſſeramus: Dolaui eos in prophetis, oc cidi in uerbis oris mei: grauia comminatus ſum, ut miſererer pœnitentiũ, ut lapſis atq; ſurgentibus porrigerẽ manũ. Neq; enim in ſacrificijs delector & uictimis, & holocauſtorum multitudine: Victi mæ meę & holocauſta, ſalus credentiũ, & conuer ſio peccatorum eſt. Ipſi aũt imitati ſunt Adam, ut quod ille in paradiſo fecerat, pactũ meũ legemq; præteriens, iſti in terra facerent: Et ibi, hoc eſt, in paradiſo, oẽs præuaricati ſunt in me, in ſimilitudi nem præuaricationis Adam: Non enim mirum ſi quod in parente præceſſit, etiã in filijs condemne tur. Quotidie deus & eos qui extra eccleſiã ſunt & qui peccãt in eccleſia cõmorantes, prouocat ad pœnitentiã & dicit eis: Miſericordiã uolo, & non

A sacrificium, & scientiam dei plus quàm holocausta. Illi uero offerunt panem sacrilegũ, & dant eleemosynas, & sectari uidẽtur humilitatem: quæ ego si uere fiant, holocausta interpretor. Cum aũt scientiã dei reliquerint: frustra truncato capite fidei cætera membra habere se iactant: præuaricati sunt enim pactũ dei in ecclesia, sicut Adam præuaricatus est in paradiso: & imitatores se antiqui parẽtis ostẽdũt, ut quomodo ille de paradiso, sic isti ejcian-tur de ecclesia. 4 ¶ Galaad ciuitas operãtium idolum supplantata sanguine, & quasi fauces uirorum latronum &c.] Virorum latronum siue uiri latronis: utrũq; enim legi potest. Legimus in Ramoth Galaad unctũ esse in regem Iehu, qui sanguinem sanguini miscuit: & Achab subuertit domum, & ante solis ortum aceruos capitũ filiorum eius iussit statui: in hac urbe trans Iordanem in possessione tribus Gad, idolum consecratum est: quæ habitabatur à sacerdotibus: nam & ipsa fugitiuorũ ciuitas fuit. Quanto igitur celebrior & maioris auctoritatis, quia in partem sacerdotũ fuerat delegata: tanto trans Iordanẽ habitãti Israel principium idololatriæ & malorum omnium fuit. ut qui primi peccauerant, primi ab Assyrijs caperentur. Et quoniam ipsa prouincia plena est latrociniorũ, cõparat eos latronibus: ut quomodo illi uiatoribus, sic sacerdotes simplicitati populi insidiati sint. Porrò secundum Tropologiam, Galaad interpretatur גִּלְעָד transmigratio testimonij, & cõtemnit deum, dum testimonia scripturarum ad peruersa deprauat dogmata, & omnia opera illius uana sunt, cõturbatq; ecclesiæ aquas, & de purissimis fontibus cœnosos & sordidos riuos facit, qui maculent potius quàm mundent baptizatos: Omnisq; fortitudo huius urbis, quasi uiri piratæ est, dum imitatur diabolum, qui in huius seculi mari, in quo naues pertranseũt, insidiatur his qui ad portũ peruenire contendunt. Denicq; Symmachus manifestius interpretatus est dicens: Et fauces tuæ quasi uiri insidiatoris. De isti usmodi piratis in Iob legimus: Non est dilatio piratis. Quãuis enim in præsenti seculo se iactare uideantur, & conturbare aquas, & operari uana, & exercere piraticam: tamen nõ est mora pœnarum, quæ eos uelociter comprehendẽt. b ¶ Particeps sacerdotum &c.] Symmachus hunc locum ita interpretatus est: societas sacerdotum in uia interficiebant Sichem: Theodotion hoc modo: abscon-

HEB. ibi præuaritati sunt in me. Gãlaad ciuitas operantium idolũ, supplantata sanguine, & quasi fauces uirorum latronum (siue uiri latronis) Particeps sacerdotum in uia interficientium pergentes de Sichem: quia scelus operati sunt. In dõmo Israel uidi horrendum, ibi fornicationes Ephraim, contaminatus est Israel: sed & Iuda pone messem tibi cum conuertero captiuitatem populi mei.

Caput

4.Reg.9.a

B

derunt sacerdotes uiam, interficiebant in dorso: Aquila, participatio sacerdotum in uia occidebant humeros: quorum cum intelligentiam iuxta historiã quæreremus ab Hebræo: ita nobis expositum est: Sacerdotes Bethel imò fanatici Bethauen, temporibus paschæ, & Pentecostes, et Scenopegiæ: quando per Sichẽ, quæ hodie Neapolis appellatur, eundum erat Hierosolymã: ubi solum licebat uictimas immolare, ponebant in itinere latrones, qui insidiarentur pergẽtibus ut magis uitulos aureos in Dan et in Bethauẽ, q̃ in Hierosolymis & in tẽplo adorarent deũ. Quod autẽ dicit: Participatio & societas sacerdotum, coniurationem eorum significat & in mala parte consensum: Sín autem legeremus: ut nos interpretati sumus, particeps sacerdotum, ad Galaad, inquit, referendum est, quæ operatur idolum: & supplãtata est sanguine, quod sacerdotum impietatem secuta sit, et latrocinijs uacet ac sanguini. Hoc illi dixerũt: Nos dicamus intercludere hæreticos uiam, ne de Sichem, id est, de bonis operibus pergamus in Hierusalem, id est, in ecclesiam: Isti sunt quasi fauces uirorum latronum, & interficiunt eos, qui per huius seculi uiam ad ueritatem pergere cupiunt. Sichem interpretatur שְׁכֶמָה ὦμοι, id est humeri: in humeris opus intelligimus, & omnes falsi sacerdotes abscondunt uiã, & occidunt homines malis operib. ne perueniãt Hierusalẽ. Quod aũt humerus opus significet, illud ostẽdit: Da cortuum in humerũ tuum, hoc est, quæ intelligis, uerte in opera. Et de Isachar legimus quod supposuerit humerũ suum ad laborandũ, & uir agricola sit. b ¶ In domo &c.] De hoc scelere & horrore terribili est Hieremias locutus: obstupuit cœlũ super hoc, & exhorruit terra uehementer. Quid ẽm horribilius, q̃ decem tribus ad idolorũ cultum repente trãsgressas? Vnde ad metropolim earũ dicitur: Aufer uitulũ tuũ Samaria, in qua primus fornicatus est Ephraim, id est, Hieroboã de tribu Ephraim, & illo fornicante cõtaminatus Israel est, populus uidelicet Samariæ: qui magna ex parte cõmune Israelis nomen obtinuit. Vnde & ad Iudam sermo cõuertitur: Tu quoq; Iuda pone messem tibi: & est sensus: Non te putes esse securũ, q̃d Israel captiuus abducitur, tu quoq; prẽpara tibi segetes, ut metantur, non multo enim post tempore duceris captiuus in Babylonẽ, & messionis tuæ tẽpus adueniet; cumq; te Chaldæi messuerint, conuertam

Gen.49.c

Hiere.2.c

A rursum captiuitatem populi mei, & sub Cyro rege Persarum, & Artaxerse reducam populũ meũ. Et nota, q̃ significanter Iudę captiuitas, & regressio pariter prophetetur: de Israel aũt, hoc est de decem tribubus, & nunc tacitũ est, & si quando prosperũ quid dicitur, in Christi differtur aduentũ. In domo autẽ hæreticorum quotidie uidemus horrenda: fornicantibus primum magistris, & populo qui ab eis inducẽ sordidato. Iudę q̃q̃ hoc est ecclesiæ p̃cipiẽ, ut & ipse propter peccata paret sibi messẽ, sibi uindemiam cum iudicij tempus aduenerit. Sed huic ignoHebr.12.b scitur, & uenią dominus pollicetur, quia quem diligit corripit, & castigat omnem filium quem recipit, ut probatũ & purgatum condat in thesauros suos. Quidam hoc quod dicitur, Iuda incipe uindemią tuam, siue pone messem tibi, ad bonã partem referunt: ut punito Israel, iste operum suorũ fructus recipiat: iuPsal.125.a xta illud quod scriptum est: Qui seminãt in lachrymis, in gaudio metent. Nobis superior sensus magis placet.

B

Cap. VII.

CVm sanare uellem Israel & reuelata est iniquitas Ephraim, & malicia Samariæ: &c.] Multa sæpe Israel idololatriæ accepit uulnera, & maxime illud, quando in eremo uituli conflauerũt caput, atq̃ dixerunt: Isti sunt dij tui Israel, qui teExod.32.b eduxerunt de terra Aegypti. Vnde ego qui malo pœnitentiam peccatoris, q̃ mortem, & postea loLuc.5.f quor in euangelio: Non indigent sani medico, sed hi qui male habent: uulnera populi mei sanare conatus sum. Et cum hæc omni arte tractarem, ut miserabilis populus curaretur, subito extitit Hieroboã de tribu Ephraim, qui uitulos aureos faceret, & malicia Samariæ reuelata est, sequentis regẽ impium: operati sunt enim & rex & populus mendacium, hoc est, idolum. Sicut enim contrarium est simulachrum deo, ita mendaciũ ueritati. Ipse autem rex instar furis ingressus est ad populum Israel, & quasi latrunculus infelicem plebem dei expoliauit auxilio: Et est sensus: Cum uellem uetera populi mei peccata delere propter antiquã idololatriã, Ephraim & Samaria noua idola repererunt. Sed & hoc dici potest, quod domino saluatore post effusionem sanguinis sui, & ecclesiam suam tam de Iudæis q̃ de gentibus congregatam, uolente populi peccata sanare, & eos ad pœnitentiam reducere: subito Ephraim, qui ubertatẽ falsorum dogmatũ repromittunt, & populus Samariæ qui se dicit dei præcepta seruare: surrexerunt & operati sunt idolum falsorum dogmatum, & per illos ingressus est fur & latro diabolus in ecclesiam: siue ipsa doctri- C
na hęreticorũ ingressa est, quasi fur & latrunculus, de quibus saluator dicit in euangelio: Omnes qui Ioan.10.b
uenerunt ante me, fures fuerũt & latrones. Fures insidiantur, & occulta fraude decipiunt. Latrones audacter aliena diripiũt. Qui enim furantur, nocte furantur & in tenebris: Vnde significãter ait, quod fur ingressus clã sit, & latrunculus expoliet foris: Non enim possunt expoliare uestę Christi quos docuerunt, nisi eos de ecclesia foris eduxerint, & in peruersa doctrinarum suarũ uia fecerint ambulare. Fures & latrões qui uenerũt ante dominũ, non Moysen & prophetas, qui semper saluatoris ore laudãtur: sed pseudoprophetas debemus accipere, & postea hæreticos, qui non missi sunt à domino, sed sua uoluntate uenerunt.

HEB. Et nẽ dicant in cordibus suis omnis malitiæ eorum me recordatum: nunc circundederunt eos adinuentiones suæ: coram facie mea factæ sunt. In mãlicia sua lætificauerunt regem, & in mendacijs suis principes.

SEP. Vt concinant quasi canẽtes in cordibus suis, omnes malicias eorum recordatus sum: nunc circundederunt eos cogitationes suæ, contra faciem meã factæ sunt. In malicijs suis lętificauerunt reges, & in mendacijs suis principes.

b ¶Et ne dicant in &c.] Ne forsitan, inquit, dicant in cordibus suis: uetera nobis deus peccata restituit, & patrum delicta persoluimus: illi comederũt Hier.31
uuam acerbam, & dentes filiorũ obstupuerunt, id D
circo quæ nunc & in præsentiarũ me uidente fecerunt, & quotidie faciũt, sequẽti sermone narrabo, & ostendam illis adinuentiones suas, siue cogitationes, quibus mala studiosissime consectati sunt, & quæ me præsente gesserunt, non timentes faciẽ meã. Quod autem in Lxx. legimus, ut concinant quasi canentes in cordibus suis, ad illud referendum est: quod ideo fur ingressus, siue latrunculus expoliauerit foris, ne in pristinis diuitijs & uestibus permanentes, repellerent furis latronisq̃ consensum: sed cũ spoliati fuerint concinãt cũ eis, & uno corde efficiãtur: idcirco recipiẽt quæ fecerunt, & omnes cogitationes eorum uel opera, meũ non merebuntur aspectũ. Hæretici quoq̃ non possunt uetera cõtra deum peccata causari, cum quotidie antiquis operibus nouã addant impietatẽ, & cum perditis pereant suisq̃ ligentur erroribus, & cum deũ se cælare putẽt, oculos eius uitare nõ ualeant.

c ¶In malicia sua &c.] Exponit quæ coram facie eius fecerunt: In malicijs suis lętificauerunt regem Hieroboã, & in mendacijs suis principes qui sub Hieroboam populo præfuerant. Hęretici quoq̃ in malicia operum suorũ lætificauerũt regem diabolum, & in mendacijs dogmatũ peruersorũ principes: haud dubium quin mundi huius: quorum falsam sapientiã destruit deus. Possumus regẽ apud hæreticos dicere, qui primus hæresim reperit, & principes eos qui præpositi hæreticorũ populis, falsum sibi uendicãt sacerdotiũ. Et simul notandũ, quod in peccatis nostris gaudeant contrariæ fortitudines

A tudines & rectores ac principes tenebrarum ista-
rum. 4 ¶ Omnes adulterantes &c.] Qui in ma-
licia sua lætificauerunt regem,& in mendacijs suis
principes: omnes adulteri sunt,& instar clibani ab
Hieroboam idololatriæ igne succensi, ut panẽ co-
querẽt impietatis:

HEB. Omnes adulteran-
tes quasi clibanus succẽsus
à coquente: quieuit paulu-
lum ciuitas à cõmixtione
fermenti, donec fermenta-
retur totũ. Dies regis no-
stri: cœperũt principes fu-
rere à uino: extendit ma-
num suã cum illusoribus:
qui applicuerunt quasi cli
banũ cor suũ cum insidia-
retur eis. Tota nocte dor-
miuit coquens eos: ma-
ne ipse succensus, quasi
ignis flammæ: omnes ca-
lefacti sunt, quasi cliba-
nus, & deuorauerunt iu-
dices suos: omnes reges
eorum ceciderunt: non est
qui clamet ad me ex eis.

SEP. Omnes adulterãtes
quasi clibanus ardens ad
coquẽdũ in deustionẽ flã-
mæ à cõmixtione fermen-
ti, donec fermẽtaret totũ.
Dies regũ uestrorũ. Cœ-
perunt principes furere à
uino: extẽdit manũ suam
cũ pestilẽtibus, quia succẽ-
sa sunt quasi clibanus cor-
da eorũ: cũ præcipitarẽtur
tota nocte, Ephraim som-
no repletus est: mane fa-
ctũ est: incensus est quasi
ignis flãmæ: Omnes cale-
facti sunt quasi clibanus
ignis ardẽs: & ignis deuo-
rauit iudices suos. Omnes
reges eorũ ceciderũt: non
est in eis qui inuocet me.

Ephraim

ardere faceret. Id-
circo enim assen-
sus est populo:
quia intellexexit o
mni eos ad errorẽ
mente conuersos.
Quodq; sequitur:
tota nocte dormi-
uit coquẽs eos, ma
ne ipse succensus
quasi ignis flãmæ,
hoc significat: post
quam misit ignem
in clibanum cordis
eorum,& uidit eos
furere, & nullum
esse qui suæ resiste-
ret uoluntati: tota
nocte dormiuit, id
est, securus fuit:
uersatus in tene-
bris est, dum illi co
querẽtur & impie-
tatis panem effice-
rent: Vnde postea
surrexit mane, & D
scelerum suorum
flammam aperta ostendit insania: ut nequaquam
per insidias, sed impudenter à dei cultu ad idolo-
rum ceremonias transilirent. Quid plura? omnes,
quasi clibanus, idololatriæ igne calefacti sunt, &
deuorarunt iudices suos, ut etiam qui bonus esse
potuerat per naturam & religionis domini recor-
dari: uidens & principes & populum uitulis sub-
ditos, & illos putare deos: etiam ipse à scelere de-
uoraretur. Denique omnes reges ceciderunt Isra-
el, & ambulauerunt in uijs Hieroboam filij Na-
bath, qui peccare fecit Israel, & nullus inuẽtus est
qui desertis idolis reuertatur ad deum. Hæc iuxta
Hebræorum traditionẽ audacter magis quàm sci-
enter locuti sumus, fidem dictorũ autoribus relin-
quentes. Nunc ad spiritualem intelligentiam tran-
seamus: infelices populi, qui à rege diabolo, & ab
eius principibus seducuntur: siue qui ab hæreseos
principe, & ab eius ducibus solẽnitates alias susce
perunt: relinquentes ecclesiam, & ueritatẽ concul
cantes fidei, solent clamare & dicere: Hæc est dies
regis nostri: Verbi gratia: Valentini, Marcionis,
Arij, atq; Eunomij. Quod audiẽtes qui eis præpo
siti sunt, non inebriantur uino, ne leue putetur esse
peccatum: sed insaniunt ex uino, de quo Moyses
scripsit in cãtico Deuteronomij: Furor draconum Deut.32.c
uinum eorum, & furor aspidũ insanabilis: hi enim
comedunt cibos impietatis & uino iniquitatis in-
ebriantur. Dicit & Apostolus: Nolite inebriari Ephes.5.d
uino, in quo est luxuria. Et in prouerbijs legimus:

B sensum: q̃ scilicet et rex & populus pa
ri in idololatria ardore corruerint. Hæreticorũ cor
da diaboli igne succensa, ut in eis panes coquãtur
Antichristi, nemo ambigit: qui idcirco primũ quie
scunt in ecclesia, & loquũtur occulte & omnia pa-
cifica repromittũt: ut cancer paulatim serpat in po
pulos, & fermentũ doctrinæ eorũ (quod & domi-
Matth.16.a nus intelligens loquitur: Cauete à fermento phari
sæorum) cũ intumuerit in cordibus deceptorũ: tũc
in apertã prorũpunt insaniã, & implẽt in eis quod
1.Ioan.2.c à Ioanne apostolo dicitur: Ex nobis exierunt, sed
nõ fuerũt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, man-
sissent utiq; nobiscum. b ¶ Dies regis &c.] Ob-
scurus locus & attento lectoris sensu indigens. Vt
primum historiam cognoscamus: Paululum Israel
& samariæ ciuitas conquieuit recepto in se erro-
ris ardore, donec tota massa fermento similis fie-
ret, & cresceret atq; erumperet: ac populus intu-
mescens clamaret ad fores Hieroboam regis & di-
ceret: Hic est dies Hieroboam regis nostri, hic est
festus dies quem nobis constituit imperator no-
ster, hunc celebramus, hunc canimus: in hoc ex-
ultamus & ludimus, in hoc uitulos aureos adora-
mus: Clamante populo: Principes non irati sunt,
ut quidam putant, sed & ipsi cœperunt furere à ui
no, & intelligentiam suæ mentis amittere, obliui-
sci dei & in idolorum ligna impingere. Quod
cum rex cerneret, clamare scilicet populum & di-
cere: Dies iste regis nostri est, & principes quasi
temulentos & fanaticos nescire quid dicerent;

C extendit manum suam illusoribus, copulauit as-
sensum his qui ei uanis laudibus illudebant. Qui
illusores cum insidiaretur eis rex suus, & eos à deo
suo abduceret: præbuerunt ei quasi clibanum cor
suum, ut eos succenderet, & idololatriæ flammis

A Principes uinum nõ bibant, ne obliuiſcantur ſapientiæ, & recta iudicare nõ poſſint. Vnde deceptis & populis & ducibus: princeps extendit manum ſuam, uel illuſoribus & peſtilentibus, quales erant filij Heli, & de quibus in primo pſalmo legimus: In cathedra peſtilẽtium non ſedit. De quo dicitur: Eijce peſtilẽtem de concilio, & egredietur cum eo contentio: quorum ſuccenſa ſunt corda, ut allidant quos deceperint. Hoc enim iuxta Lxx. ſignificãt cataractæ, quæ nõ ſurſum leuant, ſed allidunt deorſum. Quodq; dicit: Tota nocte Ephraim in ſomno repletus eſt, oſtendit hæreticos dormientes lucẽ ſolis iuſticiæ nõ uidere: Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, quia oppreſſus eſt ſenſus eorum. Et de his in pſalmis legimus: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt. Horum corda caleſiunt uarijs perturbationibus: ira, amore, auaricia, & deuorant iudices ſuos: uel ſi quid poſsũt in animo habere uirtutũ, uel ſenſus quibus mala diſcernunt à bonis. Siue hoc dicendũ quod duces hæreticorum à ſuis populis deuorentur, ut quorum domos deuorant turpis lucri gratia: ipſi eorum deuorentur aſſenſu. Omnes hæreticorum principes ceciderunt, quãuis clament ad dominũ: nullus eſt qui inuocet nomẽ eius: Omnis enim qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Moyſes & Aaron in ſacerdotib. eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius: inuocabant dominũ, & ipſe exaudiebat illos: qui hæreticorum reges & principes non exaudit, quia non eſt inter eos qui clamet ad dominũ. *a* ¶ Ephraim in populis &c.] Factũ eſt regnum decem tribuũ, ſicut omniũ nationum, quia receſſerunt à domino: & ſicut ſubcineritius panis, qui nõ reuerſatur: hoc eſt, nõ agit pœnitentiam: comederunt Aſſyrij atq; Chaldæi fortitudinem eius, & quicquid uiriũ habere poterat deuorauerunt. Tantæq; uecordiæ fuit, ut deuoratũ eſſe ſe neſciret: aut certe ignoraret cauſam, ppter quã fuiſſet deuorantibus traditus, denicq; uſq; ad fenectutem, id eſt, uſq; ad ultimã captiuitatẽ, in cœpto errore permãſit: Vnde humiliabitur ſuperbia Iſrael non multo poſt tempore, ſed nunc & in præſenti: hoc eſt enim quod dicit, in facie eius: humiliabitur aũt, quia ſe erexerat, & non in deo, ſed in multitudine confidebat exercitus: Et quia ſuperbis deus reſiſtit, humilibus aũt dat gratiam. Pro ſuperbia id eſt גאות more ſuo Lxx. ὕβριν, id eſt, iniuriam tranſtulerunt. Et q̃a ſupra dixerat: Ephraim factus

Prouer.22.b

Pſal.75

Rom.10.c

Iacob.4.b

HEB. Ephrãim in populis ipſe commiſcebatur: Ephraim factus eſt ſubcineritius panis, qui non reuerſatur: comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit: ſed et cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit, & humiliabitur ſuperbia Iſrael in facie eius: nec reuerſi ſunt ad dominum deum ſuum, & non quæſierunt eũ in omnibus his. Et factus eſt Ephraim, quaſi columba ſeducta non

B

C

eſt ſubcineritius qui nõ reuerſatur, & uidebat ãm biguũ, nec ſatis ſonare quid diceret: nũc ponit manifeſtius: Nõ ſunt reuerſi ad dominũ deũ ſuum, & nõ quæſierunt eũ in omnibus his: q̃d ſi fuiſſent reuerſi ad dominum deum ſuum, audiſſent utiq; per Hieremiã loquentem deum: Reuertimini ad me, & ego reuertar ad uos. Et cum tanta fecerint, non quæſierũt eũ, quem ſuo uitio perdiderunt. Cum aũt debeat Ephraim, ut ad ſenſum aliũ trãsferamus, docere populos, & ad ſimilitudinẽ ſui ſubtrahere: ipſe populis cõmiſcetur, & ſimilis eorum efficitur, iuxta quod ſupra dictum eſt: Erit ſicut populus ſic ſacerdos. Siue Ephraim populis & gẽti

Hier.5

SEP. Ephraim populis ſuis cõmiſcebatur: Ephraim factus eſt ſubcineritius qui non reuerſatur: comederũt alieni fortitudinem eius, ipſe uero neſciuit: & cani effloruerũt ei, & ipſe ignorauit: & humiliabitur contumelia Iſrael in facie eius, & non ſunt reuerſi ad dominum deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his. Et erat Ephraim quaſi columba inſipiens non

bus cõmiſcetur, ut oẽs hæretici nihil differãt ab errore gentiliũ. Et qui quondã fuit princeps in eccleſia: factus eſt ſubcineritius panis: ex omni parte immundo cinere & igniũ ardore circundatus, ut non reuerteretẽ ad dominũ, ſed in cœpto permaneret errore. Comederunt dæmones robur eius: iſti ſunt enim alieni & hoſtes omniũ Chriſtianorũ: & ipſe neſciuit, aduerſarios amicos putans, & deuoratores ſuos arbitrãs eſſe cõuiuas: ſed et cani effuſi ſũt in eo, imò effloruerũt, id eſt, multo errauit tempore, & nihilominus ignorauit ſenectutẽ & uetuſtatem ſuam, de qua ſcriptũ eſt: Quod ueteratur & ſe neſcit, prope exterminiũ eſt. Et ſi ad iuſtũ uirum, & ad Eccleſiaſticũ dicitur: Cani hominis ſapientia eius: quare nõ dicatur ad iniquũ, & ad hæreticum Cani hominis ſtulticia eius? De hac ſenectutte Daniel dicebat ad presbyterũ: Inueterate dierum malorum. Vnde & in libro paſtoris: ſi cui tamen placet illius recipere lectionem: Hermę primum uidetur eccleſia cano capite: deinde adoleſcentula & ſpõſa crinibus adornata. Cumq; humilietur ſuperbia hæreticorum ſiue contumelia quam quotidie faciunt eccleſiaſticis uiris: non reuertuntur ad dominũ, ſed in omnibus his nequaq; requirunt eum: quia calefacti ſunt quaſi clibanus, & non quæſierunt eum: deuorauerunt iudices eorũ, & reges pariter conciderunt: nec eſt qui clamet ad dominum. Quæ uniuerſa perpeſſi ſunt: ut dominũ quærerẽt, quẽ quærere noluerunt. *b* ¶ Et factus eſt &c.] Præcepit dominus in euãgelio: ut ſimus ſimplices quaſi colũbæ, & aſtuti quaſi ſerpentes: ut imitãtes ſimplicitatẽ columbarũ, & ſerpentis aſtutiam, nec alijs nocere poſſimus, nec ab alijs patiamur inſidias, ſed ſimplicitate et prudẽtia, exhibeamus hominẽ temperatũ: q̃a prudẽtia abſq; bonitate malicia eſt, &

D

Hebr.8.d

Sapien.4.b

Dan.13.f

Matth.10.b

A est, & simplicitas absq; ratione stultitia nominatur. Factus est ergo Ephraim quasi columba seducta, quod Hebraice יוֹנָה ab Aquila & Symmacho δελγομένη ἢ ἀπατωμένη dicitur, id est, lactata, siue decepta: & à Lxx. insipiēs, siue insensata: ἄνους enim utrūq; exprimere potest. Et pulchre columba seducta, siue insipiēs appellat, quia est columba & sapiens, quæ dicit in psalmis: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo & requiescam? Cuius pennę deargentatæ sunt, & posteriora dorsi eius in uirore auri. Ephraim autem columba insipiēs, & non habens cor, intātum brutæ mētis ostenditur, ut Aegyptū inuocans, ad Assyrios prexerit. Qui enim deprecatus Aegyptiorum auxilium est, ab Assyrijs captiuus abducitur. Baculus arundineus Aegyptus, cui qui innixus fuerit, statim conteret eum: & fractus atq; contritus, manum transforat incumbentis. Et ut ostenderet deus quod commutantes loca oculos eius uitare non possumus, & semper dei regimur potestate: Cum, inquit, profecti fuerint in Assyrios, etiam ibi extendā rete meum: & si exaltati fuerint ut uolucres, inde detrahā illos. Detraham illos autem non in perditionē, sed ut cædam quasi filios: & cædam non in pœnarum magnitudine, sed in timore, ut audientes uentura supplicia, solis terroribus emendentur. Quæritur cur Ephraim non alijs auibus, sed columbæ comparatus sit. Aues cæteræ pullos suos etiam cum periculo uitæ suæ protegere festinant, & cum ad nidum suum accipitrem, colubrum, coruum, siue cornicem accedere uiderint: huc illucq; uolitāt, & immittunt se morsu, & unguibus lacerant, & dolorem parentis querula uoce testantur: sola columba ablatos pullos non dolet, non requirit: Et ideo recte comparatur Ephraim, quod uastatū per partes populum non sentiat, sed negligens sit salutis suæ. Quodq; dicit: cædam eos secundum auditionem cœtus eorū, hoc significare potest: sicut iuncto cōsilio omnes idola fabricati sunt: ita me irato omnes pariter uastabuntur. Magistros contrariorum dogmatū qui Christum reliquere sapientiam & de ecclesia sunt egressi: recte insipientem & excordem columbam possumus dicere: qui terrena desiderantes, Assyrijs traditi sunt. Et cum profecti fuerint de ecclesia: expandit dominus super eos rete suum, testimonijs scripturarū, & artifici sapientiæ sermone contextum: ut eleuantes se contra sapientiam dei & instar auis ad excelsa uolantes, ad C humilia detrahat: & corripiat eos cōminatione, & auditione pœnarū, ut correpti non pereāt in aternum. a ¶ Væ eis quoniā recesserunt a me, &c.] Me extendente rete meum, ut eos comprehenderem: & quasi uolucrē cœli, de superbia deponerem & cæderem in auditu angustiæ: illi recesserunt & resilierūt à me: hoc em̄ significat ἀπεπήδησαν, quod Lxx. transtulerūt: Et propterea uastabuntur, quia prævaricati sunt in me. Pro eo quod nos diximus, uastabuntur, & in Hebræo scriptum est שֹׁדִי לָהֶם id est uastatio eis: Symmachus interitū, Theodotio miseriā, interpretati sunt. Porrò in æditione uulgata dupliciter legimus: quidam enim codices habent ὀλίγοι εἰσίν, hoc est manifesti sunt: alij ὀλιγόσοι εἰσίν, hoc est meticulosi, siue miseri sunt. Vastabuntur igitur & miseri erunt, & semper timentes ac formidantes: quia prevaricati sunt in deum, adorantes uitulos aureos, & relinquētes eum qui redemit eos de Aegyptia seruitute, & eduxit in excelso brachio: ipsi uero locuti sunt contra dominū mendacia: dicentes de idolis: Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti, & non clamauerunt ad dominū in corde suo, sed in idololatriæ fornicationibus uolutabantur. Siue quia dæmonum cultū sequitur libido & luxuria, qui colebant dæmones, cōsequenter instar porcorum, in cœno libidinum uersabantur. Et pulchre cantica idolis seruientiū non carmina in deum, sed ululatum appellat. Super hæreticis facilis interpretatio est, quæ habeant sempiternū, quia recesserunt à deo: & miseri sunt, quia reliquerunt creatorem suum qui redemit eos sanguine suo: & ipsi loquūtur contra eum mendacia, impia falsitatis dogmata cōponentes: & non clamāt in cordibus suis, sed ululant semper in cōciliabulis: quæ pulchre cubilia appellat & ferarū lustra. Istiusmodi non possunt dicere: Lauabo per singulas noctes lectū meū, lachrymis meis stratum meum rigabo: sed uolutantur in sordibus libidinum, uacant stupris, & quicquid loquuntur & putauerint se in laudē dei dicere: ululatus luporum & baccharū insanientiū sonitus est. Raro hæreticus diligit castitatem: & quicunq; amare pudicitiam se simulant, ut Manichæus, & Marcion, & Arius, & Tatianus & instauratores ueteris hæreseos, uenenato ore mella promittūt. Cæterum iuxta Apostolū, quæ secrete agunt, turpe est dicere.

HEB. non habens cor. Ægyptum inuocabāt: ad Assyrios abierunt: & cum profecti fuerint, extēdam super eos rete meum: quasi uolucrē cœli detraham eos: cædā illos secundum auditionem cœtus eorū. Væ eis quoniam recesserunt à me: uastabunt quia prævaricati sunt in me. Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia, & non clamauerunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis. Super

SEP. non habens cor. Ægyptum inuocabit, & in Assyrios abierunt, sicut ibūt. Mittam super eos rete meū, ut uolatilia cœli detraham illos: corripiā eos in auditu tribulationis eorum. Væ eis quoniam recesserunt à me: manifesti sunt, quoniam impie egerunt in me: ego uero redemi eos: ipsi uero locuti sūt contra me mendacium, & non clamauerunt ad me corda eorum: sed ululabant in cubilibus suis. Super



Psal. 67

Psal. 54

B

D

Exod. 32. a

Psal. 6. b

Ephes. 5. e

A a ¶ Super triticum & uinum &c.] Propter abundantiam, inquit, rerum omnium corruerũt. Quod etiam Ezechiel in Sodomis & Gomorris factum esse commemorat, ut nihil aliud nisi cibos & luxuriam ruminarent: pro quo Lxx. transtulerunt ἐπὶ σίτῳ καὶ οἴνῳ κατετέμνοντο, id est, super frumento & uino dissecabãtur: in exemplum propheta rum Baal, qui præsente Helia concisione membrorum pluuias precabantur. Simulq; ut ostẽderet eos iumentorum similes: non dixit, comedebant, sed ruminabant, & ideo recesserunt à domino qui dicit: Ego eos erudiui, ego fortitudinẽ præbui, & contra me suas erexere ceruices: non quod aliquid possint facere & nocere creatori suo: sed quod solũ facere potuerunt,

HEB. Super triticum & uinum ruminabant: recesserunt à me, & ego erudiui & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerũt maliciam: reuersi sunt, ut essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio principes eorũ, à furore linguæ suæ: ista subsannatio eorum in terra Ægypti.

Cap. VIII.

IN gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum domini: pro eo quod transgressi sunt fœdus meum & legem meam præuaricati sunt. Me

B cogitauerunt mala contra me. Et quomodo à principio fuerunt priusquam uocarem eos per Abrahã, & postea per Moysen & Aaron: & erãt absq; iugo, legisq; noticia, & cunctis nationibus miscebantur: Ita etiam nunc reuersi sunt in pristinũ statum: ut absq; iugo & frenis deferrentur per præcipitia, & mutarẽtur in arcũ dolosum, ut quos deus contra aduersarios intenderat, ipsi cõtra suum dominum uerterent, & mitterent aduersum eum blasphemiarum sagittas. Vnde principes eorum qui infelicem populum deceperunt, cadent gladio propter furorẽ linguæ suæ, quod uitulos aureos deos appellare sunt ausi, ut hoc facerent in terra repromissionis, quod in Aegypto didicerant, colentes apim Aegyptiũ, & omnia eorum portenta uenerantes: ita enim & in solitudine, quãdo egressi sunt

Exod.16.a & 32.b de Aegypto dominum subsannauerunt dicentes: Isti sunt dij tui Israel, & utinã essemus in terra Aegypti, ubi sedebamus super ollas carnium, & cætera. Super tritico & uino falsis mysterijs corporis

Ioan.12.d & sanguinis Christi, qui dicit in euangelio: Nisi ceciderit granum tritici in terram, & mortuũ fuerit,

Ioan.15.a ipsum solum manet. Et in alio loco: Ego sum uitis

Ibi.6.f uera: Et nisi biberitis sanguinem meum, super hoc ergo tritico & uino hæretici conciduntur, & diuersa ibi construunt tabernacula: siue præciduntur ab ecclesiæ corpore, & legem dei meditari, & ruminare se simulant. Sed hoc facientes recedunt à domino qui docuit eos in ecclesia, & dedit eis fortitudinem, qua contra aduersarios dimicarent. Illi uero cogitauerunt maliciam contra dominum, impijssimas hæreses extruentes, & reuersi sunt in statum C gentiliũ, ut essent absq; dei noticia & iugo: siue reuersi sunt in nihilum, non quo desierint esse, sed quo ad cõparationem eius, qui loquitur ad Moysen: Vade dic populo Israel, qui est misit me: omnes qui contra dominum sapiũt, non esse dicũtur. Iuxta illud quod in Hester legimus in lxx duntaxat: Ne tradas sceptrũ tuum his qui non sunt: haud dubiũ quin idola significet. Si enim deus est ueritas, quicquid cõtrariũ ueritati est, mendacium est & nihil nominatur. Hoc hęreticis cõuenit, qui instructi de scripturis sanctis, aduersũ dominum legis & prophetarũ, & euangelij uerba uertunt, & sunt quasi arcus dolosus siue peruersus. Dolosus arcus atq; per-

Exod.5.d

SEP. Super tritico & uino dissecabantur: eruditi sunt in me, & ego confortaui brachia eorum: & contra me cogitauerũt mala: conuersi sunt in nihilum: facti sunt quasi arcus intentus: cadent in gladio principes eorum, propter imperitiã linguæ eorum: sic est subsannatio eorum in terra Ægypti.

Cap. VIII.

IN sinu eorum quasi terra sicut aquila super domũ domini: pro eo quod transgressi sunt testamentum meum, & contra legem meam impie egerũt. Me

uersus est, qui percutit dirigentem, & uulnerat do D minum suum: Siue facti sunt quasi arcus intentus, parati semper ad pugnam & contentiones, in subuersionem audientium. Vnde principes eorum, id est, hæresiarchæ, domini mucrone ferientur, propter insaniam linguæ suæ, qua dominum blasphemauerũt: hoc idem facientes in falsi nominis ecclesia, quod faciebãt eo tempore quo in Aegypto seculi morabãtur, hoc est quando gentiles erant. Omnes enim hæreticorum & gentilium quęstiones eædem sunt, quia nõ scripturarũ autoritatem, sed humanæ rationis sensum sequuntur.

Cap. VIII.

IN gutture &c.] Hoc q̃d interpretati sumus, in gutture tuo sit tuba: pro q̃ in Hebręo scriptũ est, אֶל חִכְּךָ שׁוֹפָר Aquila & Symmachus & Theodotio similiter transtulerunt: Soli Lxx. dixerunt, εἰς κόλπον αὐτῶν ὡς γῆ, id est, in sinu eorũ quasi terra: quod quid significet incertũ est. Quidam enim æstimant sinum dupliciter accipi, & inferiorẽ partem uestimenti à genitalibus usque ad pedes, & colpum maris, id est, sinum. Verbi gratia: Hadriatici, & Ionij & Propontidis, falsosq; magistros qui blasphemiã Aegypti sunt secuti: omnia in sinu suo libidini seruientia & terrena retinere: uel certe in portu, & refugio nauigationis suæ nihil preciosarũ merciũ, sed terrena cõquirere. Nos aũt sequentes ueritatẽ Hebraicam, cœptæ explanationis texamus ordinem. Præcipitur prophetæ, & dicitur ad eum: In gutture tuo sit tuba: hoc est, sic exalta uocem tuam, ut tubæ similis sit: ut plurimi audiãt,

quia

A quia plurimi peccauerunt. Cumq; exaltaueris uocem tuam, hoc dicito cum clamore, quasi aquila super domum domini, & est sensus: Veniet Nabuchodonosor cum omni exercitu suo tam raptim, tam uelociter, ut aquilę imitetur uolatum festinantis ad prædam: & ueniet nō ad alium locum, sed ad Hierusalē, in qua templum dei situ est, ut eam destruat, atq; subuertat. De hac Ezech. 17.a aquila & Ezechiel plenius loquitur: Magnarū alarum plumarumq; & unguium, quæ habet ductum intrandi in Libanum: hoc est in templum dei. Iu Zach. 11.a xta Zachariā prophetam, in quo scriptum est: Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Hoc autem ò propheta, quod tibi dico atq; præcipio: In guttu re tuo sit tuba, ut uocíferes, & dicas, quasi aquila B super domum domini Regem uenire Chaldæorum, non aliam ob causam iubeo, nisi quod transgressi sunt fœdus meum, & meas ceremonias reliquerunt. Vnde tempore necessitatis & angustiæ: quando captiuitas uenerit: me inuocabunt & dicent: Deus meus cognouimus te Israel: nos qui appellamur Israel, scimus te atq; cognoscimus & nomē Iacob qui tibi placuit, seruamus antiquū, ut dicamur Israel. Quibus respondit dominus: Quomodo uocamini Israel, cum Israel proiecerit bonum, id est, dominū suum à quo appellatus est Israel? Idcirco quia Israel proiecit bonū, inimicus, hoc est, assyrius persequetur eum, atq; cōprehendet: qui me rege deserto, petierūt sibi regem, sicut & gentes reliquæ, & fecerunt contra uoluntatem 1. Reg. 18 dei. Denicq; Samuel ideo eis dura regis exponit imperia, & filios eorum ac filias dicit regibus seruituras, ut ad dominum regem clementissimū conuertantur. Sed illi absq; uoluntate dei principes extiterunt. Et non eis suffecit hoc scelus: nisi maiori impietate facinus duplicarent, ut argentum suū & aurum, quod acceperant ad diuitias & ornatū, in idola uerterent. Ergo Saul non ex uoluntate dei: sed ex populi errore rex factus est. Et quia radicē pietatis non habuit: statim ut regnare cœpit, impietate succensus est. Potest hoc quod dicit: a ¶Ipsi regnauerunt & non &c.] Etiam de Hieroboam accipi filio Nabath: & de cæteris principibus, qui ei in imperio successerunt. Nec statim, quia deus Salomoni iratus regnum eius diuidi uoluit, idcirco Israel bene suscepit regem. Debuerat enim iuxta legis præcepta interrogare dominū, an uellet hoc fieri. Nam & de saluatore dicitur: quod oporteat C Matth. 26.b quidem tradi filiū hominis, sed uæ illi per quē tradendus sit. Diabolum qui ponere cupit supra astra cœli nidum suum, aquilā sæpissime legimus: Si exAbdiæ. 1.b altatus fueris ut aquila: inde detraham te dicit dominus. Oculus quoq; Prouer. 30.c qui irridet patrem & despicit senectutē matris: effodiētur à coruis, & deuorēt eum pulli aquilarum: per diabolū ac dæmones, clarum uisiōis suæ lumē amittēs. Vnde in lege præcipi- Leuit. 11.b tur, ut nō comedamus aquilā. Hæc igitur aquila uenit super hæreticorū conciliabula, quæ quondā fuerant domus domini: & idcirco uenit, quia p̄uaricati sūt fœdus eius, & legē dei reliquerunt: & sine causa inuocant eum, & dicunt: Deus meus es, & cognouimus te: nos qui uocamur Israel, cernentes deum, & uocamur nomine Christiano. Frustra, inquit, hæc faciunt, cum ipsi sibi reges constituerint, & cōtra meam fecerint uoluntatem, et principes habeant aduersarios meos: quos ego nescio, quia mei noticiam nō merentur. Argentum quoq; suum & aurum, & quicquid habere poterant naturaliter, sermones ac sensus, uerterunt in idola, quæ de suo corde finxerunt: & uerterunt, non ut interirent: sed quia uerterunt, ideo interierunt. Neq; enim hac ratione fecerunt, ut perirent: sed quia fecerūt, idcirco perierunt. b ¶Proiectus est uitulus tuus Samaria &c.] In eo loco in quo nos posuimus aranearum telas, in Hebraico scriptum est שְׁבָבִים per ו penultimam literam: non ut quidam falsē putant שְׁבָבוּם id est, per ו quod Lxx. & Theodotion, πλανῶμ, interpretati sunt, id est, seducens atq; decipiens: Aquila, errantibus siue conuersis: Symmachus, inconstans, uel instabile, id est, ἀκατάσατῶν. Quinta ædítio ῥεμβόμῶμ uagus & fluctuans. Nos ab Hebræo didicimus שְׁבָבִים proprie nominari aranearū fila per aerem uolantia: quæ dum uidentur, intereūt, & in atomos atq; in nihilum dissoluuntur. Et recte his Samarię uitulus cōparatur: quem eo tempore pro precij magnitudine, qa aureus erat, populus adorabat. Hoc quod supra dixerat: Argentū suū & aurum suū fecerunt sibi idola, ut interirent: nunc exponit manifestius: Proiectus est uitulus tuus Samaria: iratus est furor meus in eos: uel in uitulos, quia duos fecerāt: uel in Samariæ habitatores, qui

HEB. Me inuocabunt, deus meus cognouimus te Israel: Proiecit Israel bonum: inimicus persequetur eum. Ipsi regnauerunt & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Argentum suum & aurum suum fecerūt sibi idola: ut interirent. Proiectus est uitulus tuus Samaria: Iratus est furor meus in eis: usquequo non poterūt emūdari? quia ex Israel & ipse est: artifex fecit illud, & non est deus: quoniam in araneatum telas erit uitulus Samariæ.

SEP. Me inuocauerunt: deus cognouimus te, quia Israel auersata est bona: inimicū persecuti sunt: ex semetipsis regnauerūt, & non per me: principes extiterunt, & non indicauerūt mihi: argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola, ut dispereant. Proiice uitulum tuum Samaria: concitatus est furor meus super eos: usquequo non potuerunt emundari in Israel? & hoc artifex fecit: & non est deus, quia seducens erat uitulus tuus Samaria.

Quia D

A eos adorabant. Porrò quod in Lxx. legimus: Proíj ce uitulum tuũ Samaria: cohortatur habitatores eius, nõ unius urbis, ſed omnium decem tribuum quæ appellantur Samaria: alioquin in urbe Samaria uituli non erãt: ſed in Dan & in Bethel, ut proíjciat uitulos ſuper quos iratus eſt deus: ſiue ἀποτρίψῃ, id eſt, defricet: ut quos multo tẽpore coluerat, paulatim defricet et emũdet. Illíſq; non audientibus, conuertũtur ad alios, & quaſi ad tertiam perſonã loquitur: Vſq; quo non poterunt emũdari? Quæ iſta inquit, inſania eſt: me dante locum pœnitentiæ illos ad ſanitatẽ nolle cõuerti? Et quia dixerat: Proíjce uitulum tuum Samaria: exponit qui iſte ſit uitulus: quia ex Iſrael & ipſe eſt: non ab alíjs, ait, uitulum gentibus acce-
4. Reg. 23. c piſtis, ut Baal & Aſtaroth à Sidoníjs, ut Chamos à Moabitis, ut Moloch ab Ammonitis: ſed uos ipſi, & rex ueſter Hieroboã, quod in Aegypto dídiceratis, feciſtis in Iſrael: Aut qualis ille eſt deus, qui manu formatur artificis? Deníq; ut aranearũ fila diſſoluuntur in uentum: ita uitulus Samariæ re-
B digetur in nihilum. Proíjcit dominus hæreticorum uitulos & Samariæ: qui ſe dicunt legis præcepta ſeruare: qui uituli hærent humo, operantur in terra non ſpiritu, nec oculos ad cœlum leuant: & idcirco iratus eſt furor domini ſuper eos, & miratur quæ ſit tanta peruerſitas, ut nolint relinquere idola, quæ ſibi fabricati ſunt, & amant ſordes hæreticas pro eccleſiæ mundicíjs. Quos uitulos non accepit Iſrael, qui dominum uidere ſe fingit à cęteris gentibus: ſed de ſcripturis ſanctis ſibi ipſe conflauit intelligentiæ prauitatem, & artifex eſt dei ſui: qui cito peribit & aranearũ telas imitabitur: quæ leui rumpuntur attactu. a ¶ Quia uentum ſeminabunt &c.] Aranearum telis, Samariæ uitulum comparat: idcirco metaphoram ſeruat in reliquis: ut quos aranearum telas dixerat, comparet uẽto, & turbini, culmiſq; non ſtantibus: & ſi ſteterint, farinam non habentibus: & ſi farinam, inquit, fecerint, ab alíjs deuorabitur. Et quia tam de hæreticis quàm de his, qui in Samaria fabricati ſunt idola, communis eſt ſenſus, communiter diſputandum eſt. Iſti uentum ſeminant, ſiue ἀνεμόφθορα, quæ à uento corrupta ſunt ſemina: quæ medullã non habent, quæ Græci γυρόρια uocant, & idcirco uacua ſeminantes, inania uacuaq; recipiunt: imò ſeminantes in carne, de carne metunt corruptionẽ, & circunferunt omni uento doctrinæ. Cumq; uentum ſeminauerint, metunt turbines & tempeſtates: & primum quidem culmus, hoc eſt ſtipula nõ erit ex his ſeminibus, nec aliquam poterunt ſpeciem ſegetis habere fœcundæ. Quod ſi raro accíderit ut eccleſiaſtici quid dogmatis ſimile habere C uideantur, ipſum germen & ſpica farinam non faciet. In cuius farinæ ſatis tribus mittit fermentum euangelica mulier: ut ſpíritus quo ſentimus, & anima qua uiuimus, & corpus quo incedímus, in unum ſanctum ſpíritum redígãtur, iuxta apoſtolum: In ipſo uiuimus, mouemur & ſumus. Quod ſi raro acciderit hæreticis, ut farinam quo que ſementis eorũ faciat, de hac farina fiet ſubcinericius panis: qui non reuerſatur, & quem alieni comedent. Vnde & nunc ait: quod & ſi fecerint farinam, alieni comedent eam. Alienos autem illos debemus accípere, de quibus ſcríptum eſt: Filíj alieni mentiti ſunt mihi. Et in o-
Pſal. 17. g ctauo decimo pſalmo: Ab occultis meis mũda me domine, & ab alienis parce ſeruo tuo. Qui ſi iuſto uiro non fuerint dominati: tunc immaculatus erit, & mundabitur à delicto maximo. b ¶ Deuoratus eſt Iſrael quaſi uas &c.] Lxx. pro immundo inutile tranſtulerunt. Immundum uas, ſiue inutile Hebræi matulam uocant: quo ad ſuſcipienda, & proíjcienda ſtercora uti ſolemus. Huic immundi-
D cíae idololatras, & hæreticos cõparat: qui míſcentur gentibus dum dei non cuſtodiũt ueritatem: & facti uas in honorem, conuerſi ſunt in uaſa contumeliæ. Quid enim immundius dæmonico ſpíritu, & hæreticorum dogmatibus, quæ eos ethnicis miſcuerunt? Talis erat lechonias idolis mancipatus, de quo per Hieremiam loquitur deus: Inhonora- Hiere. 22. g tus eſt lechonias, ſicut uas cuius nulla eſt utilitas. Econtrario Paulus qui dicere poterat: An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? 2. Cor. 13. a appellatur uas electionis aureum, & argenteum: quia habebat ſapientiam, & eloquium quo Chriſti euangelium prædicabat. Quod autem dicit de uoratus eſt uel abſorptus: hoc ſignificat: quod mixtus idolis, & nationibus: propriũ Iſraelis & Chriſtiani nomen amiſerit. c ¶ Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur &c.] Deuoratus eſt, inquit, Iſrael: & factus eſt tanquam uas inutile, ſiue immundum: de quo non ſuperſit teſta, in qua hauriri poſſit aqua, aut modicum quid igniculi. Et quia factus eſt uas immundum: ideo aſcenderunt in Aſſyrios imitantes onagrum ſolitarium: nequaquam ut oues paſti à domino, ſed male abutentes libertate ſua, & educti in captiuitatem: quos propheta plãgit & dicit: Ephraim munera dederunt Aſſyríjs, & conduxe-
Ezech. 16. d runt mercede amatores ſuos, de quibus ſcribit Ezechiel: Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autẽ dediſti mercedes amatoribus tuis, & econtrario factum eſt in te. Cumq; dederint dona gentibus, & mercede ad auxiliandũ ſibi conduxerint nationes

HEB. Quiã uentum ſeminabunt, & turbinem metent: culmus ſtans, non eſt in eo germen, non faciet farinam: quod & ſi fecerit, alieni comedent eam. Deuoratus eſt Iſrael: nunc factus eſt in nationibus quaſi uas immundum.

SEP. Quia corrupta uento ſeminauerũt, & ſubuerſio eorũ ſuſcipiet ea: manipulus nõ habens uires, ut faciat farinã: quod & ſi fecerit, alieni comedẽt eam.

HEB. Quiã ipſi aſcenderunt ad Aſſur: onager ſolitarius

SEP. Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſyrios: germinauit

A nationes: congregabuntur ad pugnam, & uicti pariter abducentur. Et quia amāt offerre aduersarijs munera: ideo paulisper beneficium cōsequentur: ut non soluāt stipendia regi & principibus, donec perueniāt in Assyrios: ubi nequaquam tributa, & stipendia dabūt ut liberi, sed redigentur in ultimam seruitutem. De hęreticis nō ambigimus quin iuxta errorē mentis suæ euntes ad Assyrios, ascendere se putent, & non descēdere. Vnde dicit ad eos per Esaiā: Quid factū est tibi nunc: quia ascendistis omnes in tecta uana: quorū Assyriorū princeps, est sensus magnus. Vnde in semetipso germinauit Ephraim, præsumptione sui æstimans se creuisse: Siue onager factus est solitarius, ut nō ecclesię consita: sed HEB. litarius sibi: Ephraim munera dederunt amatoribus, sed & cum mercede conduxerunt nationes: nunc cōgregabo eos, & quiescent paulisper ab onere regis & principum. Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, factæ sunt ei aræ in delictum: scribam ei multiplices leges meas, quæ uelut alienæ reputatæ sunt: hostias offerent, immolabunt carnes, & comedent & dominus non suscipiet eas. Nūnc recordabitur iniquitates eorum, & uisitabit peccata eorum: ipsi SEP. nauit apud semetipsum Ephraim: munera dilexerunt: idcirco tradentur in gentibus: nunc suscipiam eos: & quiescent paruum, ut unguant reges & principes. Quia multiplicauit Ephraim altaria: in peccatum facta sunt ei altaria dilecta: scribam eis multitudinem: legitima eius in aliena reputata sunt altaria: quia si immolauerint hostias, & comederint carnes, dominus non suscipiet eas. Nunc recordabitur iniquitates eorum, & ulciscetur iniusticias eorum: ipsi

B diaboli deserta penetraret. Amauit munera pro errore suo: ipsi sibi præmia repromittens, siue turpis lucri gratia omnia faciens. Vel certe dedit amatoribus suis dæmonibus munera atq; mercedes: & cum hoc fecerit, tradetur gentibus. Sicut enim nationes corporalia simulachra uenerātur: sic isti idola deos putant, quæ de suo corde finxerūt, & ideo reputabantur in numero nationum. Sin autem, inquit, nunc, & in præsenti seculo egerint pœnitentiam, & susceperim eos: cessabunt paruum super se regem constituere & principes eius. Vt intelligamus paruum regem diabolū, ad distinctionem magni regis: qui societatē cum Belial habere non potest: sed statim ut receptus fuerit, de corde credentium fugat paruum regem & principes eius. Iuxta Hebraicum autem, congregabūtur in ecclesia dei qui fuerāt antea dispersi, & mercede sibi cōduxerāt nationes: & quiescent ab onere regis. Su-
1. Cor. 4. b per quo Apostolus scissos ab ecclesia increpat dicens: Sine nobis regnatis: atq; utinam regnetis: & à principibus, quos habent in synagogis diaboli constitutos. *a* ¶ Quia multiplicauit &c.] Ducti ait, in captiuitatem, cessabunt paulisper ab onere regis & principis: Et hoc patientur quia Ephraim princeps eorum multiplicauit altaria: non in quibus immolaret domino, sed in quib. peccatis peccata coniungeret: quæ altaria, id est, aræ uertuntur ei in delictum, ut quanto plura fuerint: tanto illius scelera multiplicentur. Deinde ut supra dixerat: Quid faciam tibi Ephraim: quid faciam tibi Iuda: uelut ambigens & requirens: quo medicamine sanaret infirmum, & quibus consilijs peccantem re- C
traheret ad salutem. *b* ¶ Scribam, inquit, eis rursus leges &c.] Quas prius dederam per Moysen. Sed quid prodest ultra alias scribere, cum contemperit eas quas ante suscepit? An non contemptus dei est: quando me iubēte ut unum in Hierusalē esset altare: per oēs montes et colles idola fabricati sunt: quibus irritarent dominum? Altaria quoq; idcirco fecerunt: non ut mihi placerent: sed ut multis hostijs immolatis carnes earum comederent, iuxta illud q̄d dominus loquitur in euāgelio: Amen Ioan. 6. c
amen dico uobis quæritis me, nō qa uidistis signa: sed quia manducastis de panibus, & saturati estis. Omne enim studium uictimarū in eo habēt, ut deuorent hostias: non ut per eas placeant deo: nec suscipiet eas D
dominus quas non illi, sed suo uentri immolauerunt & gutturi. Vnum autē esse altare in ecclesia, & unam fidem, & unum baptisma Apostolus docet: quod hæretici deserentes, multa sibi altaria fabricati sunt: non ad placandum deum, sed in delictorum multitudinem: propterea leges dei accipere non merentur, cum eas quas acceperant ante cōtempserint. Et si quid dixerint de scripturis: nequaquam diuinis uerbis, sed & ethnicorum sensibus comparandum est. Isti multas immolant hostias & comedunt carnes earum: unam Christi hostiam deferentes: nec comedentes eius carnem: cuius caro cibus credentium est. Quicquid fecerint, sacrificiorum ordinem ritumq; simulantes, siue deserint eleemosynā, siue pudicitiam repromittant, siue humilitatem simulent, fictisq; blanditijs simplices quosq; decipiant: nihil de huiuscemodi sacrificijs dominus suscipiet. *c* ¶ Nunc recordabitur &c.] Inter ἀνομίαν, id est, iniquitatem & peccatum, hoc interest: quod iniquitas ante legem, peccatum post legem est: et qui permanent in delictis, iniquitates eorū dominus recordabitur, quas ante legem cōmiserant: peccatorum aūt non recordabitur, sed faciet ultionem. Ideo autem & ueterum iniquitatum recordabitur, & peccata pristina uisitabit: quia in Aegyptum sunt reuersi, uel auxilia postulantes, uel eosdē colentes deos: in quibus prius errauerant, ἄπιν & μνόϊν. Oblitus est enim Israel factoris sui: & ædificauit delubra in excelsis: totos colles, & montes, & umbrosas arbores, Baal & Ephes. 4. d

A Astaroth, & alijs idolis consecrans. Iudas quoq; intelligens Israelem de dei amore recessisse, & uisa sata eorum peccata esse: non est conuersus ad dominum, sed in urbium munitione cõfisus est: quas dominus destructurum esse se dicit, & usq; ad fundamẽtum illius uoraturũ. Illius, haud dubiũ, quin Iudam significet: licet quidam fundamenta earũ, id est, urbiũ, pro illius legãt. Secundum autem Anagogen iniquitates, id est, ἀνομίας & ἁδικίας uocantur quas ante baptismum cõmisimus, & quæ nobis in baptismate sũt dimissæ: Peccata autem quę post baptismũ egimus, de quibus
Psal.31.a & in psalmo scriptũ est: Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Quæ omnia imputabunt hæ-
B reticis: ut & ueteres iniquitates, & noua eis peccata reddantur. Qui enim de Aegypto exierunt per confessionem Christi: perfidia in Aegyptum sunt reuersi. Oblitus est Israel factoris sui: & creatore contempto, alium sibi finxit dominum. Iudas quoq;, id est, uir ecclesiasticus, in malis operibus, uel in sanctarum scripturarum interpretatione peruersa, ædificauit sibi urbes munitas: nõ auxilio dei: sed artifici mendacio: quas dominus igne sui spiritus succensurum esse se dicit: & deuoraturum βαρεῖς eius, id est, magnas & in modum turrium ædificatas domos: & fundamenta male posita subuersurum, ne possint sacrilega contra deum delubra construere. Quidam urbes a Iuda munitas in bonã partem accipiunt, & illud quod huic sensui contrarium uidebatur: immittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius: ita temperare nituntur, ut postquã uenerit quod perfectum
In uetustissimis exemplaribus lxx. nõ habetur est, id quod ex parte est destruatur. Quod iuxta Lxx. interpretes legimus, & in Assyrijs immunda comederunt: in Hebraico non habetur, & idcirco obelo prænotandum est. Possumus autem dicere quod desiderantes Aegyptum Israelitæ, capti ab
Ezech. 4.c Assyrijs, ibi immũda comederint, iuxta Ezechiel: qui eos in Chaldæa idolothyta comedisse describit, & intantum idolorum polluta sordibus, ut humano stercori comparentur. Hæretici quoq; quorum principes sunt Assyrij, de quibus crebro diximus, comedunt apud eos immunda dum illorum sordibus inquinantur.

HEB. ipsi in Ægyptum cõuertentur: & oblitus est Israel factoris sui: & ædificauit delubra, & Iudas multiplicauit urbes munitas, & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

Cap. IX.

NOli lætari Israel: noli exultare sicut populi: quia fornicatus es à deo tuo: dilexisti mercedẽ super omnes areas triticí: Area & torcular nõ pascet eos: & uinũ mentitur eis. Nõn habitabunt in terra dñi: reuersus est Ephraim in Ægyptum, & in Assyrijs pollutum comedit. Non

Cap. IX. C

NOli lætari Israel &c.] Qui à deo receſſerũt: cum in profundum uenerint peccatorum, & desperauerint salutẽ suã, uniuersa contemnent. Denicq; & Israel recedens à lege dei, & colens idola: ex multis gentibus, unam gentem esse se dicit: gaudẽs & gratulans quod à dei notícia recesserit, & sit gens mixta cũ cęteris, & ꝓpterea nunc corripit eos & dicit: Ne gaudeas, ne lęteris nec putes te talem esse, ut sunt cęteræ nationes. Aliter enim nescięs deum, aliter punitur recedens à deo: quía seruus qui scit uoluntatem domini sui, & nõ facit eam: uapulabit multum. Mercedẽ fornicationis tuæ areas multas & torcularia repũtasti, ut rerum omniũ abundantia fruereris: D ideo area & torcular, triticũ, uinumq; non facient, & mentietur eis torcular, síue negabit uinum suum: quos inebriandos putabant. Legimus sub Achab rege Israel, & 4.Reg.6.f Helia propheta, famem grauissimam fuisse in Samaria: ita ut matres filiorum suorum cadaueribus uescerentur. Eo tempore iuxta literam, area & torcular nõ pauit eos, & uinum mentitũ est eis, & in egestate tabuerunt. Dicitur & ad hæreticos ne exultent atq; lætentur, & putent se cæterarum similes nationum. Illæ enim non crediderũt in deum: isti uero sub nomine dei idola colunt, & fornicantur à deo suo: & plures sibi areas, & torcularía infinita multiplicant: & comedent triticum, de quo efficitur panis luctus: & bibunt uinum Sodomorum, quod cum aspidum felle calcatur. Et quia sibi plura torcularía, & multas areas præpararunt, idcirco de uera & de una area, & de torculari quod calcauit dominus Iesus, non uescentur, & non bibent: sed quodcunq; se habere putauerint, mendacio deprauabitur. b ¶ Non habitabunt in &c.] Non solum area, & torcular non pauit eos, & uinum mentitum est in terra Israel: quãdo per triennium & menses sex cuncta perierint: Sed & ipsi habitatores recedent de terra domini, & ducentur in terram alienã: ne habitent in terra sancta quam suis fornicationibus polluerunt. Reuersus est, inquit, Ephraim in Aegyptum, & in Assyrijs pollutum comedit. De hoc loco quidam supra addiderunt: & in Assyrijs pollutum comedit: quod in Hebraico

Prouer.18.A

non

A braico non habetur, de quo iã diximus. Cum aũt fuerint in Chaldæa absq; tẽplo & absq; altari: nõ libabũt domino uinũ, sed dæmonibus: et nõ placebunt ei, qui libant dijs alienis: & qui in captiuitate retinent̃ atq; in Assyrijs, idolothyta comedunt, & quasi panes lugentiũ sunt. Nõ est em̃ licitũ de sacrificijs comedere lugẽtiũ, & si comederit, immũdum fiet quod licite oblatum est. Lugẽtium cœnas Græci νεκρόδειπνα uocant: nos parentalia possumus dicere: ab eo quòd parentibus mortuis immolẽtur. Et non solum qui obtulerit: sed etiã qui comederit de huiusce modi cibis immundus erit: Panis em̃ eorum hoc est cibus quem offerũt: non intrabit in domum domini, quæ destructa est, quæ Babylonio igne succensa est, sed erit animæ eorum: Et est sensus, suæ gulæ, & B suæ prouident uoluptati. Cæterum mihi non placent polluta: Non habitabunt in terra domini, qui ab ecclesia recesserunt, & reuersi sunt mente in Aegyptum, & Assyriorum, id est, dæmonum comedunt sacrificia, nec libant domino uinum quo inebriati sunt in luxuriam, & non placent ei, nec illa quæ offerunt, nec ipsi qui offerunt. Sacrificia hæreticorum panis luctus est et lachrymarum: omnia enim quæ faciunt uertuntur in fletum. Nec audire poterunt: Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur, sed econtrario audient: Væ ridentibus quia ipsi lugebunt. Quicquid offerunt non deo sed mortuis offerunt, his uidelicet qui sceleratas hæreses confinxerunt: & quicunq; de eorum comederit uictimis, contaminabitur. Cæci in foueam ducentur à cæcis. Quicquid fecerint, deliciarum causa faciunt, ut populum decipiant, ut domus deuorent uiduarum. Panem luctus possumus dicere, uerba mortifera, quibus iniquitatem loquuntur contra dominum: qui panis non ingreditur in domum dei: hæreticorum enim conciliabula, non domus dei appellantur, sed speluncæ latronum. a ¶ Quid facietis in die solenni, in die festiuitatis domini? &c.] Cum uenerit, inquit, dies captiuitatis, & sæuissimus hostis ingruerit: quæ mea solennitas est? quam ego placabilem habeo hostiam? quia me de meis hostibus uindicat: & iniuriæ ponit modum, & flagellat impios filios: quid igitur facietis in die festiuitatis domini? Respondete. Illisq; tacentibus sibijpse respondet, imò quæ facturi sint, diuinis oculis intuetur. Ecce, inquit, miseria & uastitate prementibus, & Assyrio C atque Chaldæo captos ligare cupientibus, ad Aegyptum confugerunt: Ibi Memphis sepeliet eos, quæ eo tempore erat metropolis Aegypti, antequam Alexandria, quæ prius appellabatur נא ab Alexandro Macedone, & magnitudinem urbis & nomen acciperet. Quod autem in Lxx. dicitur, sepeliet eos Machmas: in Hebræo non habetur, sed מַחְמַר quod appellatur desiderabile. Ex quo perspicuũ est falsos eos esse similitudne literarũ ר & ך & pro Machmad quod omnes desiderabile transtulerunt, putasse Machmas Aegypti ciuitatẽ. Possumus hoc quod dicitur: ecce enim profecti sunt à uastitate, Aegyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos, & de tribu Iuda accipere: quando interfecto Godolia ab Hismaele, quem Nabuchodonosor terræ præposuerat: reliquiæ populi cum D Hieremia propheta ad Aegyptum trãsfugerunt, & ibi persequentibus postea Chaldæis: uel captæ sunt, uel sepultæ. Desiderabile autem argentum eorum, quod urtica possedit: uillas & omnia ornamenta uillarum intelligemus, quæ precio emuntur argenti. Quòdque sequitur, lappa in tabernaculis eorum: longam significat uastitatem, ut ubi quondam domus erant, ibi lappæ & urticæ nascantur ac spinæ. Dicitur & ad hæreticos: Cum dies solennis aduenerit, quid facturi estis? Pro die solenni: Aquila interpretatus est tempus. Ex quo manifestum est: non festum diem sonare, sed tempus retributionis: statim enim sequitur: uenerunt dies ultionis: uenerunt dies tretributionis tuæ. Ecce uastati estis à multis hostibus: Assyrij uos Chaldæiq; iugularunt, fugistis ad seculum: & cæteris estis nationibus comparati: ibi uos Memphis sepeliet, quod interpretatur ex ore, & est sensus, iuxta uestras blasphemias recipietis: & quod locuti estis, in supplicijs sentietis: desiderabilia, hoc est dogmata quę uobis artifici composueratis eloquio, quod interpretatur argentum, possidebit urtica, quæ uos æterno ardore consumet: & erit lappa uel spina in tabernaculis uestris: spinæ quippe orientur in manibus eorum, qui inebriati sunt calice Babylonio. Et in euangelio legimus: turpes cogitationes & curas huius mundi, & inhærentia uitia, spinas appellari, quæ surgentia in herbis frumenta

HEB. Non libabunt domino uinum, & non placebunt ei: sacrificia eorum, quasi panis lugentium: omnes qui comedũt illum cõtaminabuntur: quia panis eorum, animæ ipsorum, non intrabunt in domum domini. Quid facietis in die solenni, in die festiuitatis domini? Ecce em̃ profecti sunt à uastitate: Ægyptus cõgregabit eos: Memphis sepeliet eos: desiderabile argentum eorũ, urtica hæreditabit: lappa in tabernaculis eorum. Venerunt

SEP. non libauerunt domino uinum nec placuerunt ei: sacrificia eorũ, quasi panis luctus eius: omnes qui mãducauerint ea contaminabuntur: quia panes animarum eorum, nõ intrabunt in domum domini. Quid facietis in die conuentus, & in die solennitatis domini? Ideo ecce ibunt de miseria Ægypti: & suscipiet eos Memphis, & sepeliet eos Machmas, argentum eorum interitus possidebit: spinæ in tabernaculis eorum. Venerunt

Matth. 5. a

4. Reg. 25. g

Hiere. 51. a

Matth. 15. b

A suffocent. a ¶ Venerunt dies uisitationis &c.] Et in hoc loco error est solitus: ubi enim nos interpretati sumus, scitote Israel: hoc est, Israelitæ: & in Hebraico legitur וְרֵעַ Lxx. transtulerunt καὶ κακωθήσεται: id est & affligetur: ר literam ו putantes: & pro ר legẽtes ר quorum alterum scientiam, alterũ afflictionẽ uel maliciã sonat. Venerunt dies igitur uisitationis, de quibus supra dixerat: Ioel.8.f Quid facietis in die solẽni: & in die festiuitatis dñi: uenerunt dies retributiõis. O Israel, nũc tua uerba cognosce: qui prophetã tibi uera dicentem & prophetantẽ spiritu sancto, stultũ & insanũ uocabas, iuxta illud quod in Ramoth Galaad principes locuti sũt 4.Reg.9.c ad Iehu: Quid uenit ad te iste uesanus? Igitur propter multitudinẽ iniquitatum tuarum, quibus in scelere diu debac-
B chatus es: non prophetam meum, sed te insanum esse cognosce: qui ad hoc laborasti, ut mea uerba calcares. Pro amentia, id est μανίαν: Aquila uertit ἐγκόπην: quam nos uel iracundiã, uel memoriam doloris in Latino possumus dicere. Dies ultiõis & retributionis, quidã interpretantur diẽ iudicij: quando affligetur Israel, qui nũc deũ se uidere iactat: & non sancto spiritu regitur, sed dæmoniaco in partes uarias circunfertur, nescíens quid loquatur: dicens dei filium creaturam, sanctum spiritum deum negans. Et rursum alium deum bonũ, alium mundi asserens creatorem: quorum uesania multiplex est: quia & iniquitates fuere quàm plurimæ. Quẽ nos stultum prophetã diximus, Lxx. pseudoprophetam interpretati sunt. Et ne eadem sæpe repetentes, uideamur lectoris prudentiæ diffidere: breuiter admonemus quicquid de Israel & de Ephraim in hoc propheta dicitur, ad hæreticos esse referendum: qui uere insanientes, cõtra deum loquuntur mendacia. b ¶ Speculator Ephraim &c.] Idcirco deus principes dedit, ut populũ corriperent delinquentem, & ad rectum iter retraherent. Vn-
Ezech.3.d de & ad Ezechiel loquitur: Speculatorem te dedi domui Israel: ergo Hieroboã quasi speculator datus in populo est, & quasi propheta cũ deo meo: hoc est, cum deo qui hæc Osee loquitur. At ille iuxta id quod supra scriptũ est: Laqueus facti estis speculationi: & rete expansum super Thabor, & uictimas declinastis in profundum: etiam nũc populi Israel laqueus appellatur: eo quod omnes in laqueo eius corruãt: maxime cum insaniam in domo dei posuerit siue cõfinxerit: id est, in Bethel uitulum aureum fecerit: hoc enim interpretatur do- C
בֵּית־אֵל mus dei: & tã profunde in scelere peccauerit, sicq; in impietatis barathrum sit dimersus, ut uincat scelus quod quondam gestum est in Gabaa, quando uxorem leuitæ reuertentis de Beth- Iudic.19.f leẽ illícito necauere cõcubitu. Possumus dies Gabaa et illud tempus accipere, quando pro deo elegerunt sibi regem de urbe Gabaa, id est, Saul. Et multo nunc eos dicit maiora peccasse, eligendo Hieroboam et adorando idola, & eo tempore q̃ elegerũt Saul: hic enim schismatietiã idololatria copulata est: ibi uero dei cultus permansit in populo: ideo recordabit iniquitates eorum qui

HEB. Venerunt dies uisitationis, uenerunt dies retributionis. Scitote Israel stultum prophetam, insanum uirum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ & multitudinem amentię. Speculator Ephraim cum deo meo propheta: laqueus ruinæ super omnes uias eius: insania in domo dei eius: profunde peccauerunt, sicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitates eorum: & uisitabit peccata eorũ. Quasi uuas in deserto inueni

SEP. Venerunt dies ultionis, uenerũt dies retributionis tuæ: & afflígetur Israel sicut propheta insaniens, homo qui habebat spiritum: propter multitudinẽ iniquitatũ tuarũ multiplicata est amentia tua. Speculator Ephraim cũ deo propheta: laqueus tortuosus super omnes uias eius: insaniam in domo dei confinxerũt: corrupti sunt secundum dies collis: recordabitur iniquitates eorum ulciscetur super peccata eorum. Sicũt uuam in deserto inueni

nũc per patientiã putatur oblitus: & uisitabit peccata eorum, & uulnera quæ longo tempore computruerunt. Veteres scrutans historias, inuenire D non possum scidisse ecclesiam, & de domo domini populos seduxisse: præter eos qui sacerdotes à deo positi fuerant & prophetæ, id est speculatores Isti ergo uertuntur in laqueum tortuosum, in omnibus locis ponentes scandalum: ut quicunq; per uias illorũ ingressus fuerit, corruat, & in Christo stare nõ possit: uarijsq; adducatur erroribus, & semitis tortuosis ad præcipitia deferatur. Hi sunt speculatores Ephraim, qui insaniam in domo domini confinxerunt: hoc est in ecclesia, siue in scripturis sanctis, peruersæ eas interpretantes: uel certe in unoquoq; credentium, qui domus dei rectissime nominatur: propterea corrupti sunt, & interierunt iuxta dies collis: quando iniquitatem in excelso locuti sunt, & ascenderunt in tecta uana. Recordabitur deus iniquitatis eorum per quam inique gesserunt in proximum educentes eum de ecclesia, & uisitabit peccata eorũ quibus in suas animas pec- Psal.139.b cauerunt. Hoc est quod in psalmo legimus: Iuxta semitam scandalũ posuerunt mihi. Nisi enim quis dei uiderit semitam, id est, Christi nomen audierit, non ingredietur per eam. Idcirco & hæretici sub nomine Christi iuxta semitam ponunt laqueos, ut qui in Christo calcare se credit, de quo legimus, quod ipse sit uia: calcet & in eorum laqueis, qui insaniam in domo dei confinxerũt. c ¶ Sicut uuam in deserto. & facti sunt abo. &c.] Pro quo in alijs exemplaribus legimus: & facti sunt dilecti, quasi abominabiles: quod magis cõgruit ueritati. Cum omnis orbis esset desertus, & dei noticiam non haberet

A beret: inueni, ait, populum Israel quasi uuam in solitudine, & quomodo eum inuenerit dicit: Sicut prima poma ficulneæ: in cacumine eius uidi patres eorum: Ergo in Abraham, in Isaac & Iacob inuentus est populus: Et nota proprietatem: parentes uidentur: populus inuenitur, & in utroq; uinea est, & ficulnea: sub quibus requiescere dicitur qui cõfidit in domino. Ipsi autẽ educti de Aegypto, fornicati sunt cum Madianitis, et ingressi sũt ad Beelphegor idolũ Moabitarũ: quem nos Priapũ possumus appellare. Deniq; בַּעַל־פְּעוֹר interpretatur Beelphegor, idolũ, tentiginis habens in ore, id est, in summitate pellẽ, ut turpitudinẽ membri uirilis ostenderet. Et quia intrauerũt ad Beelphegor: idcirco abalienati sũt B à deo: & confusioni suæ, id est idolomancipati, ut propter quod recesserant à deo, illud colerent, secundum quod scriptum est: A quo enim quis superatur, huius & seruus est: ut sicut gulæ seruientes habent uentrem deum, ita qui libidini deseruiunt habeant deum Beelphegor. Et facti sunt, inquit, abominabiles, sicut ea quæ dilexerũt, iuxta illud quod scriptũ est in psalmis: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidũt in eis: ut non solum idololatræ: sed idola nuncupentur. Dicente autem domino: in passione sua: Torcular calcaui solus, et de gentibus non est uir mecum: et in psalmo: Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus: Cum omnis mũdus teneretur in peccato: & gentes ignorarent deum: Israel repulisset quem ante cognouerat: primum in apostolis, & in apostolicis uiris, inuenit dominus Israel, populũ Christianum, & sensu uidentem deum: & dulcissimis eorum satiatus est fructibus, uua & ficu: quæ si in deserto inueniantur, & necdum maturo tempore, ob raritatem maioris sunt gratiæ. Ipsi autem, hoc est Israel qui sibi Christianum nomen assumunt, neq; enim de patribus intelligendum est, intrauerunt ad idolum Beelphegor: quod habet in ore pellem. Quicquid enim loquitur hæreticus, mortiferum est, & à uiuente dei sermone seiunctum: Siue intrauerunt ad libidinem: difficile est enim hæreticũ reperire qui diligat castitatem: non quod eam preferre desistat in labijs: sed quod non seruet in conscientia: aliud loquens, & aliud faciens: unde & abalienati sunt à C deo, & habent gloriam in confusionem suam: & facti sunt abominabiles, qui prius dilígebãtur in patribus. Si autem uoluerimus legere: facti sunt abominabiles, sicut dilecti: quod tamen in Hebraico non habetur: dicimus, ita factos esse gẽtiles, qui sunt abominabiles: q̃modo & hereticos qui prius dilígebantur in patribus, hoc est ut & hi, & illi pariter abominabiles sint. a ¶ Ephraim quasi auis auolauit &c.] Multum in hoc loco inter se discordant interpretes. In eo enim loco in quo nos dixímus, uæ eis cũ recesserо ab eis: Lxx et Theodotion trã stulerũt, uæ eis, caro mea ex eis: quærensq; causam cur sit tanta uarietas, hanc mihi uideor repisse: Caro mea, lingua Hebræa dicitur בְּשָׂרִי Rursum si dicamus, re- D cessio mea: siue declinatio mea dicit בְּשׁוּרִי Lxx. igit̃ & Theodotion pro eo, quod est recessio mea, & declinatio mea, uerterũt, caro mea. Rursum ubi nos posuimus: Ephraim, ut uidi, Tyrus erat: Lxx. interpretati sunt θήραν, id est, uenationem, siue capturam: Aquila & Symmachus & Theodotion, petram durissimam, id est, silicem, quæ lingua Hebraica appellatur צוּר quod si legamus צוֹר Tyrus dicitur: Putantes autem Lxx. interpretes ob literarum similitudinem ר & ד non esse ר sed ד legerunt צוֹד id est, uenationem siue capturam: unde & בֵּית צַיָּדָה domus dicitur uenatorum. Diuersitatem interpretum diximus: reuertamur ad sensum: Ephraim, id est, decẽ tribus, quasi auis auolauit in captiuitatem, et de suo recessit loco. Auem autem appellauit, ut uelocem in Babylonem transitum demonstraret: Sin autem legerimus, quasi auis auolauit gloria eorum: hoc dicimus quod dei ab eis recesserit & auolauerit auxilium. Quodq; sequitur, à partu, & ab utero, & à conceptu: dupliciter intelligi potest: ut gloria quæ auolauit ab Ephraim, etiam à partu, & ab utero, & à conceptu eorum recedat: hoc est deserat filios eorum, & posteros derelinquat. Aut certe dicimus omnem gloriam Israel habuit in multitudine, & in eo se maiorem arbitratus est Iuda fratre suo: quia ipse decem tribubus, ille duabus præfuit. Vnde dominus loquitur: quod etiam si enutrie-

HEB. to inueni Israel quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius uidi patres eorum: ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in confusionem: & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Ephrãim quasi auis auolauit, gloria eorum à partu, & ab utero, & à conceptu: quod & si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus. Sed & uæ eis cum recesserо ab eis. Ephraim, ut uidi, Tyrus erat fundata in pulchritudine: & Ephraim educet ad interfectorem filios suos.

SEP. to inueni Israel, & sicut ficum in arbore ficus temporaneã uidi patres eorum: ipsi autem ingressi sunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in confusionem: & facti sunt abominabiles sicut dilecti. Ephraim quasi auis auolauit: gloria eorum in partu, & in parturitionibus & conceptu: quia etiam si enutrierint filios suos, sine filijs erunt in hominibus: quia & uæ eis est: caro mea ex eis: Ephraim, sicut uidi, in captionem præbuit filios suos, & Ephraim: ut educeret ad interfectionem filios suos.

Da eis

Numer. 25

2. Pet. 2. d

Philip. 3. d

Psal. 134. d

Esa. 63. a

Psal. 11. a

A rint filios, & liberorum multitudinem congrega/ uerint, tradentur neci: et tunc eis uerum incumbat uæ, cum ab eis recesserit deus. Et consequenter ex ponit, qualis quondam fuerit Ephraim, qui nunc desertus est: tam pulcher, inquit, erat, & sic dei ual/ labatur auxilio, ut Tyrus mari cingi/ tur: uel certe, ut sco pulus durissimus: qui fixus in terra, omnes contemnit procellas, & de tur binibus uẽtisq; nõ curat. Ipse autem, id est, Ephraim siue Tyrus, quæ erat fundata in maris pulchritudine, educet ad ca/ ptiuitatem filios suos. Multi hoc capitulum ad A/ zaelis tempora referunt: qui obsedit Samariam, & longo tempore afflixit fame, ut leuius arbitren/ tur obsessi gladio perire quàm inedia. Nos autem dicamus iuxta Tropologiam: Ephraim, id est, hæ reticos quasi auem de ecclesia recessisse: & omnẽ habere gloriã in partu, & in utero, & conceptu, si multos genuerint filios: quos dominus commina tur etiam si enutriti fuerint puniendos: & punien/ dos non ab alio quolibet, sed ab ipso domino, quo niam filios fornicationis generarint, & uerum il/ lis sit uæ cum deus recesserit ab eis. Simulq; repli/ cat qualis fuerit Ephraim: quando, inquit, in ec/ clesia erat, ita seculi huius tentationibus, quasi Tyrus maris fluctibus tundebatur, & tamen ni/
B hil aduersi poterat sustinere, quia habebat funda/ mentum Christi: super quo ædificata domus, e/ uerti non potest. Nunc autem filios suos educit ad interfectorem, hoc est, ad diabolum. Et pul/ chre dixit educit, id est, de ecclesia facit exire fo/ ras. Possumus filios Ephraim, cogitationes pessi/ mas dicere & contraria dogmata ueritati: quæ in/ terficit dominus spiritu oris sui, & eos tales libe/ ros habere non patitur, & æterno interitui dere/ linquit. Quod autem in Lxx. legimus: Caro mea ex eis: Ephraim, quomodo uidi, in uenationem præbuit filios suos, ita intelligimus: Si Christus caput est corporis, id est, ecclesiæ, omnes nos Christi & ecclesiæ membra sumus: qui ergo de ecclesia recesserit, Christi corpus lacerat, igitur & Ephraim caro fuit & membrum domini saluato/ ris. sed in uenationem præbuit filios suos: in ue/ nationem autem eorum, de quibus scriptum est:
Psal.123.a Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo ue nantium. Et eduxit de ecclesia liberos suos, ad oc cisionem siue ad uulnerandum, ut uulnerentur ab his qui mittunt ardentes sagittas: ut percutiant pa riter & exurant. a ¶ Da eis domine: quid dabis &c.] Si his quæ deus pro benedictione donauit male abutamur, & in contrarium quàm ab eo da/ ta sunt conuertantur: expedit ut auferantur à no/ bis. Denicq; lingua data est ad laudandum domi/ num deum, & quæ bona sunt eloquenda: si quis
Psal.30.c ea abutatur in blasphemiam, contra hunc psalmi/ sta dominum deprecatur: Muta fiant labia dolo/ sa quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in

Dã eis domine: quid dabis eis? da eis uuluam sine fi/ lijs & ubera arentia. Omnes nequitiæ eorũ in Galgal, quia ibi exosos habui eos. Prõpter maliciam adinuen/ tionum eorum de domo mea eijciam eos. Non addam ut diligam eos: omnes principes eorum recedentes.

superbia & in abusione. Et in alio loco: Disperdat c dominus uniuersa labia dolosa, & linguam magni ibi.n.4 loquam. Quia igitur Ephraim gloriabatur in utero, & in conceptu, & in partu, & in populorum multitudine: propheta dominum deprecatur & dicit: Da eis domine. Sibiq; ipse respondit: Quid dabis eis? & statim infert: Da eis uuluã sterilem, & ubera arentia, ne habeant causas superbiæ, ut in quo sibi gloriari solent, in eo confundantur. Quod & de magistris contrariorum dogmatum intelligi posse, perspicuum est: qui in populorum multitudine gloriantur, & in ijs liberis quos nutrierunt ad interitum, ut educerent eos de ecclesia, & educerent ad interfectorem. Tot enim diabolus iugulat, quot hæretici in errore genuerunt filios. De istiusmodi anima dicitur: Beata sterilis immaculata, quæ non cognouit cubile in pec sapien.3.e cato: Beatus est enim uir ecclesiasticus, qui comparatione hæretici in errore filios non procrearit. Et in alio loco legimus: Melius est filios non habere cum uirtute. Ex iniquo enim concubitu semen peribit, & cum longi fuerint temporis, reputabuntur in nihilum, & ignobilis in nouissimis erit senectus eorum: fœcunda enim impiorum multitudo ad nihilum est utilis: neq; enim existimare debemus quod uuluam sterilem, & ubera arentia D corporaliter deprecatus sit. b ¶ Omnes nequitiæ eorum in Galgal &c.] In Galgal Saul unctus in 1.Reg.10 regem est, Samuele iram dei populo nunciante. Ibi, inquit, exosos habui eos: & sibi regem homi/ nem postulantes, à meo imperio recesserunt: Siue quia Galgala idololatriæ locus est, ibi omnia scele ra commiserunt. Verum quia Galgala interpretatur reuelatio aut κυλισμοὶ, id est, uolutabra: omnes malicias hæreticorũ dicit eo tempore reuelandas, cum eis dederit deus uuluam sterilem & ubera arentia, & uiderint ignominiam suam. Et qui se iactabant per superbiam, quod ad excelsa conscenderent, deuoluentur in terram, siue ad inferos pertrahentur. Vere hæretici odio dei digni sunt qui loquuntur contra dominum mendacium, de quibus dicit in consequentibus: c ¶ Propter malici/ am adinuentionũ eorum de domo mea, &c.] Et de hæreticis quidem non est dubium, quin de domo dei eiecti sint, & nõ addat ut diligat eos, quàm diu in errore permanserint: omnesq; principes eorum recedentes a deo sunt, siue inobedientes, ut Valentinus, Marcion & cæteri. Possumus principes hæreticorũ dæmones dicere, qui uere a deo recesserunt & appellantur principes, iuxtã quod dominus loquitur in euangelio: Veniet princeps ioan.14.d huius mundi & inueniet in me nihil. Et Apostolus aduersus potestates, & principatus & rectores tenebrarum istarum pugnare nos dicit. Quæritur autem iuxta historiã, quomodo de domo sua eiecerit eos, id est, decem tribus, cum in domo dei Ephes.6.b

non

A non fuerint? Sed domum dei uel terram ſanctam appellabimus in quam introducti ſunt: uel falſum nomen Iſraelis: uel quod ad eos, quaſi ad populum dei mittebantur prophetæ: quod autem non addat ut diligat eos, & omnes reges Iſrael à deo fuerint recedẽtes, perſpicuum eſt: uſque hodie eĩ permanent in captiuitate. Alij hoc quod ſcriptum eſt, de domo mea eijciã eos: ad regnum Iuda referri arbitrãtur, q̃d & ipſi ducendi ſint in captiuitatẽ. Sed quomodo eis poterit adaptari: non addam ut diligã eos, cum poſtea Hieroſolymam ſint reducti, & omnes principes eorum recedentes: cum legerimus Dauid, Aſa, Ioſaphat, Ezechiã, Ioſiam reges fuiſſe iuſtos? Vnde ad Chriſti tempora tranſeundum eſt, quod in aduentu eius eiecti ſint de domo dei, & nequaquam ſaluentur ut Iſrael, ſed ut populus Chriſtianus. Vnde & dominus fecit ſibi flagellũ de funiculis, & eiecit eos de templo: quia domum patris eius fecerant domum negociationis. a ¶ Percuſſus eſt Ephraim: radix eorum exiccata eſt: fructum nequaquam facient, quod & ſi genuerint, interficiã amantiſſima &c.] Metaphoram ſumit ab arbore: cuius ſi radices aruerint, fructum afferre non poterit: & ſi paululum fecerit, ſtatim in ipſo flore ſiccabitur. Dicit autem de Ephraim: cuius radix aruit, quia deum in quo fundatus erat perdidit: ſiue patres ſuos Abraham, Iſaac & Iacob, in quibus radicem miſerat, habere non meruit, & propterea fructum iuſticiæ non faciet, quod & ſi fecerit, interficiam, inquit, amantiſſima uteri eius, iuxta id quod ſupra dixerat: ſi enutrierint filios ſuos, abſque liberis eos faciam in hominibus: unde & abiecit eos deus, & fecit ire captiuos, & erunt uagi in nationibus. Poſſumus hoc ipſum, & de omnibus Iudæis dicere: quorum quia principes à deo receſſerunt, commouentes populum, ut eum ad mortem expeterent: propterea eiecit eos de domo ſua, & non addet, ut ultra diligat eos: Percuſſit radicem eorum & exiccauit, & fructum ultra non facient: quod & ſi fecerint, & uiſi fuerint ſcripturam ſanctam legem'que meditari, & quaſi amantiſſimos filios aliquid ſcientiæ atq; doctrinæ de ſuo corde protulerint, aduerſante domino ſuccidet̃. Abiecit enim eos deus omnium prophetarum, quia non audierunt eum, & uagi erunt in nationibus: non habentes altare, non ſedem, non ciuitatem propriam. Vnde & Dauid loquitur in pſalmo: Ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei: diſperge illos in uirtute tua. Et in alio loco: Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine. De hac arbore etiam in euangelio legimus: Iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt. Omnis arbor quæ non facit fructũ bonum, excidet̃ & in ignẽ mittetur. Hæreticos fructus facere non poſſe uirtutũ, quia dominũ perdiderunt: in quo iuxta Apoſtolum radicati eſſe debuerant & fundati, nemo dubitet: quod & ſi fecerint, & aliquos uteri ſui fœcunditate generarint, domino aduerſante morientur. Siue quia fructus eorum, uniuerſa quæ fingunt, & de ſuo corde generant, areſient & peribunt: & erit cũctis perſpicuũ, ſiccam radicẽ fruges afferre non poſſe. Iſti abijcientur, imò abiecti ſunt à deo: quia non audierunt eum dicentem: Ne transferas terminos quos poſuerunt patres tui. Et idcirco uagi erunt in nationibus: nunc ad has, nunc ad illas ſententias tranſeuntes, dum non eis placet, quod ſemel repererint: ſed ſemper uetera mutant nouis, & ethnicorum imitantur errores.

B

C

D

Pſal.58.b

Pſal.5.c

Matth.3.c

Epheſ.5.d

Deut.19.d

HEB. Percuſſus eſt Ephraim: radix eorum exiccata eſt: fructum nequaquam facient: quod & ſi genuerint, interficiã amãtiſſima uteri eorum: Abijciet eos deus meus: quia nõ audierunt eum & erunt uagi in nationibus. Cap. X

VItis frõndoſa Iſrael: fructus adæquatus eſt ei: ſecundum multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria: iuxta ubertatem terræ ſuæ exuberauit

SEP. Doluit Ephraim radices ſuas: arefactus eſt, fructum nequaquam affert: quia & ſi genuerint, interficiam deſiderabilia uteri eorum. Repellet eos deus: quia non audierunt eum, & erũt uagi in nationibus. Cap. X.

VItis frondoſa Iſrael: fructus abundãs in ea: ſecundũ multitudinem fructuum ſuorum multiplicauit altaria: iuxta bona terræ eorum ædificabunt

Caput X

VItis frondoſa Iſrael: fructus adæquatus eſt ei: ſecundum multitudinẽ fructus ſui, &c.] Pro uite frondoſa, Aquila interpretatus eſt, γνυ/δρον, quam nos aquoſam uel ἔξοινον, poſſumus dicere, eo quod uini perdat ſaporem: Symmachus ὑλομυίσαν, quæ tota in frondibus creuerit. Vites quæ putatæ à uinitore non fuerint, in flagella frondeſq; luxuriant, & humorem quem debuerant in uina mutare, uana frondium & foliorum ambitione diſperdunt: iſtiuſmodi uitis damnoſa eſt agricolis. Talis fuit Iſrael, creſcens in multitudine populorum, & non reddens fructus agricolæ deo. Dicamus & aliter. Vitis frondoſa ſiue iuxta Lxx. βυκλημα τοῦσα, id eſt, bonas habens propagines, & flagella fructifera, multos botros attulit, & uuarum fœcunditas, ramorum magnitudinem coæquauit: ſed hæc quæ prius talis erat antequam offenderet deum, poſtea abundantiam fructuum uertit in offenſæ multitudinem: ut quanto plures haberet populos, tanto plura ædificaret altaria, & abundantiam terræ numero uinceret idolorum. Pro ſimulachris, Lxx. uerterunt σήλας, quas nos ſtatuas, uel titulos appellamus, qui proprie dæmonum ſunt, aut hominum mortuorum. Ita & hæretici dum eſſent in eccleſia plantati,

A & creſcerent in domo dei, uocabantur uinea Soreclſ, & afferebant uberrimos fructus: poſtea uero quanto plures facti ſunt, tanto ſibi multiplicauerunt altaria: ut pro uno altari quod uerum eſt, plures erroris ſui aras extruerent: & iuxta uber-

HEB. uit ſimulachris. Di uiſum eſt cor eorum: nunc interibunt: ipſe confringet ſimulachra eorum: depopulabitur aras eorum. Quiã nunc dicent, non eſt rex nobis: non enim timemus dominum: & rex quid faciet nobis? loquimini uerba uiſionis inutilis, & ferietis fœdus: & germinabit quaſi amaritudo iudicium ſuper ſulcos agri.

tatem terræ ſuæ exuberauerunt ſimulachris. Hæreticorum terra fœcũda eſt, qui à deo acumen ſenſus & ingenij percipientes, ut bona naturæ in dei cultum uerterent, fecerunt ſibi ex his idola. Nullus enim poteſt hæreſim ſtruere, niſi qui ardentis ingenij eſt, & habet dona naturæ quæ à deo artifice ſunt creata. Talis fuit Valentinus: talis Marcion quos doctiſſimos legimus. Talis Bardeſanes, cuius etiam philoſophi admirantur ingenium. Iſti ergo terræ ſuæ bona uerterunt in titulos mortuorum: quia omnis doctrina eorum non ad uiuentes refertur ſed ad mortuos, tam eos quos colunt quam illos quos decipi-

B unt. a ¶ Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt, ipſe confringet ſimulachra eorum: depopulabitur aras eorum. &c.] Tradunt Hebræi huiuſcemodi fabulam: ſuſpicionem ſuam ſcripturarum autoritate confirmantes: Quamdiu & reges & populi pariter uitulos aureos adorabant, & habebant in impietate conſenſum: non uenit ca-

4. Reg. 17. a ptiuitas. Extremus rex decem tribuũ fuit Oſee: de quo ſcriptum eſt, quod fecerit quidem malũ Oſee in conſpectu domini: ſed non ſicut reges Iſrael, qui fuerunt ante eum: cuius nono anno Salmanaſar rex Aſſyriorum cepit populum Iſrael, & eduxit eos in Aſſyrios, & habitare fecit iuxta flumen Gozan in ciuitatibus Medorum. Quæritur ergo quare ſub peſſimis regibus capti non fuerint: ſed ſub eo qui cœperat ex parte aliqua ad meliora conuerti? Ad quod hæc inferunt: excuſabat ſe primum populus & dicebat, regum paremus imperijs: nec poſſumus eorum reſiſtere tyrannidi: colimus uitulos quos adorare compelſimur: in diebus autem Oſee ab eodem rege præceptum eſt, ne tanto ſtudio uituli colerentur, ſed qui uellet iret in Hieruſalem & in templo ſacrificaret deo: huic, aiunt, ſententiæ populus contradixit. Et hoc eſt, quod nunc dicit: diuiſum eſt cor eorum, hoc eſt, regis & populi: & nulla excuſatione remanente, nunc interibunt & tradentur æternæ captiuitati: ſtatim enim ut populus diſſenſit à rege, uenit interitus. Quodq; ſequitur: ipſe confringet ſimulachra eorum: de deo dicit: arasq; depopulabitur: nõ quod deus ipſe propria hoc fecerit manu, ſed quod per hoſtes uoluntas C eius expleta ſit. Hęreticorum inter ſe corda diuiſa, & contrarijs repugnare ſententijs, etiam ipſi non negant dum diuerſa ſentiunt: Vnde diſperdentur & confringet ſiue ſuffodiet dominus ſimulachra

SEP. bunt titulos. Diuiſerũt corda ſua: nunc peribunt: ipſe ſuffodiet altaria eorum: affligentur tituli eorum. Propterea nunc dicent, non eſt rex nobis: quia non timuimus dominum: rex autem quid faciet nobis? loquens uerba, occaſiones mendaces: diſponet teſtamentum, orietur ſicut gramen: iudicium ſuper deſertum agri.

uel altaria eorum, quæ de ſuo corde finxerunt, & uaſtabit titulos quibus ſinguli ſuis appellantur nominibus, & uocauerunt nomina ſua ſuper terras ſuas, ut nequaquã Chriſti eccleſiæ, ſed illius uel illius eſſe dicantur.

b ¶ Quia nunc dicent non eſt &c.] Poſtquam confregerit deus ſimulachra Iſrael, & depopulatus fuerit aras uel ſtatuas eorum, & extrema captiuitas uenerit, dicent non eſt rex nobis. Et ne in longum tempus putent ſententiam protelari, addidit: Nunc dicent, quando uaſtantur, quãdo ſentient Oſee regẽ ultimũ à ſe eſſe ſublatũ, ideo rex ablatus à nobis eſt: quia nõ timuimus dominũ uerũ regem: homo enim rex prodeſ- D ſe quid poterat? Dicite quid uultis, errores ueteres ſuſpirate: pollicemini uobis proſpera quæ uertentẽ in cõtraria: fœdus ferietis, nequaq; cũ deo ſed cum mendacio: Et poſt fœdus, quod Lxx. interpretati ſunt, teſtamentũ: germinabit uobis, nõ ſeges fœcunda frumenti, non ſaltẽ iumentorũ cibos, hordeũ, nõ legumina uaria, nõ uites quæ fructus ſuos in muſta deſudãt: non poma arbores germinabũt, quæ humorẽ terræ in uarios mutãt ſapores: ſed ôrietur uobis amaritudo, imò amaritudinis iudiciũ: ſiue ἄγρωσις, quã Latine in gramen uertimus. Eſt enim genus herbæ calamo ſimile, quæ per ſingula genicula, fruticẽ ſurſum & radicẽ mittit deorſum: rurſusq; ipſi frutices & uirgulta alterius herbæ ſeminaria ſunt: atq; ita in breui tempore ſi non imis radicibus effodiaſ, totos agros uepriũ ſimiles facit. Deniq; etiã ſi ſicca eius aliqua pars, dũmodo genículũ habeat, ſuper cultã terrã ceciderit: omnia replet gramine. Hęc diximus iuxta Lxx. interpretes cæterũ in Hebraico ראש ſcriptũ habet: quod in amaritudinẽ uertitur: hoc eſt, amaritudinis iudiciũ de quo & dominus loquiſ in euangelio: In iudiciũ ego in mundũ iſtũ ueni, & de alijs ſcriptũ eſt: q̃d Ioan. 9. g recipiant amplius iudiciũ. Diſcipuli quoq; contra Mar. 12. d riorum dogmatum cum eorũ fuerint cõtrita mendacia, & araę, lucíq; ſubuerſi, fero dicent: Non habemus reges qui nobis prius imperauerãt, quibus decipientibus, dominũ non timuimus, quid enim nobis profuit illos ſequi quorũ in neceſſitate non ſentimus auxiliũ? Hæc loquentur quærẽtes aliquã excuſationem, ut non per ſe ſed per doctores peſſi-

mos

Amos erraſſe uideãtur. Vnde & Lxx. uerba eorum, excuſationes falſas tranſtulerunt: quas propheta deuitat, dicẽs: Ne declines cor meum in uerba malicię ad excuſandas excuſationes in peccatis: libenter uitijs noſtris applaudimus: & ſuperati uoluptatibus, obtendimus carnis infirmitatem, aut duramaiorum imperia: unde uerba & uiſiones hæreticorum inutiles erunt. Et ferient fœdus, nequaquam cum deo, ſed cum amaritudine, quæ cum dies iudicij aduenerit, germinabit ſuper ſulcos agri eorum, ut qui ſeminauerunt in gaudio, metant in lachrymis: qui riſerunt, fleant: qui habuerunt conſolationem, lugeant. C

Pſal. 140. a

Commentarij ſecundi in Oſee prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM LIBRVM commentariorum in Oſee ad Pammachium prooemium.

NOn ignoro Pammachi, difficillimum me duodecim prophetarum opus cudere: certe interpretatum Latinis, & quod magis temeritatem noſtram poſſit arguere, quàm ſcientiam prodere. Sed quia tibi hortanti, imò imperanti, negare nihil poſſumus, & pro offerentium uiribus in gazophylacium dei, multorum diuitias, duo mulieris pauperis æra ſuperarunt: quicquid poſſumus, primum deo, deinde tibi qui dei es ſoluimus: illi uſq; ſemper uerſiculi recordamur: Pollio & ipſe facit noua carmina. Cumq; apertum fautorem pro iure amicitiæ eſſe te gaudeam: tacitum eruditionis tuæ iudicium pertimeſco: magisq; te laudantem quàm aduerſarios detrahentes metuo. Illis enim æmulatio detrahit fidem, & non tam iudices quàm accuſatores uocandi ſunt: Tu autem qui diligis, nequaquam perſonarum, ſed rerum promis ſententiam: quanquam & amor recipiat errorem, pulchrumq; ſit illud θεοφράστου, quod Tullius magis ad ſenſum, quàm ad uerbum interpretatus eſt, τυφλὸν γὰρ φιλῶν περὶ γὰρ φιλούμενον, id eſt, amantium cæca iudicia ſunt. Attamen in iſtam partem peto magis ut labaris, non odio ſed amore. Tertium in Oſee prophetã dictamus librum, & ad uaccas Bethauen uſq; peruenimus: nobisq; interpretationis uela pandentibus, tu debes propheticum illud dicere: Aquatuor uentis cœli ueni ſpiritus: ut celeri curſu uarios inſidiantium ſcopulos tranſeuntes, merces dominicas, ex omni parte ſæuiente naufragio, ad portus tutiſſimos perferamus.

Ezech. 37. e

B

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI commentariorum in Oſee prophetam liber tertius.

יָרִב

VAccas Bethauen coluerũt &c.] Quæ ſit Bethauen: pro qua Lxx. tranſtulerũt, domũ ὤφ, & qui ſit rex Iarib qui interpretatur ultor ſupra plenius diſputauimus. In Bethauen igitur, id eſt, Bethel, uaccas aureas coluerũt habitatores Samarię: quas cum irriſione nõ uitulos ſexus maſculini, ſed uaccas, id eſt, fœminas appellauit: ut uidelicet Iſrael nõ ſolũ deos uitulos, ſed deas uaccas coleret. Et ut oſtenderet uaccas Bethauen, unũ in Bethel uitulũ ſentiendũ, nõ intulit: luxit ſuper eis populus ſed ſuper eo, id eſt, uitulo aureo. Si aũt luxit populus, quare æditui eius ſuper eo exultauerũt? Tradunt Hebræi uitulos aureos à ſacerdotibus furto eſſe ſublatos, & pro his æneos & deauratos repoſitos. Cũ igit lugeret populus tẽpore neceſſitatis & anguſtię: etiã uitulos aureos inter munera cætera Aſſyrijs regibus & maxime regi Sẽnacherib ab Iſrael rege eſſe directos, exultabãt æditui, q̃d fraus eorũ nequaq; poſſit argui uel deprehendi. Et hoc eſt quod ait: æditui eius, id eſt, uituli, ſuper eo exultauerunt in gloria populi hoc eſt, in uitulo quem habebant pro gloria: quia migraſſet ab eo, id eſt, à populo, & translatus eſſet ad Aſſyrios. Et ut ſciamus, inquiũt, hoc eſſe quod dicitur, perſpicue ſequens uerſus oſtendit: Si quidẽ ipſe in Aſſur delatus eſt: munus regi ultori: ſtatimq; ſequitur: Cõfuſio Ephraim capiet, & confundetur Iſrael in uoluntate ſua, ſiue in conſilio ſuo. Deprehenſa enim fraus deauratorũ uitulorũ, regi Iſrael literis indicatur, & unde ſe placere æſtimauerãt, inde uel maxime cõfundũtur, & offendunt eos quibus munera miſerãt, æſtimantes nõ furto ſacerdotum, ſed fraude regũ atq; cõſilio hoc eſſe perfectũ. Legimus in regũ uolumine, regẽ Iſrael Manahen, regi Aſſyriorũ Phul mille argenti talenta miſiſſe, ut eſſet manus eius cũ eo, id eſt, ut ei præberet auxilium: inter quæ nõnulli arbitrantur etiã uitulos aureos eſſe directos. Pro Iarib in præſenti loco Symmachus interpretatus eſt ὑποφιλονείκῃ, id eſt, præſuli & defenſori. Iuxta ſpiritualem intelligentiã laborandũ eſt, quomodo omnia hæreticis coaptemus: Vaccas Bethauen, ſiue domus ὤφ, q̃d interpretatur labor, coluerũt hæretici: q̃ ſe in cuſtodia mandatorum dei, hoc eſt, Samaria habitare iactabant

VAccas Bethauen coluerũt habitatores Samariæ: quia luxit ſuper eum populus eius: & æditui eius ſuper eum

APud uitulum domus ὤφ morabuntur qui habitant in Samaria: quia luxit populus eius ſuper eum

D

A bant: diecq; iudicij quando germinabit quasi ama/ritudo iudiciũ super sulcos agri: lugebit populus super eum: hoc est super uitulum, & super dogma peruersum: quod putabat deum: Sed & æditui, non dixit exultabunt, sed exultauerunt, ad præte/ritum tempus refe
rens, super gloria sua, qua quondam glorioſa confinxe/rant: eo qđ migraſ/set populus à deo: siue quod ipsa glo/ria dei migrasset à populo, à quo fue/rat derelicta. Quic/quid autẽ loquun/tur hæretici, & pul chro sermone com ponũt, & mittunt munera regi suo di abolo, ad illum cun cta referentes: un/de confusio eos ca piet in æternum & cõfundentur in uo lũtatibus suis. Quidam & supra & in præsenti loco in cõ mentarijs suis scri/ptũ reliquit: regem

HEB. eum exultaue/runt in gloria eius: quia migrauit ab eo: Si qui/dem & ipse in Assur de/latus est, munus regi ul/tori: confusio Ephraim capiet: confundetur Isra/el à uoluntate sua. Trans/sisse fecit Samaria regem suum quasi spumam su/per faciem aquæ, & di/sperdentur excelsa idoli: peccatum Israel: Lappa & tribulus ascendet su/per aras eorum, & dicent montibus, operite nos: & collibus: cadite super nos. Ex diebus Gabaa peccauit Israel: ibi stete/runt

B יֵרֵב id est ultorem, Christum intelligendũ. Quod nobis omnino displicet. Impium enim est quod iu xta historiã intelligitur de rege Assyrio: iuxta Tro pologiam ad Christum referri. a ¶ Transire fe/cit Samaria &c.] Pro spuma quam Lxx. & Theo dotion φρύγανον, id est, cremium, transtulerunt: aridas herbas, siccaq; uirgulta quæ camino & in/cendio præparantur: Symmachus posuit ἐπίζεμα: uolens ostendere feruentis ollæ superiores aquas & in spumam bullasq; surgentes, quas Græci πομφόλυγας uocant. Sicut igitur spuma quæ super a/quam est cito dissoluitur: sic regnum decem tribu um uelociter finietur, & peribunt excelsa, id est
3.Reg.22.f בָּמוֹת de quibus scriptum est: Veruntamẽ adhuc populus immolabat & adolebat in excelsis. Ipsa aũt excelsa ὦν sunt siue אָוֶן id est, idoli, qđ inter/pretatẽ inutile: qđ idolũ & inutile, peccatũ est Isra/el. Dissipato aũt idolo & excelsis eius, b ¶ Lap/pa & tribulus &c.] Signum ultimæ solitudinis, ut ne parietis quidem & extrema ædificiorum ue/stigia relinquantur. Eo tempore dicent montibus, operite nos: et collibus, cadite super nos. Quod do minus in ultimo tempore captiuitatis Iudaicæ di/cit esse complendum. Quicquid ergo nunc contra decem tribus siue cõtra omnem dicitur Israel: scia/mus τυπικῶς etiam ad totum populũ posse transferri: ut quando Romani ceperint Hierusalem & subuerterint templum: siue cum iudicij dies uene/rit, ut alij suspicantur: dicant magno horrore me/tuentes, operite nos, montibus: & collibus, cadi/te super nos: mori magis optantes quàm cernere

C quæ afferunt mortem. Sed & spiritalis nequitiæ samaria: quæ se à populo dei diuiserat, fecit regem suum transire uelociter, sermonem uidelicet hære ticorum atque doctrinam quasi spumam siue cre/mium super faciem aquæ: quorum aliud dum ui/detur, repente dis/soluitur: aliud faci/le est tollere de a/quarum summitati bus & in ignẽ mit/tere. Tales sunt hæ retici spumãtibus uerbis tumẽtes: & arsura p̃cepta Chri sti baptismate ac sermonibus illius cõmiscentes. Quæ omnia pertrãsibũt: et uerba magnifica in quib. laboraue/rũt, quod interpre tatur ὦν, illico di/spergẽtur: in quib. peccauit Israel: tan táque erit solitudo doctrinæ pessimæ: ut spinæ & tribuli ascẽdãt super aras eorũ. Spinas & tri bulos ibi nasci, ubi

D agrorũ nulla cultura est: omnibus patet. Istę spinę sunt quæ suffocant sementẽ: & crescere non sinũt quæ nascũtur in manu temulenti: quas pro uua fe/cit Israel. Dominus em̃ expectauit ut faceret uuas: & fecit spinas, siue labruscam habentẽ uuæ simili/tudinẽ: & amaro gustu uescentiũ ora torquentẽ. Ideo cum iudicij tempus aduenerit, & fuerint cun cta subuersa: dicent montibus quos prius excelsos putabant: & magistris quondã suis: operite nos: collibusq;, cadite super nos. Sed quia in montibus posuit, operite nos: & in collibus, cadite: sacratius aliquid explanandũ est. Mõtibus, id est, sanctis qui uerã habent & non fictã altitudinẽ, dicent: operite nos: Beati enim quorũ opertæ sunt iniquitates. Et Psal.31.a collibus qui non habent altitudinẽ naturalẽ, quos dudũ putabãt habere aliquid summitatis, loquen/tur: cadite super nos: montes enim operient & col les cadent: hæc autem fient præ pauore & incredi bili formidine, per quam & montes & colles hu/miliabuntur. c ¶ Ex diebus Gabaa peccauit Isra el &c.] Ex eo die quo uxorẽ leuitæ turpiter atq; crudeliter interfecit Beniamin in urbe Gabaa: pec Iudic.19.f cauit mihi omnis Israel: non quia ultus est iniuriã, & scelus sanguine uindicauit, sed quia dolore ma/ritali prosiluit ad pugnam, & sacrilegium in deum suũ noluit uindicare: eo quod in domo Michæ E/phod & Theraphim quæ pro idolis adorabantur neglexerint. Hic igitur stetit Israel: ibi suũ repres/sit gradum ne ultra ambularet in uijs domini: idcir co non eos comprehendet propter Gabaa præli/um, siue captiuitas sicut ipsi putant: ibi enim bene fecerunt

A fecerunt ut perſequerẽtur filíos iníquitatis:ſed cor ripiam,inquit,eos atq; erudiam tota mei animi uo luntate,& congregabo aduerſus illos populorum multitudínem, quía duas fecerunt íniquitates, uín dícando homínem, & dei ſui iniuriam negligen/ do. Síue duas ini/ quítates: quía pri/ mum peccauerunt in ídolis Michæ:ſe cũdo in uítulis Hie roboam. uel certe duos uítulos Sama ríæ in Dan & Be/ thel,poſſumus du/ as iníquitates ap/ pellare: de quíbus et Hieremías loqui
Hierc.2,c tur: Duo peſſima fecít populus me/ us: me dereliqué/ runt fontem aquæ uíuæ: & foderunt ſibí lacus contrítos qui non poſſunt a/
Exod.20.a quas continere. Hæ duæ íniquitates contra duo decalogí erupere præcepta:ín quíbus dícitur. Ego dominus deus tuus: non erũt tibí díj alíj abſq; me. Lxx. Gabaa,colles interpretati ſunt. A díebus er/ go collíum peccauít Iſrael: quando montes eccle/ ſíæ dereliquít,& ad colles ſíue clíuos deſcendit hæ
B reticos: doctíorem ſe putans quàm eccleſía eſt, & ſublímius alíquid reperíſſe: ibí ſteterunt hoc eſt in errore perſeuerauerunt. Quodq; ſequítur: Non comprehendet eos in colle prælium: quídam ſic ínterpretatí ſunt: Quía genuerunt filíos íniquíta/ tis,& de eccleſía recedentes,cœperunt eſſe in col/ líbus:cum perſecutío aduenerít, non eos compre hendet prælium, díabolo ſuos ímpugnare nolẽte. Álíj ita: quóniam ex díebus collíum peccauit Iſra/ el & íbí ſtetít & ultra ambulare non potuit:nonne oportet eum ín collíbus à prælío comprehendí? Nónne debent pugnare aduerſum eum uíri eccle/ ſíaſtící, ut íllos deſtruãt ſuper filíos iníquitatis? quí ſi fuerint comprehenſi & ſuperatí, ultra generare non poterunt. Simulq; dominus pollícetur quod corripiat eos atq; erudiat: ut cum ſuperatí fuerint magíſtrí, congregentur aduerſus eos diſcípuli ſui, quos ante deceperant, & uídeant correptionem propter duas íniquitates, quía & eccleſiã fontem domíní relíquerunt, & foderunt ſíbí lacus contrí/ tos, ſpeluncas ſcílicet hæreticorum: quí non poſ/ ſunt aquas,íd eſt,doctrinã ſaluatorís & ſacramen/ tum baptíſmí contínere. a ¶ Ephraim uítula ſíue uacca &c.] Etenim quod Hebraíce dícitur עגלת íd eſt, μόχθος, & πάκμαλις, utrunq; ſignificat. Lo cus iſte imò omnia quæ hoc capítulum ſequun/ tur, magnis obſcuritatibus ínuoluta ſunt. Vnde & nos qui explanare conamur, & prudens ſímul lector attendat,ut ſi non ueritatem,quod difficílli/ mum eſt: ſaltem ſuſpícionem ueriſímilium ínue/ ſtígare ualeamus. Hanc habet conſuetudínem ſer/

mo díuínus, ut per tropologíam & Metaphoram C hiſtoríæ exprímat ueritatem. Igítur Ephraim ſími lís eſt uaccæ uel uítulæ, quæ à íuuentute ſua dídí/ cít aream terere,& ferreos orbes ſuper aceruos ſe/ getum trahere ut paleæ à trítico ſeparẽtur: & non ſolũ dídicit, uerum nímia cõſuetudíne cœpít amare quod docta eſt. Et ego,ín quit, tranſíui ſuper pulchrítudínẽ colli eíus. Verbum He/ braícũ עברתי íd eſt, tranſíui, maxí/ me quando à deo dícíť, ſemp plagas & aduerſa ſígnifí/ cat: Deníq; et exter mínator in Aegy/ pto trãſíſſe memo/ raťur. Quía ergo E/ phraím uacca uel uítula dílígit areã terere: ego,ínquit, tranſíui ſuper pulchrítudínẽ colli eíus, & tumẽtes ceruícũ toros íugo ímpoſíto edomuí. Quíd memo rem legís íugũ? Ipſe aſcẽdí ſuper eam,& me ita la/ borante,Iudas, hoc eſt duæ tríbus cœperunt arua ſcíndere uomere,& ín ſulcos terrã reclínare. Por/ tante aũt íugum Ephraím,& arante Iuda: cõfregít ſíbí ſulcos Iacob. Hic Iacob ad díſtinctionẽ Iſrael D et Iudę duodecím tríbus íntellígamus:quod cœpe rint raſtrís glebas frangere: terramq; cõmínuere: ut emollíta recípiat ſementẽ, & fœcunda poſt mo dícũ ſeges pullulet. Pro tritura uel area, contentio nẽ Lxx. tranſtulerũt: Et eſt ſenſus: Quía Ephraím non uult legís recípere íugũ: ego tranſíbo & aſcen dam ſuper pulchrítudínem colli eíus: ut díſcat con tentioſa uacca atque laſcíuiẽs laborare quod non uult. Iudas autem arabit ſponte ſua: quia habet templum & moratur in lege,ut tota certatím duo/ decím tríbus arua præparent ad ſerendũ. Quodq; ſequítur iuxta eoſdem Lxx. ſuperponam Ephra/ ím & reticebo Iudam, roborabítur ſíbí Iacob: hic eſſe ſenſus poteſt: Ephraím qui contentío/ ſus eſt, & non uult legís onera portare, ímpo/ nam captíuitatem: Iudam autem parumper re/ línquam, & níhíl loquar de eo: quícunque au/ tem tam de Ephraím quàm de Iuda mea præcepta ſeruauerít, roborabítur ſíbí & uocabítur Iacob. Secundũ ἀναγωγὴν, hoc dící poteſt: quod Ephra/ ím qui eruditus fuit in lege dei ut tereret aream ſcripturarũ, & meditaretur in ea díe ac nocte: cœ/ pit dílígere contentionem, & íugum legís abíjce/ re, & contendere contra eccleſíaſticos ín ſubuer/ ſionem audientium. Vnde dominus eleuatam ceruícem & ſíbí ſublímía promíttentem: uel íugo premet, uel ípſe tranſíens calcabít pedíbus ſuís,& aſcendet ſuper eũ: ut ſcíat ſe habere dominũ. Iudas aũt, hoc eſt, eccleſíaſticus arabit, in cœpto ope per ſeuerãs: ſíue reticebo, ínquit, Iudã. Non enim ſani

indigent

A indigent medico, sed qui male habent. Iacob uero qui interpretatur supplãtator, & quotidie supplantat uitia atque peccata: & accipit primitiua fratris sui & hæres paternæ possessionis est, & dormit in Bethel, quod interpretatur domus dei: sulcos glebasq; confringet: ut molli sinu iactam sementem terra suscipiat, & faciat centũ modios hordei: siue ut habetur in Hebræo centuplum. Neq; enim credendum est quod patriarcha Isaac hordeo studuerit, & non frumento. Vsq; hodie uir ecclesiasticus Iacob glebas historiæ & literæ duritiam confringit in partes, & spiritaliter diuidit ut possint fruges reddere spiritales: Quod quidem & dominum fecisse legimus: ut quinq; legis panes quos integros populus comedere non poterat in frusta concerperet: ut per Apostolorum manus uescendos credentibus daret: Quod autem dicit iuxta Lxx. ἐνισχύσει αὐτῷ ἰακώβ id est, roborabitur sibi Iacob: ostendit sibi omnem laborantem laborare: ut fructus capiat sempiternos. *a* ¶ Seminate uobis in iustitia: &c.] Seruat B ab agricolis semel cœptam translationem: Dixerat Ephraim uitulam edoctam tritturam areæ amare ac diligere, & se ascendisse super collum eius & arasse Iudam, & confregisse sulcos, siue glebas Iacob: Nunc præcipit ut seminent sibi per pœnitentiam, & seminent in iustitia, id est, in lege: metantq; in misericordia, id est, in gratia euangelij: Ibi enim oculum pro oculo, dentem pro dente: hic legimus: Qui te percusserit in dexteram maxillam: præbe ei & alteram. Cumq; seminaueritis in iustitia, & messueritis in misericordia: innouate uobis læta noualia. Reddítq; causas cur seminent, cur metant: cur innouent læta noualia: Tempus, inquit, requirendi dominum est: cum uenerit Christus atq; saluator qui docebit uos iustitiam quam nunc speratis in lege: finis enim legis Christus est ad iustitiã omni operanti bonum. Pro eo quod nos diximus, metite in ore misericordiæ, Lxx. transtulerunt, uindemiate fructum uitæ: magisq; semini conuenit messio quàm uindemia: fructus autem uitæ ipse est, qui & lignum uitæ. Et pro eo quod nos posuimus, innouate uobis nouale, illi uerterunt, illuminate uobis lumen scientiæ: ut ex operibus atq; mandatis legis notitiam habere mereamur: iuxta illud quod in quodam libro legimus. Desyderasti sapientiam, serua mandata, & dominus dabit eã tibi: Qui enim mandata in opera uerterit, seminat in iustitia & metet ex ea fructus uitæ. Vnde & alibi legimus. Mandatum domini lucidum illuminans oculos. Et Esaias ad dominũ dicit: Lux præcepta tua super terram.

יַעֲקֹב

בֵּית־אֵל

HEB. Seminate uobis in iustitia: metite in ore misericordiæ: Innouate uobis nouale: tempus autem requirendi dominum, cum uenerit qui docebit uos iustitiam. Arastis impietatem, iniquitatem messuistis: comedistis frugem mendacij. Quia

Luc. 9.b

Exod. 21.c
Matth. 5.f

Rom. 10.a

Eccles. 1.d

Psal. 18.a

Et in alio loco: à mandatis tuis intellexi. His quoq; C qui ab ecclesia separati sunt & falsum sibi Christianorum nomen assumunt: præcipitur ut agant pœnitentiam, & utrunq; recipiant testamentum: in ueteri iusticiam seminent: in nouo metant misericordiam, et illuminent sibi lumen scientiæ: siue innouẽt sibi noualia & requirãt dominum, qui docere eos poteſt uerã iusticiam: falsosq; magistros destruant: a quibus non discunt iustitiam, sed iniquitatẽ. *b* ¶ Arastis impietatẽ &c.] Cogor cõtra uoluntatem meã sæpius de Hebrææ linguæ proprietatibus disputare: Neque enim rhetorum more sententias repetimus: uerba construimus, & audientes uel legentes in laudes nostras declamationibus suscitamus: sed quæ obscura sunt, maxime alienæ linguæ hominibus explanare nitimur Supra ubi nos interpretati sumus: arabit Iudas, in Hebraico legitur יַחֲרוֹשׁ וחנרש per י primam literam: quam Lxx. ר putantes, interpretati sunt, & tacebo. Nũc quoq; in Hebræo scriptum est חֲרַשְׁתֶּם quod nos uertimus, arastis pro quo Lxx. transtulerunt, quid reticetis: simili D errore quo supra, silentium pro aratione interpretantes. Est autem sensus iste dictorum: Super collum uitulæ Ephraim contentiosæ amantisq; tritu ram, ego transiui & ego ascendi: ut arante Iuda & confringente sulcos Iacob, tereret aream, & solis ferret calorem: Monuiq; eos ut seminarent in iustitia, & meterent in misericordia, & facerent sibi noualia: tempusq; requirendi dominum illud esse cognoscerent: quo uenturus est qui docebit nos iustitiam. Me hæc iubente & uolente de lætis nualibus fructus iustitiæ ac misericordiæ accipere: arauerunt impietatem: qua egerunt impie contra dominum, relinquentes creatorem & colentes idola: & messuerunt iniquitatem, de malo semine malas fruges recipientes: de quibus fecerunt non solum panem subcinericiũ, sed fraudulentũ atq; mendacem: qui uana spe deciperet comedẽtem. Istiusmodi sunt hæretici: qui arant sermone compositio & protegunt uel tacent impietatem: ne impietas esse uideatur, sed credatur pietas. Vnde quia dixerunt in corde suo, non est deus: corrupti sunt & abominabiles facti sunt, & messuerunt siue uindemiauerunt iniquitates. Quomodo enim radix omnium malorum est auaricia: sic peccatorum scelerumq; cunctorum radix est impietas: quam qui arauerit siue seminauerit, metet iniquitates: Qui igitur arauerunt impietatem & messuerunt iniquitates, comederunt fructum mendacij: omnia quæ falsa sunt deceptis populis prædicantes: ut non quærant panem uerum, qui de cœlo descendit: sed

1. Tim. 6.b

panem

A panem mendacij qui ſuffocat et interficit deuoran
tes. a ¶ Quia conſiſus es in curribus tuis: in mul
titudine fortium tuorum conſurget tumultus in
populo tuo: &c.] Ideo comedetis frugem menda
cij: & in cunctis quæ propoſuiſtis ſpes uos uana
decepit: quia confi
ſus es ò Ephraim
in uijs idololatriæ
tuæ, hæ ſunt enim
uiæ tuæ, & in mul
titudine fortiũ tuo
rum, non in deo ha
bẽs ſpem: ſed in ex
ercitus robore: Ita
que conſurget tu
multus in populo
tuo: quod hebraice
dicit֙ שָׁאוֹן id eſt,
ſonitus & fremitus
ululãtis exercitus:
quibus clamanti
bus, omnes muni
tiões tuę uaſtabun
tur, & ea quæ mu
nita arbitrabaris &
tuta, patebunt ho
ſtibus, & ſic uaſta
Iudic.8.c buntur: quomodo
uaſtatus eſt atque
contritus Salmana
B princeps Madiani
tarum, qui interfe
ctus eſt à domo Hi
erobaal: Haud dubiũ quin Gedeonem ſignificet:
qui ex eo quod deſtruxit fanũ Baal lucumq; ſuc
cidit: & ille ſe uindicare nõ potuit, cognomentum
Hierobaal ſortitus eſt, id eſt, ulciſcatur ſe Baal: ut
quomodo Salmana interfecit filios coram matri
bus, ipſis quoq; matribus deinceps interfectis: ſic
& filij tui ò Ephraim te præſente interficiãtur, qui
& ipſe trucidandus es. Quærimus, ubi ſcriptum
ſit, quod Salmana matrem ſuper filijs occiderit. Le
gimus in Iudicum libro loquẽte Gedeone ad prin
cipem Madian. Quomodo abſq; liberis fecit gla
dius tuus multas matres: ita ſine filijs erit inter mu
lieres mater tua. Sicut igitur uaſtatus eſt Salmana
ab Hierobaal, quem male quidam arbitrantur Hie
roboam filium Nabath, qui decem tribubus præ
fuit, & uaſtatus eſt ut in Hebræo continetur ab
יְרֻבַּעַל אַרְבְּאֵל id ipſum ſignificante, quod & Hierobaal,
ſed breuiori diſertioriq; ſermone: ſic fecit uobis ò
Iſrael à facie maliciarum ueſtrarum Bethel, in qua
uitulum aureũ poſuiſtis, & eſtis uenerati Aegy
ptios deos. Pro בֵּית־אֵל quod interpretatur do
mus dei: Lxx. tranſtulerunt οἶκον τοῦ ἰσραὴλ, id eſt
domus Iſrael, quod in Hebræo penitus non habe
tur. Euaſimus utcunq; de confragoſis locis: Nunc
in altum uela tendentes, allegoriæ pelagus tranſea
mus. Quia cõfiſus es ò Ephraim in uijs ſiue in cur
Pſal.19.b ribus tuis: de quibus ſcriptũ eſt: Hi in curribus &
hi in equis: nos autẽ in nomine domini dei noſtri
magnificabimur: & confiſus es in multitudine for C
tium tuorum, quos tibi falſa ſciẽtia roboraſti: ideo
cõſurget tumultus et ſonitus in populo tuo. Quic
quid enim loquuntur, non habent uocem ſenten
tias explicantem: ſed tumultum clamoremq; & ſo
nitũ: Et omnes mu
nitiones tuæ ſiue
quæ murata ſunt
uaſtabuntur: non
enim teſtimonijs
ſcripturarũ: ſed ar
te dialectica, & ar
gumentis philoſo
phorũ munita ſũt
atq; conſtructa: Si
cut uaſtatus eſt ꝙn
dã Salmana à Ge
deone, matre ſuper
filijs interfecta: Cu
ius hiſtorię & octo
geſimus ſecundus
pſalmus meminit:
ubi inter cæteros
duces Madian etiã
Salmana fuiſſe cõ
memorat, dicens:
Fac eis dñe, haud
dubium quin eos
ſignificet qui con
tra domínum inie D
rũt pactum ſiue te
ſtamentũ, ſicut Ma
dian & Syſare. Et
poſt reliqua: Pone, inquit, principes eorum ſicut
Oreb & Zeb, & Sebee, et Salmana, omnes princi
pes eorum qui dixerant: hæreditate poſſideamus
ſanctuarium dei. Et in hoc eodem pſalmo duces
hæretici deſcribuntur: qui altare dei ſibi uendicare
conati ſunt. Quodq; ſequit: Sic fecit uobis Bethel
à facie maliciæ nequitiarũ ueſtrarũ: proprie hære
ticorũ principibus coaptatur: quod eis fecerit Be
thel quam ipſi uocant Bethel, hoc eſt domum dei,
& falſam eccleſiam: ut ſit ſenſus: Sic uobis faciet ec
cleſia ueſtra quam uocatis domum dei: cæterum
ex quo à uobis tenetur, appellanda eſt Bethauen, בֵּית־אָוֶן
id eſt domus idoli propter multitudinem malitia
rum ueſtrarum.

HEB. Quiâ confiſus es in uijs tuis, in multitudine fortium tuorum, cõſurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ uaſtabũtur: ſicut uaſtatus eſt Salmana à domo eius qui uindicauit Baal in die prælij matre ſuper filios alliſa: ſic fecit uobis Bethel à facie maliciæ nequitiarum ueſtrarum.

SEP. Quia ſperaſti in curribus tuis, in multitudine fortitudinis tuæ, conſurget perditio in populo tuo, & omnia murata tua abibunt: ſicut princeps Salmana de domo Hierobaal in diebus belli, matrem ſuper filios alliſerũt: ſic faciam uobis domus Iſrael à facie malitiarum ueſtrarum.

## Cap. XI.

SIcũt mane tranſijt, pertranſit rex Iſrael: quia puer Iſrael, & dilexi eum, & ex Ægypto uocaui filium meum. Vocauerunt eos: ſic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant & ſimulachris ſacrificabant

## Caput XI.

MAne proiecti ſunt, proiectus eſt rex Iſrael: quia paruulus Iſrael: & ego dilexi eũ & ex Ægypto uocaui filios ſuos. Sicut uocaui eos ita abierũt à facie mea ipſi: Baalim immolabãt & ſculptilibus adolebant

SIcut mane tranſijt &c.] Diuerſis figuris eun
dem explicat ſenſum. Qui ſupra dixerat, tran
ſire fecit Samaria regem ſuũ quaſi ſpumam ſuper
faciem aquæ: eo quod ſpuma & bullæ in aquarum
ſummitatibus natantes celeriter diſſoluãtur: Nunc
eandẽ rem ſub alia ponit ſimilitudine: Sicut enim
ortus auroręq; & diluculũ & principium diei, quod
appellatur mane, inter noctis ſolisq; uiciniam tran
ſit celeriter: ita ut finiatur nox & clareſcat dies: ſic
rex Iſrael, id eſt, decem tribuum, uelociter tranſiet,
Exponitq; beneficia quę in ipſum contulerit deus.
Dum, inquit, eſſet puer & paruulus & captus in
Aegypto teneretur: in tantum eum dilexi ut mit
terem ſeruum meũ Moyſen: & ex Aegypto uoca

A rem filium meum: de quo dixi in alio loco: Filius primogenitus meus Israel. Et quia Israel singulariter quidem dicitur: sed pluraliter intelligitur: quomodo & populus & Ephraim & Iudas: si quidem in numero singulari multus est numerus, qui hoc numero cõtinetur: ueteris recordatur historiæ: quod uocauerit quidẽ eos per Moysen & Aaron, qui uocauerũt eos ut egrederentur de Aegypto: ipsi uero uocati ab eis recesserunt à facie eorum uertentes eis terga, mẽtis duritiam gestu corporis indicantes. Non HEB. sacrificabant. Et egõ quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis: & nescierũt quod curarem eos. In funiculis Adam trahã eos: in uinculis charitatis. Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: & declinaui ad eum ut uesceretur. Nec eis suffecit uocantes contemnere, nisi immolarent Baal & sculptilibus siue simulachris adolerent incensum. Adorasse eos Baal primum sub Achab rege Israel legimus: qui Sidonij regis filiam Iezabel duxit uxorem: & Babylonium ac Phœnicis idolum transtulit in Samariam. Ergo distantia peccata tẽporibus, uno sermone cõiungit: quomodo primũ uocati sint de Aegypto & appellati filij: deinde in solitudine recesserint à deo: Beelphegor magis colẽtes q̃ deũ: & postea in terra sancta Baalim, & Astaroth, & cæteris idolis seruierint. Et trã sire hæreticos instar diluculi, & regem eorum diabolum uel hereſiarcham intelligimus: quos in infantia quando crediderunt in ecclesia & erant paruuli & Christi nomine censebantur: dilexit deus & uocauit illos de tribulatione & tenebris Aegypti: Vocauit autem per apostolos & doctores ecclesiæ. Cumq; à meis, inquit, ducibus sint uocati, recesserunt à facie eorum: & adorauerũt Beelphegor, hoc est suis uitijs & libidini seruierunt: & postea immolabant Baalim & simulachris quæ sibi confinxerant. Singuli enim hæreticorum habent deos suos, & quodcũq; simulauerint, quasi sculptile colunt atq; cõflatile. Pro eo quod nos diximus: Ex Aegypto uocaui filium meum: Lxx. transtulerunt: ex Aegypto uocaui filios eius: quod in Hebraico nõ habetur: nullicq; dubium est Matthæum de hoc loco sumpsisse testimonium iuxta Hebraicam ueritatem. Ergo qui detrahunt nostræ translationi, uideant scripturam, de qua euangelista hoc testimonium sumpserit: & interpretatus est in domino saluatore: quando de Aegypto reductus est in terram Israel: & cum inuenire nõ quiuerint: desinant rugare frontem, adducere supercilium, crispare nares, digitis concrepare. Hunc locum in septimo uolumine Iulianus Augustus quod aduersum nos, id est, Christianos euomuit, calumniatur & dicit: quod de Israel scriptum est, Matthæus euangelista ad Christum transtulit: ut simplicitati eorum qui de gentibus crediderant illuderet. Cui nos breuiter respõdebimus: Primum Matthæum euangelium Hebræis literis ædidisse: quod non

5. Reg. 16. g

Matth. 2. c

poterant legere nisi hi qui ex Hebræis erant: ergo nõ propterea fecit ut illuderet ethnicis. Sin autem Hebræis illudere uoluit, aut stultus aut imperitus fuit: stultus si apertum finxit mendacium: imperitus si non intellexit, de quo hæc dicerentur. Stulticiam ipsum uolumen excusat: quod prudenter ordinateq; compositum est: imperitum non possumus dicere quem ex alijs testimonijs scripturarũ scientiam legis habuisse cognoscimus. Superest ut illud dicamus quod ea quæ τυπικῶς præcedunt in alijs, SEP. adolebãt. Et ego colligaui Ephraim: suscepi eũ super brachiũ meũ: & non cognouerũt ut sanarem illos in corruptione hominum: extendi eos in uinculis charitatis meæ. Et ero illis, quasi dans alapas homo super maxillas eius, & respiciam ad eum præualens iuxta ueritatem & adimpletionem referantur ad Christum: quod Apostolum in duobus montibus Sina & Sion, & in Sara & Agar fecisse cognouimus. Neq; enim nõ est Sina mons, & nõ est Sion: non fuit Sara & non fuit Agar: quia hæc apostolus Paulus ad duo retulit testamẽta. Sic igitur hoc quod scriptum est: Paruulus Israel & dilexi eum: & ex Aegypto uocaui filium meũ: dicitur quidem de populo Israel: qui uocatur ex Aegypto qui diligitur: qui eo tempore post errorẽ idololatriæ quasi infans & paruulus est uocatus: sed perfecte refertur ad Christũ. Nam & Isaac in typo Christi fuit: quod futuræ mortis ligna sibi ipsi portauerit: & Iacob quia Liam dolentem oculos, & Rachel pulchram habuerit uxorem. In Lia quæ maior erat, cæcitatem intelligimus synagogæ: in Rachel pulchritudinem ecclesiæ: & tamen qui ex parte Typi fuerunt domini saluatoris, non omnia quæ fecisse narrãtur, in typo eius fecisse credendi sunt: Typus enim partem indicat: quod si totum præcedat in Typo, iam non est Typus, sed historiæ ueritas appellanda est. Hæc breuiter ut in commentarijs diximus: nunc ad reliqua recurramus. a ¶ Et egò quasi nutricius Ephraim &c.] Multum inter se Hebraicum & Lxx. interpretum æditio dissonat. Tentemus igitur iuxta Hebræos historiam: iuxta Lxx. ἀναγωγὴν texere. Qui supra dixerat: puer Israel & dilexi eum: & ex Aegypto uocaui filium meum, & postea intulit quod perpetrauerit nefas, Baalim immolabant & simulachris sacrificabant: Nũc narrat quo Israel amore dilexerit, secundum illud quod in Deuteronomio legitur: Portauit te dominus deus tuus ut solet homo gestare paruulum filium suum in omni uia per quam ambulasti: donec uenires ad locum istum. Et in alio loco: Expandit alas suas & assumpsit eum atq; portauit in humeris suis. Ego, inquit, qui pater erã, nutricius factus sum, & paruulum meum in ulnis meis ipse portabam, ne læderetur in solitudine, & ne uel æstu uel tenebris terreretur, in die nubes erã, in nocte ignis columna: ut quos protexeram, meo illustrarem & sanarem lumine: cumq; peccassent & fecissent

Deut. 1. c

Ibid. 32. b

A feciſſent ſibi uituli caput, dedi locum pœnitentiæ: & ignorauerunt quod curarem eos, & uulnus ido lolatriæ quadraginta annorũ ſpacio obducerem, & priſtinæ redderem ſanitati. Curaui autem eos propter funiculos & uincula charitatis: quibus mihi Abraham, Iſaac & Iacob aſtrinxeram. Pro Adã em Aquila et Symmachus & Lxx. & Theodotio, homines tranſtulerunt: ut dicerent, in funiculis hominum trahã eos, in uinculis charitatis. Quodq; ſequit: Ero eis quaſi exaltans iugum: pro quo interpretatus eſt Symmachus: & putauerũt quod imponerem iugum ſuper maxillam eorum: dupliciter accipitur: Aut abſtuli ab eis iugum cunctarum per circumitum nationum: aut legem meã quaſi grauiſſimum iugi pondus arbitrati ſunt. Et dedi eis eſcam manna in deſerto quo ueſcerentur: hoc eſt enim, quod ait, declinaui ad eum, ut ueſceretur: pro quo interpretatus eſt Symmachus: & declinaui ad eũ cibos: Non quod deus ad eum declinauerit: ſed
B quod cibum mannæ ad eum fecerit declinare. Aliter: Intantum dilexi eos: & tam clemẽs paſtor fui: ut morbidam ouem humeris meis ipſe portarem: ipſi uero ignorauerunt quod mea illos paſſione curarem: & qui amator ſum omnium hominum, trahe-
Ioan.6 rem eos ad credendum in uinculis charitatis: iuxta illud quod in euãgelio ſcriptum eſt: Nemo uenit ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum. Et arbitrati ſunt iugum meum leue, eſſe grauiſſimum: & declinaui ad eos deſerens regna cœlorũ: ut cum eis ueſcerer aſſumpta forma hominis: ſiue dedi eis eſum corporis mei: ipſe & cibus & conuiua. Tranſeamus ad intelligentiam ſpiritalem, iuxta Lxx. duntaxat interpretes: ne ſi utrunq; & ſecundũ hiſtoriam & ſecundum ἀναγωγὴν, uoluerimus exponere, tendamus libri magnitudinem: Illis immolantibus Baalim quæ de ſuo corde finxerũt: & me uocante fugientibus à facie mea (ita enim in Lxx. cõtinetur) ego clementiſſimus dominus ligabam pedes Ephraim, ne à me longius fugerent: hoc enim ſignificat σωεπόδισαι: ligabam autem teſtimoniis ſcripturarũ, & diſputatione magiſtrorum eccleſiæ: ut ligatos per patientiã ſuis brachijs continerem, non intelligentes quod patientia dei ſalutis eorum eſſet occaſio: Vnde in corruptione hominum, uidelicet magiſtrorum, qui eos deceperant contractos perfidię frigore, extendi calorem fidei: & quaſi repugnantes uinculis meæ dilectionis aſtrinxi. Et quia non ſua ſponte currebant: ſed uincti funibus trahebãtur: paululum maxillas eorum alapis uerberaui: non puniens, ſed corrigens & e-

HEBRAEI Nõn reuertetur in terram Ægypti: & Aſſur ipſe rex eius: quoniam noluerunt conuerti. Cœpit gladius in ciuitatibus eius & conſumet electos eius: & comedet capita eorum: & populus meus pendebit ad reditum meum: Iugum autem imponetur eis ſimul quod non auferetur.

Quomodo

mendans. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis, C
flagellis atq; ignibus cruciat. Qui autem pater eſt: laſciuientem filium palma percutit manus. Et pulchre non dixit: ero eos alapis uerberans, ſed quaſi homo maxillas manu percutiens: Percutit autem deus filios aberrantes comminatione pœnarum: euangelica lectione, & teſtimoniis pphetarum. Cumq; ſic percuſſerit in maxilla ut hæretico-
rum panẽ atq; doctrinã excutiat de ore polluto: tũc reſpicit ad eum dicente ſibi filio uerberato: Reſpice in me Pſal.85.c
& miſerere mei. Et ibid.12.a
iterum: Reſpice & exaudi me domine

SEP. ualens ei. Habitabit Ephraim in Ægypto: & Aſſur ipſe rex eius: quia noluit conuerti. Et infirmatus eſt gladius in ciuitatibus eius: & requieuit in manibus illius: & comedet de cogitatiõibus ſuis: & populus eius ſupenſus eſt ex incolatu ſuo: & deus ſuper precioſa eius iraſcetur & non exaltabit eum.

Quid

deus meus. Cumq; eos reſpexerit, prævalebit ſiue proderit eis: id eſt, ſuperabit aduerſarios: & de fugitiuis ſeruos faciet. Siue dabit eis uerum & dulcem cibum qui prius hæreticorum mendacia & cibos amariſſimos deuorabant. a ¶ Non reuertetur in terram Aegypti &c.] Quãdo dicit: non reuertetur in terram Aegypti: oſtendit quod reuerti cupiat ſed ire non poſſit. Reuerti autem cupiebat Iſrael ab Aegyptijs auxiliũ efflagitans: ſed poſſeſ- D
ſus eſt ab Aſſyrio: qui cepit eum & dominatus eſt illius iure uictoris: & hoc paſſus eſt: quia conuerti noluit, nec agere pœnitentiam. Vel certe dicamus quod reuerſus ſit in terram Aegypti: quando Aegyptios in terra ſancta adorauit deos, uel illo ſenſu accipiendum quo ſupra dictum eſt: Aegyptum inuocabant: ad Aſſyrios abierunt. Cœpit itaq; gladius in ciuitatibus eius: ſiue irruet: ut interpretatus eſt Aquila: aut uulnerabit, ut Symmachus trãſtulit. Et uide quantum pondus ſit miſeriarum, ut non agri uel poſſeſſiones ac rura uaſtentur: ſed medias ciuitates hoſtis introeat, & conſumat electos eius, ſiue brachia illius: ut interpretatus eſt Symmachus, quod Hebraice dicitur בַּדָּיו Cũq; conſumpſerit gladius electos & principes, ſiue robur exercitus: & deuorauerit uel capita uel conſilia eorum, ut non poſſint aliquod inuenire præſidium: tunc plebs miſerabilis quæ ad me reuerti noluit, meum ad ſe reditũ præſtolabitur: & ſero aget pœnitentiam, hoſtibus cuncta uaſtantibus: Itaq; quia peccata grandia grandibus ſunt punienda ſuppliciis: imponent eis qui derelicti fuerint de populo rege eorum ac principibus Aſſyrio mucrone truncatis, iugum grauiſſimum ſeruitutis: & imponent pariter quod non auferetur iuxta literam, niſi ſpiritualiter tollatur in Chriſto. Iuxta Lxx. habitabit Ephraim in Aegypto: terrã ſanctã ſe habere dicens, & eccleſiam domini ſaluatoris: ſed uitijs atq; peccatis & peruerſitate fidei ſemper in Aegypto commoratus eſt. Quia igitur habitauit in Aegypto,

A ſenſus magnus Aſſyrius erit rex eius: noluit enim reuerti ad eccleſiam: & uirtute perdita, id eſt Chriſto: qui eſt dei uirtus & dei ſapiẽtia: ſemper in languore uerſatus eſt & infirmus fuit, cunctis dæmonibus ac perturbationibus ſubiacens: idcirco gladius, hoc eſt ſcientia ſpiritalis uel ſermo eccleſiaſtici uiri uaſtans atq; debellans ſemper uerſabitur in urbibus eius: quas impie extruxit contra dominum: & ipſe gladius requieſcet in manibus eius: ut occiſus ab alio, aliũ non poſſit occidere: nec cõtra aduerſarium leuare manum. Denicq; recipient & uorabunt ſecundum conſilia ſua. Infelix autem populus & uulgus indoctum ſuſpirabit antiquam patriam & captum ſe eſſe ſentiet: ſiue pendebit in incolatu ſuo, neſciens quid agat: & quo uertatur ignorãs: deus uero ſuper pretioſa eorum, aurum uidelicet & argentum quæ acceperãt ab eo: de quibus ſæpe diximus, iraſcetur: & nequaquã liberabit eum qui ſuo uitio corruit.

HEB. Quõmodo dabo te Ephraim: protegam te Iſrael? quomodo dabo te ſicut Adama: ponã te ut Seboim? Conuerſum eſt in me cor meũ: pariter conturbata ẽ pœnitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar ut diſperdam Ephraim: quoniam deus ego & non homo: in medio tui ſanctus & nõ ingrediar ciuitatem.

B Hoc iuxta Lxx. eundem autem ſenſum & Hebraico coaptabimus. a ¶ Quomodo dabo te Ephraim: protegam &c.] In eo loco ubi nos & Lxx. interpretati ſumus: protegam te Iſrael, in Hebraico ſcriptũ eſt אֲמַגֶּנְךָ יִשְׂרָאֵל quod Aquila tranſtulit ὅπλῳ κυκλώσω σε, id eſt ſcuto circũdabo te. Quod cum in bonam partem putaremus intelligi: & ſignificare protectionem: ex æditione Symmachi contrarius nobis ſenſus ſubiicitur dicentis: ἐκδίδωσί σε, id eſt tradã te. Ex translatione quoq; Theodotionis non proſpera ſed aduerſaria demonſtrantur: ἀφοπλίσω σε, quod ſignificat nudabo te: & auferam à te ὅπλον, hoc eſt ſcutum, quo te ante protexerã: & hic ſenſus magis conuenit domino comminanti. Quod igitur dicit hoc eſt: quoniam noluerunt conuerti, & Aſſur factus eſt rex eorum deuorauitq; gladius & urbes & principes & populum, & imponetur eis iugum, quod non auferetur ab eis, & uidebatur dura ſentẽtia, nequaquam eis locum pœnitentiæ derelinquens: nunc deus parentis ad Iſrael loquitur affectu: Quid tibi faciam Ephraim? quomodo te meo auxilio denudabo? quid tibi faciam? qua te arte corripiam? quo potero ſanare medicamine? ſicut Adama & Seboim ponam te? quæ duæ ſunt quinque urbium, ſicut in Geneſi legimus: Sodoma & Gomorra, Adama & Seboim & Bale, quæ eſt Segor: & Syro ſermone Zoara dicitur. Ponam itaq; & uertam te in ſolitudinem, & delebo uſq; ad cineres ac fauillas: ſicut deleui Adama & Seboim. Cumq; duram imò crudelem ſententiam protuliſſet: rurſum parentis affectu miſericordia uincitur: et auſteritatem iudicis pietate mitigat patris. Dicit enim: Conuerſum eſt in me cor meum: pariter conturbata eſt pœnitudo mea. Statim ut locutus ſum, me Ephraim & Iſrael ſicut Adama Seboimq; poſituru: mea commota ſunt uiſcera. Pœnituit me meũ quõdam populum delere in perpetuum: idcirco non faciam ſecundum furorem iracundiæ meæ: nec de mea clementia commutabor, ut diſperdã Ephraim: non eñ percutio ut perdã in perpetuum, ſed ut emendem: Crudelitas mea, pœnitẽtiæ & pietatis occaſio eſt: deus enim ego ſum & nõ homo. Homo ad hoc punit ut perdat: deus ad hoc corripit ut emendet. In medio tui ſanctus: ut non ingrediar ciuitatem: hoc eſt non ſum unus de his qui in urbibus habitant: qui humanis legibus uiuunt: qui crudelitatem arbitrantur iuſticiam: Ius ſummũ ſumma malicia eſt: mea autem lex meaq; iuſticia, eſt ſaluare correptos. Poſſumus & aliter dicere: quia primus Cain parricida extruxit ciuitatem in nomine filij ſui Enoch: in huiuſcemodi urbem dominus non ingreditur, quæ ex ſcelere & ſanguine & parricidio fabricata eſt. Sin autem uoluerimus legere: quomodo dabo te Ephraim, protegam te Iſrael: ſic intelligendum eſt: Quid tibi faciam, num protectione dignus es, qui tãta feciſti? Notandum quoq; quod ubi cõtra Iudam dicitur, id eſt populum dei, non Adama ponitur & Seboim, ſed Sodoma & Gomorra. Legimus enim in Eſaia: Audite legem dei principes Sodomorum attendite uerbum domini populus Gomorræ. In euangelio quoq; ciuitas quæ apoſtolos non receperit, excutiẽtibus eis puluerẽ pedũ ſuorũ: dicitur de ea: quod in die iudicij tolerabilius ſit terræ Sodomorũ & Gomorræ quàm ciuitati illi: Et ad Hieruſalem prophetalis ſermo dirigitur: iuſtificata eſt Sodoma ex te. Dat ergo nobis ſuſpicio: quod Sodoma & Gomorra principes fuerint in peccato: & Adama & Seboim earum exempla ſectatæ ſint, & quod potentes potenter tormenta patiantur, & ſeruus qui ſcit uoluntatem domini ſui & non facit eam, uapulet multis. Vnde & eccleſiaſtici, ſi ijſdem quibus hæretici ſceleribus continentur, nequaquaquam Adamæ & Seboim, quæ inferiores ſunt, ſed Sodomæ & Gomorræ quæ maiorum criminum eſſe dicuntur, cruciatibus ſubiacebũt. Ad hæreticos quoq; deceptumq; ab eis populum loquitur dominus: quod niſi egerint pœtentiam, ponantur ſicut Adama & Seboim, ut nullam ſpem habeant ſalutis. Rurſum ut clementiſſimus

Gen.19.c

Eſa.1.c Matth.10.b

Sap.6.a Luc.12.f

C

D

A mus pater, dicit se suam mutare sententiam: & pœnitere quod talia sit locutus: ut illos quoq; ad conuersionem & ad pœnitentiam prouocet: Non faciam, inquit, in furore meo: non disperdam Ephraim. Quantum, inquit, in me est: quantum ego cupio: si errorem ueritate correxerit si me magis amauerit quàm principes hæreseos: deus enim ego sum & nō homo: lapsis manū porrigam: errantes ad salutem uocabo. Et quia sanctus sum propterea non ingrediar ciuitatē, id est conciliabula & urbes hæreticorum. Foras exeuntes de urbibus suis libenter recipio: in ciuitates eorum non ingrediar. Hoc quod dixi non ingrediar ciuitatem: & iuxta Lxx. sequitur: post dominum ambulabo: quidā sic interpretati sunt, ut dicerent domino populū respondisse: & esse sensum: Quia conuersum est cor tuum in te & non secundum peccata nostra fecisti nobis: sed imitaris clementiam tuam, &
B nostra delicta non punis, & polliceris te sanctum & clementem in nostri medio uersaturum: idcirco & ego malorum hominum non ingrediar ciuitatem: nec ero de numero peccatorum: sed ambulabo post dominum deum meum. Hebræi autem ex persona dei ita edisserūt: Non te derelinquam: non ibo ad aliam gentem, nec ingrediar alteram ciuitatem. a ¶Post dominum ambulabunt: &c.] domino prospera pollicente, populus conuertitur ad eum: & ambulabit post dominum: quia dominus rugiet quasi leo: De quo & Amos propheta commemorat. Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit uocē suam. Rugiet autem quando dicit: sicut Adama, ponā te ut Seboim. Cumq; ille rugierit: tunc formidabunt filij maris siue aquarum: ut Lxx. transtulerunt. Etenim uerbū Maim, quod per tres literas scribitur מים si legatur מַיִם aquas significat: si מָיֶם de mari intelligitur. Hæc Hebræi ad aduentum Christi referunt: quem sperant esse uenturum: Nos iam transacta conuincimus: quia & de Aegypto, & de Assyrijs, hoc est & ab oriente & occidente, & ab aquilone & à meridie uenerunt: & quotidie ueniunt qui discumbant cum Abraham, Isaac & Iacob. Filios autem maris siue aquarum eos possumus appellare, qui sagena domini comprehensi sunt, & abstracti de mari huius seculi. Cumq; capti fuerint de morte ad uitam: collocabuntur in domibus suis, quæ horrea uocat euangelium, in quibus electa & à paleis separata frumenta conduntur. Natura leonum esse dicitur: ut cū infremuerint & rugierint,

Amos.1.a

Matth.13.d

HEB. Post dominum ambulabunt: quasi leo rugiet: quia ipse rugiet & formidabunt filij maris & uolabunt quasi auis ex Aegypto: & quasi colūba de terra Assyriorū: & collocabo eos in domibus suis, dicit dominus. Circundedit me in negatiōe sua Ephraim: & in dolo domus Israel: Iudas aūt testis descendit cum deo & cum sanctis fidelis. Cap. XII. Ephraim

SEP. Post dominum ambulabo: sicut leo rugiet: qa ipse rugiet & formidabūt filij aquarum & uolabunt quasi auis ex Ægypto: & quasi colūba de terra Assyriorū: & collocabo eos in domibus suis, dicit dominus. Circūdedit me in mēdacio Ephraim: & in impietate domus Israel & Iuda: nunc cognouit eos deus: & populus sanctus uocabitur dei. Cap. XII. Ephraim

omnia animantia contremiscant, & fixo gradu se C
mouere non possint: tantus pauor est & tanta formido. Itaq; & dominus cū instar leonis rugierit & intonuerit ac dederit uocem suam: cunctæ aues & uniuersa uolatilia perhorrescent: & ibunt ad nidos, id est ad domos suas in quibus dominus habitabit cum eis. Dicamus & aliter. Cum uerus leo infremuerit, falsus leo qui est iuxta apostolum Petrum aduersarius noster, ilico conticescet: & omne dogma peruersum, os suum aperire non poterit: quiq; ante ab eo capti fuerant, rugitu leonis soluti & cōminatiōe terribili, sequentur dominū deum suum: Tunc timebunt filij maris siue aquarum: qui in amaritudine & falsis hæreticorum aquis fuerant procreati: & assumptis pennis, uolabunt quasi aues ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & dicent: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ & uolabo & requiescam: ut qui apud Hæreticos laborauerant, requiescant in D
ecclesia: & habitent in domibus suis: de quibus fuerant errore seducti. Aegyptum, id est מִצְרַיִם אַשּׁוּר tribulationem interpretari & angustiā nouimus: Assyrios quoq; dirigentes: siue ut melius arbitramur, arguentes. Ab his ergo liberantur hæretici, cum habitare cœperint in domibus suis: & malis parentibus dixerint: Relinquetur uobis domus uestra deserta. b ¶Circundedit me in negatione sua Ephraim, & in dolo domus Israel: &c.] Tradunt Hebræi huiuscemodi fabulam: In exitu Israel ex Aegypto quando ex alia parte mons, ex alia rubrum mare, & ex alia Pharaonis cingebatur exercitus, & inclusus populus tenebatur: cæteris tribubus desperantibus salutē, & aut reuerti in Aegyptum aut bellare cupientibus: solus Iuda fideliter ingressus est mare: unde & regnum meruit accipere: & hoc esse quod nunc dicatur: Iudas testis sermonū dei, et astipulator ac uindex descendit cum deo in mare: & inter sanctos fuit fidelissimus: ut uerbis iubentis crederet dei. Hoc illi dicūt. Nos cœptę explanatiōis sequamur ordinē, quod circundederit Ephraim regia tribus & domus Israel, populus qui tribui regiæ seruiebat: & circundederit eum in negatione siue mendacio: dum dominum negant & idola cōfitentur. Iudas autem, hoc est duæ tribus, quæ habebant templum, legem, prophetas & seruabant præcepta legalia, erant testes gradientesq; cum deo & cum sanctis fideles. Sanctos possumus dicere, uel angelos uel patriarchas ac prophetas, & cæteros qui dei imperio seruiebant



1.Pet.5.b

A uiebant. Ad comparationem enim illius temporis quo hæc dicebantur, aberrante penitus Ephraim, & decepto in idolorum cultu Israel: solus Iuda remanserat qui in dei cultu & testimonijs uersaretur: & posset descendere cum eo, siue fortis esse cum forte רד enim & descensionem & fortitudinẽ significat: pro quo Aquila transtulit ὡσχρώτειαν. Iuxta ἀναγωγὴν circundant hęretici dominum in mendacio, imò in negatione: Quicquid enim loquuntur, negatio, imò mendaciũ est: & circundant eum in dolo siue in impietate domus Israel: dum uniuersa quę simulãt artifici sermone cõponũt, & impietatẽ loquuntur cõtra dominũ. Iudas aũt, hoc est uir ecclesiasticus, non superbit, nõ inflatur tumore hæretico: sed humiliatur cum deo: & cum sanctorũ choro fidelis est & robustus: dũ ædificat domum suam super petram quæ nulla tempestate quatiatur. Lxx. multo aliter transtulerunt: quod
B & Ephraim & domus Israel & Iudas circundederint deum in mendacio & in impietate: & tantæ clementiæ sit deus ut non ab eis abscidat spem salutis: sed cognoscat illos: & paratus sit uocare populum sanctum & populum dei qui nunc impietate peruersus est. Iuxta tropologiam quoq; uelle deum & hæreticos saluari: & ecclesiasticos peccatores & omnes suo uocabulo nuncupari. Qui autem uere sanctus est: non circundat deum in men-
Psal.88.b dacio, sed in ueritate: psalmista dicente: Potens es domine, & ueritas tua in circumitu tuo.

Caput XII

EPhraim pascit uentum & sequitur æstum: tota die mendacium & uastitatem multiplicat: &c.] Sacra narrat historia, Manahen regem Israel pace facta cum Assur: ab Aegyptijs auxilium
4.Reg.15.d postulasse, & hoc est quòd nunc dicitur, Ephraim pascere uentos, id est spe uana se decipere sequiq; κώσωνα, hoc est æstum, & ire ad meridiem, nihilq; aliud agere tota die nisi sibi illudere. Et dum huc illucq; discurrat, uastitatem & euersionem suis urbibus præparare. An non est uastitas atq; mendacium pepigisse fœdus cum Assyrijs: & oleum tulisse in Aegyptum, συνεκδοχικῶς à parte totum, quod uidelicet munera Aegyptijs miserit. Licet quidam arbitrentur quod nequaquam in Aegypto oleum gignitur, sed precioſissimum missum esse ab Ephraim, cuius terra Samaria olei fertilissima est. Porrò secundum Tropologiam omnes hæretici pessimo dæmonum spiritu continentur: de
Ephes.6.b quo & in Apostolo scriptum est: Aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Er immundus spiri- C
tus cum exierit ab homine, & requiem non inue- Luc.11.c
nerit: septem alios spiritus nequiores se sibi copulat: & pristinam reuertitur ad domum. Spiritu igitur pessimo sequuntur κώσωνα, id est ariditatem siue uentum urentem: qui cõtrarius floribus est & germinantia cuncta disperdit: tota die inania & uana multiplicauit: & testamentũ cum Assyrijs pepigit & oleum in Ægypto mercabatur. Et iudicium domino cum Iuda ut ulciscat Iacob: iuxta uias eius & iuxta adinuẽtiones eius reddet ei. In utero supplantauit fratrẽ suũ: & in labore suo prævaluit deo: & cõfortatus est cum angelo

EPhraim autem pessimus spiritus persecutus est æstum, tota die inania & uana multiplicauit: & testamentũ cum Assyrijs pepigit & oleum in Ægypto mercabatur. Et iudicium domino cum Iuda ut ulciscat Iacob: iuxta uias eius & iuxta adinuẽtiones eius reddet ei. In utero supplantauit fratrẽ suũ: & in labore suo prævaluit deo: & cõfortatus est cum angelo

siue uentum urentem: qui cõtrarius floribus est & germinantia cuncta disperdit: tota die inania uacuaq; sectatur: nec proprio errore contentus est: sed multos discipulos, imò comites suæ uanitatis errorisq; multiplicat. Fœdus quoq; facit cum Assyrijs: quorum princeps est sensus magnus: ut quęcunq; finxerit, sapienter simulasse uideatur, ea sapien-
tia quæ destruitur à deo: quam & Apostolus præ- Col.2.d
cipit declinandam, dicens: Videte ne quis uos deprædetur per philosophiam & inanem seductionem, secundum traditionem hominũ, secundum elementa mundi. Sed & oleum fert in Aegyptum siue mercatur Aegypti sapientiam, ecclesiasticis cupiens miscere dogmatibus oleũ unctionis: quo D
ungebantur prophetæ ac sacerdotes: quo ungebantur & reges. Hoc oleum habent & sancti de Psal.127.d
quibus dicitur: Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circumitu mensæ tuæ: Et bona oliua in qua olea ster noster insertus est. Quamuis autem conentur hęretici ueritati miscere mendacium: oleum aquis & cæteris humentibus & liquentibus rebus non potest copulari: Semper ueritas supra est: deorsumq; mendacium. Omes aliæ species, id est, hæreses, quæ non habent (ut diximus) oleum ueritatis, possunt sibi misceri: & de pluribus unum effici corpus. Sed harum oleum quod defertur in Aegyptum: & de terra sancta ad Pharaonis regna descendit, detestatur propheta, dicens: Oleũ pec- Psal.140.b
catoris non impinguet caput meũ. b ¶ Iudicium ergo domini cum Iuda & uisitatio &c.] Ephraim semel pascente uentos, & sequente mendacium: qui in tantam uenit amentiã: ut inter duas gentes aduersarias dubius fluctuaret, faciens pacem cum Assyrijs: & oleum portans in Aegyptum: Nunc mihi omne iudicium est cum Iuda, & uisitatio super Iacob. Visitationem autem uocat flagella atq; supplicia: ut qui Ephraim reddidit quod mereba-
tur: Iudę quoq; qui de Iacob ortus est semine: reddat iuxta uias & iuxta adinuẽtiones suas: qui non tantum fortuito errore deceptus de humana concidit fragilitate: sed inquisiuit & adinuenit in quibus peccaret & rueret. Exponit autem quanta bona Iudas, hoc est, Iacob acceperit: & in patre filius nominatur, ueterisq; recordatur historiæ: ut & dei misericordia

A misericordia erga Iacob: & illius contra dominum duritia cognoscatur. Dum adhuc esset in utero Rebeccæ, supplantauit fratrem suum Esau: non utiq; fortitudine propria, qui sentire nō poterat: sed misericordia dei: qui cognoscit & diligit eos q̄s prædestinauit. Et non solum in utero supplantauit fratrem suum: sed in fortitudine q̄q; directus est cū angelo, quando ad torrētem Iaboc aduersum angelū tota nocte pugnauit. Et quia directus cū angelo: propterea ἐνθυτάτε quod Hebraice dicitur ישר hoc est dirigētis siue directi nomen accepit. Et inualuit, inquit, ad uersum angelum: & eius benedictione quem uicerat, confortatus est. Fleuit quoq; & rogauit eum, id est angelum, dicens: Non te dimittam nisi mihi benedixeris. Cumq; patris matrisq; consilio in Mesopotamiā fugeret, inuenit eundem angelū in Bethel: qui locutus est ad eum: locutus est nobiscū, id est in patre locutus & filijs est: & in Iacob dilexit & Iudā: ex quo tempore usq; ad pre-
B sens, nominis eius quod illi ab angelo & à deo impositū est, memoria perseuerat. Cū hæc se habeāt ita: & tu ò Iuda imitare parentem tuum: plora & roga dominum exercituum: & ad eum conuertere. Custodi misericordiam & iudicium, & cum utrunq; feceris, spera in deo tuo, semper bonis operibus ad maiora proficiens. Pro eo quod in hebraico habet, fleuit & rogauit eum in Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum: legimus in æditione uulgata: fleuerunt & rogauerunt me, in domo ὦψ inuenerunt me: & ibi dictum est ad eos. ὦψ interpretatur dolor. Si quis igitur flet, & agit pœnitentiam, & dominū deprecatur, inueniet eum in dolore cordis sui: & cum eum inuocauerit, sibi audiet respondentē. Possumus Iudam ecclesiasticum uirum intelligere, qui à domino corripitur: quod non sit pristinorum in se beneficiorū eius memor: sed quotidie peccatis peccata consocíet. & exponit quæ sint ipsa beneficia: Cum te, inquit, nascentem in fide ecclesia parturiret, supplantasti Iudæū siue gentilem fratrem tuum: & eius accepisti primogenita, & in fortitudine tua directus es cum angelo: uel uincens aduersarias fortitudines: uel roboratus benedictionibus angeli, qui ipse est deus, & inualuisti per figuram contra angelum, ut inualescerés cōtra homines, & confortatus es. Cumq; esses uictoriam consecutus, fleuisti & rogasti angelum domini: & peccatorum ueterum recordatus, inuenisti eum in Bethel, hoc est in domo dei, quę est ecclesia: siue in domo ὦψ, doloris & lachry-

HEB. angelum: & confortatus est: fleuit & rogauit eum: in Bethel inuenit eū: & ibi locutus est nobiscū: & dominus deus exercituum dominus memoriale eius: & tu ad deum tuum conuerteris: misericordiā & iudicium custodi: & spera in deo tuo semper. Chānaan in manu eius stathera dolosa, : calumniam dilexit: & dixit Ephraim: Veruntamen diues effectus

SEP. angelo & potuit: fleuerunt & deprecati sunt me: in domo ὦψ inuenerūt me & ibi dictū est ad eos: dominus autem deus omnipotens erit memoriale eius: et tu in deo tuo cōuerteris: misericordiā & iudiciū custodi: & appropinqua deo tuo semper. Chanaā in manu eius stathera iniqtatis, opprimere p potentiam dilexit: et dixit Ephraim: uerūtn diues effectus

marum & pœnitentiæ. Et ut sciremus quis esset C
Iudas: ibi, inquit, locutus est nobiscum, hoc est nobis Christianis: & ex eo tempore usque in præsentem diem, Christi censemur nomine, & ipso dirigente corrigimur. O itaq; uir ecclesiastice qui appellaris Iudas, et confitens: conuertere quotidie per pœnitētiam ad dominum tuum, & si forte peccaueris, imitare prophetā dicentem: Labora- Psal.6.b
ui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Nec hoc dixisse sufficiat, sed dei serua mā data: fac in alios misericordiam, ut & ipse misericordiā consequaris: Iudicium uerum iudica: ut in quo iudicaueris, iudicetur de te. Et spera in deo tuo semper: siue appropinqua deo tuo iugiter: ut omni tempore in uirtute proficiens, appropinques deo tuo. a ¶ Chanaan in manu eius stathera dolosa, calumniam dilexit: & dixit Ephraim: Verun
tamen diues effectus sum: inueni idolum mihi: om- D
nes labores mei &c.] Monuerat Iudam ut conuerteretur ad dominum deum suum, & misericordiam seruaret atq; iudicium: & speraret in domino semper, siue appropinquaret ei iugiter: Nunc ad Ephraim, hoc est ad decem tribus sermo conuertitur: quem uocat Chanaan: iuxta illud quod loquitur Daniel ad presbyterum: qui utiq; erat de Dan.13.f
semine Iuda: Semen Chanaan & non Iuda, species decepit te. Et in Ezechiel ad Hierusalem dictum legimus: Pater tuus Amorræus & mater Ezech.16.d
tua Cethæa. Et in Esaia dicitur ad tribum Iuda: Esa.1.c
Audite uerbum domini principes Sodomorum: percipite auribus legem domini nostri populus Gomorræ. In Zacharia quoque extremo uer- Zach.14.d
siculo legimus: & non erit Chananæus ultra in domo domini. Dicit autem Chanaan, hoc est Ephraim habere in manu sua statheram dolosam si- Leuit.19.g
ue iniquam: iubente scriptura: æqua sint tibi pondera: & non solum habere statheram iniquam ac dolosam, sed diligere calumniam & opprimere homines per potentiam. Et ne putaremus Chanaan alium quempiam sentiendum: ponit manifestius qui sit iste Chanaā: Dixit Ephraim: Verun
tamen diues effectus sum: et est sensus: Non refert unde possideam, dummodo possideam. Hoc mor- Iob.20.b
bo laborant plurimi, de quibus scriptum est: Diui- Prouer.13.b
tiæ congregatæ iniquè, euomentur: Redemptio Luc.16.c
enim animarū uiri, propriæ diuitiæ. Vnde præcipitur ut faciamus nobis amicos de iniquo māmona, qui nos possint recipere in ęterna tabernacula.

A Ephraim autem qui gloriatur & dicit: Verunta/
men diues effectus sum: inueni idolum mihi siue
ἀνωφελές, hoc est לֹא quod non prosit possiden/
ti, casso labore sudauit. Sicut autem gulosi & luxu
riosi uenter deus est: ita & auarus adorat auri ido
lum: & dicit in cor/
de suo: inueni q̃d
quærebam: sed au/
Luc.12.c diet: Stulte, hac no
cte rapietur anima
tua à te: quę autem
præparasti, cuius
erũt? Cumq; semel
oculos eius diuitia
rum: nõ dicam ful/
gor, sed cæcitas oc
cuparit, loquitur:
Oẽs labores mei
non inuenient ini/
quitatem meam in
quam peccaui: &
est sensus: q̃cquid
peccauero, si habu
ero diuitias ab his qui meo indigent auxilio, mihi
non poterit imputari: secundum illud quod scri/
Psal.9.d ptũ est: Et qui iniqua gerit, benedicitur: Diuitum
eñ amici multi. Vnde & ad hæreticos hoc ipsum
refertur. Chanaã quippe interpretari potest, quasi
mouentes. Et nota quod dixerit: quasi mouentes,
non mouentes. Mouentes sunt eos quos decepe/
B rint: quasi mouentes illos quos mouere tentaue/
rint. Sed quia fundati sunt super petrã, nullo pos/
sunt turbine concuti: nec pedum suorum mutare
uestigium. In istiusmodi Chanaam manu, hoc est,
operibus, statera dolosa est & iniqua: quicquid
enim hæreticus loquitur, dei iusticiam non habet:
& plenum est doli & fraudiũ: unde & calumniam
diligunt, dum deprimunt innocentes, siue oppri/
munt eos per potentiam. Opprimitur pauper ec/
clesiasticus uerbositate & argutijs hęreticorũ: qui
postquam aliquos deceperint, solent dicere: diui/
tes facti sumus: habemus plurimã multitudinem:
discipulorum turba nos sequitur: inuenimus ido/
lum uel refrigerium nobis. Idcirco enim uel ma/
xime hæreses componuntur, ut deuorent do/
2.Tim.3.b mos uiduarum: quæ semper discunt & nunquam
ad scientiam perueniunt ueritatis. Et pulchre inue
ni ait idolum mihi: Omnia enim hæreticorum fi/
gmenta idola sunt & simulachra gentiliũ: nec mul/
tum differunt in impietate, licet in nomine discre/
pare uideantur. Solentq; dicere: quicquid fecero:
quicquid egero, mihi non poterit imputari: habeo
enim diuitias meas, argumenta philosophorum:
habeo populi multitudinem: quam qui aspexerit,
me peccare non arbitrabitur. a ¶ Et ego domi/
nus deus tuus de terra Aegypti adhuc sedere te fa
ciam &c.] Tu quidem tanta peccasti ut lætareris
in scelere, & multitudinem peccatorum putares
esse diuitias, & diceres: Diues effectus sum: inue/
ni idolum mihi: omnes labores mei, peccata mea
inuenire non poterunt: Ego autem dominus deus

HEB. ctus sum: inueni ido
lum mihi: omnes labores
mei non inuenient mihi
iniquitatem quam pecca/
ui. Et egõ dominus deus
tuus de terra Ægypti: ad/
huc sedere te faciam in
tabernaculis sicut in die/
bus festiuitatis: & locu/
tus sum super prophetas:
& ego uisionem multi/
plicaui: & in manu pro/
phetarũ assimilatus sum.

tuus qui te eduxi de terra Aegypti, quando seruie C
bas Pharaoni, & ædificabas de luto & paleis ciui/
tates: adhuc tribuo tibi locum pœnitentiæ: & ma/
gnitudine promissorum hortor, ut ad me redeas:
adhuc enim sedere te faciam in tabernaculis sicut
in diebus festiuita/
tis. Diem festiuita/
tis, scenopegiam
uocat: septimo mẽ
se q̃ntadecima die
mensis, quando de
Aegypto egressi
sunt filij Israel. Si/
cut, inquit, in eo tẽ/
pore te de Aegy/
pto liberaui: & ha/
bitasti in taberna/
culis ad terram san
ctam, & ad locum
templi ire festinãs:
Sic etiam nunc edu
cam te de tribula/
tione & angustijs:

SEP. ctus sum: inueni re/
quiem mihi: omnes labo/
res eius non inueniẽtur ei
propter iniquitates in qui
bus peccauit. Ego aũt do/
minus deus tuus eduxi te
de terra Ægypti: adhuc
habitare te faciã in taber/
naculis, sicut in diebus so/
lẽnitatis: & loquar ad pro
phetas: & ego uisiões mul
tiplicaui: & in manibus p/
phetarũ assimilatus sum.

Si & imminente captiuitate, si tamen feceris quæ
præcepi. Ego enim sum qui per omnes prophe/
tas & uaria genera uisionum assimilatus sum ho/
minibus: & te ad pœnitentiam prouocaui. An
non est humanæ similitudinis, quando Moyses in Exod.17.c
altum extollens manus orat, ut Iesus uincat Ama/
lech, & crucis in eo sacramenta monstrẽtur? Non
ne in manibus prophetarũ assimulatur deus, quan D
do Ionas tribus diebus ac noctibus in profundo
est: ut dominum significet die tertia ab inferis re/
surgentem? Multiplicatas autem uisiones in om/
nibus prophetis legimus, quando Ezechiel do/ Exech.10.c
minum cernit in aurigæ modum sedentem super
Cherubim. Et Esaias: Vidi, inquit, dominum Esa.6.a
sedentem super thronum excelsum & eleuatum
& duo Seraphim in circumitu eius clamantia ad
inuicem: Sanctus, sanctus, sanctus dominus de/
us sabaoth. Et Abacuc stabat in specula sua, ut Abacuc.3.a
cornua uideret in manibus saluatoris: in quibus
abscondita est fortitudo eius. Vnde & psalmista Psal.84
cõclamat: Audiam quid loquatur in me dominus
deus. Vt aũt sciamus omnem prophetiã in scriptu
ris sanctis appellari uisionem: Et omnis, inquit, po
pulus uidebat uocẽ domini: unde & prophetę an/
te dicebantur uidentes. Ad eos quoq; qui ab hære
ticis seducti sunt, dicitur ut reuertant ad dominũ:
qui mauult pœnitentiã peccatoris q̃ mortẽ: ipsum
enim esse qui eos eduxerit de terra Aegypti, id est
de tenebris & errore gentilium. Et ne forsitan pec
cati memores tardius reuertantur: Adhuc, inquit,
sedere uos faciã in tabernaculis, sicut in diebus fe/
stiuitatis: ut quod facit baptisma, hoc faciat pœni/
tentia: & habitẽt in tabernaculis saluatoris, hoc est
in ecclesijs: de quibus dicit: Plantati in domo domi
ni, in atrijs domus dei nostri florebunt. Et ne putẽt
hæresiarchas & principes erroris sui dei locutos
spiritu: Ego sum, inquit, qui locutus sum ad pro/
phetas, & nõ ad magistros uestros, & ego uisiões
multiplicaui

A multiplicaui: & in manu prophetarum meorum
qui sunt in ecclesia constituti, assimilatus sum. a
¶ Si Galaad idolum, ergo frustra erant in Galgal
&c.] Pro eo quod nos transtulimus, bobus, qui
Hebraice appellantur שׁוֹרִים Lxx. interpretati
sunt ἄρχοντες, id est
principes, qui uo-
cantur שָׂרִים uer
bi similitudine atq;
ambiguitate dece-
pti. Rursum ubi
nos posuimus, a-
ceruos, qui Hebrai
ce appellant גַּלִּים
& proprie θινὰς si-
gnificant, hoc est,
ex arena tumulos
congregatos: qui
maxime in deserto
& in litoribus flan-
te uẽto, uel augen-
tur uel minuũtur:
Lxx. transtulerunt
χελῶνας, id est testu
dines: pro quibus Symmachus, aceruos lapidum,
interpretatus est: Theodotio, colles. Et reuera si
θινὰς respicias, habent similitudinem magnarum
testudinum in deserto agro: uel in ripis atq; litori-
bus paululum humo eminentium. Quod ergo di-
cit, hoc est: si in Galaad de qua scriptũ est: Galaad
B ciuitas operantium idolum supplantata à sangui-
ne, falsi sunt dij & peruersa religio: & est trans Ior-
danem ubi duæ tribus habitant Ruben & Gad &
dimidia tribus Manasse: ergo ad Galgal de qua in
hoc eodem propheta legimus: Omnis malicia eo-
rum in Galgala, quæ est post tergum Bethauen
quicunq; idola colunt: non boues dijs immolant,
sed bobus offerũt sacrificia, imitantes errorem Sa-
mariæ. Eo enim tempore quo hæc prophetaban-
tur, Galaad in regno decem tribuum erat: & Gal-
gal sub imperio duarum tribuum, quę appellaban
tur Iuda. Ergo & decem tribus: & duæ pari idolo-
latriæ errore deceptæ sunt: & altaria eorum sicut
acerui & tumuli de lapidibus cõgregati siue de are
nis. Cumq; & illi & hi in captiuitatem fuerint ab-
ducti: aræ quondam eorum absq; cultoribus testu
dinum uel tumulorum habebunt similitudinem.
גִּלְעָד גִּלְגָּל Quia uero Galaad interpretatur, translatio testi-
monij: & Galgal, uolutabrum: hoc dicere possu-
mus, quòd principes hæreticorum testimonia ue-
ritatis transferant in mendacium: & quicquid co-
lunt, idolum sit: & sacrificia eorum habeant simili-
tudinem, uel aceruorum de lapidibus congrega-
torum uel testudinum. Quomodo enim θινές, &
acerui hinc atq; illinc de lapidibus & fabulo con-
gregantur: ita & hæretici de sapientia seculari &
argutijs hominum fraude atq; mendacio simula-
chra componunt. Et cum hoc fecerint, tardis gres-
sibus in uno mouentur loco: & totum orbem oc-
cupare non possunt. Testudo tardigrada & one-
rata: imò oppressa pondere suo, non tam ambulat
quàm mouetur: hæreticorum grauissima peccata C
significans: qui suis in cœno et uolutabro luti erro
ribus immolant: adorantes opera manuũ suarum,
& instar boum cuncta pro terrenis frugibus labo-
rantes. b ¶ Fugit Iacob in regionem Syriæ, &
seruiuit Israel in u-
xore, &c.] Vide-
tur absq; ratione et
ordine prophetali
post idolũ Galaad
& Galgal et altaria
aceruis lapidum si-
milia, subito histo-
riam Geneseos de
Iacob uoluisse nar-
rare: Quod statim
soluit, qui supra de
Iacob legisse se me-
minit: in utero sup
plantauit fratrem
suum: & in fortitu-
dine sua directus
est cum angelo: &
inualuit ad angelũ,
& confortatus est: fleuit & rogauit eum: in Bethel
inuenit eum et ibi locutus est nobiscum. Iste igitur
Iacob non frustra ab angelo confortatus est: sed
quia tota nocte pugnauit & uicit aduersarium, ut
ex hoc fratrem disceret non timere: cuius metu in
Syriam fugeret ad Laban auunculum suum: & ser Gen.27
uiuit in uxore Rachel septem annis: & pro Lia o- D
ues soceri Laban eodem annorum spacio custodi
uit. Et quia semel Iacob dixerat & Israel: patrem
filiosq; coniungit: & sequentis recordatur histo-
riæ, quando in propheta Moyse eduxit dominus
Israel de Aegypto: et duodecim tribus, qui genera
ti sunt de Israel propheta educente seruatæ sunt.
Nõ errabit qui supplantatorem Iacob, & Israel ui-
dentem deum, in typo domini dixerit præcessisse:
& Rachel primum stetilem atq; formosam, quam
plurimum dilexit Iacob, significare ecclesiã: Liam
autem lippientibus oculis atq; fœtosam, synago-
gæ sacramenta monstrare: & quod ipse creden-
tium populum eduxerit de tenebris huius seculi:
& ad dulcissima Iordanis, id est baptisma, fluen-
ta peruenerit. c ¶ Ad iracundiam me prouoca-
uit Ephraim in amaritudinibus suis: & sanguis
eius super eum ueniet: &c.] Cum ergo Ephra-
im tanta præstiterim, ut nudum & exulem & so-
lum, diuitem dominumq; reducerẽ & multorum
filiorum parentem: deseruit me Ephraim imò ad
iracundiam prouocauit: & amaritudine sua ama-
rum fecit esse qui dulcis sum. Vnde sanguis eius
super eum ueniet, id est ipse erit causa mortis suæ,
secundũ id quod Dauid loquitur ad eum qui Sau-
lis nunciauit interitum: & à se regem Israel cæsum
esse memorabat: Sanguis tuus super caput tuum.
Non mea sententia, sed Saulis sanguine tuus san- 2.Reg.1.c
guis effundetur. Quodq; sequitur: Et opprobrium
eius restituet ei dominus: illi sensui cõgruit quem 2.Reg.12.d
Nathan loquitur ad Dauid: Quia blasphemare
fecisti

HEB. Si Gâlaad idolum: ergo frustra erant in Gal-
gal bobus immolãtes: nã & altaria eorũ quasi acer-
ui super sulcos agri. Fũgit Iacob in regionẽ Syriæ: &
seruiuit Israel in uxore, & in uxore seruauit: In pro-
pheta autem eduxit domi
nus Israel de Ægypto: &
in propheta seruatus est.
Ad iracũndiam me prouocauit Ephraim in amaritudi
nibus suis: & sanguis eius super eũ ueniet: & opprobriũ
illius restituet ei dominus suus.

Cap. XIII.

Loquente

SEP. Si non Galaad est:
ergo falsi erãt in Galgala
principes immolãtes: & al
taria eorum quasi testudi-
nes super desertũ agri. Et
recessit Iacob in campum
Syriæ, & seruiuit Israel in
uxore, & in uxore custodi
uit: & in propheta eduxit
dñs Israel de Ægypto &
in propheta seruatus est.

A feciſti inimicos nomen domini, propter hanc rem hoc eſt, propter hoc peccatum quo interfeciſti Vriam: ipſa blaſphemia atq; opprobrium, quo per te dominus blaſphematus eſt, uertetur in caput tuum. Semper hæretici ad iracundiam prouocant clementem dominum: et qui mauult pœnitentiam peccatoris quàm mortem, duritia cordis ſui punire compellunt: & ſanguis eorum quo & ſuum & multorum effuderunt ſanguinem ueniet ſuper caput eorum: & opprobria quibus dominum blaſphemauerũt, reſtituet eis dominus ſuus: non q̃ eorum dominus ſit ſed qui quondã dominus eorum fuit.

LOquẽte Ephraim, horror inuaſit Irael: & deliquit in Baal, & mortuus eſt: & nunc addiderunt ad peccandum: feceruntq; ſibi cõflatile de argento ſuo quaſi ſimilitudinem idolorum: factura artificũ totum eſt: his ipſi dicunt: immolate homines uitulos adorantes. Idcircò erunt quaſi nubes matutina: & ſicut ros matutinus pertranſiens: ſicut puluis turbine raptus ex area: & ſicut fumus de fumario.

IVxta uerbũ Ephraim iuſtificationes accepit ipſe in Iſrael: & poſuit Baal & mortuus eſt: & nunc appoſuit ut peccaret: & fecerunt ſibi conflatile ex auro & argento ſuo, ſecundũ imaginem idolorũ, opera artificũ completa: his ipſi dicunt: immolate homines uituli enim defecerũt. Ego ecclesia dei: & introducant ad hæreticos, & occidant quos deceperint. Quodq; ſequitur: Vituli enim defecerunt, hunc habet ſenſum: Nolite quærere quos ſeducatis de gentibus qui uocantur bruta animalia: ſed eos rapite, eos immolate, qui in eccleſia conſtituti, Chriſti cenſentur nomine: & homines appellantur. b ¶ Idcirco erunt quaſi nubes matutina: et ſicut ros matutinus pertranſiens: ſicut puluis turbine raptus ex area: & ſicut fumus de fumario.] Lxx. hoc ſolum quod in ultimo eſt immutantes: & ſicut uapor de locuſtis ſiue de lachrymis: qa in pleriſq; codicibus ἀκρίδων, in aliis, ἀκρύων poſitum reperimus. Quia, inquit, homines pro uitulis, imò uitulis immolauerunt & adorauerunt uitulos: idcirco erunt quaſi nubes matutina: & ſicut ros mane pertranſiens: ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario. Quæ omnia uidentur ad tempus & ſubito dilabuntur, iuxta illud quod dixerat: Tranſire fecit Samaria regem ſuum quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ. Et iterum: Sicut mane tranſit, pertranſijt rex Iſrael. Et nubem quidem aut rorem tranſire uelociter, & puluerem ex area, & fumum de fumario, nemo ambigit, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Sicut deficit fumus, deficiant. Quæri- Pſal. 67. a
mus autem quare Lxx. pro fumario quod Theodotio tranſtulit καπνοδλόχου, locuſtas interpretati ſunt. Apud Hebræos, locuſta & fumarium, ijſdem ſcribitur literis א ר ב ח quod ſi legatur אַרְבֶּה locuſta dicitur: ſi אֲרֻבָּה fumarium: pro quo Aquila καταρακτὴν: Symmachus foramen interpretati ſunt. Cataractam autem proprie uocat foramen in pariete fabricatum, per quod fumus egreditur. Si quis autem contentioſus & nolens recipere Hebraicam ueritatem, locuſtæ ſenſum quæſierit, audiat Ephraim ἀτμῶ, id eſt, uapori ſiue auræ & ſpiritui cõparari: qui ita tenuis de ore locuſtæ

C

D

Caput XIII

LOquente Ephraim &c.] Pro eo quòd Lxx. interpretati ſunt, immolate homines, uituli enim defecerũt: & nos uertimus, immolate homines uitulos adorantes: Symmachus interpretatus eſt, immolate homines uitulos adorent: ut ſit ſenB ſus. Immolate, hoc eſt ſacrificate idolis, & hucuſq; diſtinctio: ſequat, rationale animal homines, adorent uitulos muta animãtia. Loquẽte ergo Ephraim, id eſt Hieroboam filio Nabath de tribu Ephraim, horror inuaſit Iſrael: id eſt, decem tribus. Pro horrore qui hebraice dicitur רָתַת quem Symmachus & Theodotio tremorẽ interpretati ſunt: neſcio quid uolentes ἐλεημάτα: id eſt, iuſtificationes, Lxx. tranſtulerunt. Et tantus Iſraelem horror inuaſit, ut delinqueret & offenderet deum in Baal
Ioan. 14. a & moreretur, perdẽs eum qui dicit: Ego ſum uita.
Ezech. 18. a Anima enim quæ peccauerit, ipſa morietur. Et A-
1. Tim. 5. a poſtolus: Vidua, inquit, quæ in delicijs eſt, uiuens mortua eſt. Et non ſolum mortuus eſt in Baal, ſed addidit peccata peccatis: ut ex argẽto quod dominus dederat, idola fabricaretur opera manuũ hominũ. Quibus ipſi dicunt: id eſt, ſacerdotes & principes qui populum bona docere debuerãt: Immolate homines uitulos adorantes: quod quidem &
Pſal. 105. f in pſalmis dicitur: Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs. Pro eo quod iuxta Symmachũ & Theodotionem uertimus, adorãtes: Aquila interpretatus eſt, καταφιλοῦντες: id eſt, deoſculãtes. Qui enim adorant, ſolent deoſculari manũ ſuam:
Iob. 31. c quod Iob feciſſe ſe negat, dicens: Si oſculatus ſum manum meam apponens ori meo: & hoc mihi ad iniquitatem maximã reputetur. Sin autem ut quidam uolunt, dæmones loquuntur ad populum: Immolate homines, uituli enim defecerunt: oſtenditur ingluuies eorum, qui ſanguine uictimarum aluntur, & holocauſtorum fumo: quod deficienti-

A locustæ egreditur, ut non sentiatur: Quod si econ/trario obiecerit, quare non alijs, quæ minora sunt, perituru Ephraim assimilauerit: uerbi gratia pu/lici, qui omnia membra habet: caput, oculos; pe/des, uentrem, & cætera: quæ licet oculis nõ uidea/mus, tamen sensu intelligimus: intan/tum ut os pulicis ac dentes non ui/dentes oculis, mor/sibus sẽtiamus. Re/spondẽdum est ei, quod ideo uapori locustæ, siue auræ tenuissimæ, peritu/rorum gloria com/parata sit: quia lo/custa noxia est, & sic inimica mortali/bus: ut famem faci/at, & segetum cul/ta populetur: intan/tum ut arbores q̃q; & uineas decorti/cet: quod plenius Iobelis.1.er 2 in Iohel propheta legimus. Et huic lo/custę & nubi matu/tinæ & rori & pulueri hæretici comparantur: de Iudæ.d quibus & in epistola catholica dicitur: Hi sunt nu/B bes sine aquis. Habẽt enim speciem prophetarum & nubium apostolicarum: ad quas dei ueritas per/uenit: sed nõ habent aquas, id est gratiam spiritus Ioan.7.f sancti, dicente domino in euangelio: Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de uentre eius flu/ent aquæ uiuæ: Hoc autem, inquit, dixit de spiritu quem accepturi erant credẽtes in eum. De lachry/mis autem, quæ sermone Græco habent aliquam similitudinem locustarum δακρύων τῆ ἀκρίδων, manifestus error est: quibusdã pro locustis lachry/mas æstimãtibus. a ¶ Ego autem dominus deus &c. omnem militiam cœli: & non ostendi ea tibi, ut ambulares post ea.) Quæ quoniam & in He/braico non habentur, & à nullo uertuntur inter/pretum: in antiqua quoq; æditione Lxx. non le/guntur, obelo prænotanda sunt: præsertim cũ sen/sus eorum perspicuus sit. Vnde ad reliqua transea/mus: cum his quæ sequuntur iungentes superius capitulum. b ¶ Ego autẽ dominus deus tuus de l.67.d terra Aegypti &c.] Qui supra dixerat: Fugit Ia/cob in regionem Syriæ: & seruiuit Israel in uxore, & in uxore seruauit: In propheta eduxit dominus deus Israel de Aegypto, & in propheta seruatus est: etiam nunc quid eis præstiterit, refert: Ego do/minus deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti: quod tibi mandaui per Moysen attende: ne forte comedas & satureris: & obliuiscaris dei tui, q̃ edu/xit te de terra Aegypti: Non est enim alius deus præter me, & qui possit saluare, nullus est alius. Ego qui conditor omnium sum cognoui: siue pa/ui te in deserto & in terra inhabitabili; ubi rerum omnium penuria, ubi nullæ aquæ: dedi tibi man/na de cœlo: & aquarum fontes produxi de petra durissima. Qui iuxta illud quod alibi scriptum est: Deut.32.b Incrassatus est, impinguatus, dilatatus, & recalci/trauit dilectus: nunc quoq; comederunt & satura/ti sunt: & eleuaue/runt cor suum, & obliti sunt eius cu/ius beneficiorum memores esse de/bebant. Neq; enim per tantam eremi uastitatem, ubi nõ so/lum fruges & ar/bores uineæq;, sed nec herba quidem gignitur: & nullæ aquæ ardorẽ tem/perant solis: qua/dragínta annis po/terat Israel ad ter/ram peruenire Ior/danis, nisi domi/nus omnia præsti/tisset. Hæreticos quoq; eduxit do/minus de terra Ae/gypti, de domo ser/uitutis, & de camino ferreo: qui primum seruiebãt regi Pharaoni & ducibus eius: præcepitq; eis in D ecclesia, ut alium nescirẽt deum: nisi eum qui crea/tor est omniũ: & nouit saluare quos fecit. Ipse co/gnouit eos & pauit in terra solitudinis, ita ut pos/sint dicere: Dominus pascit me et nihil mihi deerit: Psal.22.a in loco pascuæ ibi me collocauit: super aquã refe/ctionis educauit me. Deditq; eis angelorũ panem mãna de cœlo, q̃d in Aegypto nunq; comederãt: & aquas de sequenti eos petra. Petra autem iuxta 1.Cor.10.a Apostolum Christus est: qui comederũt & imple/ti sunt: & cibos domini non tulerũt. Quibus idem Apostolus loquitur: Iam saturati estis, iam diuites 1.Cor.4.b facti estis: sine nobis regnatis, atque utinam re/gnetis, ut & nos regnemus uobiscum. Co/mederunt enim in sanctis scripturis, panem qui de cœlo descendit: & cum Dauid dixerunt: In/certa & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Psal.50.b Impleti q̃ue & saturati eleuauerunt contra crea/torem cor suum: & alterum sibi finxerunt de/um, quicquid biberant & comederant, suis me/ritis, non dei misericordiæ depu/antes. Idcir/co obliti sunt dei, qui præceperat eis: ut legis uer/ba religarent inter oculos & in manibus, atque in fimbrijs palliorum: ne unquam obliuiscerem/tur dei sui. c ¶ Et ego ero eis quasi leæna: sicut pardus in uia Assyriorum: occurram eis quasi ursa raptis catulis: & disrumpam interiora &c.] Illi adimpleti sunt & saturati: eleuauerũt corda sua & obliti sunt mei. Ego aũt, inquit, ero eis quasi leæ/na siue panther: de quo supra plenius diximus: & sicut pardus in uia Assyriorum: quando ducen/tur captiui ab Assyrijs: & occurram illis quasi ursa raptis

HEBRAEI Egõ au/tem dominus deus tuus,
SEPT. firmans cœlum, & creans terram cuius manus creauit omnem militiam cœli, & non ostendi ea tibi, ut ambulares post ea
HEB. dẽ terra Ægypti: & deum absq; me nescies: & saluator non est præter me: ego cognoui te in de/serto: in terra solitudinis: iuxta pascua sua adimple/ti sunt & saturati sunt: & eleuauerunt cor suum & obliti sunt mei. Et ẽgo e/ro eis quasi leæna sicut pardus in uia Assy/riorum: occurram eis quasi

SEPTVAGIN. Ego au/tem dominus deus tuus,
SEP. Et ego eduxi te de terra Ægypti, & deũ præ/ter me nõ cognosces, & sal/uator non est absq; me. E/go pascebã te in solitudine in terra inhabitabili, secun/dũ pascua sua: et repleti sũt in saturitate, & eleuata sũt corda eorum, idcirco obli/ti sunt mei. Et ero eis quasi panther, & sicut pardus in uia Assyriorũ, occurã eis sicut

A raptis catulis ſiue indigens cibo: & diſrumpam eorum uniuerſa uitalia. Aiunt qui de beſtiarũ ſcripſere naturis: inter omnes feras nihil eſſe urſa ſæuius cum perdiderit catulos, uel indiguerit cibis: & non ſolum pantherę, pardi, & urſæ ferocią̃ comminatur, ſed leonis quoq; & omnium beſtiarum, quæ gignũtur in ſaltibus: & in hæc omnia dicit ſe eſſe uertendũ quando ierint ad Aſſyrios: ne cũ ibi dura fuerint perpeſſi: non potentię & indignationi domini, ſed hoſtium fortitudini aſſignẽt miſerias ſuas. Simulq; conſideremus: quod qui in euangelio credentibus loquitur: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã uos: iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue: nunc per prophetã incredulis, & nolentibus agere pœnitentiã, panther, pardus, urſa et leo efficitur: non ſolum Iſraelitis qui propter idololatriam in Medorum urbibus ſiue montibus collocati ſunt: ſed etiam hæreticis, qui propter mentis ſuperbiam & falſorum dogmatum uanitatem obliti ſunt dei ſui: & finxerunt idola & ſecuti ſunt deos alienos. *a* ¶ Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxiliũ tuum. Vbi eſt &c.] Pro eo quod Lxx. interpretati ſunt ἀνέχου, id eſt, habui: omnes abſtuli tranſtulerunt. Infelix Iſrael & dignus maledictione perpetua: qui in tantum impietatis deſcendit profundum, ut ſolius dei ſaluetur miſericordia. Poteſt autem in Hebræo & hoc ſenſu legi: Diſpereas Iſrael, quia nihil tibi reliquum eſt, niſi ut mea ſolum clementia cõſerueris. In Lxx. autem alter eſt ſenſus: Corruptioni tuæ Iſrael quis auxiliabitur: id eſt, captiuitati tuæ & ultimæ ſeruituti quis ferre poterit auxilium eorum, quos tibi præſtiteles æſtimaſti? Vbi eſt rex tuus, de quo dicebas ad Samuel: Conſtitue ſuper nos regem, ut iudicet nos: ſicut & gentes habẽt cæteræ? Cumq; ille contradiceret: reſpondebas: nequaquam, ſed rex erit nobis: & erimus etiam nos ſicut & gentes omnes: & iudicabit nos rex noſter: & egredietur ante nos & pugnabit pro nobis. De quo ergo tibi promiſeras quòd tua bella bellaret: nunc in neceſſitate ſubueniat, & uniuerſas urbes tuas liberet de ſeruitute. Vbi ſunt iudices tui? ubi reges? Tu enim dixiſti: Da mihi regem & principes: itaq; dedi tibi Saulem regem in furore meo: in tantum ut in diebus meſſis pluuiam demonſtrarem contra naturam Iudææ prouinciæ. Et abſtuli, inquit, in indignatione mea regem uidelicet Sedechiam: ut quem cum furore dederam, tollerem cũ indignatione. Alij arbitrantur datum in furore regem Hierobo am filium Nabath: & ablatum in indignatione Oſee ultimum regẽ decem tribuũ. Hoc quod expoſuimus, dedi tibi regem & abſtuli regẽ in indignatione mea, Hebræi ad futurũ tempus referũt: Eo, inquit, tempore quo dicebas: da mihi regem & principes: ego tibi reſpondebã per Samuelem, quod daturus tibi eſſem in furore meo, & ablaturus in indignatione mea. Per ditus eſt omnis hæreticus & corruptioni traditus: Qui enim corrũpit templum dei, corrumpet illum dominus: & in nullo alio habet auxiliũ, niſi in ſola miſericordia dei, quã pœnitudine conſequitur: Huius rex & iudices diabolus eſt & dæmones: ſiue omnes principes dogmatum peruerſorum: qui eos tempore neceſſitatis & anguſtiæ liberare non poterunt qui dati ſunt in furore, & auferentur in indignatione: nõ quòd dominus tales eos uoluerit habere reges: alioquin non auferret quos ſponte dederat: ſed quòd dimiſerit eos uolũtatibus ſuis: ut comedẽtes & incraſſati carnibus nauſearent, & euomerent per nares ſuas: & odiſſe inciperent eos quos tanto ſtudio ſequebantur. *b* ¶ Colligata eſt iniquitas Ephraim: abſconditum &c.] Quomodo ſi ligetur quid in ſacculo, conſeruatur, & non perit ei cui ligatum eſt: ſic omnis iniquitas qua in deũ peccauit Ephraim, colligata eſt ei & abſcondita: & quaſi in marſupio reſeruatur. Denicq; cum dies ultionis aduenerit, & extrema captiuitas: dolores quaſi parturientis uenient ei, ſiue apprehendent illum. Mulier parturiens multo antequã pariat, ex eo tempore quo concepit, ſcit ſe eſſe parituram: & expectat quotidie extrema tormenta cruciatusq; uenturos: Ita & Ephraim filius inſipiens, de quo ſupra dixerat: Ephraim columba inſipiens, non habens cor in contritione filiorum & populi ſui: cum dies parturitionis & captiuitatis aduenerit, aut ſtare aut ſufferre non

Matth.11.d

B

1.Reg.8.a

C

D

HEB. quaſi urſa raptis catulis: & diſrumpã interiora iecoris eorum: & conſumam eos ibi quaſi leo: beſtia agri ſcindet eos. Perditio tua Iſrael, tãtum modo in me auxilium tuum. Vbi eſt rex tuus? maxime nunc te ſaluum faciat in omnibus urbibus tuis: & iudices tui, de quibus dixiſti: Da mihi regem & principes: dabo tibi regem in furore meo: & auferam in indignatione mea. Cõlligata eſt iniquitas Ephraim: abſconditum peccatum eius: dolores parturientis uenient ei: ipſe filius non ſapiens: nunc enim non ſtabit in contritione filiorum. De

SEPTVAGIN. ſicut urſa indigens cibo, & diſrumpam interiora cordis eorum, & deuorabunt eos ibi catuli ſyluarum, beſtiæ agri diſrumpent eos. Corruptioni tuæ Iſrael quis auxiliabitur? ubi eſt rex tuus iſte? & ſaluum te faciat in cunctis urbibus tuis: iudicet te de quo dixiſti: da mihi regem & principem: & dedi tibi regem in ira mea, & tabui in furore meo. Congregatio iniquitatis Ephraim: abſconditum peccatum eius: dolores quaſi parturientis uenient ei: iſte eſt filius tuus ſapiens: quia nunc non ſuſtinebit in contritione filiorum. De

A non poterit. Pro insipiente filio, in Lxx. per ironiam legitur: Iste filius sapiens, hoc est quem sapientem putabas, ut econtrario intelligatur insipiens. Omnibus autem hæreticis iniquitas collígata est: quã in excelso locuti sunt: & absconditũ est peccatum eorũ, dũ se putant uenena sui cordis abscondere & habere secreta: quę cum dies paturitionis aduenerit, dolore eiulationibusq; pandentur. Iste Ephraim filius insipiens est, quia dei sapientiam dereliquit: de quo in Hieremia scriptũ est:

HEB. De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos: Ero mors tua ò mors: ero morsus tuus inferne. Cõsolatio abscondita est ab oculis meis: quia ipse inter fratres diuidet. Adducet urentem uentum dominus de deserto ascenden-

Hiere.17.b Nouissimum eius erit insipiens, & in contritione filiorum suorum quos interfecit, quos iugulauit: dei iram sustinere non poterit. a ¶ De manu mortis liberabo eos &c.] Secundum utranq; intelligentiam: & Ephraim, hoc est, & decem tribuum, & hæreticorum qui sustinere non poterũt, in contritione filiorum suorum, cum dolores quasi partu rientis aduenerint, dominus pollicetur de manu mortis se eos liberaturum, & de morte redemptu-

Prouer.18.d rum. Manum autẽ mortis appellat opera quibus interficit: iuxta illud quod scriptum est: In manu linguæ mors & uita. Liberauit autem omnes do-

B minus: & redemit in passione crucis & effusione sanguinis sui: quando anima eius descendit in infernum, & caro eius nõ uidit corruptionem: & ad ipsam mortem atq; infernũ locutus est: Ero mors tua ò mors. Idcirco enim mortuus sum ut tu mea morte moriaris. Ero morsus tuus inferne, qui omnes tuis faucibus deuorabas. Videnscq; mortis duram necessitatem, et quod nullus sit hominum qui uiuat & non uideat mortem: clementissimus pater sententiæ recordatur antiquæ: quia in Adam

1.Cor.15.c omnes morimur. Siue propheta intelligens fragilitatem suam, & conditionẽ carnis humanæ: Consolatio, ait, abscondita est ab oculis meis, & est sensus: Non ualeo consolari: quicquid mente concepero, dolorem meum non potest mitigare: cernentis charissima inter se nomina morte seiungi: ipse, inquit, infernus inter fratres diuidit. Quicquid igitur separat fratres, infernus est appellandus: & maxime mulier meretrix: quæ uocans insipientem ad se, dicit inopibus prudentiæ: panes occultos libenter attingite, & aquæ furtiuæ dulcedinem: & nescit insipiens, quoniam terrigenæ apud eam pereunt, & in profundum inferni incurrunt. Quicquid enim non licet, magis desideratur, & quod raritate dulce est, assiduitate in amaritudinem uertitur.

Prouer.5.a Et mel distillat de labijs mulieris meretricis, quæ ad tempus impinguat fauces insipiẽtis: nouissime autem amarius felle inuenitur, & acutius magis quàm gladius utrinq; acutus. Quicunq; terrigena est, & de cœlo nõ nascitur: interficitur eius amplexibus, & ligatur institis lectulorum: & insipientiæ pedes deducũt eos, qui utuntur ea cum morte ad C inferos. Inter mortem autem & inferos, hoc interest: Mors est, qua anima separatur à corpore. Infernus, locus in quo animæ recluduntur: siue in refrigerio, siue in pœnis, pro qualitate meritorũ. Hoc

SEP. De manu inferni liberabo eos, de morte redimã illos: ubi est causa tua mors? ubi est aculeus tuus inferne? cõsolatio abscondita est ab oculis meis: qa ipse inter fratres diuidet. Adducet urentem uentum dominus de deserto super

dixímus, ut ostenderemus id mortẽ facere, quod meretricem mulierem: Mors enim diuidit fratres, hoc & mulier facit. In fratribus, omnem intelligę charitatem: qd & mater diuidatur à filia, & pater à filio, & frater à fratre: Quod autem aliud sit mors, & aliud infernus, & psalmista de- Psal.6.b monstrat, dicens: Non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? & in alio loco: Veniat mors super eos & descendant in ibid.54.e infernum uiuentes. Pro eo quod nos interpretati sumus: Ero mors tua ò mors: ero morsus tuus inferne: Lxx. transtulerunt: ubi est causa tua mors, ubi est stimulus tuus inferne? pro quo Apostolus 1.Cor.15.g posuit: Absorpta est mors in contentione, ubi est mors contentio tua: ubi est mors aculeus tuus? Et exponens uirtutem testimonij intulit: Aculeus autem mortis peccatũ, uirtus uero peccati lex: Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam, per domi D num nostrum Iesum Christũ. Itaq; quod ille in resurrectionem interpretatus est domini: nos aliter interpretari, nec possumus nec audemus. Potest mors, & infernus & diabolus accipi, qui Christi morte iugulatus est: de quo & in Esaia loquitur: Esa.25.c. secundum Lxx Deuoratuit mors inualescens. Et postea sequitur: Abstulit dominus omnem lachrymam ab omni facie. Duos autem fratres inter se morte diuisos, iuxta historiam illius temporis, quidam Israel & Iudam intelligũt: ut quod tunc figurabatur in parte, nunc sentiatur in toto, & cum omni humano genere Israel & Iudas liberandus sit & redimendus. In eo loco in quo Lxx. transtulerunt: ποῦ ἡ δίκη σου, id est, ubi est causa tua, & nos diximus, ero mors tua: Symmachus interpretatus est, ero plaga tua. Quinta æditio & Aquila: Vbi sunt sermones tui: quod Hebraice scribitur דְּבָרֶיךָ legentes דֶּבֶר hoc est uerbũ, pro דֶּבֶר quod interpretatur mors: iuxta illud quod in Esaia legimus: Mortem misit domi- Esa.9.b nus in Iacob & uenit in Israel, hoc est, deber, pro quo nos interpretati sumus: Verbum misit in Iacob, & uenit in Israel, id est, dabar. Pro aculeo quoque quem nos morsum trãstulimus: Symmachus ἀπάντημα, id est, occursum: Theodotion & quinta æditio, plagam & conclusionem interpretati sunt. a ¶ Adducet urentem uentum &c.] Legi in cuiusdam cõmentarijs, uentum urentem quem adducet dominus de deserto: illũ esse qui percusserit domum Iob in quatuor angulis, & fecerit eam Iob.1.d super filios ruere cõuiuantes, & unum esse de his

A uentis, quos in euangelio legimus flare & uenire cum turbine, pluuijs atq; fluminibus, ut subuertãt domum, quæ super petram ædificata est, siue super arenas. Quod nequaquam mihi uidetur: neq; enim in Iob scriptum est, quod uentum de deserto dominus adduxerit: sed nomen domini tacitum est: ut uentus de solitudine, qui contra sanctum uirum sua uenerat uolũtate, contraria possit accipi fortitudo: & uenti qui domorum fundamẽta subuertũt, utiq; ad bonã partem non poterunt referri: Super est ut uentũ urentem quem adducet dominus de deserto ascendentem illum intelligamus, de quo & in Abacuc legimus: Deus ab austro ueniet & sanctus de monte Pharan, qui utiq; in solitudine & in meridie situs est. Et in Cantico legimus: Vbi pascis, ubi cubas in meridie: Hunc itaq; uentum urentem qui siccet uenas mortis, & fontes eius arefaciat: adducet dominus de deserto ascendentem: de deserto autem humani generis, in quo & diabolus quærens requiem, inuenire non potuit: Siue desertum B intelligimus sanctæ Mariæ uterum uirginalem, quod absq; semine humano nulla frutice pullulauerit: sed uirga simplex atq; purissima & unione fœcũda ædiderit eum florem qui dicit in Cantico canticorum: Ego flos campi & lilium conuallium. Et pulchre tam in Esaia quàm in præsenti loco, flos ascendens & uentus ascendens dicitur: quia de humilitate carnis ad excelsa cõscendit: & nos secum duxit ad patrem, dicens in euangelio: Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me. Ipse quasi radix ascendet de terra inhabitabili: & nequaquam mors in eum sed ipse morti superueniet: neq; enim mors in eo ullam suæ potestatis uiam reperit, & hoc est quod in Prouerbijs dicitur: Impossibile est super petram serpẽtis inuenire uestigia. Et ipse loquitur in euangelio: Ecce ueniet princeps mundi huius, & inueniet in me nihil. Iste siccabit uenas mortis & desolabit fontes eius. Venæ mortis & fontes & aculeus, peccata ab apostolo nominantur: quibus arefactis, mors quoq; ipsa siccabitur. Quodq; sequitur: Ipse diripiet thesaurum omnis uasis desyderabilis: dupliciter accipitur: siue quod desyderabilia sunt his qui in morte habitant: siue uasa desyderabilia quæ in thesauro retinebantur inferni, sanctos intelligimus: quos alligato forte dominus eripuit & tulit de inferis: & quasi uasa preciosissima secum perduxit in paradisum. Pro thesauro, Lxx. terram transtulerũt: terra haud dubium quin mortem significet. Et in psalmis legimus: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Et iuxta euange-

Abacuc.3.b
Cant.1.b
Cant.2.a
Esa.11.a
Ioan.12.
Prouer.30.c
Ioan.14.d
Psal.26.d
Matth.5.a

HEB. ascendentem, & siccabit uenas eius, & desolabit fontem eius, & ipse diripiet thesaurum omnis uasis desyderabilis.

Cap. XIIII

PEreat Samaria: quoniam ad amaritudinem concitauit deum suum: in gladio pereant: paruuli eorum elidantur, & fœtæ eius discindantur.

Conuer-

lium: Mites possidebunt terram. Econtrario debemus accipere terram inferni nõ esse terram uiuentium, sed mortuorum, quæ diripitur atq; uastatur: quando morte Christi uinctę apud inferos animæ liberantur. Secundum tropologiam in eisdem (de quibus supra dixi-) C mus) commẽtarijs legimus uentũ urẽtem, diabolum intelligi & singulos hæresiarchas. Qd nobis displicet: Neque enim diabolus uenas mortis fontesq; erroris siccare potest: cum ipse fons & initiũ mortuorũ sit. Itaq; sermo ecclesiasticus, urens intelligẽdus est uentus qui omnia hæreticorũ dogmata arefaciat et perducat ad nihilum, & diripiat eos atque dispergat, qui hæreticorum doctrina in morte fuerant congregati.

SEPT. super eos, & siccabit uenas eius, desolabit fontes illius: iste arefaciet terram eius: & omnia uasa desyderabilia.

Cap. XIIII

DIsperdetur Samaria quoniã restitit deo suo: in gladio corruent, & lactentes eorum elidentur ad petram, & habentes in utero dirumpentur.

Conuer-

Caput XIIII

PEreat Samaria: quoniã &c.] Sæpe diximus decem tribus appellari Samariam à metropoli Samaria: quæ ex nomine Augusti nunc uocatur Augusta, id est, Sebaste. Cur autem Samaria dicta sit ciuitas, in regum uolumine legimus. Impe- D rat igitur propheta, & ut uerius dicam, optatiuo modo loquitur, ut Samaria pereat. Cui cum deus tanta præpararet bona, illa contra deum faciat, & magis dæmonum simulachra sectetur. Symmachus autem non dixit, pereat: sed μεταμελήσει, id est aget pœnitentiam: suiq; eam pœnitebit erroris, quod dulcissimum deum in amaritudinem uerterit: ita ut bellatores eius in gladio pereant: paruuli & lactentes elidantur ad terram, & fœtæ eius atq; prægnantes dirumpantur in mortem. Quæ omnia ei accidisse credendum est tempore captiuitatis & angustiæ, quando suam patriam perdiderunt, & qui euasere gladium in seruitutem perpetuam sunt abducti. De hæreticis facilis intelligentia est quod uocẽtur Samaria, eo quod dei præcepta seruare se iactent: non quod custodes sint legis eius, sed quod hoc esse se dicant, in similitudinem schismatis Nouatianorum: qui & ipsi καθαροὶ id est, mundos se uocãt, cum sint omnium immundissimi, negantes pœnitentiam per quam peccata mundantur: iuxta illud quod scriptum est: Lauabis me & super niuẽ dealbabor. Et in Esaia: Lauamini, mundi estote. Lauacrum autem non baptismum uocat, sed omnem pœnitudinem quę sordes abluit peccatorum. Pereat igitur huiuscemodi Samaria: quia quicquid loquitur, repugnat deo suo: & clementiam eius uertit in crudelitatem: usq; eo ut qui uiri sunt apud illam & ad maliciæ ætatem uenere perfectam, spirituali mucrone truncentur. Qui autem paruuli atq; lactentes, elidantur ad pe-

Psal.50.b
Esa.1.d

tram

A tram. De quibus & in psalmo legimus: Beatus qui
Psal.136.b tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Fœtæ
quoq; eius atq; prægnantes quæ de malo semine
conceperunt: ideo disrumpentur, ne pessimos li-
Luc.21.c beros faciant. Tale quid & in euãgelio nobis subij
cit: Væ prægnanti
bus & nutriẽtibus
in diebus illis: die-
bus uidelicet tribu
latiõis & angustię.
Interficiuntur au-
tem & bellatores
Samarię gladio, &
lactentes elidũtur,
& prægnantes dis-
rumpuntur: ut pe-
reunte malo semi-
ne zizanijsq; eius
exustis, solum re-
maneat triticum:
q̃d in domini hor-
rea recondatur.

a ¶ Conuertere I-
srael ad dominum
deum tuum: quoni
am corruisti &c.]
Pereunte Samaria
& uiris eius, & par
uulis & prægnantibus occisis elisis atq; discissis: to
tus Israel ad pœnitentiã prouocat: ut qui infirma-
B tus est, siue corruit in iniquitatibus suis: reuertatur
ad medicum & recipiat sanitatẽ: uel stare incipiat
qui corruerat: docetur q; quomodo debeat agere
pœnitentiã. Tollite, inquit, uobiscũ uerba, id est,
preces & delictorũ confessionem: & cõuertimini
ad dominum tam uerbis quàm operibus: & dicite
• ei: Omnem aufer iniquitatẽ: nihil languoris in no-
bis & ruinæ pristinæ derelinquas, ne rursum mali
seminis pullulent rediuiua plantaria: & accipe, in-
quit, bonũ: Nisi enim tuleris mala nostra: bonum
tibi quod offeramus habere non possumus: iuxta
Psal.36.e illud quod alibi scriptum est: Declina à malo & fac
bonum: & reddemus ait uitulos labiorum nostro
Alis פָּרִים rum. Pro uitulis qui Hebraice appellantur פָּרִים
καρπὸν, id est fructum, Lxx. transtulerunt qui di-
citur פָּרִים falsi sermonis similitudine. Vituli au-
tem labiorum, laudes in deo sunt et gratiarũ actio:
Psal.50.d Sacrificium enim deo spiritus contribulatus. Igi-
tur illo iam tempore carnalibus uictimis reproba-
tis: placabilis deo hostia, est pura confessio. Qui
reddituros se esse dicunt labiorum uitulos, & dei
laudes perpeti uoce canituros: etiam illud repro-
mittunt quod nequaquam in Assyrijs spem habe-
Psal.32.d ant: nec sup equos Aegyptios, quia fallax equus
ad salutem: & ultra non adorent opera manuum
suarum uitulos aureos: quos in Dan Bethelq; con-
flauerant: & idcirco inquiunt: Nequaquam operi
manuum nostrarũ dicemus, dij nostri, quia tu eius
qui in te est pupilli misereberis: hoc est, populi I-
Exod.4.f srael: de quo dixeras: Filius primogenitus meus
Esa.44 Israel. Et: Filios genui & exaltaui, ipsi autem me

HEB. Conuẽrtere Israel
ad dominum deum tuum
quoniam corruisti in ini-
quitate tua: tollite uobi-
scum uerba & conuertimi-
ni ad dominum, dicite ei:
Omnem aufer iniquita-
tem & accipe bonum &
reddemus uitulos labio-
rum nostrorum. Assur
non saluabit nos: super e-
quũ non ascendemus: nec
dicemus ultra, dij nostri o
pera manuũ nostrarũ: qa
eius qui in te est miserebe
ris populi. Sanabo contri
tiones eorum: diligam eos
spontanee

spreuerunt. Et in alio loco: Filij alieni mentiti sunt C
mihi. Pupillus autem uocatur: quia deum perdidit
patrem. Quidam autem pupillum exposuit eum
qui à malo patre recesserit diabolo: & idcirco dei
misericordia subleuet. Ad omne quoq; dogma per
uersum quotidie p
pheta loquitur, &
sectatores eius ad
pœnitentiam pro-
uocat, dicens: Con
uertimini ad domi-
num deũ uestrum:
qui corruistis siue
elanguistis domini
perdita sanitate: tol
lite uobiscum uer-
ba, ueram fidei con
fessionẽ, & dicite:
Aufer iniquitatem
quæ in nostro cor-
de uersatur, & acci
pe bona fidei: qua Rom.10.b
corde creditur ad
iusticiã: ore autem
confessio fit ad salu
tem. Vituli & uicti
mæ siue fructus la-
biorum sunt in pa-
trem & filiũ & spiritum sanctũ, & in passionem &
resurrectionẽ domini credere: quã qui obtulerit ei,
nequaq; sperabit in rege Assyrio, de q̃ crebro dixi D
mus. Nec ascendet super equũ quẽ prẽcepit domi
nus nequaquam multiplicandum: quem habens
Pharaao, cum suo est demersus equitatu. Omnis Exod.14
enim hæreticus ascendit equos per superbiã quos
in errore suo ipse generauit. Et nequaquam ultra
dicent operibus manuum suarum, quæ ipsi artifici
eloquio confinxerũt, dij nostri. Gulosi uẽter deus
est: auarus colit mãmona: hæreticus dogma quod
finxit: qui uniuersa hæc deseruerit, id est, Assur &
equum & opera manuum suarum, reuertetur ad
dominum, & placabit patrem suum à quo fuerat
abiectus. b ¶ Sanabo contritiones eorum: dili-
gam eos &c.] Conuersis ad pœnitentiam: & in-
star pupilli patrem quem reliquerant cognoscenti
bus, respondit deus: Sanabo contritiones uel habi
tacula eorum in quibus fuerant uulnerati siue con
fracti, uel in quibus tam male habitauerãt: diligam
eos spontanee: quod Lxx. transtulerunt ὁμολογα-
μένως, perspicue atq; aperte uel absq; ulla dubita-
tione. Diligit autem dominus diligentes se: de qui-
bus & in alio loco ait: Ego diligẽtes me diligo: qui Prouer.8.
enim prius irascebar eis propter peccata quæ fece
rant: nunc miserebor propter clementiam meam.
& ero eis quasi ros: ut fornacem Babylonicam, &
caminum æstuãtis incendij meo rore restinguam:
qui et per Isaac patriarchã ad Iacob seruum meum
locutus sum: De rore cœli erit habitaculum tuum.
Quomodo enim dominus fit credentibus lumen,
uia, ueritas, panis, uinea, ignis, pastor, agnus, ia-
nua, uermis, &c: sic qui indigemus illius miseri-

A cordia, & peccatorum febribus æſtuamus: in ro/
Eſa.26.d ſe- rem nobis uertitur: ad quẽ dicit Eſaias: Ros enim
cundum Lxx. qui à te eſt, ſanitas eorum eſt. Et in Deuteronomij
Deut.32.a cántico Moyſes loquitur: Deſcendãt ſicut ros uer
ba mea. Cum autem nos dominus ſuo rore reſper
ſerit, & ſiccitatem pectoris noſtri ſuis pluuijs irrigarit, germinabimus i/ mò florebimus ut lilium imitãtes do/ minum ſaluatorẽ:
Cant.2.a qui dicit in cantico canticorum: Ego flos campi & liliũ conualliũ: & loqui tur ad ſpõſam ſuã, quæ non habet ru/ gam neq; maculã: Sicut lilium in me/ dio ſpinarũ, ſic pro xima mea in me/ dio filiarũ. Cumq; creuerimus in do/ mino: mittemus ra dices noſtras ſicut arbores Libani: q̃ quantum in auras cõſurgunt uertice: tantum radicem in
B ima demergunt, ut nulla tẽpeſtate qua tiantur, ſed ſtabili mole conſiſtãt. Harum arborum rami huc illucq; tenduntur: ut ueniant uolatilia cœ li & habitent in eis. Et ne forſitan putaremus, quia dixerat erumpet radix eius, ſiue emittet radices ſuas quaſi Libanus, de cedris eum loqui & infru/ ctuoſis arboribus: ſanctum uirum & conuer/ ſum ad dominum, oliuæ frugiferæ comparat:
Pſal.51.b quæ dicit in alio loco: Ego autem ſicut oliua fru/
Matth.25.a ctifera in domo dei. Cuius fructum quinq; ſibi ſa/ pientes uirgines parauerũt, ex quo uulnerum mi/ tigatur tumor: languentis membra requieſcunt: in tenebris lumen accenditur: unguũtur in agone certantes: Hæc oliua habebit odorem quaſi Liba/ ni uel thuris: quod genus eſt thymiamatis: ὁμωνύ/ μως apud Græcos & Hebræos, & mons appella/ tur & thus. Vel certe montis Libani, qui fertiliſſi/ mus & uirens: denſiſſimis arborum comis prote/
2.Cor.2.d gitur: ita ut poſſit oliua dicere: Chriſti bonus odor ſumus. Qui autem conuerſi fuerint ad dominum, accipient conuerſionis ſuæ præmium: ut ſedeant
Cant.2.a in umbra eius & dicant: ſub umbra eius requieui & ſedi, & fructus eius dulcis eſt in ore meo. Cũq; ſederint in umbra illius, uiuẽt qui prius mortui fue rant: ſiue iuxta Lxx. bibent & inebriabuntur triti/ co: hoc eſt, rerum omnium abundantia. Quod au tem hic ebrietas, non euerſionem mentis, ſed co/ piam rerum omnium ſignificet, uerſiculus ille de/
Pſal.64.b clarat, dicens: Viſitaſti terram & inebriaſti eam.
Gen.45.g Et Ioſeph conuiuium, in quo inebriaſſe dicitur fra/

HEB. ſpontanee: quia a/ uerſus eſt furor meus ab eo, ero quaſi ros: Iſrael germinabit quaſi lilium, & erumpet radix eius: ut Libani ibunt rami eius, & erit quaſi oliua gloria eius: & odor eius ut Liba/ ni. Conuertentur ſeden/ tes in umbra eius: uiuent tritico, & germinabunt quaſi uinea. Memoria/ le eius ſicut uinum Li/ bani. Ephraim quid mi/ hi ultra idola: ego exau/ diam & dirigam eum: e/ go ut abietem uirentem: ex me fructus tuus inuen/ tus eſt: Quis ſapiens & in/ telliget iſta: intelligens & ſciet

tres ſuos: Et dominus loquens ad apoſtolos: Co/ C medite amici mei, & bibite & inebriamini fratres. Siue quia dominus noſter ipſe eſt frumentum & uinea: quicunq; crediderit in eo, inebriari dicitur. Denicq; ſequitur: Et efflorebit quaſi uinea: memo/ riale eius ſicut uinum Libani. Vinũ autem Libani poſ/ ſumus appellare mixtum & condi/ tũ thymiamate, ut odorẽ ſuauiſſimũ habeat: uel uinum Libani quod domi no libatur in tem/ plo: de quo in Za/ Zach.ii.a charia ſub Libani uocabulo legimus: Aperi Libane por tas tuas. Cum er/ go tanta rerum a/ bundantia ſit futu/ ra, ò Ephraim, oĩs q̃ agis pœnitẽtiã et q̃ meus eſſe cœpiſti: dimitte idola, ſimu lachra contemne: Ego enim ſum qui humiliaũi te, & e/ go exaltabo te, ſiue ego exaudiã & di/ D rigam, et faciã eum quaſi abietem uirentem: ut de illo iuxta Hebræos dicatur in pſalmo: Abies domus eius. Aut certe e/ go ero quaſi iuniperus condenſa: ut ſub mea um/ bra requieſcat. De ἀρκεύθοις, id eſt, iuniperis, iuxta Lxx. interpretes Salomon ianuas templi feciſſe memoratur: quia Chriſtus, per quem ad patrem accedimus, hãc habet naturam, ut ſemper floreat, ſemper nouos afferat fructus, & nunquam depo/ nat uirorem ſuum. Hæc iuniperus ſub umbra ſua quieſcentibus, ne mundi huius ardore feriãtur, & percutiat æſtus caput eorum: ſicut quondam per/ cuſſit & Ionæ: dat fruges, & non ſolum dormienti Ione.4 bus requiẽ & ſedẽtibus, ſed & ſaturitatẽ ueſcenti bus prębet. Quicquid ſecundũ ἀναγωγὴν interpre tati ſumus, in aduentu domini ſaluatoris, & in con uerſione ueri Iſrael, hoc tam ad hæreticos & Iu/ dæos, quàm ad gentes & ad omne dogma peruer ſum referri poteſt: ut cum egerint pœnitentiam, ueniam conſequantur. Si ergo plenitudo repro/ miſſionis adimpleta eſt in aduentu ſaluatoris, & quotidie impletur in eccleſia: credendum eſt quod plenius impleatur: quando perfectione ueniente, quod nũc ex parte eſt deſtruetur. Notandũ quod ſæpe iam diximus, ſalutem Iſraelis & reuerſionis ad dominum, & de captiuitate redemptionem, non carnaliter accipi, ut Iudæi putant, ſed ſpiritua liter, ut ueriſſime comprobatur. a ¶ Quis ſapi/ ens & intelliget iſta: &c.] Quando dicit: Quis ſa piens & intelliget hæc, intelligẽs & cognoſcet ea:

obſcuritatem

A obſcuritatem uoluminis & difficultatem explanationis oſtendit. Si autem ipſe qui ſcripſit, uel difficile uel impoſſibile confitetur: quid nos facere poſſumus, qui lippientibus oculis & peccatorum ſordibus obſcuratis, clariſſimum iubar ſolis non poſſumus intueri: niſi dicere illud quod ſcriptum eſt: O
Rom.11.b profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei: quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius? Quis enim poteſt abſque Chriſto docente cognoſcere quid ſignificet Iezrael: quid ſoror eius, non miſericordiam conſecuta: quid tertius frater, non populus meus: quæ ſit adultera, quæ ſine lege dei multo ſeſſura ſit tempore: quod ſit pactum cum beſtijs terræ, & cum uolatilibus cœli: qui ſit Dauid ad quem populus reuerſurus ſit, cuius ſit die tertia reſurrectio, & egreſſus eius diluculo comparetur: quæ ſit pluuia prima & nouiſſima, qui ſit quem propheta dicit eſſe uentorum, qui nobis monſtret iuſticiam, aut in cuius typo Iſrael educatur ex Aegypto, & portetur in brachijs, & ducatur in funiculis charitatis, qui ſit qui

HEB. ſciet hæc: quia rectæ uiæ domini: & iuſti ambulabunt in eis: præuaricatores uero corruent in eis.

interficiat mortem, & ſiccet uenas eius, & fontes C
arefaciat, & diripiat uaſa quæ in theſauro condita tenebantur, & cætera quæ longum eſt retexere? Vnde quicunque ſanctus & iuſtus eſt, rectas uias domini eſſe cognoſcet.

SEPT. cognoſcet ea: quia rectæ uiæ domini, & iuſti ambulabunt in eis: qui autem impij ſunt, infirmabuntur in illis.

Vias autem domini eſſe cognoſcimus lectionem ueteris & noui teſtamenti, & ſanctarũ intelligentiam ſcripturarũ. In his uijs qui ambulat, niſi conuertatur ad dominum, & ablatum ab eo fuerit uelamẽ quod erat ante oculos Moyſi, rectum iter inuenire non poPſal.118
terit. Sin autẽ dixerit cum Dauid: Reuela oculos meos & conſyderabo mirabilia de lege tua: ambulabit in eis, & Chriſtum inueniet, & Iudæos atq; hæreticos, quos uel præuaricatores uel impios ſcriptura nunc nominat, offendere in eis, & Luc.2.c
infirmari atque corruere ſentiet: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Ecce iſte poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael.

Commentariorum in Oſee
prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM in Ioelem ad Pammachium procœmium.

B NOn idem ordo eſt duodecim prophetarum apud. Lxx. interpretes, qui in Hebraica ueritate retinetur. Illi enim ponunt ſecundũ Amos, tertium Micheam, quartum Ioel, quintum Abdiam, ſextum Ionam, ſeptimum Naum, octauum Abacuc, nonum Sophoniam, decimum Aggeum, undecimum Zachariam, duodecimum Malachiam. Hebræi autem poſt Oſee qui apud utroſq; primus eſt: ſecundum legunt Ioel, tertium Amos, quartum Abdiam, quintum Ionam, ſextum Micheam, ſeptimum Nahum, octauum Abacuc, nonum Sophoniam, decimum Aggeum, undecimum Zachariam, duodecimum & qui ultimus eſt Malachiã. Et quia ſemel omnes unius uoluminis prophetas enumerauimus: utile nobis uidetur ἐτυμολογίας ſingulorum & Græce & Latine breuiter adnotare. Oſee interpretatur σώζων, quem nos ſaluatorẽ poſſumus dicere. Ioel ἀρχόμενος, id eſt, incipiens: Amos βασάζων, qui apud Latinos portans dicitur. Abdias, δοῦλος κυρίου, id eſt, ſeruus domini. Ionas πρόεδρα, hoc eſt, columba. Micheas ὁσιοῦ, ex duabus orationis partibus nomẽ compoſitum, quod apud nos ſonat, quis quaſi: aut quis uelut. Naum παράκλησις, id eſt, conſolatio. Abacuc περιλαμβάνων, id eſt, amplexans ſiue luctans. Sophonia κεκρυμμένος κυρίου, hoc eſt, arcanus domini. Aggeus ἑορτάζων, quem nos feſtiuum ſiue ſolennem poſſumus dicere. Zacharias μνήμη κυρίου, id eſt, memoria domini. Malachias ἄγγελός μου, id eſt, nuncius meus. Quæ omnia quo ſenſu accipienda ſint, in ſuis uoluminibus diſſeretur. Quatuor aũt reliqui prophetæ: ut ſedecim cõpleamus, Eſaias, Ezechiel, Hieremias, Daniel, hanc habent intelligentiam. Eſaias σωτηρία κυρίου dicitur, id eſt, ſalus domini: Ezechiel κράτος κυρίου, quod nos robur, uel imperiũ domini poſſumus appellare: Hieremias ὕψηλὸς κυρίου, id eſt, excelſus domini: Daniel ἔκρινέν με κύριος, id eſt, iudicauit me dominus. Quæ cũ ita ſe habeant, obſecro mi Pãmachi, qui omni arte pugnãdi aduerſum diabolum dimicas: ut nobis contra Amalech pugnantibus leues cũ Moyſe ad dominũ manus, & aduerſarios Iſrael orationib. ſuperes. Nuper de Ægypto egreſſi ſumus, & in Oſee Pharaone ſubmerſo, rubrum tranſiuimus mare: nunc poſt latam eremi uaſtitatem, multo nobis labore ſudandum eſt: ut ad Lxx. palmas & fontes apoſtolicos peruenire ualeamus. Inſurgat licet ſcorpio, & arcuato uulnere ferire conetur: tu comes itineris, & excantator

A uenenatorum morſuum, ſpiritualem nobis ἀληθείαν exhibe: quodq; ſanctæ ac uenerabili Pau- c
læ parenti tuæ polliciti ſumus, pius hæres ſuſcipe, & quicquid uel ingenio uel doctrina minus tua
expectatione poſſumus, amici fauore ſuſtenta: nec in nobis uires conſyderes ſed uoluntatem.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
in Ioel prophetam commentarij.

VErbum domini quod factum eſt &c.] Lxx. interpretes pro בְּתוּאֵל uerterunt Bathuel: quod apud Hebræos omnino nil reſonat: Phatuel autem in linguam noſtrã uertitur latitudo dei uel aperiens deus, ut in Mar. 7. g Marco legimus, ſaluatorem ad ſurdum mutumq; dicentem חִפָּתַח quod eſt adaperire. Quia enim 2. Cor. 6. c cum Apoſtolo dicere poterat: Os noſtrum patet ad uos ò Corinthij, cor noſtrum dilatatũ eſt, & audiebat à domino: Dilata os tuum & implebo illud, Ipſa quoq; Pſal. 80. b oris adapertio, nõ in hominis, ſed in dei poteſtate eſt: Paulo dicente: 1. Cor. 16. b B Oſtium mihi apertum eſt magnum et euidens, ſed aduerſarij multi: idcirco aperiens dicit deus. Cũq; ſanctus ſemper proficiat, ex parte cognoſcens & ex parte prophetans, donec ueniat quod perfectũ eſt: de latitudine & adapertione generatus, appellatur Ioel, quod apud nos ſonat incipiens, uel eſt Philip. 3. c deus, dicente Apoſtolo: Fratres ego me non arbitror comprehendiſſe, qua humilitate ſuccreſcens Exod. 14. c cum Moyſe meretur audire: Qui eſt miſit me: Ad diſtinctionem enim eorum qui nõ ſunt, de quibus Heſter. 14. b in Heſter legimus: Ne tradas ſceptrum tuum his qui non ſunt: deus & ſancti eius eſſe monſtrãtur. Hæc de nomine Ioel, & patris eius ſtricta ſint breuiter, ut recte uerbum dei, quod erat in principio Ioan. 1. b apud deum factum eſſe narretur, baptiſta Ioanne referente: Qui poſt me uenturus eſt, ante me factus eſt, quia prior me erat. Porrò factum eſſe ſermonem ad meritum eius refert, cui fit, non ad conPſal. 117. d ditionẽ illius qui fieri dicitur, ut alibi legimus: Dominus mihi factus eſt in ſalutẽ. Quomodo autem in Oſee propheta, quẽ in principio duodecim prophetarum ante hunc librũ explanauimus, ſub nomine Ephraim ad decẽ tribus confertur uaticiniũ: quæ uel Samaria uel Iſrael ſæpe memorantur: Sic in Ioel qui iuxta Hebræos ſecundus eſt, omne ꝗd dicitur, ad tribum Iuda, & ad Hieruſalem pertinere credendum eſt, & nullam omnino Iſraelis, id eſt decem tribuum inhoc fieri mentionem. Tempora quoq; in quibus prophetauit, eadem debemus accipere, quæ & in Oſee legimus: In diebus Oziæ, Ioathan & Achaz & Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael. b ¶ Audite hoc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ.] Senes iubentur audire, habitatores terrę auribus percipere. Senibus non dicitur, audite omnes: habitatoribus terræ additur, auribus percipite omnes. Auditus enim in ſcripturis ſanctis non eſt iſte qui in aure reſonat: ſed qui corde percipit. Iuxta illud quod dominus loquitur in euãgelio: Qui habet Matth. 13. b aures audiẽdi audiat. Quod autẽ nos interpretati ſumus auribus percipite, & apud Græcos & apud Hebræos unum uerbum eſt: apud Græcos ὠνὼπιοσθε: apud Hebræos הַאֲזִינוּ ꝗd proprie nõ corde, ſed aure percipit. Et ut ſciamus ſacratiorem eſſe auditũ quàm id quod in auribus reſonat: Eſaia loquẽte diſcamus: Audi cœ- Eſa. 1. d D lũ & auribus percipe terra. Qui ſenes ſunt & cœleſtes, audiũt ſpiritualiter: qui habitant in terra appellanturq; terreni, auribus percipiunt. Et hoc in omnibus ſcripturis notandum ubi hæc duo uerba iuncta ponũtur. Quòd in Lamech quoq; legimus peccatore: qui locutus eſt ad uxores ſuas Ada & Gen. 4. d Sella: Audite uerba mea uxores Lamech, auribus percipite uerba mea: quia uirum occidi in uulnus meum & iuuenem in liuorem meum. ſciebat obſcura eſſe quæ loquebatur: & idcirco uxores ſuas non ad ſimplicem tantum uerborũ ſonum, ſed ad reconditam quoq; dictorum intelligentiam prouocabat. Si quis igitur ſenex eſt, & maturæ ætatis, in domino electus ſenex, ut in cõſequentibus iuxta Lxx. interpretes legimus, ac paruulorum reliquit infantiam, audiat quæ dicũtur. Qui autem adhuc habitat in terra, & non poteſt dicere: Aduena ſum Pſal. 38 & peregrinus ſicut omnes patres mei, auribus percipiat. Si factum eſt, inquit, iſtud in diebus ueſtris, aut in diebus patrum ueſtrorũ. Arte rhetorica ex rerum magnitudine attentũ auditorem facit: nulla hæc, inquit, ætas meminit, quæ dicturus ſum: nec ueſtro nec patrum ueſtrorum atq; maiorum facta ſunt tempore. Patres autem auos atauosq; cognoſce, & filios filiorum, omnem deinceps ſobolem: iuxta illud uergilianum. Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Et ſenes ergo & habitatores terræ, filijs ueſtris poſterisq; narrate: qui ſenex eſt, liberos ſuos doceat ſacramẽta: qui habitator eſt terrę, ſimplicem narret hiſtoriam. Vnde uſq; hodie nos qui in Chriſto credimus, quorum cum Moyſe ablatum eſt uelamen ab oculis, & de quibus dicitur:

## IOEL

VErbũm domini quod factum eſt ad Ioel filium Phatuel.

HEBRAEI Audite hoc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: ſi factum eſt iſtud in diebus ueſtris, aut in diebus patrum ueſtrorum: ſuper hoc filijs ueſtris narrate, & filij ueſtri filijs ſuis & filij eorũ generatiõi alterę.

SEPTVAGINTA Audite hæc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: ſi facta ſunt talia in diebus ueſtris, aut in diebus patrum ueſtrorum: pro his filijs ueſtris narrate, & filij ueſtri filijs ſuis, & filij eorum in generationem alteram:

Reſiduum

Cani

A Cani hominis ſapientia eius: filijs noſtris ſecreta & mira narramus: Iudæi autem qui habitãt in terra, loquuntur terrena, & humi cohærentia, de quibus ſcriptũ eſt: Qui de terra eſt, de terra loquitur: qui de cœlo uenit, ſuper omnes eſt. a ¶ Reſiduũ erucæ &c.] Exordium ſequitur narratio: ibi ut attentũ faceret auditorem, magna et incredibilia ſe dicturum eſſe promiſit: quæ nec uetus ſciret hiſtorian: nec preſens ætas facta cognoſceret. Hic erucam, & locuſtam, bruchum, & rubiginem poſuit: ut quæ ſingula raro eueniũt: omnia ſimul facta memorentur: & ideo mirabilia ſint. Herucam quæ Hebraice גזם Græce dicitur κάμπη Hebræi Aſſyrios interpretantur, Babylonios atq; Chaldæos: qui de uno orbis climate procedentes, tam decem tribuum quàm duarum: hoc eſt, Iſraelitici populi cuncta uaſtarũt. Locuſtam autem Medos interpretãtur & Perſas: qui ſubuerſo imperio Chaldæorũ, Iudæos habuere captiuos: Bruchum Macedonas: & omnes Alexandri ſucceſſores: maximeq; regem Antiochum cognomento Epiphanẽ, qui inſtar bruchi ſedit in Iudæa, & omnes priorum regum reliquias deuorauit, ſub quo Machabæorum bella narrantur. Rubiginem referunt ad imperium Romanorũ: qui quarti & ultimi intantum oppreſſere Iudæos: ut de ſuis finibus eos pel-
B lerent. Scribit plenius Ioſephus ſeptem uoluminibus, Veſpaſiani & Titi narrans triumphos. Helij quoq; Hadriani cõtra Iudæos expeditionem legimus: qui ita Hieruſalem muroſq; ſubuertit, ut de urbis reliquijs ac fauillis ſui nominis Heliam con-
Zach.1.d deret ciuitatem. Hæc quatuor regna quæ ſubuerte re Iudæã: in quatuor cornibus Zacharias uidiſſe ſe ſcribit, dicente ad eum angelo: Hęc ſunt cornua, quæ uentilauerunt Iudam et Iſrael & Hieruſalem.
Ibid.6.a Et rurſum: Leuaui, inquit, oculos meos & uidi, & ecce quatuor quadrigæ egrediẽtes de medio duorum montium, & montes, montes ænei: in quadriga prima equi rufi, & in quadriga ſecunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta, equi uarij fortes. Cumq; propheta dixiſſet ad angelum qui loquebatur in eo: Quid ſunt hæc domine mi? Reſpondit angelus: Iſti ſunt quatuor uenti cœli qui egrediũtur, ut ſtent coram domina-
tore omnis terræ, & eſt ſenſus: iſti ſunt qui egrediuntur à facie domini, ut eius impleãt uoluntatem. Cum habitatoribus terræ, percepimus auribus, quid eruca, locuſta, bruchus, rubigo, ſignificet, nũc cum ſenibus quod dictum eſt audiamus: Quatuor eſſe perturbationes quibus animarum ſanitas ſubuertatur, omnes philoſophorum ſcholæ conclamant. Duæ præſentes ſibiq; contrariæ, duę futuræ mutuo diſſidentes. Præſentes, ægritudo & gaudium. Aegritudinem animi dicimus, alioquin corporis nõ ægritudo, ſed ægrotatio nominatur. Aut igit triſtes ſumus, & mœrore conficimur: ſtatusq;
1.Cor.2.b noſtræ mentis euertitur. Vnde & Apoſtolus monet: ne abundantiori triſticia abſorbeatur frater: C Aut econtrario gaudemus, geſtimusq; lætitia, & bona noſtra moderanter ferre non poſſumus: iuſticq; & fortis uiri eſt, nec aduerſis frangi, nec proſperis ſubleuari: ſed in utroq; eſſe moderatum. Di-

Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo.

ximus de perturbatione præſentium: dicamus de futurorum, in quibus metus, aut ſpes eſt. Aduerſa timemus, proſpera præſtolamur, & quod ægritudo & gaudium operantur in præſenti, metus & ſpes faciunt de futuro, dum aut aduerſa plus quàm decet timemus eſſe uentura: aut proſpera quæ ſperamus inſantum nos faciunt exultare, ut non teneamus modum: maxime in his quæ incerta ſunt: quia futura & ſperantur potius quam tenentur. Has perturbationes uno, & nec pleno uerſiculo illuſtris poeta comprehendit. Hi metuũt cupiuntq; hoc de futuro. Dolẽt gaudẽtq; hoc de præſenti. Necq; auras, inquit, reſpiciunt clauſi tenebris & carcere cæco. Qui enim perturbationum tenebris obuoluuntur, clarum ſapientiæ lumen nõ ualent intueri. Cauendũ eſt igitur ne ægritudo, quaſi eruca nos comedat: ne locuſta uaſtet in gaudio, huc illucq; uolitans: & geſtiente lætitia per diuerſa ſe iactãs: ne bruchus, id eſt, pauor & futurorũ metus, radices ſapiẽtiæ deuoret: ne rubigo & deſideriũ futurorum res inutiles concupiſcat & nos perferat ad ruinã: ſed ut in omnibus, quatuor D quadrigas & quatuor cornua: & quatuor equos rufos, & uarios, et albos, et nigros, id eſt, uel aduerſa uel proſpera, uel ex utroq; ſociata frenis ſapientiæ gubernemus. Ego reor erucã eſſe incipientem in animo paſſionẽ: quæ tarda eſt, & diſcurrere nõ poteſt, & mora ipſa ac pertinacia ebibit & exugit omnem uirorẽ: quam ſi non occiderimus, in nobis creſcet & auolat: & nunc deuorat quicquid attigerit: nunc ſemeſa dimittẽs pergit ad alia: reuertẽsq; ad priſtinam ſedẽ bruchus efficitur: ut non ſolum fruges, & folia & cortices: ſed & ipſam medullam deuoret tarditate. Sin aũt euenerit: quod tamen rarum eſt, ut etiam poſt bruchum uitalis quippiã in nobis ſpiritus reſideat: cuncta rubigo populatur, ita ut ſtipulam & uile fœnum uertat in nigredinẽ, ut non ſolum eſui, ſed & fimo inutilia ſint. De his quatuor perturbationibus, in principio quoq; A- Amos.1.d mos ſi uita comes fuerit diſſeremus, ubi ſcriptum eſt: Super tribus ſceleribus: & ſuper quatuor Damaſci: Gazæ, Tyri, Idumææ, filiorũ Ammon, & Moab, & Iuda, & Iſrael, non conuertam eos, dicit dominus. Quas nos perturbatiões interpretati ſumus: Greci πάθη appellant, quę ſi κακοζήλως in paſſiones uertamus, uerbum magis q̃ ſenſum uerbi expreſſerimus. b ¶ Expergiſcimini ebrij &c.] Quaſi ſenes atq; presbyteri audire debemus: nulla res ita inebriat ut animi perturbatio. Eſt triſticia quæ ducit ad mortem: hæc abominanda ebrietas eſt. Eſt ira quæ iuſticiam dei non operatur: & furori proxima, mentis ſuę impotem facit: intantum,

A ut labia tremant, dentes concrepent, uultus pallo/re mutetur: Rectęq; illud laudatur Archytæ Ta/rentini, qui cum uillico suo esset iratus: Iam te, in/quit, occiderem nisi iratus essem. Quid referam de gaudio & uoluptate, & maxime amore, qui excæ/cat cordis oculos, & nihil aliud aman tem, nisi id quod a/mat cogitare per/mittit. An non est dicenda ebrietas, cum propter uile scortum, & ignomi nioſã corporis par tem, animæ liber/tas in seruiles blan ditias inclinatur: cum laborẽ suum alterius facit esse delicias: cum furto scelere atq; periu/rijs opes futuræ p̃/paret uoluptati: & cum uideatur ab omnibus, se existimat nõ uideri: dummodo potiatur eo quod desiderat. Sed & aua ricia excæcat animum eius: cui nihil satis est, et mu liebris timor, & dulcium cupido uitiorum. Vnde dicit ad eos: Euigilate & expergiscimini qui ebrij estis: nequaquã uino: ut in solis Lxx. continetur: sed omni perturbatione uitiorum: Flete & plan/

B gite, & agite pœnitentiã: & assumite tristiciã quæ ducit ad uitã, & ululate omnes qui bibitis uinum in dulcedine, siue in ebrietate. Dulcia enim sunt ui/

Prouer.5.a tia: quia mel distillat de labijs mulieris meretricis, & idcirco in dei sacrificio non offertur: quoniam perijt siue ablatum est de ore uestro uinum: ebrie/tas atq; dulcedo quæ uos deceperat. Sæpe quippe dei fit prouidentia, ut qui non cognouerunt deum in prosperis, cognoscant in aduersis, & qui diui/tijs male abusi sunt, ad uirtutes penuria corrigan/tur. Iuxta hunc sensum audiant senes: habitatores autem terræ percipiant auribus: de illo uino nunc præcipi: in quo est luxuria, & quo qui inebriati fu erint, regnum dei possidere non possunt. Qui uini ebrietate sopitus est, euigilet & ploret ebrium se fuisse, et ululet: ut postea ululatus eius et fletus uer tatur in risum, & gaudeat se ebrietatis materiam non habere, quæ eum per abundantiam ebrium fe cerat & uesanum. a ¶ Gens enim ascendit &c.] Iudęi putant in diebus Ioel tam innumerabilem lo custarum super Iudæam uenisse multitudinem, ut cuncta complerent, & non dicam fruges, sed ne ui nearum quidem & arborũ cortices ramosq; dimit terent, ita ut omni uirore cõsumpto, arentes arbo/rum rami, & sicca uinearum flagella remanerent. Hoc utrum factũ nec ne sit, liquido affirmare non possumus: noq; enim Regum & Paralipomenon narrat historia: Quod utiq; si fuisset: quomodo fa/mem sub Helia trium annorum, & sex mensium legimus: nunq; scriptura tacuisset. Tantũ dicimus quod sub metaphora locustarum, hostium descri/

batur aduentus: siue Assyriorũ & Babyloniorum, C qui tunc imminebãt: siue Medorũ atq; Persarum, qui post futuri erant: siue Macedonũ, quos multo tempore post fuisse cognouimus: siue ultimo Ro/manorum, de quibus supra diximus: licet nũc no/bis magis de Baby lonijs dici uideatur atq; Chaldęis: quo rũ crudelitas in po pulũ dei feritasq; describit, & ni fal/lor, uideor mihi in hoc propheta ali/quid reperisse: Nar ratur impietas ho/stium sub figura lo custarũ, & rursum sic de ipsis locustis dicitur: quasi hosti/bus comparentur, ut cum locustas le/geris, hostes cogi/tes: cum hostes co/

SEPT. te & plangite o/mnes qui bibitis uinum in ebrietate: quoniam ab/latum est de ore uestro. Quia gens ascendit super terram fortis & innumera bilis: dentes eius leonis: & molares eius, ut catuli leo/nis: posuit uineam in dissi/pationem, & ficos meas in confractionem: scrutans scrutatus est eam: & proie cit, dealbauit ramos eius. Plange

HEB. te omnes qui bibi/tis uinũ in dulcedine: quo/niam perijt ab ore uestro. Gens enim ascendit super terram meam fortis & in/numerabilis: dentes eius ut dentes leonis, & mo/lares eius ut catuli leonis: Posuit uineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit: nudans spo/liauit eam, & proiecit: albi facti sunt rami eius. Plange

gitaueris, redeas ad locustas. Ascendit ergo gens locustarum de solitudine, siue exercitus Chaldæo rum super terrã dei, fortis & innumerabilis: Quid enim locustis innumerabilius & fortius, quibus humana industria resistere nõ potest? Dẽtes eius, gentis uidelicet locustarum, omnia autem τυπικῶς intellige, quasi dentes leonis: & molares illius, ut catuli leonis, ut qui in fortitudine & multitudine D locustis coæquantur, in ferocitate & crudelitate leonibus comparentur. Hæc, inquit, gens posuit uineam meam in desertũ: quam de Aegypto tran/stuli, & plantaui, & ficum meam decorticauit, po/pulum Iudæorum ad quem uenit saluator: ut co/mederet fructus, & non inuenit: maledixitq; ei Mar.11.c & aruit in æternum. Omnia autem sub metapho ra locustarum, dicta noscamus: quæ intantum cuncta populantur, ut derodant arborum corti/ces: exutasq; proijciant: & omni uirore consum/pto, albos ramos & aridos derelinquãt. Diximus iuxta historiam: transeamus ad intelligentiam spi/ritualem, ut cum senibus audire possimus: Ascen/dit gens super terram dei: animam uidelicet huma nam. Omnes enim animæ dei sunt: sicut anima patris, sic & anima filij: & ascendit gens princi/pum mundi istius, & tenebrarum, & spiritualia nequitiæ in cœlestibus: aduersum quos nobis est lucta atq; certamen, de quibus dicitur: Si spiritus Eccẽs.10.a potestatẽ habentis ascenderit super te: locũ tuum ne dimiseris: Cuius gentis dentes sunt, sicut den/tes leonis, de quo Petrus apostolus loquitur: Ad/ 1.Pet.5.b uersarius noster diabolus quasi leo rugiẽs circũit quærens quem deuoret. Et molares illius quasi ca tuli leonis. Catulum leonis, uel eum intellige, qui eleuatur cõtra omne quod dicitur deus & religio: uel certe omne dogma peruersum. De cuius cõtri/tis molaribus qui intrinsecus latent, & nõ uidẽt, ne facile uitentur, etiã psalmista lætatur dicẽs: Mo Psal.57.a las leonũ confringet dominus. Si ergo dederimus

locum

A locum huic genti, ut ascendat in nobis, statim ponet uineam nostram in desertum, de qua uinum facere solebamus: quod lætificat cor hominis: & ficus nostras decorticat siue confringit: ne habeamus in nobis spiritus sancti dona dulcissima: ne sub nostra uinea & ficu, uir sanctus requiescat: sub quibus cum fuerit, aduersariorum impetus non timebit. Nec sufficit huic gẽti uineam disperdere, ficumq; confringere: nisi scrutans scrutetur eas, & quicquid in illis uitale fuerit, interficiat: ut omni uirore consumpto, albi atq; emortui ramusculi remaneant, & compleatur in nobis: Si in uiridi ligno hęc faciunt, in sicco quid facient? a ¶ Plange quasi uirgo accincta sacco, super uirũ &c.] Vir pubertatis: siue ut Lxx. transtulerunt, πρθηνικὸν, quem uulgo uirgineum uocant: eo quod primus florem uirginitatis abstulerit: non alius intelligitur nisi deus: qui in Abraham Isaac & Iacob despondit sibi uirginem sponsam: nulla idololatriæ sorde maculatam. Ad quam & per Hieremiam loquitur: Non ut dominum me uocasti, & patrẽ & principẽ uirginitatis tuæ. Vnde & Apostolus ad credentes loquitur: Despondi uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo: quàm diu cum hac sponsa sponsus fuerit, nõ potest ieiunare: nec plãgere, nec absentis sponsi desiderium lachrymis indicare. Cum autem ablatus fuerit sponsus ab ea, plangit & plorat & accingit se cilicio, & pro zona reste circundatur. Intelleximus quis sponsus sit uirginalis: uerum quia iste sponsus siue maritus, non solum uirginem accepit sponsam, sed & meretricem in Osee ducit uxorem: propterea scriptum est in Deuteronomio: Si egressus fueris contra inimicos tuos: & tradiderit eos dominus deus tuus in manu tua, captiuosq; duxeris, & uideris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, uoluerisq; habere uxorem, introduces in domum tuam, quæ radet cæsariem, & circuncidet ungues suos, & deponet uestem in qua capta est: sedensq; in domo tua, flebit patrem & matrem suam uno mense, & postea intrabis ad eam: dormiesq; cum illa, & erit uxor tua: Huiuscemodi mulieris non est maritus, id est, dominus uirginalis, sed meretricem de gentium sordidus ducit uxorem. Quod & de omni anima credentium possumus dicere: Si a parua ætate credidit domino, habet sponsum dominum uirginalem: Sin autem ex Iudæis siue gentilibus, & hæreticorum spurcissimis fecibus, ad fidei uenerit ueritatem, & de tenebris ad lucem transierit: habebit quidem sponsum, sed non uirgineum: & de huiuscemodi hominib. dicitur: In Aegypto fractę sunt mãmæ tuæ, & ibi deuirginata es. b ¶ Perijt sacrificium & libatio de domo domini, & luxerũt sacerdotes &c.] Quantum ad historiam pertinet, ob locustarũ, siue hostiũ multitudinem qui sub earum specie describũtur: uastatis omnibus atque cõsumptis, perijt sacrificiũ et libatio de domo domini: quorũ alterum de simila: alterum de uino offerre soliti erant. Idcirco luxerunt sacerdotes qui sunt ministri domini: nec sacrificijs, nec libamentis rite celebratis: maxime quia & decimæ quas accipere consueuerant, nequaquam oblatæ sunt. Regio enim uniuersa populata est. Luxit humus μετωνυμικῶς pro eo quod est: hi qui uersantur in humo: triticum, uinum oleumq; elanguit: ipsi quoq; agricolæ & uinitores confusi sunt, & ululauerunt: quia non solum frumentum, sed hordeum quoq; quod uilius fertiliusq; est aruit. Et legumina quæ ego puto significari in eo q̃d ait, perijt messis agri: id est, cuncta quæ solet humus gignere. Quid loquar de frumento, uino oleoq; & hordeo: cũ etiã arborum poma siccata sint, ficus elanguerint, & malogranatũ, & palma, & malũ, & omnia ligna, uel infructuosa, uel frugifera locusta uastãte cõsumpta sint? quæ facta sunt omnia, ut auferretur siue cõfunderetur gaudium à filijs hominũ. Possumus hæc eadem & post aduentũ dicere saluatoris accidisse populo Iudæorum, quando pari furore clamantes dixerũt: Crucifige, crucifige talẽ, non habemus regem nisi Cæsarem. quando circundata est Hierusalẽ ab exercitu: & in tantã necessitatem uenerunt famis ac pestilentiæ, ut filiorum nec dum maturis corporibus uescerẽtur, & sacrificia uniuersa sublata sunt, & confusum est gaudium à filijs hominum: quia gaudiũ recipere noluerunt, de quo angelus loquitur ad pastores: Annũcio uobis gaudiũ magnum.

Luc.23.c

B

Hiere.3.b

1.Cor.2.a

Matth.9.b

Deut.21.b

Ezech.23.a

Ioan.19.b

HEBRAEI Plange quasi uirgo accincta sacco, super uirum pubertatis tuæ. Perijt sacrificium & libatio de domo domini, & luxerunt sacerdotes ministri domini: depopulata est regio: luxit humus, quoniam deuastatum est triticum. Confusum est uinum, elanguit oleum, confusi sunt agricolæ: Vlulauerunt uinitores super frumento & hordeo: quia perijt messis agri: uinea confusa est, & ficus elanguit: malogranatum & palma & malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia confusum est gaudiũ à filijs hominum.

Accingite

SEPT. Plange ad me super sponsam accinctam cilicio, super uirum suum uirgineum. Ablatum est sacrificium & libatio de domo domini: lugete sacerdotes ministri domini: quoniã desolati sunt campi: lugeat terra quoniam afflictum est triticũ, aruit uinum, imminutum est oleum: aruerunt agricolæ: lugete possessiones pro frumento & hordeo: quia perijt uindemia de agro: uinea aruit, & ficus imminutæ sunt: malogranatum & palma & malũ & omnia ligna agri arefacta sunt: quoniã confuderunt gaudium filij hominum.

Accingite

C

D

A Iuxta ἀναγωγὴν, iſte nobis ſenſus uidetur. Poſtq̃ ſponſa quæ receperat doctrinam dei, à ſponſo fuerit ſeparata, et pro byſſinis lineiſq̃ ueſtibus, cilicio circundata, id eſt, habitum lugentis aſſumpſerit: Pſal.50.d tunc periit ſacrificium, de quo ſcriptum eſt: Sacrificium deo ſpiritus cõtribulatus: & uini libatio, quod lætificat cor hominis de domo dei, quæ eſt eccleſia, dicente Apoſtolo ad Ti- 2.Tim.3.d motheũ: Vt ſcias quomodo in domo dei conuerſeris: quæ eſt eccleſia dei uiuentis. Auferetur autem ſacrificium et libatio de domo domini, quã Matth.24.a do multiplicata iniquitate, refrixerit charitas multorũ: & principes populi ac miniſtri altaris uiderint cãpos & plana credentium, fructus non afferre uirtutum: ſed omnia uitijs inhorreſcere: quando frumentũ & hor
B deum uineasq̃ & oleum: eruca, locuſta, bruchus, rubigo conſumpſerint, & nequaquaquam habue Pſal.22.b rimus calicem, de quo ſcriptum eſt: Calix tuus inebrians quàm præclarus eſt: Et perierit oleum, de Eccleſ.9.b quo in Eccleſiaſte legimus: Omni tẽpore ſint candida ueſtimenta tua, & oleum de capite tuo non deficiat: quo exhilaratur facies, & caput ieiunantis unguitur. Tunc confundentur agricolæ cum uiderint in poſſeſſionibus ſuis non naſci triticum quo aluntur homines: & hordeum quo iumenta irrationabilia ſuſtentantur, & confuſam eſſe uineEſa.5.a am, de qua ſcriptum eſt: Vinea frondoſa Iſrael, fructus abundans in ea: expectante domino, ut faceret uuas, & fecit ſpinas. Ficus quoq̃ elanguit ſub Ioan.1.g Cant.6.b qua fuit antequam crederet Nathanael: & malogranatum, cuius cortici genæ ſponſæ in cantico comparantur: & palma quæ perdito uirore ſiccaPſal.91.c ta eſt, de qua olim dicebatur: Iuſtus autem ut palma florebit: & malum de quo in eodem cantico legCant.2.a imus: Sicut malum in medio lignorũ: ita fratruelis meus in medio filiorũ. Quid neceſſe eſt omnes arbores percurrere: cum uniuerſa aruerint, & pro gaudio atq̃ lætitia filios hominũ mœror oppreſſerit & confuſio? a ¶ Accingite uos & plangite &c.] Qui ſanctus ſacerdos eſt, et comedit paſcha domini: accingatur baltheo caſtitatis, & audiat cũ Luc.12.c Apoſtolis: Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris. Qui autem peccator eſt, & quem remordet propria conſcientia: cilicio accingatur & plangat, uel propria delicta, uel populi, & ingrediatur eccleſiam, de qua propter peccata fuerat egreſſus, & cubet, uel dormiat in ſacco C ut præteritas delicias per quas offenderat deum, uitæ auſteritate compenſet: Qui enim mollibus ueſtiuntur in domibus regum ſunt. Accingãtur autem ſacerdotes & plangant & ululent, & dormiãt in ſacco: propheta eos ad pœnitentiã cohortãte, q̃ dicit: Miniſtri dei mei: quomodo interijt de domo dei ueſtri ſacrificium & libatio, de quib. ſupra dictum eſt. Nec ſufficit flere uel plangere & habitum lugentis aſſumere: niſi ſanctificent ieiunium & uocẽt cœtum. Si omne ieiunium placeret deo, nunquam diceret, ſanctificate ieiuniũ et nõ tale ieiunium elegi: dicit dominus. Et in euange- Matth.6.b lio cõdemnant qui exterminãt facies ſuas, ut uideant hominibus ieiunare, et in diebus, inquit, ieiuniorũ ueſtrorũ percutitis pugnis, et opprimitis pauperem. D Idcirco nũc dicit, ſanctificate ieiuniũ. Ieiunat Manichæus, & multi hæretici: maximeq̃ Encratitæ: quorũ princeps Tatianus eſt, ſed hoc ieiuniũ ſaturitate & ebrietate deterius eſt. Et uocate cœtũ ſiue curationẽ: ut per pœnitentiã noſtra peccata curemus. Pro cœtu in Hebraico legit עֲצָרָה q̃d Symmachus, ſynodũ: Aquila, diem collectę interpretatus eſt. Cõgregate ſenes: quorũ ætas uicina morti, maturæq̃ ſentẽtiæ, magis timorẽ & cultũ ſuſcipit dei. Omnes quoq̃ habitatores terræ de quibus ſupra dixerat: audite hoc ſenes: & auribus percipite oẽs habitatores terrę, ut et ſenes et habitatores terræ in domũ dei q̃ eſt eccleſia cõgregẽtur. Cũq̃ fuerint in eccleſia & de diſpari grege ſacerdotũ & populi, ſenũ & habitatorũ terrę unus grex fuerit effectus. b ¶ Clamate, inquit, &c.] Pro eo quod nos tranſtulimus, à potente, & Hebraice dicitur שַׁדַּי quod unũ eſſe de decẽ dei nominibus aliquoties diximus: Lxx. interpretati ſunt miſeriã: שׁוֹד pro שַׁדַּי legentes. Vox igitur ſacerdotũ & populi ad dominũ clamãtis inducitur, ut tertio dicãt heu mihi: credo, quia propter peccata quæ fecerũt ſanctã offenderãt trinitatẽ. Dies aũt retributionis omniũ delictorũ illa eſt, de qua uniuerſi ſcribũt prophetę & maxime Eſaias clamitat: Ecce dies domini inſa- Eſa.13.b nabilis uenit, furoris & iræ, ut ponat uniuerſum orbẽ deſertũ, & peccatores perdat ex eo. Hic dies recte appellat inſanabilis: qa cũ dies iudicij uenerit, nõ erit locus pœnitẽtiæ: quia æternitati cõparat, propè eſt & non longe. Quodq̃ ſequitur: Et quaſi miſeria

A miseria de miseria ueniet: siue uastitas à potente ueniet: hic sensus est, quod mala succedant malis, & omnis afflictio, deo iudice dispensetur: qui potens est & corpus & animam perdere in gehenna. Quod generaliter de die iudicij diximus, specialiter referamus ad tempus Iudaicę captiuitatis: quando Hierusalem capta, templumq; destructum est: Non multo enim post tempore uenit & decem & duarum tribuum ab Assyrijs Chaldæisq; captiuitas: prædicitur q; uētura: ut cū uenerit, nō casu accidisse uideat, aut hostium fortitudine: sed ira & comminatione dei: uel certe agente populo pœnitentiā non ueniat: quæ uentura est, si permanserit in delictis.

Matth.10.c

a ¶ Nunquid non corā oculis nostris B &c.] Ante oculos pereunt alimenta peccantium, quando iam speratæ fruges è manibus auferuntur, & præuenit locusta messorem: ut quod spe in horreis conditū est, bruchus & rubigo consumat. His quoq; qui in ecclesia cōmorantur, pro qualitate meritorum, frumentum spiritus, & hordeum literæ si peccauerint tollitur, ut patiantur famem sermonis dei. Cumq; fuerint alimenta sublata, consequenter gaudium & lætitia tollitur de domo dei, ut qui audiebant ante Apostolum dicentem: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete: postea dominum audiant ad pœnitentiā proPhil.4.a uocantem: Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Matth.5.a b ¶ Computruerunt iumenta in stercore suo: demolita sunt horrea, &c.] Postquam alimenta perierunt, & de domo dei gaudium lætitiaq; sublata sunt: Iumenta quoq; computruerūt in stercore suo: siue iuxta intelligentiam spiritualem lasciuierunt in præsepibus suis, & calcitrauerunt contra creatorem suum, ut impleretur quodPsal.58.d scriptum est: Si saturati non fuerint, murmurabūt: Cōputrescit in stercore suo cuius deus uenter est, & qui dicit: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur: huic demolita sunt horrea & apothecę dissipatæ sunt: uel subuersa sunt torcularia: quia si frumēta & uina non fuerint, frustra horrea & torcularia præparantur. Cumq; omnia aruerint, uoce flebili querentur & dicent: quid reponimus nobis. Quodq; sequitur iuxta Lxx. Fleuerunt armenta boum, quoniā non sunt eis pascua: cōpellit nos non de bobus & armentis accipere quæ dicta sunt: sed de his qui propter simplicitatē boues uocātur & oues. De quorū pascuis saluator loquitur: Ioan.10.b

HEB. Nunquid non coram oculis nostris alimenta perierunt de domo dei nostri lætitia & exultatio? Cōputruerunt iumenta in stercore suo: demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecę: quoniam confusum est triticum: quid ingemuit animal: mugierunt greges armenti? quia non est pascua eis, sed & greges pecorum disperierūt. Ad tē domine clamabo: quia ignis comedit speciosa deserti: & flamma succendit omnia ligna regionis: sed & bestiæ agri, quasi area sitiens imbrē suspexerunt ad te: quoniā exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

## Cap. II

Canite

SEP. Ante oculos uestros alimenta perierunt: de domo dei nostri lætitia & gaudium: Subsultauerunt uituli in præsepibus suis: dissipati sunt thesauri: suffossa sunt torcularia: quia arefactum est triticum: quid reponemus nobis? fleuerunt armenta boum: quia non erant pascua eis, & greges ouium disperierunt. Ad te domine clamabo: quoniam ignis cōsumpsit speciosa deserti: & flamma succendit omnia ligna agri, & iumenta campi suspexerunt ad te: quoniam arefactæ sunt emissiones aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

## Cap. II.

Canite

Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Hæc autem omnia intellige sub metaphora, erucæ, locustæ, bruchi & rubiginis, q̄d sublatis frugibus atq; uastatis: fames & pestilentia cūcta possederint. c ¶ Ad te domine clamabo: quia ignis comedit speciosa deserti: &c.] Prophetā clamante ad dominum, uel populo per prophetam: quia ignis comedet speciosa deserti, & flamma succendet omnia ligna regionis: bestiæ & iumenta agri siue campi suspexerūt ad dominum quasi D areola sitiens imbrē: Hoc enim uno uerbo significat Aquila dicens, ἐπῆραν: & suspexerunt ad eum: quoniam aruerunt fontes, uel emissiones aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti: quod scilicet & hoc eruca, & locusta, & bruchus fecerint & rubigo, quod ignis in stipula, flamma in uepribus. Speciosa autem deserti quæ Hebraice dicūtur נאות intelligamus aut plana camporum, aut pratorum florentia, aut uirentia herbis loca: quæ pascua præbuere iumentis. Clamare autem ad dominum per prophetam & iumenta ad eum suspicere, fecit ignis qui deuorauit speciosa deserti, & flamma quæ succendit omnia ligna regionis, ut & fruges & poma pariter interirent, & quia siccati sunt fontes aquarū, & quicquid in deserto poterant inuenire, uorax flamma consumpsit. Simulq; consideremus, quod nisi propter angustiam, & ablationem deliciarum: nec propheta, nec bestiæ clamassent ad dominum aut ad dominum suspexissent, quod quidem & ad iustum quondam uirum referri potest: qui cum declinauerit & fecerit malum, nequaquam ei uirtutes pristinæ proderunt, sed iudicabit eum dominus in quibus inuenerit. Speciosa deserti appellare possumus, de quibus scriptum est: Plures Esa.54.d filij desertæ magis quam eius quæ habet uirum. Flamma autem quæ succendit omnia ligna regionis: illa esse credēda est, quæ immittitur ardētibus

diaboli

A diaboli ſagittis, ut nihil in nobis bonarum frugum remaneat, ſed cuncta incendio conſumantur: Omnes enim adulterantes, quaſi clibanus corda eorũ. & non ſolum propheta, uel populus per prophetam qui rationale animal eſt: ſed iumenta quoq;, de quibus dictum

Pſal.35.b eſt: Homines & iumẽta ſaluos facies

Ibid.72.d domine: Et alibi: Quaſi iumentum factus ſum apud

Hiere.31.c te: Et iterum: Seminabo eos ſemine hominũ & iumentorum: ſuſpexerũt ad dominum: & rorẽ illius miſericordiæ flagitarũt: quia exiccati ſunt fontes aquarum, quos ceruus deſiderat: & de quibus dominus loquitur per

Hiere.2.c Hieremiã: Me dereliquerũt fontem aquæ uiuæ. Siccatis autem fontibus aquarũ: qui arentia quæq; irrigãt atq; refrigerant: conſe-

B quenter quicquid in nobis pulchrum fuit, ignis ardore conſumptum eſt, de quo dominus dicit in euãgelio: Vi-

Luc.10.c debam ſatanã quaſi fulgur cadentem de cœlo.

Cap. II.

CAnite tuba in Sion: ululate in mõte ſancto meo: cõturbentur &c.] Rurſum per metaphoram locuſtarum, deſcribitur impetus Chaldæorũ: & iubetur propheta, imò per prophetã omnes qui poſſunt dei audire ſermonem, ut quaſi tuba exaltent uocem ſuã: & in Sion prædicent, & clangant in monte ſancto eius, ut ad ſtrepitum clamoris & buccinæ oĩs Hieruſalẽ populus contremiſcat. Cumq;, aĩt, cecineritis, hoc dicit: Nequa C quam dies domini ultra differtur, id eſt, dies ultionis atq; uindictæ: adeſt uicina captiuitas: iã de ſuo loco Babyloniorum eſt egreſſus exercitus: prope eſt dies tenebrarum, & anguſtiæ, dies caliginis & nubis & turbinis: in qua auferetur lumen omne lætitiæ & cuncta tenebris opprimẽtur. Sicut, inquit, mane & diluculũ ſubito tenebras fugat, & cunctos montes aurora colluſtrat: ita Babyloniorum per omnem terram ueſtram fundetur exercitus. Nec putetis turbam eſſe ualidam: populus multus & fortis eſt cuius ſimilis nec in præterito, nec in futuro ulla gens alia poterit inueniri: quicquid attigerit quaſi uorax flamma conſumet: nihilq; poſt ſe inte- D grum derelinquet: quaſi hortus & paradiſus uoluptatis oĩs terra eſt quam non tetigerit: quaſi ſolitudo & deſertum quicquid fuerit deprædatus: neque ullus poterit inueniri, qui illius effugiat manus. Aſpectus eorũ quaſi ferociũ equorum, & quaſi eqtes huc illucq; diſcurrent. Non quo Babyloniſ equitibus comparentur, ſed quo locuſtę per translationem hoſtiũ quaſi equites dicantur huc illucq; diſcurrere: Sicut ſonitus, inquit, quadrigarum & curruum: ſic erit ſonitus locuſtarum: Super capita montium exilient: ut omnia excelſa conſcendant, & ſicut ſtipulam cito flamma

CAnite tuba in Sion: prædicate in monte ſancto meo, cõturbentur omnes habitatores terræ: quoniã adeſt dies domini quoniã iuxta eſt dies tenebrarũ & caliginis: dies nubis & pruinæ: ſicut mane fundetur ſuper montes, populus multus & fortis, ſimilis ei non fuit à principio, & poſt eum non erit uſq; ad annos generationis generationũ. Ante eũ cõſumens ignis, & poſt eũ flamma ſuccenſa: Sicut paradiſus uoluptatis terra ante faciem eius, & poſteriora illius, ſicut cãpus ſolitudinis, & qui ſaluetur nõ erit ei: ſicut aſpectus equorum aſpectus eorum, & ſicut equites ſic perſequentur: Sicut uox quadrigarũ ſuper uertices montium exilient, & ſicut uox flammæ ignis deuorãtis ſtipulam, & ſicut populus multus & fortis præparatus ad prælium: à facie eius conterẽtur populi: omnis uultus ſicut aduſtio ollę: ſicut pugnatores current, & ſicut uiri bellatores aſcẽdẽt ſuper muros, & unuſq;ſq; in uia ſua ambulabit, & nõ declinabunt à ſemitis ſuis: ſinguli à proximo ſuo nõ recedent: aggrauati armis ſuis ibunt, & in iaculis ſuis cadent & non conſumentur: urbem apprehendẽt, & ſuper muros diſcurrent: ſuper domos aſcendent, & per feneſtras intra

bunt

A flamma consumit: ita sonitus & terror uocis eorum cuncta populabitur. Quodq; infert: Velut populus fortis præparatus ad prælium: rursum ad locustas refert: ut non quasi de hostibus, sed quasi de locustis referre uideatur, & tamen dum locustas legimus, Babylonios cogitemus. Tantus terror erit ut omnes per circumitū nationes, & animo & corpore perhorrescant, imò cruciētur: & pauoris magnitudine, uultus omnium in ollæ similitudinem conuertantur: quæ igne combusta, nigredinem & fuliginem fœdi monstret aspectus. Discurrent, inquit, quasi uiri fortes: haud dubium quin locustæ, & quasi uiri bellatores ascēdent murum, ut murorum sublimitas impetum fortiū prohibere non ualeat, & nequaq; per portas: sed per muros ingredi antur. Singuli in uijs suis gradientur, & non declinabunt à semitis suis, Hoc nuper in hac prouincia uidimus. Cum enim locustarum agmina uenirēt, & aerem qui inter cœlum & terram est occuparent, tanto ordine ex dispositione iubentis dei uolitant, ut instar tesserularum quæ in pauimentis artificis figuntur manu, suum locum teneant, & ne puncto quidem (ut ita dicam) ungue transuerso declinēt ad alteram. Et ut apertam faceret metaphoram, & per fenestras ait cadent, & non demolientur. Nihil enim locustis inuium est: cum & agros, & sata, & arbores, & urbes, & domos, & cubicularum secreta penetrent. Hoc autem de locustis dicitur, ut de hostibus intelligatur. Quodq; nos in
B terpretati sumus, per fenestras cadent, & non demolientur: Septuaginta transtulerunt, aggrauati in armis suis ibunt, & in iaculis suis cadent & non consumentur: quod nequaq; mihi uidetur expositionis ordine conuenire, sed in eo errorem esse generatum quod שלח uerbum Hebraicum: illi iacula: nos fenestras intelleximus: Seruatq; cœptam narrationem, ut eos dicat urbem ingredi, in muris discurrere: domosq; conscendere, & per fenestras intrare quasi fures: non quod furum timorem habeant qui uictores sunt: sed ut fures solent ingredi per fenestras, & occulte rapere: sic illi clausis ianuis, ne ulla sit mora, per fenestras tota irrumpent audacia. A facie istiusmodi locustarum terra contremuit, cœli moti sunt: quæ dicta hyperbolice sentiamus: non quod locustarum aut hostium tanta uis sit ut possint mouere cœlos, & terram concutere: sed quod aduersa patientibus præ terroris magnitudine, & cœlum ruere & terra fluctuare uideatur. Denique præ multitudine locustarum obtexentium cœlum, sol & luna conuertentur in tenebras, & stellæ retrahent lumen suum: dum lumen in medio nubes posita locustarum, ad terram non sinit peruenire. Dominus quoque dabit uocem suam ante faciem tam potētis exercitus: quia multa sunt castra eius, & magnitudo uirtutis illius in paruis quoq; animantibus demonstratur. Hæc autem multa castra & innumerabilia fortia sunt nimis, & facientia uerbum illius. Quo dicto ostenditur Babylonios dei uoluntate uenturos, & illius imperio parituros. Magnus est, inquit, dies domini: quo capienda est Hierusalem: & ualde terribilis, & nullus eum poterit sustinere, & de necessita- C
te captiuitatis aut mortis euadere. Iunctam & cohærentem sibi pericopen diuidere nolui: ne quod sensu unum erat, diuersis capitulis carperetur. Trā seamus ad intelligētiam spiritualem, singula quæque repetentes. Tubarum buccinarumq; clangorem nō solum in Leuitico & Numerorum libro legimus: in quibus iubetur, ut duas argenteas tubas faciat Moyses, quibus & in Kalendis & in septimo mense, prima die mensis & in iubileo, & in cæteris festiuitatibus: & quando ad bella procedunt canant hi qui huic officio mancipati sunt: sed etiā muros hiericho ad tubarum clangorem scriptum est corruisse: Et dominus angelum missurum se dicit esse cum clangore tubæ: & Apostolus resurrectionem mortuorum, ad tubæ sonitum fieri prædicat. Et in Apocalypsi quoq; Ioannis legimus, septem angelos accepisse tubas singulas: quibus per ordinem canentibus, facta sunt quæ scriptura describit. Præcipitur ergo nunc sacerdotibus & magistris, ut exaltent quasi tubā uocem suam, & impleant illud quod scriptum est: In montem excelsum ascende qui euangelizas Sion: exalta uocem tuam qui annuncias Hierusalem: ut canant tuba in Sion, id est, in ecclesia quæ interpretatur specula atq; sublimitas. Et in sancto dei monte, qui Christus est: ut conturbentur siue cōfundantur omnes habitatores terræ, & confusio eos pertrahat ad salutem. Diem autem domini, diem intellige iudicij: D
siue diem exitus uniuscuiusque de corpore. Quod enim in die iudicij futurū est omnibus, hoc in singulis die mortis impletur. Dies tenebrarum est & angustiæ: dies nubis & turbinis: quia cuncta pœnarum plena sunt atq; cruciatuum. Veniet angelorum populus multus & fortis, ut reddat unicuique secundum opera sua: & sicut mane & aurora consurgens primum occupat montes, sic iudicium ab excelsis & potentibus incipiet: ut potentes potenter tormēta patiantur. Similis ei non fuit à principio, & post eum non erit usq; ad annos generationis & generationis. Omnia enim mala quæ ueteribus historijs continentur, aut inundatione maris, aut alluuione fluminū, aut pestilentia, morbis, fame, bestijs, hostium uastitate, hominibus accidere runt, his supplicijs quæ in die sunt reddenda iudicij, non poterunt cōparari. Ante faciē huius populi qui fortis & multus est, erit ignis uorans, siue cōsumens: ut omne in nobis fœnum, ligna, stipulāq; consumat. Vnde & de deo dicitur: Deus ignis cōsumens: & post eum urens flamma, ut nihil absq; supplicijs derelinquat. Quemcūq; hic populus nō attigerit, nec inuenerit in eo cōbustionis materiā, horto dei & paradiso assimilabitur uoluptatis: qui Hebraice dicitur גן עדן: Si quem autem exusserit, quasi solitudinem in cinerem rediget ac fauillas: nec est qui furorem eius possit euadere, cuius crudelis aspectus frementium equorum habebit similitudinem: & sic discurrent ad cruciandos quos in potestatem acceperint, quasi equites huc illucq; uolitantes: terribilis erit sonitus eorum, quasi quadrigarū per prona currētium: & super capita mō-

Num.10.d

Mat.24.c
1.Cor.15.g

Apo.8.a

Esa.40.b

Deu.4.d

A tium exilient: excelsos quoscp & in ecclesiæ culmine constitutos cruciare cupientes. Et quia ante faciem eorum ignis est uorax, atque consumens: sic cuncta uastabunt quomodo stipulam flamma cõsumit: ita uenient ad puniendum: ita expediti erũt & parati, ut populus fortis ad prælium. Tantus erit timor omnium & tãta cõscientia peccatorum, ut nullus luceat, nec splendorẽ habeat gaudij: sed instar adustæ ollæ facies eius uertatur in tenebras. Ascendẽt murum & omnẽ munitionem: iniunctumcp sibi explẽtes opus nõ declinabunt in partem alterã, sed inhiabunt miserorum supplicijs: nec tormẽtis eorum satiabũtur, sed unusquisque credita sibi in peccatores supplicia persequetur. Sed & per fenestras intrabunt, siue cadẽt: uel aggrauati armis suis ambulabunt: & in iaculis
B eorum cadent hi, quos acceperint consumendos. Hæ sunt fenestræ, de quibus & Hieremias dicit:
Hiere.9.f Mors intrabit per fenestras nostras: per omnes enim sensus nostros ingredi hostes desiderant, & capere urbem bonæ conscientiæ, & per nostra munimenta discurrere: domoscp quas nobis bonis operibus ædificauimus, destruere. Omnia autem faciunt introeuntes per fenestras, quasi fur: libere enim non ingrediuntur, ut sagittent in obscuro rectos corde. A facie istius populi qui est multus &
Mat.24.c fortis, terra cõtremuit, & cœli commoti sunt. Cœ-
Esa.40.b lum enim & terra transibunt, uerbum autem domini permanet in æternum. Sed & sol & luna tanta miserorum supplicia uidere non poterunt: & mœrebunt, non habentia officij sui iusticiã: & proclaro lumine, tenebris operientur horrendis: stellæ quoque retrahent fulgorem suum: dum etiam qui sancti sunt præsentiam domini absq; formidine nõ uidebunt. In his omnibus dabit dominus uocem suam, ante faciem exercitus sui. Quomodo enim Babylonij punientes Hierusalem, dei uocantur exercitus, sic angeli pessimi (de quibus scriptum est:
Psal.77.c Furorem & iram & angustiam, immissionem per angelos pessimos) dei exercitus dicuntur, & castra illius nominantur, dum domini faciunt uoluntatem. Magnus est dies domini atq; terribilis: de
Amos.5.c quo alibi scriptum est: Vt quid desideratis diẽ domini? & hic est tenebræ, & nõ lux: & terribilis valde: rarusq; aut nullus eum poterit sustinere, quin in se præbeat materiam sæuiendi. a ¶Nunc ergo dicit dominus &c.] Superius capitulum ab eo loco ubi scriptum est: Canite tuba in Sion: ululate in monte sancto meo: conturbentur omnes habitatores terræ: usq; ad eum locum, ubi legimus: Magnus est dies domini & terribilis ualde, quis sustinebit eum: per translationem locustarum, aduentum nunciat Chaldeorũ, & quæ mala uentura sint

HEBR. bunt quasi fur: à facie eius contremuit terra: moti sunt cœli: sol & luna obtenebrati sunt: & stellæ retraxerunt splendorem suum: & dominus dedit uocem suam ante faciẽ exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius: quia fortia & facientia uerbũ eius. Magnus enim dies domini & terribilis ualde, & quis sustinebit eum. Nunc ergo dicit dominus: conuertimini ad me in toto corde uestro: in ieiunio, & fle

SER. bunt sicut fures: à facie eius confundetur terra: & commouebitur cœlum: sol & luna cõtenebrabuntur: & stellę auferent lumẽ suũ: & dominus dabit uocem suã à facie fortitudinis suæ: quoniã multa sunt nimis castra eius, quoniã fortia opera sermonũ illius: quia magna dies domini, magna & illustris nimis & quis erit sufficiẽs ad eã. Et nũc dicit dñs deus noster: conuertimini ad me in toto corde uestro: in ieiunio, in cili

C populo. Nunc eos ad pœnitentiã prouocat, & conuerti ad dominũ cohortatur: ut tota mẽte correcti, non patiantur quæ dominus cõminatur: & est sensus: Omnia quæ sermone præterito continentur, propterea sum locutus, ut uos comminatione mea terrerem. Vnde conuertimini ad me in toto corde uestro, & animi pœnitentiam ieiunio & fletu, & planctibus indicate: ut nunc ieiunantes postea saturemini: nunc flentes postea rideatis: nunc plãgentes postea cõsolemini. Et quia consuetudinis est, ut in tristibus atq; aduersis scindatis uestes: quod & pontifex ad domini saluatoris crimen augendum in euangelio fecisse memo-
D Mat.26.g ratur: & Paulum & Barnabam audientes uerba Act.14.c blasphemiæ legimus perpetrasse: Idcirco ego præcipio uobis, ut nequaquàm scindatis uestimenta, sed corda quæ plena sunt peccatis: quæ instar utrium nisi scissa fuerint, sponte rumpentur. Cumque hoc feceritis, redite ad dominum deum uestrum: quem uobis priora peccata alienum fecerant: nec desperetis ueniam scelerum magnitudine: quia magna peccata, magna delebit misericordia. Est enim benignus & misericors, malens pœ- Ezech.33.c nitentiam peccatorum quàm mortem: patiens & multus in misericordia: qui non humanam imitatur impatientiam, sed longo tempore nostram præstolatur pœnitentiam: & præstabilis, siue pœnitens super malicijs: ut si nos egerimus super peccatis pœnitentiam, & ipsum pœniteat comminationis suæ: & mala quæ comminatus est nobis nõ inferat: nostræq; mutatione sententiæ, & ipse mutetur. Maliciam autem in hoc loco non contrariam uirtuti debemus accipere, sed afflictionem: iuxta illud quod alibi legimus: Sufficit diei ma- Mat.6.d licia sua. Et si est in ciuitate malicia quam dominus non fecerit. Similiterq; quia supra dixerat: benignus & misericors, patiens & multus in misericordia, & præstabilis, siue pœnitens super malicijs: ne forsitan magnitudo clementiæ nos faceret negligentes, ex persona prophetæ iungit & dicit: Quis scit si conuertatur & ignoscat & relinquat post se benedictionem. Ego inquit, hortor quod meum est ad pœnitentiam, & deum ineffabiliter

A effabililiter noui esse clementem, dicente Dauid: Psal.50 Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam: & secundum multitudinem miseratio/num tuarum dele iniquitatem meã. Sed quia profundum diuitiarum & sapientiæ & sciẽtiæ dei nosse non possumus: sententiam tempero, & opto potius quàm pręsumo, dicens: quis scit si cõuertatur & ignoscat. Quòd ait quis, aut impossibile, aut difficile sentiẽdum est. Sacrificium & libamen dño deo nostro. Vt postq̃ dederit benedictionem, & nostra nobis peccata donauerit, deo hostias offerre ualeamus. a ¶ Canite tuba in Siõ: sanctificate ieiunium: uocate cœtum: congregate populum: sanctificate ecclesiã: coadunate senes: con/B gregate paruulos & su. &c.] Adhuc eos ad pœnitentiã cohortatur, antequàm ueniat hostilis exercitus. Supra, inquit, dixerã: Canite tuba in Sion: ululate in monte sancto meo, & reliqua: quia uenit dies domini: quia prope est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis, annuncians uobis populum multum & fortem esse uenturum, qui uestras possessiones urbésque subuerteret. Nunc quia benignus sum & misericors, patiens & multus misericordia: rursum præcipio & dico: Clangite tuba in Sion, & pœnitentiam in populis prędicate: sanctificate ieiunium: prædicate curationem siue cœtum: de quibus iam ante diximus: cõgregate populum, ut qui dispersus peccauerat, congregatus peccare desistat. Sanctificate ecclesiam, ut nullus in ecclesia non sanctus sit: ne forsitan impediãtur orationes uestræ: & modicum fermentum totam massam corrumpat. Coadunate siue eligite senes: ut non ætas in eis, sed sanctitas eligatur. Congregate quoque paruulos & sugentes ubera, ne ulla sit ætas quæ non con/Psal.8.b uertatur ad dominum. Paruulos atque lacten/Mat.21.a tes, de quibus in Psalmis & in euangelio legimus: 1.Pet.2.a Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Quos Petrus rationali & absque dolo dicit lacte nutritos: de quibus Paulus loquitur: Lac C uobis potum dedi, non escam: quorum & saluator meminit. Ne cõtempseritis unum de minimis istis. Egrediatur quoque sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo: ut in tempore ieiunij, uocationis & cœtus, sanctificationis ecclesiæ, electionis senum, congregationis paruulorum & sugentium ubera non seruiat sponsus & sponsa operi nuptiali: quibus & lege permissum est, ut ad bella non procedant. Vnde 1.Cor.7.a & Apostolus recedendum parumper à coitu præcipit, ut uacare possimus orationi. Ergo qui in castigatione uictus, & ieiunio atque eleemosynis dicit se agere pœnitẽtiam: frustra hoc sermone promittit, nisi egrediatur de cu/D bili suo: & sanctũ purúmque ieiunium pudica expleat pœnitentia. Quódque sequitur: Inter uestibulum & altare plorabũt sacerdotes: pro uestibulo, Septuaginta, ἀνὰ μέσον τῆς κρηπίδος, id est, inter crepidinem interpretati sunt, Symmachus προπύλαιον, Aquila πρόδομον, Theodotio ipsum uerbum Hebraicum posuit אולם quam nos antefores templi porticúmque possumus dicere. Et nota quòd sacerdotibus præcipiat qui sunt ministri domini, ut plorent inter templum & altare, & dicant cum Apostolo: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis 2.Cor.11.g scandalizatur, & ego non uror? Et flere cum flentibus. Locusq̃ aptus pœnitentiæ & confessioni, templum est & altare: docétque quid dicere debeant sacerdotes, imò quomodo dominum deprecari: Parce domine populo tuo: qui quando peccabat, uocabatur non populus tuus: nunc postquàm recessit à uitijs appellatur populus tuus. Et ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominẽtur eis nationes. Apertum est ænigma quod latebat. Populus enim ille multus & fortis: qui supra sub erucæ, & locustæ, & bruchi, & rubiginis descriptus est nomine: nunc manifestius qui sit ostenditur: Vt dominentur, inquit, eis nationes.

HEB. & fletu & planctu: & scindite corda uestra, & nõ uestimẽta uestra: & cõuertimini ad dominũ deũ uestrũ: quia benignus & misericors est: patiens & multæ misericordię: & pręstabilis super malicia: quis scit si conuertatur & ignoscat: & relinquat post se benedictionem, sacrificiũ & libamen domino deo nostro? Cãnite tuba in Sion: sanctificate ieiunium: uocate cœtum: cõgregate populum: sanctificate ecclesiam: coadunate senes: congregate paruulos & sugentes ubera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo: inter uestibulum & altare plorabũt sacerdotes ministri domini, & dicent: Parce dñe populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominen

SEP. in cilicio, in fletu, & in planctu. & scindite corda uestra, & nõ uestimenta uestra, & conuertimini ad dominũ deũ uestrum, quia misericors & miserator est, patiẽs & multæ misericordiæ, & pœnitens super malicijs: quis nouit si reuertat & pœniteat eum & dimittat post se benedictionem, sacrificiũ & libamen domino deo nostro? Clangite tuba in Siõ, sanctificate ieiuniũ, predicate curationem: cõgregate populũ, sanctificate ecclesiã, eligite senes, congregate paruulos sugẽtes ubera, egrediatur spõsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo, inter crepidinẽ & altare plorabũt sacerdotes ministri domini & dicẽt, Parce domine populo tuo, & ne dederis hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominen

A Datur autem in opprobrium hæreditas domini, quando ſeruierit hoſtibus, & dixerint nationes: Vbi eſt deus eorum: quem ſibi prę ſulem, quem defenſorem eſſe iactabant. Poſſumus nationes interpretari & aduerſarias poteſtates, quæ ꝙ diu non agimus pœnitentiam, dominantur noſtri, & exprobrant et dicũt: Vbi eſt deus eorum. Iudei iſtum locum ad Gog & Magog referunt, ſæuiſſimas nationes: quas in ultimo tempore cõtra Iſrael dicunt eſſe uenturas: de quibus plenius ſcribitur in Ezechiel.

a ¶ Zelatus eſt dominus terrã &c.] Poſtquam ſacerdotes pro populo deprecati ſunt, & dixerunt: parce domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobriũ: fecitq; po

B pulus quod præceptum eſt ut ſanctificaret ieiuniũ, prædicaret curationẽ, congregaret multi

HEBRAEI. dominentur eis nationes: quare dicunt in populis: ubi eſt deus eorum? Zelatus eſt dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo: & reſpondit dominus & dixit populo ſuo: Ecce ego mittam uobis frumentum & uinum & oleum, & replebimini eo: & non dabo uos ultra opprobrium in gentibus: & eum qui ab Aquilone eſt procul faciam à uobis: & expellam eum in terram inuiam & deſertam: facies eius contra mare orientale: & extremum eius ad mare nouiſſimum: & aſcẽdit fœtor eius: & aſcendet putredo illius, quia ſuperbe egit. Noli

tudinem, ſanctificaret eccleſiam, eligeret ſenes, paruulos & ſugentes ubera congregaret, & egrederetur ſponſus de cubili ſuo, & ſpõſa de thalamo ſuo & nequaquàm carni & uoluptati, ſed animæ & fletibus inſeruirẽt. Zelatus eſt dominus terram ſuã, quam prius quaſi alienam cõtempſerat: & paſſus fuerat locuſta uaſtante populari: & intantum pepercit pœnitentibus, ut eos dignos ſua reſponſione faceret, diceretq; quoniam omnes fruges ueſtras, locuſta, bruchus, rubigoq; uaſtauit, ideo dabo uobis frumentum: & cætera quę propheta deſcribit: & ultra uos non tradam captiuitati. Et Aſſyrium atque Chaldęum qui ab Aquilone eſt, procul faciam à uobis: de quo ſupra dictum eſt: Populus multus & fortis, ante faciem eius ignis uorans, & poſt eum exurẽs flamma: quaſi aſpectus equorum aſpectus eorum. Et expellam, inquit, eum in terram ſolitudinis: & primæ partes illius cadent in mare orientale: & poſteriores in mare nouiſſimũ: & aſcendet fœtor eius, id eſt, qui ab Aquilone eſt, & putredo quia ſuperbe egit. Sępe commonui ſub translatione locuſtarum deſcribi impetum Chaldæorum, quo Iudæa uaſtata eſt. Itaque ſeruat metaphoram in reliquis: & iuxta ſitum prouinciæ ſic loquitur, quaſi non de hoſtibus, ſed de locuſtis referre uideatur. Etiam noſtris temporibus uidimus agmina locuſtarum terram texiſſe Iudæam: quæ

poſtea miſericordia domini inter ueſtibulũ & altare, hoc eſt, inter crucis & reſurrectionis locũ ſacerdotibus & populis dñm deprecantibus atq; dicentibus: Parce populo tuo: uento ſurgẽte in mare primum & nouiſſimũ præcipitatæ ſunt. Mare primũ C

SEPT. dominentur eorum gentes, ne dicant in nationibus, ubi eſt deus eorum? Et zelatus eſt dominus terram ſuam: & pepercit populo ſuo: & reſpondit dominus & dixit populo ſuo: Ecce ego mittam uobis frumentum & uinum & oleum: & implebimini ex eis: & non dabo uos ultra opprobrium in gentibus: & eum qui ab Aquilone eſt repellã à uobis: & educam eum in terrã quæ eſt ſine aqua & diſperdã faciẽ eius in mare primũ: & poſteriora eius in mare nouiſſimũ: & aſcẽdet furor eius: & aſcendet putredo illius: quoniã magnificata ſunt opera eius.

Confide

quod iuxta ſolitudinẽ eſt, & uergit ad Orientẽ, illud intellige, in quo fuit quondã Sodoma & Gomorrha, Adama & Seboim: quod nũc mortuũ nominat: eo quod nulla ibi uiuant animantia. Mare aũt nouiſſimum, hoc quod ad Occidentem eſt, et quod ducit in Aegyptum: in cuius litore Gaza, & Aſcalon, Azotusq; & Ioppe, & Cæſarea, & cæteræ urbes maritimæ ſitæ ſunt. Cum ꝙ litora utriuſque maris aceruis mortuarum locuſtarũ, quas aquæ euomuerant implerentur, putredo earum & fœtor intantũ noxius fuit, ut aerem D

quoque corrumperet: & peſtilentia tam iumentorum ꝙ hominum gigneretur. Quærat eruditus lector ubi hoc iuxta literam factum ſit de Chaldęis? Non multo poſt tempore quàm hæc prophetata ſunt: ſiquidẽ in Eſaia legimus: centum octoginta quinq; milia Chaldæorũ ſub rege Ezechia in una nocte angelo ſequente percuſſa. Hoc iuxta hiſtoriã dixerimus: Cæterum iuxta tropologiam omnis anima terra eſt domini, in qua ſeminat paterfamilias ſementem ſuam: quę cum pro tritico zizaniam fecerit, id eſt, auenas & lolium, & offenderit dominum ſuum: & poſtea egerit pœnitentiam plangensq; dixerit: parce domine populo tuo: zelatur dominus terram ſuã, & parcet ei quam dudum cõtempſerat: ſuoq; eã dignatur alloquio & dicit: Mittam tibi frumentũ, de quo ſcriptũ eſt: Amen amen dico uobis, niſi granũ frumenti cadẽs in terra mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autẽ mortuum fuerit, multos fructus facit: & uinum quod lætificat cor hominis: & oleum quod exhilarat faciem: ut uetus triſtitia peccatorum, frumenti & uini & olei, id eſt, uirtutum lætitia temperetur: tantamq; habebunt bonorum omnium abundantiam, ut repleantur eis atque ſaturentur. Cumq; hoc fuerint conſequuti nequaquam tradentur in opprobrium gentibus: de quibus Apoſtolus loquitur: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed

Eſa. 37. g

Ioan. 12. d

Ephe. 6. b

A ſed aduerſus principes & poteſtates: aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, cõtra ſpiritualia nequitię in cœleſtibus. Eum quoque qui ab Aquilone eſt, de quo Hieremias loquitur: Ab Aquilone exardeſcẽt mala ſuper oms habitatores terrę: de quo & Salomõ ſcribit: Aquilo uẽtus duriſſimus: procul, inquit, à uobis faciam, & expellam eam in terram inuiam & deſertam: quæ non habet noticiam dei in qua non habitat ſpiritus ſanctus. Faciesque eius erit in mari primo et in mari nouiſſimo: in his qui aperuerint ei ianuam peccatorum: & apud quos uſq; ad extremum uitæ tẽpus permãſerint: & fœtor illius & putredo aſcẽdit: etiam in eos qui ſibi magna promittunt: & cadunt per ſuperbiã: quia nunquam tuta eſt humana fragilitas: & quanto uirtutibus creſcimus, tanto magis timere debemus ne de ſublimibus corruamus. Iuxta literam, greges locuſtarũ magis Auſter quam Aquilo conſueuit adducere, id eſt, nõ ex frigore ueniunt, ſed ex calore: uerum quoniã de Aſſyriis loquebatur locuſtarum ponẽs ſimilitudinem: ideo Aquilonem interpoſuit: ut non ueram locuſtam, quæ ab Auſtro uenire conſueuit, ſed ſub locuſta intelligamus Aſſyrios atque Chaldæos. a ¶ Noli timere terra exulta & lætare &c. ] Omnibus quibus ſupra fuerat cõminatus nunc cõtraria pollicetur. Supra dixerat: ignis comedit ſpecioſa deſerti: & flamma ſuccendit omnia ligna regionis: & beſtiæ agri quaſi area ſitiens imbrem ſuſpexerunt ad te: quoniam exiccati ſunt fontes aquarum, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti. Nunc lætis triſticiam mitigat: & lachrimas uertit in riſum. Nolite inquit, timere animalia regionis: quia germinauerunt ſpecioſa deſerti: quia lignum attulit fructum ſuum: ficus & uinea dederunt uirtutem ſuam: & tãta erit rerum omnium abundantia, ut nequaq; deſit uobis frumentum, uinum & oleum quo ſaturemini: ſed adimpleãtur areæ frumento, & redundent torcularia uino & oleo: ut non ſolum ipſi comedere, ſed etiã aliis præbere ualeatis. Ad filios quoq; Sion ſpecialiter loquitur, ut exultent & gaudeant, non in quacunque re lęti, ſed in domino deo ſuo qui dedit eis alimenta iuſticiæ: & ut Septuaginta tranſtulerũt, imbrem temporaneum & ſerotinũ, ut comedant atq; lætentur, & laudẽt nomen domini dei ſui, qui fecit cum eis mirabilia, & neq; confundantur: & ſciant quia D dominus deus Iſrael habitet in medio eorum & prẽter illũ nullus ſit alius: quia pater in filio, & filius in patre: & non confundeẽ populus illius in æternum. Hæc iuxta literam: quia à domino repromiſſa ſunt credimus accidiſſe, & ſterilitatem præteritam nouis frugibus compenſatam: ut quicquid locuſta, bruchus, & rubigo, & eruca conſumpſerat, annis ſequẽtibus impleretur. Quærimus cur eruca fortitudo uel uirtus domini appellata ſit: & non ſolum uirtus, ſed uirtus magna? Quomodo potentia dei in Aegyptijs plagis oſtenſa eſt per parua animalia: & præcipue cyniphes, qui tam parui ſunt culices, ut uix cernãtur oculis: Sic & nunc in paruo tardóque uermiculo, qui uix moueri poteſt, & leui tactu conteri tur, dei potentia & humana fragilitas demonſtratur. Non quo deus ad nutum ſuum & potentiæ maieſtatem nequeat terras ſubuertere, & operire cuncta diluuio uel fulmine concremare: ſed per

Hie. l. c

B

C

HEBR. Nõli timere terra: exulta & lætare: quoniam magnificauit dominus ut faceret: nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt ſpecioſa deſerti: quoniam lignum attulit fructum ſuũ: ficus & uinea dederũt uirtutem ſuam: & filij Sion exultate & lætamini in domino deo ueſtro: quia dedit uobis doctorem iuſticiæ, & deſcendere faciet ad uos imbrẽ matutinum, & ſerotinum in principio: & implebuntur areæ frumẽto, & redundabunt torcularia uino & oleo: & reddam uobis annos quos comedit locuſta: bruchus & rubigo, & eruca. Fortitudo mea magna quam miſi in uos: & comedetis ueſcentes, & ſaturabimini: & laudabitis nomen dei ueſtri, qui fecit uobiſcum mirabilia: & non confundetur populus meus in ſempiternum, & ſcietis quia in medio Iſrael ego ſum: & ego dominus deus ueſter: & non eſt amplius: & non confundetur populus meus in ſempiternum. Et erit

SEPT. Confide terra, gaude atq; lętare: quia magnificauit dominus ut faceret: confidite iumenta campi: quoniam germinauerunt campi ſolitudinis: quia lignum attulit fructum ſuum: ficus & uinea dederunt fortitudinem ſuam: & filij Sion gaudete atq; lætamini in domino deo ueſtro, quoniam dedit uobis eſcas iuſticiæ: & pluit uobis imbrem temporaneum & ſerotinum, ſicut à principio: & replebũtur areæ tritico, & redundabunt torcularia uino & oleo. Et reddã uobis pro annis in quibus comedit locuſta, & bruchus, & rubigo, & eruca. Fortitudo mea magna quam miſi in uos: & ueſcemini comedentes, & ſaturabimini, & laudabitis nomẽ domini dei ueſtri, qui fecit uobiſcũ mirabilia: & non confundetur populus meus in æternum: & ſcietis quia in medio Iſrael ego ſum: & ego dominus deus ueſter: & non eſt amplius præter me: & non confundetur populus meus in æternũ. Et erit

A parua, & ut ita dicam, puncta corporum ostendit humanam fragilitatẽ. Vnde & illud solemus Marcioni & cæteris respondere hæreticis qui uetus laniant testamentum: quod & pulices & culices & cimices, & huiusce modi animantia idcirco fecerit deus, ut fragilitatem & imbecilitatem nostræ carnis ostenderet: quæ in tantum nihil est, ut ab his quæ parua sunt uulneretur. Si autem eruca paruusq; uermiculus fortior homine est, quid gloriatur terra & cinis, & elata per superbiam (cũ ex humo sit, à quo homo appellatur) humana contẽnit? Quidam locum istum sic interpretãtur: A dextris & à sinistris uirtutes & fortitudines dei legimus: quas Græci δωάμεις uocant. A dextris seraphim & cherubim, cun-
B ctasq; angelicas potestates: à sinistris cõtrarias fortitudines: de quibus scriptum est: Mi-
Psal.77.c sit in eos iram indignationis suæ: furorem & iram, & tribulationẽ, immissionem per angelos malos, de quibus & Micheas in Regum uolumine loqui-
3.Reg.22.c tur: Vidi dominũ deum Israel sedentẽ super thronum suum: & omnis exercitus cœli stabat iuxta eum à dextris & sinistris eius. Ego puto sinistrum fuisse spiritum, qui egressus est, & stetit coram domino, & ait: Ego decipiam Achab, & egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Ad quã sinistram & contrariam potestatem quæ apta erat ad decipiẽdum, & exercitata ad ruinas, & multos ante deceperat, loquitur deus: Decipies & prævalebis: egredere & fac sic. Spiritus quoq; ille qui suffocabat Saul, de quo dixerunt ad eum pueri sui, Ecce spiritus dei malus obstupesce-
1.Re.16.c re te facit, de sinistris partibus erat: qui ministrant domino ad puniẽdos eos qui cruciari propter peccata meruerunt, Non solum enim homines ministri sunt, & ultores iræ eius, in his qui malum operantur, & non sine causa portant gladium: sed etiã contrariæ fortitudines, que appellantur furor & ira dei, quos propheta declinans ait: Domine ne in
Psal.6 furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Istiusmodi (ut ita dicam) quæstionarijs atq; tortoribus tradidit Apostolus peccatorem in interitum
1.Cor.5.b carnis, ut spiritus saluus fieret: de quibus & satanas est, cui tradidit alios, ut discerẽt nõ blasphema-
1.Tim.1.d re. Hæc de eruca cur dei appellata sit uirtus. Transeamus ad ordinẽ intelligentiæ spiritualis: Ne ti- C
meas terra, imò cõfide atq; lætare: quæ prius semẽtem dominicam tua ariditate perdideras: quia magnificauit dominus ut faceret tecum misericordiã: intantum ut etiam iumenta regionis & desertæ solitudinis, lætis noualibus complerẽtur. Et lignum crucis afferret fructũ suum, & spiritus sancti dona dulcissima suam cunctis tribuerent largitatem. Vos quoque Esa.30.e
quosiuste post pœnitentiam uoco filios Sion & ecclesiæ: lętamini atque gaudete, quia dedit uobis deus pater doctorem iustitiæ, siue tribuit uobis alimenta iustitię et descendere fecit ad uos pluuias tẽporaneas atq; serotinas. Pluuia temperstiua est quãdo primum doctrinã suscipimus: pluuia se-
rotina quãdo labo- D
ris nostri fructus recipimus, & ad perfectam sanctarum scripturarum scientiam peruenimus. Potest pluuia temporanea & serotina, uetus & nouum accipi testamẽtum. Et non solum, inquit, hoc dedit, sed fecit uos nouis uirtutum frugibus abundare, & saturari atq; inebriari frumento, uino & oleo: de quo sæpe diximus. Et annos quos perturbationibus ante regnãtibus perdideratis in uobis: quãdo opera uestra locusta, bruchus, rubigo, erucaq; cõsumpserant: deus uobis perire nõ passus est. Tunc comedetis fructus iustitiæ & saturabimini, & laudabitis nomen domini dei uestri: qui fecit uobiscum mirabilia. Si autem post pœnitentiam tantam ubertatem deus rerum omnium pollicetur, quid respondebit Nouatus negans pœnitẽtiam: & reformari posse peccatores in pristinũ statum, si digna fecerint opera pœnitentiæ? Intantum enim deus recipit pœnitẽtes, ut uocet eos populum suum, & nequaq; asserat cõfundendos: & habitaturum se in eorum medio repromittat: nec amplius eos alium habituros deum, sed in eum toto animo cõfisuros, qui in illis maneat in æternũ. d ¶Et erit post hęc, effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophe- Act.2.e
tabunt filij uestri, & filiæ uestræ, senes &c.] Hunc locum apostolus Petrus impletum tempore dominicæ passionis exposuit, quãdo descendit die pentecostes spiritus sanctus super credentes, & omnes loquebãtur sicut spiritus sanctus dabat eis: ita ut mirarentur qui aderant & dicerent: Nonne om-

HEBR. Et erit post hæc, effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filij uestri, & filiæ uestræ: senes uestri somnia somniabunt: & iuuenes uestri uisiones uidebunt: sed & super seruos meos & ancillas meas in diebus illis effundam spiritum meum: & dabo prodigia in cœlo & in terra, sanguinem & ignẽ & uapores fumi. Sol conuertetur in tenebras: & luna in sanguinem, anteqũ ueniat dies domini mãgnus & horribilis. Et erit omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit.

Quia

SEP. Et erit post hæc, effundam de spiritu meo super omnem carnẽ, & prophetabunt filij uestri, & filiæ uestræ: & senes uestri somnia somniabunt: & iuuenes uestri uisiones uidebũt: & super seruos meos & super ancillas meas in diebus illis effundã de spiritu meo: & dabo prodigia in cœlo: & super terram sanguinem, ignem & uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, anteqũ ueniat dies domini magnus & illustris. Et erit omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit.

Quia

A nes iſti qui loquuntur Galilæi ſunt: & quomodo nos audiuimus linguam noſtrã in qua nati ſumus, Parthi, & Medi, & Elamitæ, & reliqui. alij uero dicebant: quid uult hoc eſſe? Irridentibuſq; alijs atque dicentibus: muſto pleni ſunt: ſtans Petrus cum undecim eleuauit uocem ſuam & ait: Viri Iudæi, & qui habitatis Hieruſalem uniuerſi, hoc notum ſit uobis, & auribus percipite uerba mea: Neque enim ut uos æſtimatis, iſti ebrij ſunt, cum ſit hora tertia diei: ſed hoc eſt quod dictũ eſt per prophetam Ioel: Et erit poſt hæc, dicit dominus: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt, & reliqua uſque ad eum locum, quem in capitulo propoſuimus. Cum igitur Petrus illo tempore quo paſſus eſt dominus prophetiam Ioel impletam eſſe memoret: hoc tãtum quęrimus quomodo & ſuperiora & media, & quæ ſequũtur uſque ad finem uoluminis, ſibi ualeant cohærere: ne ſub uno textu conſequentiaq; ſermonis, diuerſa & diſſonans inter ſe explanatio ſcatere uideatur? A principio ergo uſque ad eum locum ubi ſcriptum eſt: Magnus dies domini & terribilis ualde, & quis ſuſtinebit eũ: cõminatio eſt atq; deſcriptio quæ peccatori populo dominus illaturus ſit. Ab eo autem loco ubi legimus: Conuertimini ad me in toto corde, & in ieiunio, & in fletu & in plãctu uſque ad eum locũ, ubi ait: Quare dicunt in populis ubi eſt deus eorum? cohortatio domini eſt poſt pœnas atq; ſupplicia ad pœnitentiam pro
B uocantis. Rurſum ab eo loco qui ſequitur: Zelatus eſt dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo: & reſpõdens dominus dixit: uſque ad eum locum, ubi ſcriptum eſt: Et non confundetur populus meus in æternum: repromiſſio futurorum eſt, quę bona poſtquàm egerint pœnitentiam, debeant preſtolari. Et poſt multa quę nunc longum eſt retexere, hæc quoque in promiſſione dicuntur, quæ in præſentiarum conamur exponere: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij ueſtri & filiæ ueſtræ, & reliqua. Videor mihi à principio uſque ad hunc locum, textum ſeruaſſe ſermonis: laboris eſt maximi, quomodo quæ ſequuntur, his quę nunc differimus coaptanda ſint. Alius dicit quæ generaliter in ultimo tempore repromiſſa ſunt, nunc ex parte completa. Et quia præmium futurorum in primo aduentu domini apoſtoli ſentiebant, libamenta quędam & primitias mirabilium expleta memoraſſe: ut donec ueniat quod perfectum eſt, id quod ex parte præceſſerat ſentiremus. Alius uero apoſtolicæ eſſe aſſerit conſuetudinis: iuxta illud quod de ſancto
Pſal.111.a uiro ſcriptum eſt: Diſpenſabit ſermones ſuos in iudicio: ut quicquid utile audientibus eſſe cernebant & non repugnare præſentibus, de alterius temporis teſtimonijs roborarent: non quod aburterentur audientium ſimplicitate & imperitia: ut impius calunniatur Porphyrius: ſed iuxta apoſto-
2.Tim.4.a lum Paulum prædicarent opportune importune. Et ſequentes regulam prophetarum, quicquid Iudæi in ultimo tempore ſibi carnaliter repromittũt: ſpiritualiter in primo aduentu domini ſaluatoris dicerent eſſe completum: maximè cum & illi, & C
nos quæ promiſſa ſunt, in Chriſto dicamus eſſe complenda: in hoc tantummodo diſcreptantes, quòd illi futura contendunt, nos iam facta conuincimus: de quo in his quæ ſequuntur plenius diſſerendum eſt. Omnis autem caro ſuper quam effuſurum ſe de ſpiritu ſuo dominus pollicetur, illa eſt de qua Eſaias loquitur: Et uidebit omnis ca- Eſa.40.b
ro ſalutare dei. Ergo ſalutare dei uideri non poteſt, niſi ſpiritus ſanctus effundatur. Et quicunque credere ſe dicit in Chriſtum, non credens in ſpiritum ſanctum, perfectæ fidei oculos non habebit. Vnde & in actibus apoſtolorum: qui baptizati erant baptiſmate Ioannis in eum qui uẽturus erat: Act.19.d
hoc eſt in nomine domini Ieſu: quia reſpondérunt Paulo interroganti: Sed ne ſi ſit quidem ſpiritus ſanctus nouimus: iterum baptizantur, imò uerum baptiſma accipiunt: quia ſine ſpiritu ſancto & myſterio trinitatis, quicquid in unam & alteram perſonam accipitur, imperfectum eſt. Neque uero omnis qui acceperit ſpiritum ſanctum, ſtatim habebit & gratiam ſpiritualem, ſed per effuſionem ſpiritus ſancti diuerſas gratias cõſequetur:
1.Cor.12.b alij prophetiam, ut filij & filię, qui maioris ſunt meriti: alij ſomnia, ut ſenes iam prouectioris ætatis: alij uiſiones ut iuuenes qui uicerunt malignum. Serui uero & ancillæ qui adhuc ſpiritum timoris habent, & non dilectionis: quia perfecta dilectio fo- 1.Io.4.d
ras mittit timorem: non habebunt prophetiam, nõ ſomnia, non uiſiones: ſed ſpiritus ſancti effuſione D
contenti, fidei tantum & ſalutis gratiam poſſidebunt. Tunc dabit prodigia dominus in cœlo & in terra: in cœlo, quia ſol eſt uerſus in tenebras, & luna in ſanguinem: in terra, quia tam uehementi & inſolito motu terra contremuit: ut monumenta aperta & ſaxa diſrupta ſint. Quòd autem dicit, ſanguinem & uapores, ſiue uaporem fumi: ſanguis
ille eſt, de quo in pſalmis legimus: Vt intinga- Pſal.67.e
tur pes tuus in ſanguine. Et in Eſaia: Quòd ru- Eſa.63.a
bicunda ſunt ueſtimenta tua. Et quem percuſ- Io.19.f
ſo latere ſaluatoris mixtis aquis Romanus miles effudit. Et ignis ſpiritus ſancti qui deſcendit de cœlo: ut in actibus apoſtolorum legimus:
Act.2.a Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquàm ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto: & cœperunt loqui uarijs linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Hic eſt ignis quem uenit dominus mittere ſu-
Luc.12.f per terram, & antequàm pateretur in diſcipulis ſuis optabat ardere. Ignis naturæ eſt duplicis: habet lumen credentibus: habet tenebras ſupplicia q; incredulis: qui appellantur uapores fumi. Iſte fumus eſt amariſſimus, qui excæcauit oculos Iudæorum de quo in Prouerbijs legimus: Sicut fumus
Pro.10.d noxius eſt oculis, & immatura uua dentibus, ſic iniquitas utentibus ea. De hoc fumo & Eſaias in
Eſa.6.b uiſione magna loquitur, in qua prędicebatur cæcitas Iudæorum: Et ſuperliminare motum eſt, & domus impleta eſt fumo. Vnde poſtea ſequitur: Vade & dic populo huic: Auditu audietis, & non intelligetis: & uidentes aſpicietis, & non uidebitis:

A incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus ſuis grauiter audierũt Sol quoq; eſt uerſus in tenebras, quãdo pendentẽ dominum ſuum uidere non auſus eſt, et luna in ſanguinẽ. Quòd aut iuxta hiſtoriã factũ eſſe credamus, & ab euangeliſtis ſilentio ꝓtermiſſum. Neq; enim omnia quę fecit Ieſus ſcripta referuntur: quę ſi ſcriberentur per ſingula, ne ipſum quidẽ arbitror mundum capere eos qui ſcribendi ſunt libros. Aut certe quomodo ſol uerſus in tenebras eſt: non ꝙ ipſe ſit mutatus in tenebras, ſed tenebras mũdo induxerit: Sic & luna nõ eſt uerſa in ſanguinẽ: ſed Iudæos blaſphemiarum & negationis in Chriſtum horrore coopertos, ęterno teſtimonij ſui ſanguine
Mat.27.c cõdemnauit, dicẽtes: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Hæc omnia priuſq; dies domini ueniat magnus & horribilis futura deſcribit. Dies autem domini magnus & horribilis, aut reſurrectionis eſſe credendus eſt, aut certe multa poſt tẽpora dies iudicij qui uere magnus eſt & horribilis. Sed quia ſequitur: Et erit omnis qui inuocauerit nomẽ domini, ſaluus erit: & hoc apoſtolus Paulus refert ad tempus dominicę paſſionis, magis de
B reſurrectionis die intelligendum eſt. Ait enim ſcribens ad Romanos: Nõ eſt diſtinctio Iudæi & Grę-
Rom.10.c ci. Idẽ enim ipſe dominus omniũ: diues in omnes qui inuocant illũ. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Quomodo enim inuocabunt, in quem nõ crediderunt: aut quomodo credent ei, quẽ non audierunt: quomodo autẽ audient ſine prędicante: quomodo autẽ prędicabunt niſi mittãtur? Quodq; ait: Omnis qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit: nõ leue eſſe credamus:
1.Cor.10.a licet enim idem Apoſtolus ſcribat: Nemo dicit dominũ Ieſum niſi in ſpiritu ſancto: tamen hoc ipſum dicere, nõ ſermone ſed affectu cordis eſt ponderãdum: Omnis enim qui inuocauerit nomẽ domini, ſaluus erit. Vnde & Paulus & Soſthenes ſcribunt eccleſiæ dei que eſt Corinthi: Sanctificatis in Chri
1.Cor.1.a ſto Ieſu uocatis ſanctis cum uniuerſis qui inuocãt nomẽ dñi Ieſu Chriſti: ſecundũ illud quod in pſal-
Pſal.98.b mis legimus: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant dñm & ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. Si igitur de credentibus Corinthijs, & de Moyſe & Aaron ac Samuele ſcribitur, quòd inuocauerint nomen domini: non incipientium, ſed perfectorum hanc gratiã eſſe credamus. Verbum quoq; effuſionis, quod Hebraice dicitur אשפך & omnes ſimiliter trãſtulerunt, oſtẽdit muneris largitatẽ, ꝙ nequaq; in paucos prophetas (ut olim fiebat in ueteri teſtamento) ſed in omnes credẽtes in nomine ſaluatoris ſpiritus ſancti dona deſcenderent: nequaq; in hunc & illum, ſed in omnem carnem. Neq; enim eſt diſtinctio Iu C
Rom.10.c dæi & Græci, ſerui & liberi, uiri & fœminæ: quia omnes in Chriſto unum ſumus. Vnde & Agabus Act.12.d Cæſareæ prophetauit, & in Antiochia erant prophetæ plurimi: & Apoſtolus præcipit: ut ſi altero
1.Cor.14.f prophetante alteri fuerit reuelatum, prior taceat. Et quatuor filias Philippi euangeliſtæ legimus prophetaſſe, Senes quoq; uident ſomnia, quando Paulus iam ſenex audiuit uirum Macedonem, dicẽtem ſibi: Tranſiens in Macedoniã adiuua nos. Et omnes iuuenes qui in Chriſto extitere fortiſſimi, & in domino bellarunt, uiderunt uiſiones, domino ſua promiſſa com-
Oſee.12.e plẽte. Ego uiſiones multiplico, & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum. a ¶ Quia in monte Sion &c. ] In eo loco in quo nos poſuimus, ſaluatio ſiue ſaluatus: & in Hebraico ſcriptum eſt: פְּלֵיטָה Symmachus tranſtulit, qui fugerit, Et rurſum ubi nos diximus, in reſiduis: & Septuaginta tranſtulerunt annuncians: in Hebraico legitur, שְׂרִידִי quod Iudæi loci nomen exiſtimant. Poſtquàm igitur uenit dies domini magnus & horribilis: & ſaluus effectus eſt, quicunque poſt domini reſurrectionem nomen illius inuocauit: omnis qui fuit in monte Sion, & in Hieruſalem ſaluatus eſt: de Sion enim egreſſa eſt lex, & uerbum domini de Hieru-
Eſa.2.a ſalem: de qua ſcriptum eſt: Non capit prophetam
Luc.13.g perire extra Hieruſalem. Principium ergo eorum qui ſaluati ſunt, fuit in Sion & Hieruſalem: in ſpecula, & in uiſione pacis: & in his qui reſidui fuerunt, quos uocauit dominus. Reſiduos eos debemus intelligere, qui de Iudæorum populo credi-
Eſa.1.c derunt: de quibus Eſaias loquitur: Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſemus. Hos reſiduos dominus uocauit, ſiue euangelizauit eos quos uocauit: ſic enim Septuaginta interpretati ſunt. Locus hic difficilimus eſt, & multiplicem recipiens explanationem: ut ſub tropologia omnia quæ dicta ſunt ad illa tempora referamus, ad quæ Petrus & Paulus apoſtoli retulerunt: hoc eſt, quando paſſus eſt dominus & reſurrexit. Neque enim fieri poteſt, ut ſuperiora in tempore paſſionis, & quæ ſequuntur, intelligamus in die iudicij: maxime cum ſequatur: Quia ecce in diebus illis, & in tempore illo. Et iſte uerſiculus præcedentibus inferiora connectens: uno dicat cuncta tempore perpetrata. Cap. III.

QVia ecce in diebus illis, & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem, cõgre. &c. Dicamus ut pollicíti ſumus, primum iuxta anagogen prioribus poſteriora iungentes: & eadẽ ſi poterimus, ad diem iudicij referre tentabimus. Saluatis credentibus in monte

Sion

SEP. Quia in monte Sió & in Hieruſalẽ erit qui ſaluatus fuerit, ſicut dixit dominus, & annunciãs quos dñs uocauit. Cap. III.

QVia ecce ego in diebus illis, & in tempore illo quando conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem, cõgregabo omnes gentes, & deducam eas in ualle Iosaphat, & diiudicabo cum illis ibi populum meum & hereditatem meam Iſrael, quam diſperſerunt in nationibus, & terram meam diuiſerunt, & ſuper ſortem meam miſerunt ſortem: & puerum dederunt meretrici, & puellam uendiderunt pro uino, & bibebant. Et quidem mihi & uobis quid tu & omnes termini Philiſthiim? numquid ultionem uos reddetis mihi? Et ſi ultionem uos reddetis mihi, cito & uelociter reuertetur ultio ueſtra ſuper caput ueſtrum. Pro eo quod argentum meum & aurum meum tulerunt, & deſiderabilia mea & pulchra intulerunt in templa ſua. Et filios Iuda & filios Hieruſalem uendidiſtis filiis Græcorum, ut longe faceretis eos de finibus ſuis. Ecce ego ſuſcitabo eos de loco in quo uendidiſtis eos, & reuertetur ultio ueſtra ſuper caput ueſtrum. Et uendam filios ueſtros & filias ueſtras in manu filiorum Iuda, & uendent eos Sabeis populo longe abiecto: quia dominus locutus eſt. Clamate hoc in nationibus, ſanctificate bellum, excitate fortes, accedant, aſcendant omnes uiri bellatores. Conflate gladios ueſtros in ligones, & haſtas ueſtras in falces. Infirmus dicat: Fortis ego ſum. Properate & ueníte omnes gentes de circuitu, & congregamini ibi. Deduc dñe fortes tuos. Consurgant & aſcendant gentes in ualle Iosaphat: quia ibi ſedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falcem, quia maturauit meſſis. Venite & descendite, quia plenum eſt torcular, exundant lacus uindemiatorum, quia multiplex malitia eorum. Populi populi in ualle concidionis: quia iuxta eſt dies domini in ualle concidionis. Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit uocem ſuam, & mouebuntur cæli & terra: & dominus refugium populo ſuo, & fortitudo filiis Iſrael. Et ſcietis quia ego dominus deus uester habitans in Sion monte ſancto meo: & erit Hieruſalem ſanctum, & alieni non tranſibunt per eam amplius. Et erit in die illa: ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac, & omnes rivi Iuda ibunt aquis: & fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum. Ægyptus in deſertum uertetur, & Idumæa in deſertum deſolationis erit a iniquitate filiorum Iuda, quia effuderunt ſanguinem innocentem in terra ſua. Et Iudas uſque in æternum habitabitur, & Hieruſalem in generationem & generationem. Et mundabo ſanguinem eorum, quem non mundaui, & dominus habitans in Sion.

A Sion & Hieruſalem: & uocatis reſiduis de popu/lo Iudæorum, qui cum apoſtolis & per apoſtolos crediderunt: in tempore illo poſt quàm conuerte/rit dominus captiuitatem Iuda & Hieruſalem: qui uenerat predicare cæcis uiſum, & captiuis remiſ/ſionem, & libera/uit eos qui domi/num confitentur, & qui uerſantur in eccleſia, in qua ui/ſio pacis eſt: con/gregabit oms gen/tes quæ credere no luerunt: & dedu/xit eas in uallem Io ſaphat: quod ſigni ficantius iuxta He/braicam ueritatem Græce dicitur κα/τάξω, id eſt, deor/ſum ducam, & de ſublimibus ad in/feriora detraham. Simúlque conſide/ra quando incre/dulos quoſque, uel aduerſarias pote/ſtates dominus ad iudicium prouocat & diſceptat cum eis pro po/pulo ſuo: deducam, inquit, eas in uallem Ioſa/phat. Quando autem credentes ad prælium co/

B hortatur & dicit: Suſcitate robuſtos: accedant, aſcendant omnes uiri bellatores: conſurgant & aſcendant gentes in uallem Ioſaphat: non deſcen/dere, ſed aſcendere cohortatur. Omnis enim qui iudicatur, in ualle poſitus eſt, quæ appellatur Io/ſaphat, id eſt, domini iudicium. Qui enim credit in domino, non iudicabitur. Ibiq; diſputabit cum eis, non potentia maieſtatis, ſed rationis eos ue/ritate conuincens qui partíti ſunt populum dei & hæreditatem illius diſperſerunt in nationibus: ut ſeruos dei ſibi ſeruire compellerẽt: & terram illius diuiſerunt, multis eam inter ſe erroribus ſeparan/tes: ut alij colerent Iouem, alij Iunonem, & Mi/neruam, & Febrem, & rubiginem, Anubim & cro codilium, & ibin, noctuas, accipitres, & ciconias. Sub his nominibus quondam diuiſus eſt populus dei: quæ aduerſariæ nationes, id eſt, principes mun di iſtius, & rectores tenebrarum: non ſolum diui/ſerunt ſibi populum dei, ſed poſuerunt pueros in

Rom.1.c proſtibulum: ut uirilem cogerẽt mutare naturam: de quibus Apoſtolus loquitur: Propterea tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ: ſiquidem fœmi nę eorum immutauerunt naturalem uſum, in eum uſum qui contra naturam eſt. Similiter & maſcu/li, relicto naturali uſu fœminæ, accenſi ſunt in deſiderium ſui, in inuicem maſculi in maſculos tur pitudinem operantes: & mercedem quam opor/tuit erroris ſui in ſemetipſos recipientes. Nec hoc feciſſe contenti, uendiderunt puellam pro uino, ut biberent, & libidini præferrent gulam. Quæ

HEB. captiuitatem Iuda & Hieruſalem, congrega/bo omnes gentes, & dedu cam eas in uallẽ Ioſaphat: & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæ/reditate mea Iſrael: quos diſperſerunt in nationi/bus: & terram meam di/uiſerũt: & ſuper populum meum miſerunt ſortem: & poſuerunt puerũ in proſti bulo: & puellã uendiderũt pro uino ut biberent. Vẽ/rum quid uobis & mihi Tyrus & Sidon & omnis terminus Palæſtinorum?

SEP. captiuitatem Iuda & Hieruſalem, congrega/bo omnes gentes, & dedu cam eas in uallem Ioſa/phat: & diſceptabo cum eis ibi pro populo meo & hæreditate mea Iſrael: qui diſperſi ſunt in genti/bus: & terram meam diui/ſerunt: & ſuper populum meum miſerunt ſortes: & poſuerunt puerum in proſtibulo: & puellas uen debant pro uino & bibe/bant. Quid mihi & uobis Tyrus & Sidon & om/nis Galilæa alienigenarũ?

Nunquid uniuerſa Iudæi, Veſpaſiani Titiq; temporibus, C & maxime Hadriani, iuxta literam impleta eſſe commemorant. Si autem ad diem Iudicij quæ ſcri pta ſunt uoluerimus referre, dicimus omnem qui ſaluatur, ſaluari in eccleſia, ſiue in cœleſti Hieru/ſalẽ. Et poſtq; Iudę fuerit & Hieruſalẽ cõuerſa captiuitas, tunc cõgregandos & deducendos om nes in uallem Ioſa/phat: & ibi diſcep/taturũ dñm cũ eis q; ſuũ populũ per/ſequuti ſunt & di/uiſerũt ſibi hæredi tatẽ domini, & diſ/perſerũt eos in na/tionibus & ſuper terram illius miſe/runt ſortẽ: quæ nõ ſolum ſuper hęreti cis debemus acci/pere, q; ſibi dei po/pulum diuiſerunt, & eos faciunt eſſe gentiles, ſed ad om nẽ rigidũ ſuperbũ/q; doctorẽ qui ſub nomine doctrinæ & ſacerdotij D dominãtur cleris, & opprimunt eos qui ſibi ſubie/cti ſunt. Cumq; fuerint negligẽtes, & ſcãdalizaue/rint unũ de minimis etiã pueros: ponunt in proſti/bulũ, ſiue tradũt meretricibus: & cauſa uoluptatis ſuæ: quorũ deus uenter eſt, & gloria in confuſione eorũ: uendunt puellas, ut bibant uinũ. Tradit autẽ aduleſcentes meretricibus, & puellas uendit luxu/riæ, qui turpis lucri gratia nõ corripit delinquẽtes.

a ¶ Verũ quid uobis & mihi &c]. Et hęc Iudęi ad uerſum Tyrũ & Sidonẽ & Palæſtinorũ terminos, ſiue Galilæam alienigenarũ dici arbitrantur: quod tempore captiuitatis Iudaicæ, quando uicti ſunt à Romanis dei populũ perſequuti ſunt, imò in popu lo dei ipſum deũ qui præfuit populo: ſecundum il/lud quod ſcriptum eſt: Qui uos recipit, me recipit. Mat.10.d Ergo econtrario qui perſequitur populum dei, i/pſum deum perſequitur cuius eſt populus. Red/dam, inquit, uobis quæ feciſtis populo meo: quia argentum meum & aurum, id eſt, uaſa templi: & quicquid in eo precioſiſſimum & ſpecioſiſſimum fuit: candelabrum aureum & menſam propoſi/tionis auream, & duos cherubim aureos, & pro/piciatorium, & phialas ac thuribula aurea tuli/ſtis, & conſecraſtis idolis ueſtris. Hæc autem na/rat hiſtoria Chaldæos magis feciſſe, qui uaſa tem/pli domini poſuerunt in templo Bel: unde poſt/ea Balthaſar potat in phialis: & ſtatim regnũ eius in Medos & Perſas transfertur. Sed quia poſt diẽ domini magnum & horribilem hæc futura dicun/tur, quæ Apoſtoli in reſurrectione domini inter/pretantur, & Hebræi in futurum iudicij tempus differunt: magis de Romanis eſt intelligendum, quod

4.Re.25.c Dan.5.a

A quod Vespasianus & Titus Romæ templo pacis ædificato, uasa templi & uniuersa donaria in delubro illius consecrarunt: quæ Græca & Romana narrat historia. Eo tempore filij Iuda & Hierusalem, nequaquam Israel & decem tribuum quæ usq; hodie in Medorum urbibus & mõtibus habitant: uenditi sunt filijs Græcorum, ut exterminarentur de finibus suis: & omnis orbis Iudaica captiuitate cõpletus est. Hoc illi referũt, ut ultionem sanguinis Christi & subuersionẽ Hierusalem, quæ dei iudicio accidit, contra Tyrum & Sidonẽ accidisse confirment. Nos autẽ iuxta cœptam tropologiam, Tyrum & Sidonem & palæstinos, eos interpretemur, qui dei populum coangu-

B stant & tribulant & persequuntur: hoc eñ Tyrus in lingua nostra resonat: & eum uenantur in mortẽ: quod nomen Sidonis indicat: & bibentes sanguinem corruunt, siue uolutantur in cœno: quod Philistijm Galilæaq; significat. Velociter & cito restituet eis dominus quod merentur: quia persecuti sunt eum. Et argentum illius & aurum, eloquia uidelicet scripturarum & *νοήματα*, id est, sententias: & omne quod pulchrum in ecclesia fuit, suis erroribus mancíparunt. Hæreticus quoscunque deceperit, & sua fecerit adorare simulacra, filios Iuda & filios Hierusalem uendit Græcis siue gentilibus: & eos de Christianis ethnicos facit: ut exterminet de finibus suis, in quibus in Christo fuerant procreati: & nequaquam in Iudæa & ueritatis confessione, sed in gentium errore uersentur. Quæ omnia & ad diem iudicij referre possumus, non discrepante uindicta: licet in tempore à superioribus discrepare uideantur. Pro Galilæa in Hebræo scriptum est: גְּלִילוֹת quod Aquila *θινὰς*, Symmachus terminos transtulit: *θινὰς*, autem, id est, tumulum arenarum, referamus ad littora Palæstinæ: non ad Galilæam Philistijm, quæ omnino nulla est. *a* ¶ Ecce ego suscitabo eos de loco &c.] Verbum Hebraicum שְׁבֵאִים quod

צִידוֹן

פְּלִשְׁתִּ גְּלִילוֹתָ

HEBR. Nunquid ultionem uos reddetis mihi? & si ulciscemini uos contra me, cito uelociter reddam uicissitudinem uobis super caput uestrum. Argentum enim meum & aurum meum tulistis: & desiderabilia mea: & pulcherrima intulistis in delubra uestra: & filios Iuda, & filios Hierusalem uendidistis filijs Græcorum: ut longe facere-tis eos de finibus suis. Eccè ego suscitabo eos de loco, in quo uendidistis eos: & conuertam retribu-tionem uestram in caput uestrum: & uendam filios uestros & filias uestras in manibus filiorum Iuda: & uenundabunt eos Sabæis, genti longinquę: quia dominus loquutus est. Clãmate hæc in gentibus: sanctificate bellum: suscita

Aquila & Symmachus ita ut scriptum est transtulerunt: Septuaginta. *εἰς ἀιχμαλωσίαν*, id est, captiuitatem interpretati sunt: quod melius captiuos significat. Sabaim autem gens trãs Indiam dicitur: de qua fuit & regina Saba, quæ uenit sapientiam audire Salomonis: de quibus & Esaias loquit: Et Sabaim uiri excelsi ad te transibunt. Vnde & thus uenire perhibetur dicẽte Vergilio: Centúmque Sabæo thure calẽt aræ: licet quidam Sabæos, Arabes suspicentur. Promittũt ergo sibi Iudæi, imò somniant, quod in ultimo tẽpore congregentur à domino, & reducantur in Hierusalem. Nec hac felicitate contenti, ipsum deũ suis manibus Romanorũ filios & filias asserũt traditurum: ut uendãt eos Iudæi, non Persis & Aethiopibus & cæteris nationibus quæ uicinæ sunt: sed Sabæis genti longissimæ: quia dominus locutus sit, & populi sui ulciscatur iniuriam. Hæc illi & nostri Iudaizantes, qui mille annorũ regnum in Iudęæ sibi finibus pollicẽtur: & auream Hierusalem, & uictimarum sanguinẽ, & filios ac nepotes & delicias increbiles: & portas gemmarum uarietate distinctas. Nos autem dicamus quod & suscitauit dominus post aduentũ suũ, & quotidie suscitat, & suscitaturus est eos, quos uarius error eduxerat de finibus suis. Pulchreq; suscitabo, ait, quasi iacentes & corruẽtes: ut qui iacebãt in hæresi stent in ecclesia: reddens hęreticis quod fecerãt: Vt filios eorũ & filias quos & in mysticis & in carnalibus erudierant: tradat in manibus filiorum Iuda: in manibus eorũ qui ecclesiarũ principes extiterũt: & instructi sunt armatura Apostoli & habent scutũ & lanceã ueteris & noui instrumẽti. Vt cum ceperint filios eorũ & filias, uendãt Sabęis, & faciãt esse captiuos, ut procul sint à finibus suis. Et ad meliora cõuersi, ecclesiasticis dogmatibus incipiãt esse subiecti. *b* ¶ Clamate. &c.] Locus iste dupliciter intelligitur: quidã eñ arbitrant hæc sanctis gẽtibus predicari, ut p̃parent ad bellũ: & pro populo dei dimicẽt, ut omnia

C

3. Reg. 10. a
Esa. 45. c

D

instrumen-

A instrumẽta agriculturæ in gladios lanceasq; cõuertant: ut infirmus dicat se esse robustũ: & ueniãt oẽs de circuitu, & in certamen dñi congregẽtur: maxime quia iuxta Septuagínta sequitur: Mãsuetus & mítis sit pugnator: iuxta illud quod in Paralípomenis scríptum est: Et trans Iordanem de Ruben & Gad & dimídia tribu Manasse, in omníb. uasis bellícis centum uíginti mília: omnes ísti uíri bellatores parati ad pugnam mente pacífica: hos esse uolunt imitatores ueri Dauid: de q̃ legimus: Memento dñe Dauid & omnis mansuetudínis eius. Et ipse loquit̃ in euangelío: Díscite à me quía humílis sum & mitis, síue mansuetus. Víros quoque eos intellígi uolunt: qui destruentes ínitia paruulorum, ad perfecte ætatis robur accesserínt: & omne stúdium quo prius animarum suarũ exercebant agros, ad necessítatem prælíj cõtulerunt. Nobis autem Hebræorũ opinionem sequẽ-

1. Par. 5. d

Psal. 131. a

Mat. 11. d

B

tibus uidetur esse cõtrarium. Ideo enim gentes adEsa. 2. b uersariæ Israel parantur ad pugnam: & aratra sua ligonesq;, uel falces in gladios lanceasq; commutãt: & infirmus robustum se esse dicit: erumpuntq; & ueniunt de circumitu: & contra domini exercítum congregantur: ut occumbere dominus faciat robustos earum: & intellígãt se deo aduersante superatas. Hæc iuxta líteram sibi Israel míserabilis repromittit. Nos iuxta cœptam tropologiam: & gẽtes dæmonum, & eos qui quotídie contra ecclesíam dimicant: & in ultimo qui sub antichrísto aduersum sanctos domini pugnaturi sunt, accipere possumus: qui ídcirco cõgregantur, ut pereant.

HEB. suscitate robustos. Accedant, ascendant omnes uíri bellatores. Concídite aratra uestra in gladíos: & lígones uestros in lãceas, Infirmus dicat, quia fortis ego sum. Erumpite & uenite omnes gentes de circũítu, & congregamini, ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. Cõsurgant & ascendant gentes in uallẽ Iosaphat, quia ibi sedebo ut iudícem omnes gentes in circũítu: mittite falces quoniã maturauit messis, Venite & descẽdite quia plenũ est torcular, exuberãt torcularia, quia multiplicata est malicia eorũ. Põpuli populi in uallecõcisiõis, quia iuxta est dies domini in uallecónis. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.

SEP. suscittae pugnatores: adducite & ascendite omnes uíri bellatores: concídite aratra uestra in gladíos: & falces uestras in lãceas. Fortis dicat, quia prævaleo ego. Congregamini & introite omnes gentes per circumitũ, & congregamini illuc, mãsuetus sit pugnator. Consurgãt & ascẽdãt omnes gentes in uallẽ Iosaphat, quia ibi sedebo ut iudicẽ omnes gentes in circumitu: emittite falces quoniam adest uindemia. Introite & calcate, quia plenum est torculer, & redundant torcularia, quia repleta sunt mala eorũ. Sonitus exauditi sunt in uallе iudicij, quia iuxta est dies domini in uallе iudicij. Sol & luna obtenebrabuntur, & stellæ occidere facient splendorem suum.

Et dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit uocem suam, & commouebuntur cæli & terra, & sol eorum & luna non auferent lumen suum. Et scietis quia ego dominus deus uester habitans in Sion mõte sancto meo, & erit Hierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius.

Et dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit uocem suam, & commouebuntur cæli & terra, & sol eorum & luna non auferent lumen suum. Et scietis quia ego dominus deus uester habitans in Sion mõte sancto meo, & erit Hierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius.

Domi

a ¶ Consurgant & ascendant gentes in uallem Iosaphat, quia ibi sedebo ut iudicem omnes gentes in circumitu, mittite falces qu. &c. ] Et hæc iuxta יְהוֹשָׁפָט superiorem sensum interpretantur bifariam. Alíj enim gentes ascendere in uallem Iosaphat, quæ interpretatur domini iudícium: & sedere ibi deũ, ut díjudicet omnes gentes, quæ de circumitu ueniũt: in bonam partem intelligunt: quo scílicet sancti cõtra aduersarios cõgregentur: & mittant falces suas, ut maturam hostíum messem demetant: & ueniant atq; descendant, calcentq; torcularia: quia adsit uindemia: & intantum musta exuberent, ut torcularia capere non possint. Et ut sciremus quæ sit uindemia, plenumque torcular, intulit: multiplicata est malicia eorum: haud dubíum quin eos significet, qui contra dominum congregati sunt. Alíj autẽ cõsurgere gẽtes & cõuenire in uallẽ Iosaphat: & sedere dominum, ut omnes iudícet nationes, ídeo asserunt, ut parent se & assumãt uniuersa arma pugnãtium: & in uallе Iosaphat domini falcíbus demetantur. Venísse enim contra eos tempus iudícij: & intãtum eorum creuísse mala, ut dei uíncerent patiẽtiam. Nam & Amorræi tunc expulsi sunt, quando D expleta sunt peccata eorum. Iudæi ístum locũ ad Gog & Magog geetes sæuíssimas referũt: de quíbus supra díximus, arbitrantes ultímo tempore, quando Hierusalẽ fuerit ínstaurata sub mílle annorũ ímperio, cõtra dei populum esse uenturas: & in uallе Iosaphat quæ ad orientalem partem templi sita est esse sæuituras: aduenísse enim tempus occísionis earum, & effundendi sanguínis ínstar uindemię. b ¶ Populi populi in uallе concísionís, quia iuxta est díes domini in uallе concísionis. &c. ] In eo loco ubi nos posuimus, populi populi: et Septuagínta trãstulerunt ἦχοι ἠχήσασιν, id est, sonitus exauditi sunt, in Hebraico scriptum est, הֲמוֹנִים הֲמוֹנִים quod utrumque multitudinem, & turbas eorum qui iudicandi sunt, non strepitum sonitúmque significat. Rursum ubi nos díximus, in uallе concísionís, sequentes translationes Aquilæ & Symmachí & quintæ æditionis, Septuagínta & Theodotio τῆς δίκης καὶ τῆς κρίσεως, id est, causæ & iudícij, transtulerunt, pro quo in Hebraico scriptum est חָרוּץ quod Hebræi non solum concísionem, sed & aurum interpretari putant, quo scílicet in uallе iudícij quam suspicantur gehẽnam, excoctis sordíbus peccatorũ, purum aurũ remaneat. Idcírco autẽ gentium, de quibus supra díximus in uallе

iudícij

A iudicij,ſiue conciſionis,populi cõgregantur,ut interficiantur & corruant, & à domino iudicentur. Cuius mœrorem diei & tormenta pereuntium:ne ſol quidem & luna aſtraq; cætera poterunt intueri ſed retrahent fulgorem ſuum: & ſeueritatem iudicantis reddentisq; uniuſcuiusq; opus in caput ſuum, aſpicere non audebunt. Nõ quod clemẽtiora ſint quàm dei iudicia: ſed qđ omnis creatura in tormentis aliorum de ſuo iudicio pertimeſcat. a ¶Et dominus de Siõ rugiet,& de Hier. &c.] Cum ſolis & lunę cunctarumq; ſtellarum ſplendor tenebris fuerit commutatus: dominus de Sion inſtar leonis rugiet ſiue clamabit: & tam excelſa uox eius erit atq; terribilis: ut cœlorũ cardines & ter-

HEB. Et dominus de Sion rugiet,& de Hieruſalẽ dabit uocem ſuam:& mouebuntur cœli & terra: & dominus ſpes populi ſui, & fortitudo filiorum Iſrael: & ſcietis quia ego dominus deus ueſter, habitans in Sion mõte ſancto meo: & erit Hieruſalem ſancta: & alieni nõ tranſibunt per eam amplius. Et erit in die illa, ſtillabunt mõtes dulcedinem: & colles fluent lacte: & per omnes riuos Iudæ ibunt aquæ.
Et fons dẽ domo domini rentem ſpinarum.

B rarum fundamenta quatiãtur. Cumq; tam ſeuerus in eos fuerit qui puniendi ſunt, erit clemens erga populum ſuum: & dabit eis fortitudinem qui appellantur filij Iſrael, mens ſcilicet cernens deum: uel ἐυθύτατον θεὸν, quem nos rectiſſimum dei dicere poſſumus: qui nõ ambulauerunt per prauas ſemitas,ſed gradientes in uia Chriſti, omnia recta fecerunt. Tunc ſcient & hi qui punientur, & illi qui aſſumentur in gloriam, quod dominus habitet in ſpecula ſua Sion, & in Chriſto monte ſancto ſuo, ſiue in eo qui ſe dignũ dei habitaculo præparauit. Tunc erit ſancta Hieruſalẽ uiſio pacis, à qua & Salomon nomẽ accepit:& alieni nõ pertranſibũt per eã amplius. Alienos uel dęmones intellige, qui externi à deo ſunt: uel omnes peſſimas cogitationes atq; peccata:de quibus propheta loquitur: Ab alie-
Pſal.18.d nis parce ſeruo tuo:quę nequaquàm ultra in nobis uiam reperient,ſi habuerimus dei pacẽ,& cor noſtrũ aduerſarijs non patuerit. Hæc Iudęi & noſtri, ut diximus, Iudaizantes ad mille annorum fabulã referunt, quãdo putant Chriſtum habitatũrum in Sion,& in Hieruſalem aurea atq; gemmata ſanctorum populos congregandos: ut qui in iſto ſeculo oppreſſi ſunt ab uniuerſis gentibus,in hoc eodem cunctis imperent nationibus. b ¶Et erit in die illa ſtillabunt &c.]Habitãte domino in Sion & in mõte ſancto ſuo, quando nullus per Hieruſalem ſanctam pertranſire tentauerit, quicunq; in ea mons fuerit, & ad uirtutum excelſa peruenerit: dulcedine & melle ſudabit, & ſtillabunt ex eo gratiæ ſpi-
Pſal.118 rituales:de quibus propheta loquitur: Quàm dulcia gutturi meo eloquia tua, ſuper mel ori meo.

Qui autẽ inferior montibus eſt, & necdum ad perfectionis culmen aſcẽderit,uocabitur collis: & fluent de eo riui lactis, quibus rudis in Chriſto nutritur infantia: & aquarum flumina, quæ de uentre ſuo dominus manare teſtatus eſt, Omnes enim ri- Ioban.7.f

SEP. Dominus autem de Sion clamabit, & de Hieruſalem dabit uocem ſuã: & mouebitur cœlũ & terra: & dominus parcet populo ſuo:& confortabit filios Iſrael: & ſcietis quia ego dominus deus ueſter habitans in Sion monte ſancto meo: & erit Hieruſalẽ ſancta: & alienigena non tranſibit per eam amplius.Et erit in die illa,ſtillabunt mõtes dulcedinẽ & colles fluẽt lacte,& oms emiſſiões Iudæ fluẽt aquis.
egredietur & irrigabit tor-

uí ſiue emiſſiones Iuda implebuntur aquis:& nihil in eis ſiccum erit redundãtibus cũctis gratia ſpirituali. c ¶Et fons de domo domini egredietur,& irrigabit torrẽtem ſpinarum.]Pro torrẽte ſpinarum, Septuaginta tranſtulerunt, torrentem funiculorũ, id eſt, χειμάῤῥουν τῶν σχοίνων quod aut funiculũ ſignificat,aut iuxta Aegyptios menſuram certi itineris, Pſalmiſta dicente: Pſal.138.a Semitam meam & funiculum meũ tu inueſtigaſti.In Nilo enim flumine ſi- D

Ægyptus uẽ in riuis eius ſolent naues funibus trahere, certa habentes ſpacia,quæ appellant funiculos:ut laborí defeſſorum, recentia trahentium colla ſuccedãt. Nec mirum ſi unaquæq; gens certa uiarum ſpacia ſuis appellet nominibus: cum & Latini mille paſſus uocent: & Galli leucas, & Perſæ paraſangas, & raſtas uniuerſa Germania, atq; in ſingulis nominibus diuerſa menſura ſit. Hæc propterea, quia uerbum Hebraicum שִׁטִּים Septuaginta σχοινους id eſt, funiculos tranſtulerunt. Cæterum nulli dubium eſt, omnia quæ in tabernaculo dei legimus, de lignis Sethim fuiſſe perfecta: quæ Septuaginta interpretati ſunt ligna imputribilia. Eſt autem genus arboris in eremo,ſpinæ albæ ſimile, colore & foliis non magnitudine. Alioquin tam grandes arbores ſunt, ut latiſſima ex illis tabulata cædantur: lignumq; fortiſſimum eſt, & incredibilis læuitatis ac pulchritudinis, ita ut ex his etiam uaſa torcularium quæ ἀρσενας καὶ θηλύας uocant, ditiſſimi quiq; & ſtudioſiſſimi faciant: quæ ligna in locis cultis, & in Romano ſolo, abſque Arabiæ ſolitudine non inueniuntur. Pro torrente funiculorum ſiue ſpinarum, Symmachus interpretatus eſt,uallem ſpinarum. Eſt autem locus iuxta Liuiadem trans mare mortuum,ſexto ab ea diſtans miliario: ubi quondam cum Madianitis fornicatus eſt Iſrael. Huius loci ex perſona dei Micheas propheta meminit,dicens: Populus meus, memento quæ- Miche.6.a ſo quid cogitauerit Balach, rex Moab: & quid reſponderit Balaam filius Beor de Sethim uſque ad Galgalam: pro quo & ibi Septuaginta tranſtulerunt, ἀπὸ τῶν σχοίνων, hoc eſt à funiculis uſque ad

Galgalam

A Galgalam. Ergo egredietur fons de domo domini quæ interpretatur ecclesia. De quo & Ezechiel & Zacharias ponunt in fine uoluminum suorum: ut spinas nostras & uitia atq; peccata, quæ nullam frugem habuere iusticię, commutent in domini noualia: & ariditatem nostram rigent aquis largissimis: & pro spinis ac uepribus, flores uirtutũ multiplices germinemus. Et in eo loco ubi quondã fornicatus est Israel, & initiatus est Beelphegor: lilia castitatis, & rosæ pudoris ac uirginitatis exuberẽt. a ¶ Aegyptus in desolatione erit, et Idumęa &c.] Et in hoc loco Iudæi grauissimo somno dormiunt: in ultimo tempore, quando non Christum, sed antichristum suscepturi sunt: uindictam sui, in Aegyptios qui uicini sunt: & in Romanos quos interpretantur Idumæos, spe uanissima confingentes. Vt scilicet quomodo Pharao & omnis eius exercitus: qui per quadringentos & triginta annos populum dei captiuum tenuit, in mari rubro submersus est. Sic etiã Romani qui eodem annorum spacio Iudæos possessuri sunt, ultione domini deleantur. Hoc illi spe sibi cassa promittant. Neq; enim possunt exponere quare cum in orbe tantę sint nationes: duæ solum gentes Aegyptiorum, & Idumæorum expetantur ad pœnam: aut cur pro Idumæis intelligãtur Romani, cum eadem licentia mentiendi ediuerso possimus asserere: sub Idumæorum uocabulo uel Persas, uel Elamitas, uel Francos, Alamannos, gentesq; alias significari. Nos autem dicamus tempore dominicæ resurrectionis, uel die iudicij: utrunq; enim recipimus, & Aegyptum & Idumæam, in eo quod Aegyptus & Idumæa sunt, destruendas: Aegyptus dicitur מִצְרַיִם quod interpretatur ἐκθλιβουσα, id est, sanctos dei persequens & tribulans: Idumæa terrena & cruenta. Quicunq; igitur dei populum persequutus est, & terrenis uacabit operibus: ac multitudine delictorum quotidie fuderit sanguinem innocentẽ, eorum scilicet quos decipit, erit in perditionem: ut animas quoq; martyrũ sub altari clamare cognouimus Vsq; quo domine sanctus & uerus non iudicas & uindicas sanguinẽ nostrũ de his qui habitant in terra? b ¶ Et Iudæa in æternum habitabitur, & Hierusalem in generatione & generationẽ &c.] Non utiq; hæc Iudæa in æternũ habitabitur quam uidemus esse desertam: non ista Hierusalem, cuius ruinas cernimus: sed illa Iudæa, cuius filiæ exultauerunt, & lætatæ sunt in omnibus iudicijs domini. Et de qua in fine quinquagesimi psalmi legimus: Benigne fac domine in bona uoluntate tua Sion, ut ædificentur muri Hierusalem. In hac prouincia confessionis & gloriæ, & in hac urbe in qua pax domini cernitur, erit æterna habitatio: non in unam, uel in tres, aut plures generationes, sed in generatione & generationem, hoc est, in duabus generationibus eorum, qui de Iudæis & de gentibus crediderunt. Et mundabit dominus sanguinẽ omnium peccatorũ, quem prius non mundauerat: ut mundet in euangelio, quos in lege peccantes immũdos reliquerat. Ideo enim conclusit omnia sub peccato, ut omnibus misereretur: siue ulciscetur seruorum suorum sanguinem: quem in martyrio pro nominis eius confessione fuderunt. Et dominus commorabitur in Sion: de qua scriptum est: Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.

HEB. Ægyptus in desolatione erit, & Idumæa in desertum perditionis: pro eo quod inique egerunt in filios Iuda: & effuderunt sanguinem innocentem in terra sua. Et Iudæa in æternum habitabitur, & Hierusalem in generatione & generationem: & mundabo sanguinẽ eorũ quos non mundauerã & dñs cõmorabitur in Sion.

SEPT. Ægyptus in perditione erit, & Idumæa in campum desolationis propter iniquitates filiorum Iuda: pro eo quod effuderũt sanguinem iustum in terra sua. Iudæa autẽ in æternũ habitabit: & Hierusalem in generatiões & generationẽ: & requiram sanguinẽ eorum inultũq; esse non patiar: & dominus habitabit in Sion.

Exod. 14. c

B

C

Apoc. 6. e

D

Psal. 68. a

Commentarij in Ioel prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM in Amos prophetam ad Pammachium procœmium.

AMos propheta, qui sequitur Ioelem, & est tertius duodecim prophetarum: non est ipse quem patrem Esaiæ prophetæ legimus. Ille enim אָמוֹץ scribitur per primam & ultimam nominis sui literam א & צ & interpretatur fortis atq; robustus. Hic uero עָמוֹס per ע & ס & interpretatur populus auulsus: mediæ literæ מ & ו utriq; communes sunt. Apud nos autem qui tantam uocalium literarum, & s literæ, quæ apud Hebræos triplex est, differentiam non habemus, hæc & alia nomina uidentur esse communia, quæ apud Hebræos elementorum diuersitate, & suis proprietatibus distinguuntur. Hic igitur propheta quem nunc habemus in manibus, fuit de oppido Thecue: quod sex milibus ad meridianam plagam abest à sancta Bethleem, quæ mundi genuit saluatorem: & ultra nullus est

A uiculus,ne agreſtes quidem caſæ & furnorum ſimiles,quas Aphri appellant mapalia. Tanta eſt c
eremi uaſtitas, quæ uſq; ad mare rubrum, Perſarumq; & Æthiopum atq; Indorum terminos dilatatur. Et quia humi arido atq; arenoſo nihil omnino frugum gignitur:cuncta ſunt plena paſtoribus: ut ſterilitatem terræ compenſent pecorum multitudine. Ex hoc numero paſtorum & Amos propheta fuit: imperitus ſermone, ſed non ſcientia. Idem enim qui per omnes prophetas in eo ſpiritus ſanctus loquebatur. Vnde nos ex Hebræo uertimus.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Amos prophetam liber primus.

VErba Amos qui fuit in paſtoribus &c.] Septuaginta autem neſcio quid uolentes interpretati ſunt: Sermones Amos qui facti ſunt &c. quos uidit pro Hieruſalē. Sciendumq; hunc prophetam, non pro Hieruſalem quod in Hebræo pœnitus non habetur, ſed ſuper Iſrael, id eſt, decem tribus quæ appellantur Iſrael, & erant in Samaria prophetaſſe. Quod quidē & Aquila & Symmachus & Theodotio ſimiliter tranſtulerūt. Primus ergo Oſee propheta ad decem tribus quæ appellantur Ephraim, Samaria domus Ioſeph & Iſrael loquitur. Secun-
B dus Ioel, ad Hieruſalem & duas tribus quæ uocantur Iuda & Hieruſalē & Iacob profert uaticinium, nullam omnino Iſraelis faciens mentionem. Tertius Amos, nequaquam ad Hieruſalem quæ regebatur à tribu Iuda, ſed ad Iſrael & in Samaria prædicat. Quod & de toto uolumine eius probari poteſt, & maxime ex eo quod ſcriptum eſt: Miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Hieroboā regem Iſrael
Am:s.7.c dicens: Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael. Et poſt paululum: dixit Amaſias ad Amos: Qui uides gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & ibi prophetabis: & in Bethel non adijcies ultra ut prophetes, quia ſanctificatio regis & domus regni eſt. Cui reſpondit Amos: Non eram propheta, nec prophetæ filius: ſed opilio, ruborum mora deſtringens: tulitq; me dominus cum ſequerer gregem, & dixit ad me: Vade propheta ad populum meum Iſrael: non utiq; ad Iudam & Hieruſalem, ut male apud Græcos & Latinos habetur: ſed ad Iſrael, id eſt decem tribus: quæ ob populi multitudinem, priſtinum nomen obtinuerant. In eo autem loco ubi Lxx. tranſtulerunt: in Accarim, Theodotio ipſum uerbum Hebraicum poſuit נֹקְדִים quod Aquila uertit ἐν τοῖ μνοτρόφοις, id eſt, in paſtoralibus: Symmachus & quinta æditio ἐν τοῖς ποιμέσιν, id eſt, in paſtoribus. Et puto propter ר & ד literarum ſimilitudinem hic quoq; deceptos: pro נֹקְדִים quaſi נֹקְרִים et exinde Accarim poſuiſſe ſermonem: quanquam in principio nominis נ litera nullam excuſationem relinquat erroris. Accarim autem uſq; in præſentiarum Hebræum eſſe non legi. Et qui ſterilitatem, id eſt, σέφωσιν interpretantur, magis עֶקְרוֹן urbem Philiſtijm quàm Accarim exprimunt, quæ omnino non legitur. Sermones itaq; Amos qui fuit de oppido Thecue ex numero paſtorū, quia paſtoralis & ipſa eſt regio: hoc uolumine continentur: quos uidit ſuper Iſrael: non carnis oculis, ſed mentis in tuitu: quia prophetæ uocabantur uidentes: alioquin ſecundum literā ſermones non uidentur: ſed audiuntur. Vnde & populus uidebat uocem dei: & Moyſes tacens loquebatur Exod.14.d
ad dominum, quando dicebat ei: Quid clamas ad me? In nouo quoq; legimus teſtamento: Quod uidimus, & audiuimus oculis noſtris, & manus no- 1.Ioan.1.a
D ſtræ palpauerūt de uerbo uitæ. Verbum enim dei quod per ſe inuiſibile eſt, uident Apoſtoli, & tractant manibus ſuis. Quod uerbū caro factum eſt, & habitauit in nobis. Vidit autem hos ſermones

*in exemplaribus Lxx. quæ nobis, παρεβλήθη, reperimus*

## AMOS

VErbā Amos qui fuit in paſtoralibus de Thecue quæ uidit ſuper Iſrael. SErmones Amos qui facti ſūt in *accarim de Thecue q̄s uidit pro Hieruſalem. In diebus Oſiæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael ante duos annos terræmotus.

*b* ¶ In diebus Oſiæ regis Iuda, & in diebus &c.] Quando apud Aſſyrios urbesq; Ciliciæ regnabat Sardanapalus, de quo inſignis orator: Turpior, inquit, uitijs quàm nomine. Et apud Latinos Procas Syluius, cui Amulius, expulſo Numitore germano ſucceſſit in regnum. Quo interfecto, congregata paſtorum & latronum manu, Romulus ſui nominis condidit ciuitatem. Hic eſt autem Ozias rex Iuda, cognomento Azarias: qui indebitum ſibi ſacerdotium uindicare conatus, lepra percuſſus in fronte eſt: quando iram domini non ſolum pœna eius, qui ſacrilegus fuit, ſed & terræmotus oſtendit, quem Hebræi tunc accidiſſe commemorant. Hieroboam uero non eſt filius Nabath, qui peccare fecit iſrael: ſed filius Ioas, filij Ioathan, filij Iehu, pronepos eiuſdem Iehu: ſub quo prophetauerūt, Oſee & Ioel & Amos. Igitur interpretatur Oſias κράτος κυρίου, id eſt, imperium uel fortitudo domini. Hieroboam δικασμὸς λαοῦ, id eſt, iudicatio uel cauſa populi, licet quidam per χ Græcam literam legentes, diuiſionem populi ſuſpicentur. Ioas κυρίου χρόνισμα, id eſt, domini mora ſiue temporalitas. Verba itaq; Amos quo tempore populus Iſrael auulſus erat à domino, & aureis uitulis ſeruiebat, ſiue auulſus a regno ſtirpis Dauid, clara uoce cecinerunt: inſtar clangentis tubæ, quæ interpretatur Thecue. Et cecinerunt ſuper Iſraelem, qui quondam

עֻזִּיָּה יָרָבְעָם יוֹאָשׁ תְּקוֹעַ

A dam erat rectíſſimus dei, id eſt, εὐθύτατος θεοῦ. In diebus Ozię regis Iuda, in quo propter templũ et ſancta ſanctorũ, fortitudo dñi permanebat, ſuoq; regebat imperio populum confitentem. Nomen autem Hieroboam qui diuiſionis populi cauſa extiterat, ſignificat Iſraelem longo tempore in idololatrię errore manſiſſe, prius q̃ captiuitas uniuerſa cõcuteret, quæ in duobus annis duplicem oſtendit anguſtiam decem tribuũ, ac duarum: ut agentes ſi uellent pœnitentiam, motum terræ de cætero non ſentirent. Hæc Pammachi animo meo

ET dixit: Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalē dabit uocē ſuã. Et luxerũt ſpecioſa paſtorum, & exiccatus eſt uertex Carmeli. Hęc dicit dominus: Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertã eũ: eo quod triturauerint in plauſtris ferreis Galaad.

charíſſime, qui ex interpretatiõe nominis tui, quodam uaticinio futurorum omni arte pugnandi aduerſum diabolum, & contrarias poteſtates te bellare demonſtras, quaſi argumentum & ὑπόθεσιν Amos prophetæ lõgo ſermone complexus ſum. Illud breuiter admonens, explanationem, & huius, & Oſee, & Zachariæ prophetarum: me & aliįs quidẽ ſanctis uiris, ſed præcipue ſanctæ & uenerabilis memoriæ parenti tuæ Paulæ dum uiueB ret promiſiſſe. Nec multum errare in ſponſionis fide ſi quod matri pollicitus ſum reddam filio. Verum iam tempus eſt: ut ipſius prophetę uerba proponens, quid mihi uideatur in ſingulis ediſſeram.

ET dixit: dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem &c.] Naturale eſt, ut omnes artifices ſuæ artis loquãtur exemplis, & unuſquiſq; in quo ſtudio triuit ætatem, illius ſimilitudinem proferat: uerbi gratia, qui nauta eſt & gubernator, triſticiã ſuã comparat tempeſtati: damnũ naufragiũ uocat: inimicos ſuos, uentos cõtrarios appellat. Rurſum proſperitatem & lætitiam, auram placidiſſimam, & ſecundos nominat uentos, tranquilla maria & æquora, campi ſimilia. E regione miles quicquid dixerit: ſcutum, gladium, loricam, galeã, lanceam, arcum, ſagittam, mortem, uulnus, & uictoriam ſonat. In ore philoſophorũ ſemper Socrates & Plato, Xenophon, & Theophraſtus, Zeno & Ariſtoteles, Stoici uerſantur & Peripatetici. Oratores, Lyſiam & Hyperidẽ, Periclem & Demoſthenem, Gracchos, Catones, Tullios & Hortenſios, in cælum laudibus ferunt. Poetæ ſi Epici ſunt, Homerum atque Vergilium: ſi Lyrici, Pindarum & Flaccum crebro ſermone concelebrant. Cur hæc dicta ſunt? ut ſcilicet oſtendamus etiã Amos prophetã qui paſtor de paſtoribus fuit: & paſtor nõ in locis cultis, & arboribus ac uineis conſitis, aut certe inter ſyluas & prata uirentia: ſed in lata eremi uaſtitate: in qua uerſatur leonum feritas, & interfectio pecorũ, artis ſuæ uſum eſſe ſermonibus: ut uocem domini terribilem atq; metuendam, rugitum leonum & fremitum nominaret: Euerſionem Iſraeliticarum urbium: paſtorum ſolitudini & aridítati montiũ comparans. Dominus, inquit, de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit uocem ſuã. Rugiet Hebraice dicitur יִשְׁאַג Pulchreq; de Sion rugiet & de Hieruſalem dabit uocem ſuam: ubi erat templum et dei religio, ut doceret deum non in Iſrael urbibus: id eſt in Bethel & in Dan, ubi erãt aurei uituli: nec in metropoli Samaria Iezrael, ſed in uera religione ueriſari, quæ illo tempore colebatur in Sion & Hieruſalẽ.

ET ait: dominus de Sion effatus eſt, & de Hieruſalẽ dedit uocẽ ſuã, & luxerunt paſcua paſtorũ, & arefactus eſt uertex Carmeli. Et dixit dominus: Super tribus impietatibus Damaſci, & ſup quatuor nõ auerſabor eos, p eo quod ſecuerũt ferris ferreis prægnãtes in Galaad.

Quo rugiente de Sion, & dante uocem ſuam de Hieruſalẽ, de Sion enim egredietur lex, & uerbum domini de Hieruſalem, omnia paſtorum & regum Iſrael ſpecioſa luxerũt, & exiccatus eſt uertex Carmeli, qui quõdam lætis paſcuis abundabat. Carmelus Græce dicitur & Latine: Hebraice autem dicitur כַּרְמֶל & ſunt duo montes, qui uocantur hoc nomine. Alter in quo fuit Nabal Carmelus, maritus Abigail ad auſtralem plagam. Alter iuxta Ptolomaidem, quæ prius uocabatur Aco, mari imminens: in D quo Helias propheta flexis genibus pluuias impetrauit. Si ergo de Chermel dicit in quo habitauit Nabal: magis paſtorum gregibus conuenit: quia eſt iuxta ſolitudinẽ. Sin autem de illo qui uicinus eſt littori, ad reges & ad ſuperbiã pertinet regum Iſrael: quos imminente captiuitate inſtar montiũ deſertorum dicit eſſe uaſtãdos. Aliter: Cum dominus de Sion & Hieruſalem: de ſpecula eccleſiæ, quæ ſuper montẽ ſita latere non poteſt, & in qua uiſio pacis eſt, dederit per uetus & nouum inſtrumentũ, & per doctores eccleſiaſticos uocẽ ſuam, & quaſi clara buccina inſonuerit: tunc omnia ſpecioſa paſtorum: id eſt, doctrina hæreticorum: quæ pulchro uidebatur ſermone compoſita, & cognitio circunciſionis: hoc enim interpretatur כַּרְמֶל per quam ſibi ueræ circunciſionis ſcientiam pollicentur, lugebit atq; ſiccabitur: et populorum milia quæ propter ſimplicitatem uocantur greges, ſubita aridítate marceſcent. b ¶Hæc dicit dominus. Super tribus &c.] Pro tribulis quæ Hebraice appellantur חֲרוּצוֹת & a Theodotione trãſlatę ſunt rotæ ferreæ, quæ nos plauſtra ferrea interpretati ſumus: Lxx. tranſtulerũt πρίσαι σιδηροῖς: id eſt, ſerris ferreis. Eſt autẽ genus plauſtri quod rotis ſubter ferreis, atq; dentatis uoluit: ut excuſſis frumentis, ſtipulam in areis conterat, & in cibos iumentorum propter fœni ſterilitatem paleas cõminuat. Rurſum ubi in Hebraico habetur בֶּן־חֲדַד & unum nomen eſt: Lxx. interpretati ſunt υἱὸς ἄδερ, id eſt, filij Ader ר & ד elementorum falſi ſimilitu

A dine. In eo quoq; loco ubi nos diximus, de domo uoluptatis, quod Hebraice dicitur מְבֵית־עֵדֶן & omnes similiter transtulerunt: Lxx. interpretati sunt ἀπ' ἀνδρῶν χαρράν, id est, ex uiris Charran ר mediam nominis literam ר arbitrantes, & iuxta cõsuetudinẽ suam ע primæ Hebraicæ literæ χ Græcum præponentes. Cyrenen etiã quæ Hebraice dicitur קִיר ἐπίκλητον, id est, uocatũ, uel nominatum transtulerunt, propter uerbi similitudinem: quia קְרִיאָה uocatio dici potest, & nomen proprium appellatiuũ intellexerunt. De causis diuersę translatiõis breuiter diximus: nũc ad sensum eorũ quæ dicta sunt transeamus. Primum aduersum Damascum in qua regnabat Azahel sermo dei dirigitur: qui eo tempore quo Amos prophetabat grauiter urgebat Israel, id est, decem tribus: intantum ut superato Achab rege Israel in Ramoth Galaad, omnem regionem quæ appellatur Galaad, & in hæreditatem cesserat dimidiæ tribui Manasse, instar tribulorum frumentum in areis triturantium iugularet atq; contereret. Quod plenius Helisæus propheta in Regum uolumine loquitur, ubi scriptum B legimus: Stetitq; cum eo & cõturbatus est usq; ad suffusionẽ uultus: fleuitq; uir dei. Cui Azahel ait: 4. Reg. 8. c Quare dominus meus flet? At ille respõdit: Quia scio quæ facturus sis filijs Israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorũ interficies gladio: & paruulos elides, & prægnantes diuides. Dixitq; Azahel: Quid sum enim seruus tuus canis, ut faciam rem istam magnam? Et ait Helisæus: Ostendit mihi dominus te regem Syriæ fore. Quod autem sequitur in propheta. a ¶ Et mittam ignem in domum Azahel &c.] Dat intelligentiam, quod Azahel regnãtibus Ozia & Hieroboã iam in Syria mortuus erat, & ei in regnum successerat filius suus Ben Adad: à quo omnes postea reges Aram, id est, Syriæ & Damasci, Ben Adad uocabulum possederunt. Vnde pulchre nõ dixit: mittam ignem in Azahel, sed in domum Azahel: id est, in domum eius regiam: cui Ben Adad filius eo tempore præerat. b ¶ Et cõteram, inquit, uectes Damasci & disperdam &c.] Omnem uidelicet Syrorum fortitudinem, quæ ueluti quodam plaustro, & uectibus aduersariorum impetus submouebant. Campum autem idoli quod Hebraice dicit אָוֶן & Lxx. & Theodotio interpretati sunt ὤψ: Symmachus & quinta æditio transtulerunt, ἀδικίαν, id est, iniquitatẽ: Aquila ἀνωφελῆ, id est, inutilem: ut ostenderet uana idolorũ auxilia, cum populus Damasci Assyrio ueniente capiatur. Le- 4. Reg. 16. b gimus eñ quod Theglathphalassar rex Assyrius: interfecto Rasin rege Damasci, de quo & Esaias

HEB. Et mittam ignem in domum Azahel & deuorabit domos Ben Adad. Et cõteram uectem Damasci, & disperdã habitatorem de campo idoli, & tenentem sceptrum de domo uoluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit dns.

loquitur: omnem Syriæ populum, qui appellabatur Aram, in Cyrenem trãstulerit, & ob hanc causam esse nunc dictum. c ¶ Tenentem sceptrum &c.] Vt subaudiatur conteram & disperdam, & populus Syriæ in fines Aegypti ultimus transferetur. Quodq; in principio dicitur: super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum: et secundum Lxx. nõ auersabor eum: id est, Damasci populum siue אֲרָם id est Syrum: hũc sensum iuxta historiã habere potest: Si semel meum esset populum persecutus, aut secũdo, darem ueniã: nunc uero cum tertio & quarto crudelis extiterit, ut captiuam multitudinẽ plaustris ferreis tereret: nõne debeo eum plagis corripere? nõne clementiæ meę uultum auersare ab eo? Iuxta Tropologiam uero hoc possumus dicere: Primum peccatum, est cogitasse, quæ mala sunt. Secundum, cogitationibus adquieuisse peruersis. Tertium, quod mente decreueris opere complesse. Quartum, post peccatum non agere pœnitentiam, & in suo sibi complacere delicto. Hoc omnes faciunt hæretici: qui non solũ cogitant & faciunt mala, sed doctrina sua quosq; D simplices decipiunt, & in morem Damascenorum וּמְשַׁשׁ qui interpretantur sanguinem bibentes, eorum quos deceperint, sanguinẽ bibunt. Super huiuscemodi peccatis, inquit, dominus, nõne dignum est ut eos plagis corripiam, & auertam ab eis faciem meam: ut qui ueritatem dogmatum meorum non uident, auersione uultus mei tenebris obruantur. Contriuerunt enim siue dissecuerunt in plaustris ferreis prægnantes Galaad. Istæ sunt prægnantes, de quibus in euangelio loquitur: Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Prægnãtes sunt animæ credentium, quæ in principio fidei possunt dicere: A timore tuo domine concepimus & parturiuimus: & si non fuerint plaustris ac rotis ferreis ac dentatis, de quibus psalmista dicit, Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, cõcisæ atq; ferratæ, possunt etiam ea dicere quæ sequũtur: Et peperimus, spiritum salutis tuæ faciemus super terram. Simulq; cõsidera quod perfectæ ætatis uiros secare nõ possint, sed eos qui adhuc in utero sunt: uel qui solidum cibum capere nequeunt, & adhuc lacte nutriuntur infantiæ. Istæ aũt prægnantes de גִּלְעָד Galaad sunt: quod interpretat trãslatio siue transmigratio testimonij. Migrauerunt enim de ecclesia in hæresim: & testimonia dei quæ prius accepe rant, ad alienos terminos transtulerunt. Sed mittet dominus ignem in domum Hazael quam ipsi uocant חֲזָאֵל id est, uisionẽ dei: ignẽ qui ligna in eis stipulamq; consumat & deuoret fundamenta filij Ader. Debemus enim & iuxta Lxx. dicere: ne eos. Luc. 21. d Esa. 26. c Psal. 52. d

frustra

A frustra proposuisse uideamur. Ader interpretatur הָדָר δυσπέτεια: quem nos decorē possumus dicere: eo quod omnis sermo hæreticorum concinnus atq; compositus, & habens pulchritudinem eloquentiæ secularis, facilius decipiat audientes. Vectes autē Damasci quasi seræ robustissimæ atque fortissimæ, hi intelligantur qui instructi sunt arte dialectica, & argumentis philosophorum. Verbi gratia: Ostium uocatur qui falsum dogma concepit & peperit, ut Arius in Alexādria: uectes eius & firmissimæ seræ eius, Eutycius & Eunomius, qui syllogismis et enthymematib. imò sophismatibus & ψευδολογίαις atq; σωρείταις, quæ ab alijs male inuenta sunt, roborare conantur. Cumq; contriti fuerint atq; confracti uectes Damasci, dísperdet etiam habitatores de campo ὠψ, quod interpretatur labor
B siue dolor. Omnes enim hæretici labore nimio ac dolore quærendi, ordinem aliquem & consequentiam hæreseos suæ reperire conati sunt. Et concidam tribum ex uiris Charran, quod lingua nostra in foramina uertitur. Non enim habent fenestras per quas ad eos lumen ueritatis introeat: sed foramina quædam & ocultos meatus, per quos noxia & immunda ingrediantur animantia. Et captiuus ducetur Aram, populus excelsus atq; sublimis: qui erectus est in superbiam: & sibi cœlestia repromittit, ut capiatur in salutem suā, & iuxta Hebraicum in Cyrenen, ubi uocatio dei est, transferatur. a

¶ Hæc dicit dominus &c.] In tertia & quarta generatione peccata patrum se dominus commina-
tur in lege, filijs redditurum: non inæqualitate iudicij ut alij peccent, & alij puniātur: sed magnitudine clementię, dum semper expectat pœnitentiam & quod in prima generatione delinquitur, nō prius corripit & emēdat, nisi tertia & quarta generatio uenerit. Tale quid & Paulus apostolus loquit
Rom.2.a ad Romanos: An diuitias bonitatis eius & sustentationis & patientiæ contemnis: ignorans, quoniā benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & cor impœnitēs thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet unicuiq; secundum opera sua. Quod ergo dicit, hoc est: expectaui multo tempore ut agerent pœnitentiam: & ideo nolui punire peccantes, ut aliquando conuersi reciperent sanitatem. Verum quia tertio & quarto eadem faciūt, cogor mutare sententiam, & plagis corrigere de-

HEB. Hæc dicit dōminus: Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor non conuertam eos: eo quod transtulerit captiuitatem perfectam, ut concluderet eam in Idumæa: & mittam ignem in murum Gazæ: & deuorabit ædes eius, & dísperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone, & conuertam manū meam super Accaron, & peribūt reliqui Philistinorū, dicit dominus. Hæc

SEP. Hæc dicit dominus: Super tribus impietatibus Gazæ, & super quatuor non auersabor eos: eo q̄d captiuam duxerunt captiuitatē Salomonis, ut concluderent eam in Idumæam: & emittam ignem super muros Gazæ, & deuorabit fundamenta eius, & dísperdam habitatores Azoti: & auferetur tribus de de Ascalone, & inferā manum meam in Accaronē, & peribunt reliqui alienigenarum, dicit dominus. Hæc

linquentes. Videamus autem quid Philistim & urbes eius peccauerint: quos Lxx. semper alienigenas trāstulerūt: ubicunq; enim in ueteri restamento ἀλλοφύλους: id est, alienigenas legerimus: non commune nomen omnium externarum gentium, sed propriè Philistim, qui nunc Palæstini uocātur accipiēdi sunt. Quid fecit Gaza, ut ad iracundiā atq; uindictam dominum prouocaret? Transtulit captiuitatem perfectam populi Iudæorum, & concluſit eam in Idumæam: ut Idumęis uenderet, quos ceperat ex Iudæis. Pro captiuitate perfecta: Lxx. captiuitatem Salomonis interpretati sunt: uerbū Hebraicum שְׁלֵמוּת quod significat perfectā atq; completā, nomen Salomonis æstimantes. Denicq; Aquila ἀπηρτισμένῳ trāstulit, & ἀναπεπληρωμένῳ Symmachus, & Theodotio πλείᾳ: quod nō Salomonem, sed perfectā significat atq; completam: D
ut nullus remanserit captiuorum, qui non sit traditus Idumæis. Vnde ignem se in Gazæ muros & ædes siue fundamenta dicit esse missurum: qui uniuersa deuoret & absorbeat. Et quia Palæstinorum quinq; legimus ciuitates, quæ propter arcæ iniu- 1.Reg.15.a
riam percussæ sunt plagis: post Gazam transit ad Azotum, quæ appellatur אַשְׁדּוֹד & rursus ad Ascalonem, & uoce terribili comminatur habitatores se Azoti perditurum: & tenentem sceptrum de Ascalone, regiam uidelicet potestatem siue tribum Ascalonis: ut nullus ibi remaneat, ne ultimæ quidem ætatis homines: qui trementes artus baculo regente sustentent. Rursumq; transfert manum suam, ut percutiat Accaron. Et quatuor enumeratis urbibus, reliquas Philistim ciuitates uno sermone cōprehendit. Et peribūt reliqui Philistim quos aut Geth ciuitatem, aut omnes uicos qui supradictis urbibus subiacent, debemus accipere. Secundum Tropologiam sic nobis exponendum uidetur. Gaza quæ Hebraice dicitur עַזָּה sonat fortitudinem uel imperium שְׁלֵמוּת pacificum אָרֹם sanguinarium atq; terrenū: Azotus, id est אַשְׁדּוֹד ignem uberis siue patrui. Licet quidam דּוֹד pro דּוֹר male legentes ignem generationis putent: אַשְׁקְלוֹן interpretatur ignis homicida, siue appensa & ponderata עֶקְרוֹן σάρωσις, id est, sterilitas: & ἐκρίζωσις, quod interpretatur eradicatio. Igitur Gaza quæ sibi fortitudinem scientiæ suæ & imperium repromittit, accusatur in eo quod captiuos de familia Salomonis concluserit in Idumæa. Hos

A ego arbitror Iudæorum magiſtros, & omnes qui occidentem ſequuntur literam, noluntq; recipere ſpiritum uiuificantem, ſed quæcunq; interpretantur & ſapiunt, uolunt eſſe terrena: nec audiũt cum diſcipulis parabolas dominum differentem, & dicentem eis: Qui habet aures audiendi audiat: præſertim cum Apoſtolus manifeſtam hiſtoriam in duobus intelligat teſtamentis: Vnum ſuper Gal.4.c montem Sina, quæ eſt Agar, & ſeruit cum filijs ſuis: alterum ſuper Hieruſalem libera, quæ eſt mater noſtra. Ignẽ igitur ſe in muros Gazæ, & omnia eius dicit argumenta miſſurum, quibus ſua mendacia circundare nititur & tueri. Cumq; ignem in muros miſerit, deuorabuntur ædes ſiue fundamẽta illius, quicquid firmum habere poterit, & dialectica arte conſtructũ. De Azoto quoq; quæ & ipſa alienigenarũ eſt, auferet habitatorẽ: cuius quia literam ſequitur, ubera non lacte, ſed igne ſunt plena: & quæ mentitur ignẽ habere ſe patrui, eius uniuerſa generatio ignibus deputanda eſt. B Et tollet ſceptrum ſiue tribum de Aſcalone: ubi ignis homicida eſt. Sicut enim ignis domini ſaluos faciet eos, quorum corda penetrauerit: ſic ignis iſte qui de cœlo decidit quaſi fulgur, qui ſuccendit diaboli ſagittas: quoſcunq; affluerit, interficiet. Transferet quoq; manum ſuam ſuper Accaron, ubi ſterilitas & eradicatio eſt: Qui cunq; enim ſpiritualẽ non receperit intelligẽtiam, audiet per Oſee: Da eis domine. Quid dabis eis? Da eis uuluam ſterilem, & ubera arentia. Et ut omnia ſemel uno ſermone comprehenderet: perditurum eſſe ſe dicit omnes reliquias Philiſtim, uel Geth ciuitatem: in qua torcular diaboli eſt: uel omnes reliquos Philiſtim qui interpretãtur cadentes poculo. Cum enim inebriati fuerint, corruent, & in ſuo uomitu uolutabuntur. a ¶ Hæc dicit dominus: Super tribus ſceleribus Tyri &c.] Eaſdem tres & quatuor impietates ſiue ſcelera quæ imputauerat Damaſco, Gazæ, & Azoto & Aſcaloni & Accaroni, & reliquis urbibus Philiſtijm: etiam Tyro ingerit, & exprobrat quare concluſerit captiuitatem conſummatam atq; perfectam in Idumæa, de quibus ſupra diximus: & non ſunt recordati fœderis fratrum ſuorum. Quærimus quomodo Tyrij fratres ſint Iudæorum? Fratres hic amicos uocat & neceſſitudine copulatos, eo quod Hi-
3.Reg.5.c ram princeps Tyri cum Dauid & Salomone ha-
2.Paral.2.d buerit amicitias: intantum ut & ille in ædificationem templi atq; palatij, ligna cedrina ratibus Ioppen uſq; perduceret: & hi frumentũ & oleum Tyrijs largirentur, & uiginti urbes in Baſan eis dono

HEB. Hæc dicit dominus: Super tribus ſceleribus Tyri & ſuper quatuor nõ conuertam eum: eo quod concluſerint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non ſint recordati fœderis fratrum: & immittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. Hæc dicit dominus: Super tribus ſceleribus Edom & ſuper

darent: quas ille quia graminis plenæ erant, ſuſci- C
pere noluit. Ignẽ igitur in muros eius ſe miſſurum eſſe dicit, & deuoraturum ædes uel fundamenta eius, quod Ezechiel propheta in uiſione Tyri Na- Ezech.26.d
buchodonoſor regem Chaldæorum feciſſe commemorat, ubi ait: Circundabit te munitionibus, & comportabit aggerẽ in gyro. Et rurſum: Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitũ ſuum ſeruitute magna aduerſum Ty- Ibid.29.d
rum: Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus, & merces nõ eſt reddita ei, neq; exercitui eius ſub Tyrum pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſum eam, eo quod aggerem ad capiendum Tyrum, quæ fuit prius inſula, illius comportarit exercitus. Quod & Alexandrum Macedonem feciſſe narrat hiſtoria, ut ex inſula peninſulam faceret, quam Græci uocant χερρόνησον צר id eſt, Tyrus interpretatur tribulatio ſiue coanguſtans: omnisq; doctrina peruerſa capere nititur ueritatem, & concludere eam in terrenis ſenſibus, & non recordabatur fœderis fratrũ ſuo- D
rum, quod de litera debeamus aſcendere ad ſpiritum: de terrenis ad cœleſtia: præceptumq; ſit nobis deſcribere ſacram ſcripturam in corde noſtro tripliciter. Mittet aũt deus ignẽ in omnes munitiones Tyri: qui non ſolum muros, ſed & fundamenta illius deuorabit. De captiuitate Salomonis pro quo in Hebraico habetur שְׁלֹמֹה id eſt, conſummata atq; perfecta, ſupra diximus. b ¶ Hæc dicit dominus: Super tribus &c.] Edom ipſe eſt qui אֱדוֹם & Eſau, ob coctionem rufæ lentis ita appellatus: עֵשָׂו cuius edulio primogenita perdidit: hic alio nomine appellatur Seir, piloſus & hiſpidus. Vnde mon- שֵׂעִיר tes Idumęorũ uocantur montes Seir: & ab Edom, Græco ſermone ἱδρωμένα dicit: Iſte perſecutus eſt in gladio fratrẽ ſuum, filios uidelicet Iacob: de quibus in benedictionibus Iſaac, quibus benedicit primum Iacob & poſtea Eſau, plenius ſcriptũ eſt: ut odium fratrum ſeruaretur in poſteris, & gens Idumæa intantum perſequeretur fratres ſuos, ut egredientibus de Aegypto, ne tranſitum quidem in terram ſanctam concederet, & non ſolum in gladio perſecutus eſt fratrem ſuũ, ſed uiolauit miſericordiam ſiue uuluam eius: uel ut apertius interpretatus eſt Symmachus, uiſcera propria: ut obliuiſceretur germanitatis, & obduraret uiſcera miſericordiæ, fratremq; ſe eſſe neſciret: & contemneret uuluam Rebeccæ, quæ uno partu geminos ædidiſſet infantes. Quodq; ſequitur: Et tenuit ultra furorem ſuum, et indignationẽ ſuam ſeruauit uſq; in finem: odium monſtrat antiquum & nunq; ſibi pace iuncti ſunt

A תֵּימָן ci sunt. Vnde pœnam pro sceleribus cõminatur, & dicit: Mittam ignem in Theman, quæ Idumæorum regio est, & uergit ad australẽ partem, quod interpretatur Theman: quæ prouincia non solum Theman, sed & Daron & Nageb dicitur, eo quòd Eurũ & Austrum Africumq; respiciat. Quodq; dicit: Deuorabit ædes Bosræ: non ut quidam putãt alteram ciuitatem, sed Idumæam ὀχυρωμένην & munitam significat, iuxta illud qđ Esa.63.a in Esaia legimus: Quis est iste qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra: iste formosus in stola sua: gradiens in multudine fortitudinis suæ? Quicquid de Esau & Iacob diximus, referamus ad Iudæos & populum Christianum. Illi enim terreni & sanguinarij, persecuti
B sunt fratrem suum Iacob qui eos supplantauit & abstulit primogenita eorum, & persecuti sũt in gladio, ita ut substantias possessiones q; credentiũ publicarent, quod Act.2.& 4.8 in Actibus apostolorum legimus. Et uiolauerunt misericordiam ac iura naturæ: oblitiq; sunt matris רִבְקָה suæ Rebeccæ, quæ interpretatur patientia, & simul eos generauit in Christo: antiquũq; furorem & iracundiam tenentes, usq; hodie in synagogis suis sub nomine Nazarenorum blasphemant populum Christianum, & dũmodo nos interficiant, uolunt igne comburi. Sed dominus mittet ignem in Theman in deserta siccaq; Iudææ: quæ nequaq̃ irrigantur imbribus prophetarũ, & deuorabit omnes munitiones eorum siue fundamẽta murorum eius, ut omni sensu literæ concidente, superædificetur ecclesia Christi domini fundamentis. Pro misericordia, Lxx. μήτραν, id est, uuluã transtulerunt. Et pro furore φείκλω, id est, horrorẽ, & pro indignatione τὸ ὄρμωμα, id est, impetũ, ducti ambiguitate uerborum: quia רֶחֶם & uuluã & misericordiam אַפּוֹ & furorem eius, & horrorem suũ significat. עֶבְרָה uero & indignatio & impetus dicitur. Porrò אַרְמְנוֹת quas nos ædes interpretati sumus: Aquila & Symmachus βάρεις, id est, domos: Theodotio, habitatores trãstulit: Soli Lxx. & hic & supra θημέλια τείχεων αὐτῆς, id est, fundamenta muro C
rum eius dixerunt. a ¶ Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus filiorũ Ammõ, & super &c.] Filios Ammon qui de Lot stirpe generati sunt, & habitãt in Arabia: ubi nũc est Philadelphia, corri- 1.Reg.11.a
pit sermo diuinus: quare sub Saule rege Iudææ Naas Ammonites princeps eorum uastauerit labes Galaad & desecuerit prægnantes eius, ut dilataret terminos suos, & omnem Galaaditin suo imperio subiugaret. Vnde cõminatur succensurũ se ignẽ in muros Rabba, quę fuit metropolis ammonitarũ, ut deuorentur ædes illius, in clamore & in ululatu uincentis exercitus: in die commotionis & turbinis quando captiui מִלְכֹּם eius Nabuchodonosor uincente dicẽtur, & idolũ Am D
monitarũ quod uocatur Melchom, id est rex eorum, feretur in Assyrios: & principes eius, id est, sacerdotes eius pariter abducẽtur. Sacerdotes in Hebræo nõ habetur, sed principes. Addiderũt itaq; Lxx. οἱ ἱερεῖς αὐτῆς, id est, sacerdotes eorũ, ut si uelis scire qui sint illi principes, audias sacerdotes. Inter crudelitatem autem Damasci et filiorum Ammon hoc interest, quòd illi contriuerunt in plaustris ferreis Galaad, siue in serris ferreis prægnantes Galaad: isti autem dissecuerunt prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. In Damascenis qui bibunt sanguinem, accipiuntur hæretici: qui non solum populum dei ab ecclesia diripuerunt, sed & contriuerunt eum, & commollierunt ferreis Psal.52.d
dentibus, de quibus scriptum est: Qui deuorant עַמִּי plebem meã: sicut escã panis. In filijs Ammon qui interpretat̃ populus mœroris uel populus meus: schismaticos accipimus qui separãt quidẽ deceptã multitudinẽ ab ecclesia dei, & rudes animas quæ nuper Christi concepere sermonẽ, abrumpunt & diuidũt: tamen hoc nõ faciũt crudelitate qua hęretici deceptos quosq; trucidant: sed in eadẽ regula fidei permanentes, dilatare cupiũt terminos suos, & nomẽ glorię in posteros mittere. Itaq; dominus cõminatur se muros Rabbe, id est, multitudinis, רַבָּה

Cap. II

Hæc SEP. super quatuor non auersabor eos, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & uiolauerit uuluam super terrã, & rapuit in testimoniũ horrorem suum, & impetum suum custodiuit in æternũ, & emittam ignem in Theman, & deuorabit fundamenta murorũ eius. Hæc dicit dominus: Super tribus impietatibus filiorum Ammõ & super quatuor non auersabor eos, eo qđ desecuerit prægnãtes Galaaditarum ut dilataret terminos suos, & succendam ignem super muros Rabba, & deuorabit fundamẽta cũ clamore in die belli, & cõmouebitur in die consummatiõis suæ, & ibũt reges in captiuitatẽ: sacerdotes eorũ & principes eorũ simul, dicit dns.

Cap. II

Hæc HEB. super quatuor non conuertam eum, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & uiolauerit misericordiam eius, & tenuerit ultra furorẽ suum, & indignationẽ suam seruauerit usq; in finem: mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosræ. Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus filiorũ Ammon, & super quatuor non conuertam eum, eo quod desecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum, & succendã ignem in muro Rabbe, & deuorabit ædes eius in ululatu: in die belli & in turbine, in die commotionis, & ibit Melchom in captiuitatem, ipse & principes eius simul, dicit dominus.

A in die ululatus & belli, commotionis & turbinis incensurum, & regem eorũ autorem schismatis ire captiuum, & principes ecclesiæ iugo colla summittere. Cap. II.

HAec dicit dominus: Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam &c.] Non solũ filij Ammon, sed & Moab de Lot semine procreatus est, qui fratris Abrahã filius fuit. Et ut ostendat se deus omniũ dominũ & cũctas animas ad suũ, qui earũ conditor est, imperiũ pertinere: regis quoq; Idumęorum iniuriam uindicat, imò scelus quod in eũ a Moabitis perpetratum est, ut ossa eius usq; ad cinerem concremarẽt, & sæuitiam suam, & rabiẽ nec in morte finirent. Tradunt Hebræi,
B ossa regis Idumęæ iã sepulti, qui cum Ioram rege Israel & Iosaphat rege Iuda ascenderat aduersum Moab, in ultionem doloris à Moabitis
4.Reg.3.a postea conuulsa atq; succensa. Ob hanc ergo, inquiunt, causam deus missurum esse se dicit ignem in Moab: uel metropolim Moabitarum, à qua tota est appellata prouincia, uel uniuersam prouinciam, ut deuoraret ædes Carioth, quod nomen est
קְרִיוֹת ciuitatis: licet Lxx. τῶν πόλεων αὐτῆς, id est, urbiũ eius interpretati sunt, id est, Moab: periturumq; in sonitu & in ululatu uincentis exercitus: quorum Hebraice alterum dicitur שָׁאוֹן alterum תְּרוּעָה & in clangore tubæ siue buccinę: hoc enim שׁוֹפָר significat. Cũq; perierit Moab, uanũ erit principũ Iudicumq; consiliũ, urbibus pariter ducibusq; subuersis. Quomodo aũt nõ oportet trãsferre captiuitatẽ perfectã, siue Salomonis, & concludere eã in Idumæa, ut de excelsis atq; cœlestibus humiles faciat atq; terrenos, quod Gaza & Tyrus fecisse memorantur: sic ossa regis Idumææ comburere non debemus, & in cinerem fauillamq; dissoluere. Iudæi transferũt intelligentiam spiritalem in carnes Idumæas: sensumq; regium, qui uersatur in litera, & est solidissimus atq; firmissimus, genealogijs quibusdam & traditionibus superfluis eneruant atq; comminuũt & in puluerem redigunt, & non solum illi hoc faciunt, sed omnes hæretici, qui uolunt in modũ humanæ similitudinis sedere deum in solio excelso & eleuato & pedes ponere super terram ne scilicet pendeant, habere nasum, quo odoretur odorem bonæ fragrantiæ; oculos quibus uideat: manus per quas operetur: pedes per quos ambulet, aures quibus audiat: os quo loquatur: dentes quibus cibos conterat. Qui legit introisse Iudam ad Thamar meretricem, & ex ea Gen.38.d duos filios procreasse: si turpitudinem sequatur litteræ, & non ascendat ad decorem intelligentiæ spiritalis, comburet ossa regis Idumęę. Qui putat Osee accepisse Osee 1.b uxorem fornicatriam, & nihil plus sentit in dicto q̃ uerbis simplicibus continetur: ossa cõburet regis Idumææ. Et idcirco mittet dominus ignem in Moab, מוֹאָב qui interpretatur ex patre, eo quod natus quidem sit ex deo, sed eum reliquerit. Et deuorabit ciuitates siue oppida eius, quod interpretatur Ca- D
קְרִיַּת rioth. Vnde & Ca- יְעָרִים riathiarim in lingua nostra uertitur, uilla syluarũ. Et non aliter morietur Moab nisi in clamore & sonitu & ululatu, & clangore buccinæ, ut excelsis sensibus opprimantur, qui in sanctis libris clangoribus buccinæ comparantur. Tunc & iudices & principes, & omnes qui præsunt terrenis operibus destruit sermo diuinus, & præcipit ecclesiæ doctoribus: In montẽ excelsum ascende qui euan- Esa.40.b gelizas Sion: exalta uocem tuam qui prædicas Hierusalem. b ¶ Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum, &c.] Cæteris supradictis urbibus gentibusq; Damasco & Azoto, Ascaloni, Gazæ, Accaron, & reliquis oppidis Palæstinorum, Tyro quoq; & Idumææ & filijs Ammon & Moab non exprobrat quod legem dei abiecerint et illius mandata contempserint, nõ enim habuerunt scriptam legem, sed naturalẽ. Vnde dicit eos uiolasse uiscera propria & uiscera misericordiæ, & contriuisse in plaustris ferreis prægnantes Galaad, & transtulisse captiuitatem Salomonis siue perfectam & concluisse in Idumæa: nec esse recordatos fœderis patrum suorum, & persecutos esse in gladio fratrem suum, & in tantam non dico crudelitatem, sed rabiem prorupisse, ut incenderent ossa regis Idumææ & non paterentur mortem esse omnium extremum malorum. Iudas autem in quo illo tempore, quo hæc dicebantur, erat dei religio & templum et ceremoniæ: qui acceperat legem, et

præcepta

C

HÆc dicit dominus: Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum: eo quod incenderit ossa regis Idumææ usq; ad cinerem. Et mittã ignẽ in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab in clangore tubæ, & disperdã iudicem in medio eius: & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit dominus. Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum, eo quod abiecerit legem domini, & mandata eius non custodierit. deceperunt

HÆc dicit dominus: Super tribus impietatibus Moab & super quatuor non auersabor eos, pro eo quod incẽderit ossa regis Idumęæ in cinerẽ: & emittã ignẽ in Moab, & deuorabit fundamenta ciuitatũ eius, & morietur in infirmitate Moab cum clamore, & cũ uoce tubæ, & disperdã iudicem ex ea, & omnes principes eius interficiam, dicit dominus. Hæc dicit dominus: Super tribus impietatibus filiorũ Iuda & super quatuor nõ auersabor eos: quia repulerunt legem domini, & præcepta illius non custodierunt

A præcepta,& iudicia, & teſtimonia, atq; mandata: ſuper quorum differentia in decimooctauo pſalmo,& in centeſimo decimooctauo plenius diſputatur:increpatur à domino atq; conuincitur,& digna ſupplicia recepturus eſt: quare abiecerit legẽ eius,& mandata illius non cuſtodierit. Quæ quia abiecit atq; cõtempſit, ordine & uia deceperunt eum idola ſua. Non enim poterat ante ab idolis decipi,niſi legẽ domini repuliſſet, & mandata illius non feciſſet. Hæc ſunt idola poſt quæ abierũt patres eorum in Aegypto: Aegyptij bouis ſimulachra fingentes, & adorãtes Beelphegor,& colentes Aſtaroth & Baalim. Vnde dominus cõminatur etiã in Iudam ſe ignem miſſurũ, qui deuoret ædes & fundamen
B ta Hieruſalem,non illius in qua pacis uiſio commoratur, ſed earum quę ſub nomine Hieruſalẽ in diuerſis urbibus ſurrexerunt. Quicquid de Iuda diximus, refertur ad eccleſiam: in qua eſt uera confeſſio,& pax domini & uiſio ueritatis. Et ideo arguitur quod legem dei cõtempſerit,& eius mandata non fecerit:et unuſquiſq; adorãs uitia ſua atq; peccata,deum cœperit habere à quo uictus eſt,di-
2.Pet.2.d cente Petro apoſtolo: à quo enim quis ſuperatur, huius & ſeruus eſt. Auarus,aurum: guloſus, uentrem:libidinoſus penem & Beelphegor colit: laſciua mulier,quæ cũ ſit in delicijs,uiuens mortua eſt, adorat Venerias uoluptates. Vnde mittet dominus ignem in Iuda & deuorabit ædes peſſimas & fundamenta uitioſa, quæ Hieruſalem gloriam perdiderunt,ſimulq; diſcimus creatorem omniũ,non ſolum Iudæ & Iſrael, ſed uniuerſarum gentium ha-
Rom.2.b bere curam: et iuxta Apoſtolum,eos qui ſine lege peccauerunt perire ſine lege,& qui in lege commiſere delicta, lege domini iudicari. a ¶Hæc dicit dominus: ſuper tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eum:pro eo &c.] Idcirco ponit nouiſſimũ Iſrael,id eſt,decem tribus,quoniam prope omnia quæ ſequuntur, ad ipſum ſcripta prædiximus: ut ſub uno textu ſermo propheticus libri ordinem contineret. Primũ ergo eorum ſcelus eſt ſiue impietas in tribus criminibus enumerata uel quatuor, quod propter pecuniam ho-

minem uendiderint & hominem iuſtum:qui in eo C
admirabilior eſt, quod nec paupertate ſuperatus eſt,ut iniquum aliquid faceret.& ſi quidem paupe rem iuſtum famis neceſſitate compulſi precio uendidiſſent,eſſet aliqua ſceleris excuſatio, nunc autẽ

HEB. deceperunt enim eos idola ſua poſt quę abierant patres eorum,& mittam ignem in Iuda, & deuorabit ædes Hieruſalem. Hæc dicit dõminus: Super tribus ſceleribus Iſrael & ſuper quatuor non conuertam eum:pro eo quod uendiderit argẽto iuſtum & pauperem pro calciamentis: qui conterunt ſuper puluerem terræ capita pauperum, & uiam humilium declinabant,& filius & pater eius introierunt ad puellam, ut polluerent nomen ſanctum meum, & ſuper ueſtimentis pigneratis accubuere iuxta omne altare, & uinum damnatorum bibebant in domo dei ſui.

SEP. runt: & decepti ſunt in uanitatibus ſuis quas ſecuti ſunt patres eorũ: & emittam ignem in Iuda,& deuorabit fũdamẽta Hieruſalem. Hæc dicit dominus: Super tribus impietatibus Iſrael & ſuper quatuor nõ auerſabor eos: p eo quod uendiderit argento iuſtũ,& pauperem propter calciamenta quæ calcãt ſuper puluerẽ terræ, & pugno percutiebant capita pauperũ: & uiam humiliũ declinabant,& filius & pater eius ingrediebãt ad eandẽ puellã ut cõtaminarent nomẽ dei ſui, & ueſtimenta ſua alligãtes funib. faciebãt umbracula iuxta altare, & uinũ de calũnijs bibebant in domo dei ſui.

pro re uiliſſima,calciamentis quibus puluerẽ calcant & ſimũ, precioſam animã hominis uenderunt. Iſti iuxta Lxx. ἐκονδύλιζον εἰς κεφαλὰς πτωχῶν, id eſt,pugno percutiebant in capita pauperum. Secundum Hebraicum: conterunt ſuper puluerẽ terræ capita pauperum: & in tantam eleuãtur ſuperbiã, ut nolint cũ hominibus ambulare. Et ne paruum uidereꝛtur hoc facinus, filius & pater ad unam ingreſſi ſunt puellam, ut nomẽ dei ſanctum uiolarent. Quicquid ergo fit turpiter, ad D
dei refertur iniuriã qui dicit: per uos nomẽ meum blaſphematur in genti
2.Pet.2.d

Ego bus: hoc eſt, quod & Apoſtolus ſcribit ad Corin- 1.Cor.5.d
thios: Omnino auditur in uobis fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes quidem, ita ut uxorem patris habeat aliquis. Et uos inflati eſtis, & non potius luxiſtis, ut tolleretur de medio ueſtrum, qui hoc opus fecit. Crebro euenit,ut pater filij ſui uxorem, ſocer polluat nurum: quod in lege utrunq; prohibetur: Turpitudinem patris tui Leuit.18.b
non reuelabis, & turpitudinem nurus tuæ non diſcooperies. Habet itaq; & litera utilitatem maximam ſi ſeruetur. Et quia omne flagitium ſi terminum pudoris exceſſerit, crimina auget criminibus & ſemper ad deteriora procedit: etiam ſuper ueſtimentis pigneratis accubuere decem tribus iuxta omne altare: quod ita interpretantur Hebræi: Super ueſtimentis eorũ qui ad idola ire nolebant, & quæ ui extorſerant epulantes, in idolio accubabant. Secundum Lxx. autem tantus erat contemptus in deum, ut ueſtimenta ſua in quibus dormiunt uel in quibus fornicantur,iuxta altare funibus extenderent & facererent παραπετάσματα, id eſt, uelamina,quo fornicantes in templo nullus aſpicere poſſit, & ebrietati & libidini ſeruientes, etiam ipſum uinum quod bibebant:nõ de proprio labore,ſed de calumnijs emerent,& hoc faciebant in fano dei ſui, ut quos putabant deos, turpitudine ac

ſtupris

A ſtupris polluerent. Hæc loquuntur & ſic ediſſerunt, qui ſimplicem ſequuntur hiſtoriam. Nos autem qui & in Oſee docuimus ſub nomine Iſraelis & Samariæ & Ephraim, & filiorũ Ioſeph: de qua tribu fuit Hieroboam, quia à regno Dauid & Hieruſalem, & templo dei populum ſegregauit, hæreticos ſignificari: etiã nunc poſt Iudam & Hieruſalem, quæ inter

HEB. Egõ autem exterminaui Amorræum à facie eorum: cuius altitudo cedrorum

pretatur eccleſia, intelligamus ad hæreticos ſermonem dirigi propheticum, qui uendunt uirum ſanctum iuſtumq; ſed pauperem pro pecunia. Vir pauper & iuſtus ille eſt eccleſiaſticus qui non habet ſcientiam ſcripturarum: ſed ſimplicitate cõtentus, facit mandata quæ iuſſa ſunt: de quo ſcriptum
Prouer.23.b eſt: Pauper non ſuſtinet comminationem. Et ad
Gal.2.b Galatas: Tantũ ut pauperum memores eſſemus. Hæc omnia hæretici pro diuitijs faciũt, & pro calciamentis quibus calcant puluerem terræ: quia enim nõ poſſunt nudis pedibus ſtare ſuper terram ſanctam in qua ſtetit Moyſes et Ieſus filius Naue:
Luc.10.a Vnde apoſtoli nudis pedibus iubentur incedere, ne quid mortis habeãt & pellium, quæ referuntur ad carnes: ideo percutiũt in capite pauperes. Et ſaluator diſcipulis præcepit: ut ſi forte, quoniam adhuc uerſabantur in terra, mortale quid in eorum operibus adhæſiſſet, excuterent puluerem de pedibus ſuis. Percutiunt autem haretici capita pau-
B perum, quanquam hoc in Hebraico non legitur: quia uiam humiliũ declinauerunt. Via humilium
Ioan.14.a illa eſt quæ dicit: Ego ſum uia, uita, & ueritas, quæ nos prouocat ut ambulemus per eam, & dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, &
Matth.11.d ego reficiam uos. Omnes autẽ hæreticorum prin
1.Tim.3.b cipes intumeſcunt ſuperbia, de quibus & apoſto-
Eſa.14.d lus loquitur: Ne inflatus incidat in iudicium diabo-
Iac.4.b li, qui dicit, in cœlum aſcendam: ſuper ſidera cœli ponam nidum meum, ero ſimilis altiſſimo. Vnde & ſuperbis hæreticis deus reſiſtit: humilibus autẽ eccleſiaſticis dat gratiam. Filius quoq; & pater introierunt ad unam puellam, ut uiolarent atq; polluerent nomen ſanctum dei. Patrem noſtrum eſſe populum Iudæorum, ſæpe legimus, dicente Pau-
1.Cor.10.a lo: Nolo uos ignorare fratres, quod patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nu-
Deut.32.a be et in mari. Et in alio loco: Interroga patres tuos, & annunciabunt tibi: ſeniores tuos, & dicent tibi.
Pſal.44.d Et rurſum: pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Vn-
Cant.1.b de & eccleſia gentium loquitur: Filij matris meæ pugnauerunt contra me: Nos ergo filij ſumus, & pater populus Iudæorũ. Peccamus & ſcelus committimus, quando ad obſeruationem ſabbati circunciſionis iniuriam, ceremonias legis abolitæ cũ parente noſtro ingredimur, quibus dicit Apoſto-
Gal.5.a lus: Ecce ego Paulus dico uobis: quia ſi circuncidamini, Chriſtus uobis nihil prodeſt. Et iterum: Qui in lege iuſtificantur, à gratia exciderunt. Qui ita ingreditur eccleſiam, ut legem ſeruet in euangelio:

iſte cum patre ingreditur ad puellam, & commit- C
tit ſtuprum, & uiolat nomen domini. Vnde qui dicunt non nocere Iudæis poſt aduentum Chriſti, ſi ita credant in dominum, ut legis quoq; præcepta cuſtodiant: patrem & filium una fornicatione contaminant.

SEPT. Ego autem abſtuli Amorræum à facie eorũ: cuius erat ſicut altitudo cedri

Sed & ueſtimenta ſua ligãtes funibus uelamina faciũt iuxta altare, prætendentes fidem Chri- Gal.3.d
ſti. Quotquot eẽ in Chriſto baptizati ſunt, Chriſtũ induerunt. & ueſtimenta ſua, quę peccatorum funibus ligauerunt, opponũt oculis uidentium, ne eorum cernantur flagitia: ut qui altare reſpicit, ſtuprum non ſuſpicetur. Hoc faciunt omnes hæretici ſub Chriſtiano nomine fornicantes, & erroribus ſuis atq; mendacijs obtendentes teſtimonia ſcri-
pturarum. Vnde & apoſtoli ueſtimentis ſuis ſtra- Matth.21.d
uerunt pullum aſinæ, ut mollius ſederet dominus, & ex lege ac prophetis ſtratam calcaret uiam. Econtrario hæretici non ſubſternunt ueſtigijs ſalua toris ueſtimenta ſua, ſed ligant ea iuxta altare, & prætendunt peccatis ſuis, ut bibant uinum de calumnia ſiue damnatorum, qui ex eo quod egreſſi ſunt de eccleſia damnati ſunt. Hoc uinum eſt Sodomorum furoris draconũ & aſpidum: quod qui biberit, ſanari non poterit: Bibunt autem uinum non in domo dei, ubi templum eſt & Hieruſalem: ſed in domo dei ſui: quem ſibi artifici ſermone finxerunt. a ¶Ego autem exterminaui Amorręum D
à facie eorum: cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipſe quaſi quercus: & contriui fructum eius &c.] Vos quidem uendidiſtis argento iuſtum & pauperem pro calciamentis, percutientes eius caput, ſiue conterentes in puluere capita pauperũ, & uiam humiliũ declinaſtis, intantum ut pater & filius ad unam introirent puellã, & uiolarent ſiue polluerẽt nomen ſanctũ meum: & ueſtimẽta ueſtra lupanaribus & fornicatione polluta, peccatorũ uinculis nexuiſtis: ita ut in loco ſancto cõmitteretis adulterium, & ebrietati iniuſticiam copulantes, uinum biberetis alienum, & hoc faceretis in domo dei ueſtri. Ego autem econtrario pro malis ueſtris quæ mihi reddidiſtis uobis tribui bona, ut exterminarem egredientibus uobis de Aegypto ante faciem ueſtram Seon regem Amorræorum, qui tam excelſus erat & fortis, quaſi cedrus & quercus, & contriui eius fructum deſuper
& radices deorſum. Ego uos eduxi de Aegypto Deut.29.a
& per quadraginta annos longo ad terram ſanctam feci peruenire circumitu, ut poſſideretis terram Amorræi, de qua ſupra diximus, quam diuiſit Moyſes filijs Ruben & Gad & dimidiæ tribui
Manaſſe: & poſt tanta beneficia etiam hoc addi- Num.32.f
di, ut de filijs ueſtris aſſumerem mihi prophetas, & de iuuenibus ueſtris ſiue electis facerem Nazaræos, quos Lxx. interpretati ſunt τοὺς ἁγιασμένους, נְזִירִים
id eſt, ſanctificatos. Neque uero ubi de laudibus dicitur dei, hiſtoriæ ordo ſeruandus eſt: ſed frequenter euenit, ut quæ prima facta ſunt, extrema dicantur

A dicantur, & quæ nouiſſima referantur ad prima. Quòd ſeptuageſimus ſeptimus pſalmus, & centeſimus quartus: ubi ſignorum potentia non ordo deſcribitur, docere nos poterit, & tituli pſalmorũ, de quibus duo tantum ponamus exempla: Tertij pſalmi, & quinquageſimi primi: ubi quę prius facta ſũt, narrãtur extrema, & quæ extrema legimus, referuntur in principio. Ante eũ de Doech Idumæo ſcriptum legimus in Regum uolumine: qui titulus eſt quinquageſimi primi pſalmi, q̃ Abſalon cõtra patrem
1.Reg.21.d & 22.b ſurgeret: quod in
2.Reg.15.d tertij pſalmi titulo prænotatur. Itaq; et Amorræus nouiſſimus exterminatus eſt ſiue deletus quod nunc primũ refertur: & quod aſcendere eos fecit de terra Aegypti, et reduxit in eremũ per quadraginta annos, in principio factum legimus: quæ hic dicuntur ordine commutato. Prius ergo quàm educeret nos
B deus de terra Aegypti, de fornace ferrea, extermi-
אמרי nauit ante faciem noſtram Amorræum: qui dicitur amarus, ſiue λαλικὸς, id eſt, loquens ſiue famoſus, & frequenti ſermone celebratur: Hic autem
שיחון Amorræus & rex Amorræorũ appellatur Seon, arbor infructuoſa & ſterilis, non quo fructus non
Matt.3. & 7.c faciat, ſed malos afferat fructus, de quibus dicitur:
Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, excide
Ibid.11.b tur & in ignem mitteter. Et de pſeudoprophetis legimus: Qui ueniunt in ueſtimentis ouium, & intus ſunt lupi rapaces: ex fructibus eorum cognoſcetis eos, malis uidelicet fructibus. Siue igitur fructum non faciat, ſiue faciat, ſed non bonum, infructuoſa arbor appellatur. Iſte Seon de quo ſcriptum eſt: Iam ſecuris ad radices arborum poſita
Luc.3.b eſt: quia infructuoſa arbor fuit: domino percutiẽte ſucciſus eſt cuius altitudo cedrorũ altitudini com-
Pſal.36.g paratur, de quibus legimus. Vidi impium exaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat, & quæſiui eũ, & nõ eſt inuentus locus eius. Et pulchre tranſiſſe ſe dicit: quia ei qui
Exod.3.a tranſit de ſeculo & dicere poteſt: Tranſiens uidebo uiſionem hanc magnam: aufertur cedrus, & locus ſuperbiæ nõ poterit inueniri. Fortitudo quoq; eius quaſi quercus arboris duriſſimæ atq; fortiſſimæ: Ex cuius uocabulo Philo uir diſertiſſimus Hebræorum Eſau appellatum putat δρύϊνον, id eſt quercinum & roboreum: licet & Eſau poſſit ποίημα, id eſt, factura intelligi, ut ad mala opera refe-
Luc.11.c ratur. De hoc forti atq; robuſto loquitur in euangelio: Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet: Si autem fortior C illo ſuperueniens uicerit eum, uniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Nobisq; præſtitit dominus, ut fructus huius Amorræi Seon, quem interpretari infructuoſam arborem dixi-

HEB. cedrorum altitudo eius, & fortis ipſe quaſi quercus: & contriui fructũ eius deſup, & radices eius ſubter. Ego ſum qui aſcendere uos feci de terra Ægypti, & eduxi uos ĩ deſerto quadraginta annis ut poſſideretis terrã Amorręi: & ſuſcitaui de filijs ueſtris in ꝓphetas, & de iuuenibus ueſtris Nazareos. Nũnquid non eſt ita filij Iſrael, dicit dominus, & propinabatis Nazaræis uinum, & prophetis mandabatis, dicentes: ne prophetetis.

SEP. cedri ſublimitas eius, & fortis quaſi quercus, & arefeci fructum eius deſuper, & radices eius deorſũ. ego eduxi uos de terra Ægypti: & circunduxi uos in deſerto quadraginta annis, ut poſſideretis terram Amorræorum, & aſſumpſi de filijs ueſtris in prophetas, & de iuuenibus ueſtris in ſanctificationem.

Ecce

mus: quia mali erant, contereret de ſuper & auferret: ne quis bonos æſtimans, comederet & periret. Radices quoq; illius ſuccidit atque commi-nuit, ut nihil poſtea malæ arboris pullularet. Ipſe dominus fecit nos exire de ſeculo, et per annos quadragin-ta, qui numerus ſemper afflictionis & ieiunij, luctus eſt & doloris, per tribulationes et anguſtias peruenire in terram ſanctam: ut poſſideremus primum terram Amorræi, & illius quondam regio fieret noſtra poſſeſſio, & poſtea ſuſcitaret de filijs noſtris prophetas, omnes ſanctos uiros, qui acceperunt ſpiritũ prophetalem: de quibus in prima epiſtola D
ad Corinthios plenius legimus: Et de iuuenibus 1.cor.14.d
ueſtris uel electis aſſumeret Nazareæos & ſanctificatos: qui deo animas ſuas immolantes, uinum quod inebriare poteſt, & ſtatum mentis euertere non attingunt: ut habeant comam Sam-
ſon: in cuius capite (quia caput uiri Chriſtus eſt) Iudic.16.d
fortitudo & uictoria conſiſtebat. a ¶ Nunquid non eſt ita filij Iſrael, dicit dominus, & propinabatis Nazareis uinum, & prophetis &c.] Me uobis tanta præſtãte beneficia ut aduerſarios ueſtros interficerem, & terram eorum uobis traderem, & de filijs ueſtris ac iuuenibus prophetas eligerem & Nazaræos, meoq; cultui conſecrarem: Nunquid poteſtis dicere quod iſta non fecerim: & meam erga uos clementiam per quam uiuitis denegarim? Qui in tantam rabiem prorupiſtis, ut inebriaretis Nazaræos meos uino: quibus lege præ- Num.6.a
ceptum eſt, ut omne quod inebriare poteſt, non bibant, & prophetis mandaretis ne in meo nomine prophetarent. Quod & Amos prophetæ quem nunc habemus in manibus, præcepit Amaſias ſacerdos Bethel: & Hieremiæ a rege mandatum eſt ne uerbis domini loqueretur ad populum, intantũ ut etiam ſermones eius ignibus concremaret. De hoc loco hæreſim ſuam Tatianus Encratitarum princeps ſtruere nititur, uinum aſſerens nõ bibendum, cum & lege præceptum ſit ne Nazaræi bibant uinum: & nunc accuſentur à propheta qui propinent Nazaræis uinum. Qui ſi literam ſequuntur in omnibus, & Iudaicas fabulas

eccleſijs

A ecclesijs ingerunt Christi, ergo & comam nutrire debent, & uuam passam ac uiridem non comedere: & super matre et patre mortuis non ingredi, & si forte hæc fecerint & fuerint humana uel fragilitate uel necessitate superati, radant capita, & irriti sint omnes dies cõsecrationis & laboris eorum. Quod si hæc non faciunt, neq; possunt more Iudaicorũ cauponũ miscere aquam uino, umbras ueritati: euangelij gratiæ, legis necessitatem: ebrietatem illam intelligãt, qua curis secularibus inebriatur, & obruit animæ uigor, & illos prophetis mandare dicentes: Ne prophetetis, q liuore superati, prohibent eruditos uiros doctrinæ proferre sermonem. Et dicente domino: Vade & dic populo huic: illi econtrario iubent ne loquaris in nomine domini: maxime si ille qui doceat, non turpi lucro, & gloriæ atq; iactantiæ: sed utilitati legentium, audientiumq; prouideat. a ¶ Ecce ego stridebo subter uos &c.] Me uobis præstante beneficia, & educente uos de terra Aegypti, & interficiente ante faciem uestram Amorræum, ut possideretis terrã eius, & suscitante de filijs uestris prophetas, & de iuuenibus uestris Nazaræos: uos inebriabatis Nazaræos meos uino, & prophetis dicebatis, ne prophetetis: Idcirco sicut plaustrum stipulæ uel fœni onere prægrauatum, stridore & sonitu longe exululat: sic ego peccata uestra ultra nõ sustinens, & quasi stipulam tradens incendio, clamabo & dicam: Peribit fuga à ueloce: quem Hebræi Hieroboam filium Nabath intelligunt, qui prius in Aegyptum fugerat. Hic autem non ipsos principes: sed domos eorum & sobolem accipiamus. Et fortis non obtinebit uirtutẽ suam: fortem Baasan interpretantur, qui fuit ad bella promptissimus. Et robustus non saluabit animã suam: hunc hic Amri sentiunt. Et tenens arcum, nõ stabit siue sustinebit: de Iehu filio Namsi: qui Ioram regem Israel sagitta percussit, dictum putant. Et uelox pedibus suis non saluabitur: Manahen intelligunt: qui frustra festinans regi Assyriorum dona direxit. Et ascensor equi non saluabit animam suam: hunc Phaceæ filium Romeliæ interpretantur, qui iuncto Aram, id est Syro sub rege Achaz Iudææ multa uastauit. Et robustus corde, inter fortes nudus fugiet in die illa, dicit dominus: Solus Osee qui ultimus rex decem tribuum fuit, & errantem populum ad dei cultum reuocare conatus est, quasi nudus egreditur de incendio. Nudum autem uocat: quia sub ipso decem tribus captæ sunt. Hoc C Hebræi autumant, & sicut nobis ab ipsis traditum est, nostris fideliter exposuimus. Nunc autem ad nostra redeamus: Voluere se subter eos plaustrũ comminatur deus fœno uel stipula prægrauatum,

HEB. Eccẽ ego stridebo subter uos sicut stridet plaustrum onustum fœno: & peribit fuga à uelo/ce: & fortis non obtinebit uirtutem suam: & robustus non saluabit animam suam, & tenens arcum non stabit, & uelox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animam suam: & robustus corde inter fortes, nudus fugiet in die illa, dicit dominus.

SEPT. Quapropter ecce ego uoluam subter uos sicut uoluitur plaustrũ plenum stipula: & peribit fuga à cursore: & fortis non obtinebit fortitudinem suam, & pugnator nõ saluabit animam, & sagittarius non sustinebit, & uelox pedibus saluari non poterit: & eques non saluabit animam suam ÷ & inuentũ ·· cor eius inter potentes: & nudus fugiet in die illa, dicit dominus.

ut quia frumẽtum non habent quod in horrea cõdatur: fœnum eorum & stipula incẽdio consumetur. Hoc est fœnũ de quo propheta dicit: Fiant sicut fœnum ædificiorum, quod priusquam euellatur exaruit. Et omnis caro fœnum. Stipula autem illa est, super cuius incendio flebiliter propheta complorat, dicens: Heu mihi quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & sicut racemos in uindemia: cum non sit botrus ad mandu/candum primitiua. Heu mihi anima mea: quia perijt reuerens de terra, & qui rectum faciat in hominibus non est: omnes in sanguine iudicãtur, & reliqua. Hoc est fœnum & stipula: de qua & Apostolus loquitur: Ligna, fœnum, stipula, uniuscuiusq; opus manifestum fiet: quoniam in die domini in igne reuelabitur. Plaustrumq; quod uoluitur illud est, de quo in Esaia legimus: Conculcabitur Moab sub eo, sicut conculcatur area in plaustris. Et in alio loco: Ponam, inquit, te sicut rotas plaustri nouas cum serrarum dentibus, & conteres montes, & comminues colles, & posiquam montes collesq; contriueris, pereat fuga à uelo/ce, dicente Paulo: Nescitis quia hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus autem accipit brauium. Et in alio loco: Currebatis bene: quis uos impediuit non acquiescere ueritati? Vnde & de se timens ait: Non quia iam accepi, aut perfectus sum: curro autem si apprehendam, in quo & apprehensus sum à Christo. Hæc uniuersa faciebat, ne periret fuga à ueloce: quamobrem cum iam peruenisset ad calcem, & accepisset brauium uictoriæ, securus aiebat: Certamen bonum certaui: cursum consummaui: fidem seruaui: de cætero reposita est mihi iustitiæ corona: quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Si gradu concito fugerimus, peccatum nos apprehendere non ualebit, sin autem ligauerit malicia pedes nostros, loquemur cum propheta ad deum: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? De malis cursoribus Apostolus loquitur: Non uolentis, neque currentis, sed miserentis dei. Sequitur: Et fortis non obtinebit uir/tutem

Esa.6.c
B
3.Reg.11.g
Ibid.15.& 16
4.Reg.9.c
Ibid.15.d
Ibidem. e
Ibid.17.a 18.c
D
Esa.40.b
Mich.7.a
Esa.25.d
Ibid.41.d
1.Cor.9.b
Gal.5.a
Philip.3.c
2.Tim.4.b
Psal.138.b
Rom.5.c

A tutem ſuam: non quo fortis ſit, ſed quo fortem eſſe ſe iactet: Siue qui confidit in fortitudine ſua, & nō in dei miſericordia: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Perdam ſapientiam ſapientum, & intelligentiam prudentium reprobabo; non quo perire poſſit uera ſapientia, & ueritatis intelligentia reprobari: ſed quo eorum pereat ſapientia, qui apud ſe uidentur eſſe ſapientes, & in ſua eruditiõe confidũt. Robuſtus quoque ſiue pugnator qui non ſaluabit animam ſuam, ille eſt qui nequaq̃ Apoſtoli poſſidet armaturam, habens ſcutum, ſed non fidei: accinctus lumbos, ſed non in ueritate: indutus lorica, ſed non iuſticiæ: portans gladium, ſed non ſalutis: huiuſcemodi pugnator non ſanctificat prælium: nec domini poteſt bella bellare: contra ueritatem dimicans pro mendacio. Talis pugnator non poteſt dicere: Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Miſericordia mea & refugium meum. Habent & ſagittarios hæretici qui fruſtra tendentes arcum, ſagittam domini ſuſtinere non poterunt, qui loquitur per Eſaiam: Ego autem ſicut ſagitta electa in pharetra domini. Iſti ſunt ſagittarij, de quibus & Dauid canit: Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde. & uelox (inquit) pedibus ſuis non ſaluabitur: qui propter acumen ingenij diſcurrit per teſtimonia ſcripturarum, & oratorum eloquentia, uel ſophiſmatibus dialecticorum opprimere nititur ueritatem, & in eo præpeditur & corruet, quia non in deo, ſed in ſuis pedibus confidit. Aſcenſor quoque equi non ſaluabit animam ſuam, qui ignorat dictum per prophetam: Falax equus ad ſalutem. Et neſcit ſcriptum eſſe: Dormitauerunt omnes qui aſcenderunt equos. Hic non ſaluabit animam ſuam, ſed periens audiet: Hi in curribus & hi in equis: nos autem in nomine domini dei noſtri inuocabimus. Iſti impediti ſunt & ceciderunt: nos autem ſurreximus & erecti ſumus. Robuſtus etiam corde inter fortes nudus fugiet. Qui locus dupliciter exponi poteſt: Vt aut ideo poſſit euadere, quia expoliauit ſe ueterem hominem, & pelliceas tunicas peccatorum, & nulla fuit ſarcina prægrauatus, aut econtrario, quia nudus eſt et Chriſti perdidit ueſtimentum, de quo in Apoſtolo dicitur: Induite uos Chriſtum Ieſum. Et in alio loco: Siquidem induti non nudi inuenia mur. Nihil ei proderit fortitudo ſua, ſed in die prælij atq̃ certaminis fugiet perſequentes, & abſq̃ ar-

1.Cor.1.c

Eph.6.c

Pſal.143.d

B

Eſa.49.d

Pſal.10.a

Pſal.32.d

Ibi.75.a

Ibi.19.b

Rom.13.b

2.Cor.5.a

## Cap. III.

AVdite uerbũ quod locutus eſt dominus ſuper uos filij Iſrael: ſuper omni cognatione quã eduxi de terra Aegypti, dicens: Tantummodo uos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco uiſitabo ſuper uos omnes iniquitates ueſtras. Nunquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit ſi ru

matura apoſtoli reſiſtere non ualens, hoſtibus terga præbebit. C

## Cap. III.

AVdite uerbum &c.] Ad filios Iſrael prophetalis ſermo dirigitur, & qui ſint iſti filij Iſrael, ſequens uerſus oſtẽdit: Super omni (inquit) cognatione quam eduxi de terra Aegypti: quod non ſolum in decem tribubus, ſed in omnibus duodecim, addentes Iudã & Beniamin, debemus accipere. Omnes enim de terra Aegypti eduxit, & ait: Tãtummodo, ſiue ut Symmachus interpretatus eſt: Solos uos cognoui ex omnibus cognationibus terræ. Et quia ſolos uos cognoui, qui creator ſum omnium, & uos habui peculiarem populum meum: idcirco ſuper ſolos uos omnia peccata ueſtra reſtituam: Potẽtes enim potenter tormẽta patientur: qui autem minimus eſt, dignus eſt miſericordia. Et in Ezechiele legimus: A ſanctis meis incipite: Et iudicium dei de domo eius dicitur habere principium. Hoc interim iuxta hiſtoriam dictum ſit: cæterum quia auditus in ſcripturis ſanctis, non ſolum iſte accipitur quem auribus carnis excipimus, ſed etiam ille de quo dominus ait: Qui habet aures audiendi, audiat. Vnde & omnis populus uidebat uocem dei, proprie ad ad eos ſermo fit domini, qui ſenſu uident deum: quos eduxit de terra Aegypti & de poteſtate Pharaonis: ut nequaquam luto & paleis deſeruirent, extruentes Aegyptias ciuitates, & quos ex omnibus tribubus terræ cognouit, dicente Apoſtolo: Nunc autem cognoſcẽtes deum magis autem cogniti à deo. Et in alio loco: Qui ignorat, ignorabitur. Non ergo omnes cognoſcit deus, ſed eos qui eius cognitione ſunt digni, loquens in euangelio: Recedite à me operarij iniquitatis, neſcio uos. In eo enim quod operarij iniquitatis ſunt, ignorantur à deo, idcirco, inquit: Quia ſolos uos cognoui & meos habui, uiſitabo ſuper uos omnes iniquitates ueſtras. Quem diligit dominus, corripit, & caſtigat omnem filium quem recipit. Et pulchre dixit: Viſitabo & non percutiam, quia plaga dei uiſitatio eſt, atq̃ curatio. Et omnes (inquit) iniquitates ſiue peccata ueſtra uiſitabo: ne quid impercuſſum remaneat, ne quid non recipiat ſanitatẽ. b ¶Nunquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit &c.] Legi in cuiuſdam commentarijs, rem difficilem perſuadere cupiẽtis, octo ſceleribus ſiue impietatibus atq̃ peccatis: primum Damaſci: ſecundo Gazæ & cęteris urbibus Palæſtinæ: tertio Tyri, quarto Idumęæ, id eſt, Edom: quinto filiorum Ammon: ſexto

Sap.6.d

Ezc.9.c

1.Pet.4.d

D

Luc.8.b

Exod.2.oc

Gal.4.b

1.Cor.14.c

Luc.13.f

Heb.12.b

A Moab: septimo Iudæ, hoc est duabus tribubus: octauo, quod ultimum est, Israeli: id est, decem tribubus: totidem comminationes nunc redditas, & primam primæ, id est, Damasci: secundam secundæ, id est, Gazę, & reliquas reliquis respõdere: Quod utrum uerum sit, nouerit ipse qui scripsit. Alius autem putat sex exempla proposita, duorum pariter in uia ambulantium, & leonis rugientis in saltu, & catuli leonis dantis uocem suam cum aliquid apprehenderit, & auis captę ab aucupe, et laquei qui in terra defigitur ad capiendam prædam, & tubæ in ciuitate clangentis: hisq; exemplis redditam similitudinem: ut quomodo superiora causam habent, & non fiunt, nisi illa præcesserint: sic nullum in ciuitate accidere malum, quod domino præcipiente non factum sit. Sunt qui primum exemplũ æstimant continere doctrinam, quia non possint duo pariter ambulare: nisi sibi ante consenserint in
Eph.2.e eum qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ destruxit: & duos condidit in unum nouum hominem: fecitq; inter eos pacem: & copulauit uinculo charitatis: ut cum fuerint simul duo, postulent à patre: & impetrent quicquid rogauerint. Hæ sunt duæ uirgæ quæ sibi in Ezechiel co-
Ezech.7.c pulantur: & duo populi circuncisionis et gentium: de quibus ad Heliam loquitur dominus: Reliqui
3.Reg.19.d mihi septem milia uirorum, qui non curuauerunt
Esa.65.a genu ante Baal. Et in alio loco deus: Inuentus sum, ait, his qui me non quærebant: apparui eis qui me
B non interrogabant. Cum autem duo redacti fuerint in unum, adhærebunt domino, & fiet unus
1.Cor.6.d spiritus: Qui enim adhæret domino, unus est spiritus. Isti ergo duo qui sibi cõsentiunt, & in uia Christi pariter ambulant, nullius aduersariorum possunt impetum pertimescere. Quod si discordia separentur, statim eos leo rugiens inuadet: de quo
1.Pet.5.c & Petrus apostolus ait: Aduersarius uester diabolus tanquàm leo rugiens circumit quærens quem deuoret. Qui leo rugiens, non uersatur in agris cõsitis, non in uineis, non in oliuetis: nec inter ligna pomifera, quæ laudant deum: sed ubi syluæ sunt et inculta humus, & bestiæ commorantur: & non solum leonis patebunt morsibus, sed apprehendet eos catulus leonis: & ducet ad cubile suum, fugiẽs
Ioan.3.c lucem, & pergens ad tenebras. Omnis enim qui peccat, amat tenebras, & odit lucem: de quibus &
Psal.103.c in psalmo legimus: Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes feræ syluarum: Catuli leonum rugientes, ut rapiant & quærant à deo escam sibi. Quærit enim catulus leonis non eam prædam quam possidet, quæ suæ est potestatis: sed ut de ecclesia Christi rapiat: de quo & in A-
Abac.1.d bacuc scribitur: Escæ eius electæ. Tertia pœna est eorum quos discordia separauit, ut perdant alas quibus prius sublimiter ferebantur: & de cœlis in terram corruant: & teneantur ab aucupe, qui melius dicitur ὁ ἰξευτής: eo quòd hærente uisco, aues liberas capiat: quæ propria uoluntate ad terrena descendunt: de quibus in Prouerbijs scriptum est:
Pro.1.b.29.a Non iniuste tenduntur retia auibus: Iusta enim ruina est peccatorum. Qui cum habuerint alas columbæ, & per aerem uolitare debuerint, pondere C peccatorum ad terrena depressi sunt: & uitio suo adhæserunt uisco: de quo & in Apostolo legimus: Qui adhæret meretrici, unum cum ea corpus effi-
1.Cor.6.d citur. Quarta pœna est discordantium, ut capiantur laqueo: qui non in cœlo positus est, sed in terra: de quo quod euaserit sanctus gloriatur, & dicit: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Iste est contritus laqueus: de quo Apostolus
Psal.123.a loquitur ad credentes: Deus conteret satanam sub pedibus uestris uelociter: Rursumq; in Dauid legi-
Rom.16.c mus: Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi.
Psal.139.b Non enim possunt decipere simplices quosque credentium, nisi nomen Christi proposuerint: ut dum putamus nos Christum inuenire, pergamus ad antichristum. Quinta pœna est eorum qui reliquere pacem, quæ exuperat omnem sensum: &
Ioan.14.d quam dominus pergens ad patrem, apostolis dereliquit dicens: Pacem meam do uobis: pacem meam relinquo uobis: ut in ciuitate domini constituti, tubæ sonitu terreantur. Quicquid enim in scripturis sanctis dicitur, tuba comminans est: & grandi uoce aures credentium penetrans. Si iusti sumus, per tubam Christi ad beatitudinem pro uocamur: si peccatores, audimus quæ simus tormenta passuri. Malum autem quod dominus facit in ciuitate: non contrarium est uirtuti, sed afflictio & cruciatus: de quo legimus: Sufficit diei
Mat.6.d malicia sua, id est tribulatio & angustia. Et in pro-
D pheta legimus: Ego deus qui feci lucem & tenebras: qui facio pacem & cõdo mala: Sicut enim te-
Esa.45.b nebræ contrariæ sunt luci & diei: sic & paci bellum contrarium est: quod non per se malum est: sed malum uidetur his esse qui sustinent. Et ut scia mus in scripturis sanctis maliciam interdum non contrariam uirtuti accipi: sed afflictionem pœnásque & angustiam, unum adhuc de Iona sumamus exemplũ: Et uidit deus opera eorũ: quia con-
Ionæ 3.d uersi essent à suis uijs pessimis: & pœnituit eum super malicia, quam locutus est ut faceret eis. Malicia utiq; ibi subuersio Niniuitarum est, quam per prophetam deus fuerat cõminatus: & non uirtuti contraria quæ ad peccatum pertinet: pro quo cõminabatur tormenta peccantibus. Sequitur: Non faciet dominus deus uerbum, nisi reuelauerit secretum suum, siue correptionem suam seruis suis prophetis: nõ quo omnia deus reuelet prophetis, quæ in cœlo faciat, uel ante iam fecerit: sed quæ facturus in terris sit. Reuelauit Noe seruo suo quod esset inducturus diluuium. Reuelauit Abraham &
Gen.6.b Loth seruis suis, quòd arsurus esset Sodomam &
Ibi.18.c Gomorram, Adamã & Seboim. Reuelauit Ioseph
Ibi.41.d interpretationem somnij septem annorum famis in Aegypto: & Ionę prophetæ subuersionem Niniue: ut qui audirent uentura supplicia, aut agerẽt
Ionæ 3.d pœnitentiam, & tormenta uitarent: aut cõtemnentes iustius punirentur: Ita et nunc dominus reuelat per Amos seruum suum & prophetam: quid facturus sit decem tribubus: ut si fuerint ad meliora conuersæ, & idola deseruerint, de imminenti periculo liberentur

A liberentur. Et nota quòd clemẽs & benignus deus semper futura prænunciat, ne cogatur inferre supplicia. Et quòd hæretici calumniantur in creatore, quasi seuero & truculento, crudeli, & tantum iudice: eo quòd nullum sit malum in ciuitate, quod ille non faciat: hoc nos referimus ad magnitudinem misericordiæ, quòd non inferat pœnas nisi ante prædixerit. Qui autem prędicit, non uult punire peccantes. Leo, inquit, rugiet: & quis non timebit? Dominus deus locutus est: quis non prophetabit? Quis in hoc loco non pro impossibili, sed pro raro accipitur. Ille enim non timebit, & ille non prophetabit: qui propter duritiam suam dominum audire contẽpserit. Et est sensus iuxta historiam: Si ad leonis uocem omnia contremiscunt, & cuncta animantium natura terretur: nos iubente deo ut loquamur & annunciemus populo uentura supplicia: non prophetabimus? non loquemur? Scio quendam in suis scriptum commentarijs reliquisse, leonem rugientem diabolum intelligendum: & rugientem his qui perituri sunt: deum autem qui loquatur per prophetas referendum esse ad dominum saluatorem: ut quomodo illi in malam partem audiunt leonis rugitum, & capiuntur in mortem: sic sancti in bonam partem dominum prædicentẽ audiant & saluentur. a ¶ Auditũ facite &c.] Supra diximus Amos prophetam specialiter, imò magnam uoluminis partem ad decem tribus, quæ appellantur Israel & Ephraim, & Samariam prophetare. Itaq; etiam nunc iubetur: ut annunciet Azoto, & terrę Aegypti quæ sequuntur, Pro Azoto nescio quid uolẽtes Septuaginta ἀσυρίους posuerunt: cum Azotus lingua Hebræorum appelletur אַשְׁדּוֹד & Assyrij אַשּׁוּר Pro ædibus quoq; quæ dicuntur אַרְמְנוֹת uerterunt χώρας, id est, regiones, quæ uocantur שָׂרוֹת & nihil in uerbo similitudinis habent. Dicite, inquit, ut congregentur omnes gentes quæ in uicino sunt: & uideant scelera Israel, ne iniquum putent dei esse iudicium: quomodo si diceret: Prius uidete quæ faciant: & tunc meam sententiam comprobate.

HEBR. Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædã? Nunquid dabit catulus leonis uocẽ de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? Nunquid cadet auis in laqueum terrę absq; aucupe? Nunquid auferetur laqueus de terra anteq; quid ceperit? Si clanget tuba in ciuitate: & populus non expauescet? Si erit malum in ciuitate, quod dominus non fecit: quia non faciet dominus deus uerbum, nisi reuelauerit secretum ad seruos suos prophetas. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus deus locutus est, & quis non prophetabit? Aũditum facite in ædibus Azoti & in ædibus terræ Aegypti: & dicite: Con

SEPT. si ructabit leo de saltu suo prædam non habens? si dabit catulus leonis uocem suam de cubili suo omnino, nisi aliquid rapuerit? Si cadet auis super terram sine aucupe? si deponatur laqueus super terram, nisi aliquid apprehenderit? si clanget tuba in ciuitate: & populus non timebit? si erit malicia in urbe quam dominus non fecit: quia non faciet dominus deus aliquid, nisi reuelauerit eruditionem suam ad seruos suos prophetas. Leo ructabit, & quis non timebit? Dominus deus locutus est, & quis nõ ꝓphetabit? Annũciate regionibus in Assyrijs, & in regiõibus terræ Aegypti, & dicite: Con

exurens est, & tribulatio & angustia: ut considerent falsam Samariam: & ascendant ad montes superbię eius: & uideant multas insanias in medio ciuitatis, dum unusquisq; fingit quod uoluerit: & adorat figmentum suum: ut Marcion bonum deum & ociosum: ut Valentinus ἀιῶνας triginta: & extremum Christum quem appellat ἔκτρωμα id est abortiuum: ut Basilides, qui omnipotẽtem deum portentoso nomine appellat ἄβραξας, & eundem secundum Græcas literas, & annui cursus numerum dicit in solis circulo contineri: quem ethnici sub eodem numero aliarum literarum uocant μύθραν. Et Iberæ ineptiæ in balsamo barbeloq; mirantur. Nonne hæc insaniæ sunt, & multæ insanię: uno quoque fingente, quod in animum eius inciderit? Calumniam quoque patiuntur in penetralibus eius: siue opprimuntur simplices quique credentium: dum sub nomine ueritatis colunt mendacium, & omnino rectum facere nesciunt: quia perdidere tramitem ueritatis: nec credunt in eo qui dicit: Ego sum ueritas. Et thesaurizant sibi dogmata iniquitatis, & rapiunt atque concludunt in ædibus suis quos potuerint falso errore decipere. Sin autem placuerit ut legamus Assyrios: quòd tamen in Hebraico non habetur: dicamus hos esse

C Pulchreq; intulit: Super montes Samariæ uel ciuitatis, quæ nunc Sebaste, tunc Samaria uocabatur: uel uniuersæ prouinciæ, quæ in montuosis sita est: & uidete insanias multas in medio eius, ut pro deo adorent uitulos & immolent filios suos: nec hoc scelere contenti, calumnientur pauperes in penetralibus suis: & omnino rectum facere nesciant, thesaurizantes sibi non aurum et pecunias quæ interdũ labore quæruntur: sed iniquitates & rapinas in ędibus suis: ut quia deserto dei cultu adorauerunt idola, tradat eos deus in reprobum sensum, ut faciant quę non oportet. Et qa semel iuxta leges tropologiæ, Samaria refertur ad hæreticos qui custodes mandatorum dei esse se mentiuntur: præcepit sermo diuinus, ut in gentibus prædicẽt, quę nõ habent noticiam dei: in quarum doctrina ignis

Rom.1.d

D

Ioan.14.a

A de quibus ſcriptum eſt: Inducam ſuper ſenſum magnum principē Aſſyriorum, qui dixit: fortitudine mea faciā, & cætera: ut capiantur hęretici ab Aſſyrio: & teneātur in terra Aegypti: de quo iam uenientes ad eccleſiam liberati ſunt. b ¶ Propterea hæc di. &c.] Pro Tyro quæ in Hebraico duabus literis ſcripta eſt צ & ר: & appellat צר: quod & Aquila & LXX. ſimiliter tranſtulerunt: Hebræus qui mein ſcripturis ſanctis erudiuit, tribulationē interp̄tatus eſt: nec renuimus eius ſententiā: quia & Symmachus, q̄ non ſolet uerborū παχοζηλίαν, ſed intelligentiæ ordinē ſequi, ait: obſidio & circūdatio terrę. Pro obſidiōe terræ quæ ab eo dicit̄ πολιορκία, fortitudo à Theodotiōe poſita eſt, q̄ putauit nō B צר & צר: quod tribulatio uel Tyrus dicitur: ſed צור legendū: quod proprie refertur ad petrā duriſſimā: quæ Gręce appellatur ἀκρότομον: & quā nos latine ſilicē dicere poſſumus. Loquamur ergo de ſingulis. LXX. dixerūt τύρον ἐν κυκλόθεν ἡ γῆσα, id eſt tyrus & per circuitū terra tua: uidebaturq̄ pendere ſententia: Addidere ergo de ſuo ἐρημωθήσεται, id eſt, deſerta erit: nec error interpretū eſt, ubi propter uerbi ambiguitatē & tribulatio & Tyrus dici poteſt. Et eſt ſenſus: Super mōtes Samariæ multas populus meus inſanias perpetrauit: calumniā faciēs: & rectum penitus ignorās, & theſaurizans ſibi iniquitatē & rapinas: Ideo tribulabitur ſiue cōteretur, & Aſſyrio exercitu terra circūdabitur eorū: & detrahetur, ait, ex te, ò Samaria, & ò decem tribus, ò quondam populus meus fortitudo tua: & diripientur in ædibus tuis quæ per calumniā ex miſerorum lachrymis cōgregaſti. Hæretici quoq̄ aut tribulabunt̄ in die iudicij: & omnis eorū fortitudo attenuabitur: & diripientur quæ habuerāt de rapinis, ut liberentur populi quos deceperāt: aut certe quotidie per uiros eccleſiaſticos tribulabuntur, & circūdabuntur teſtimonijs ſcripturarū, & detrahetur ex eis fortitudo ſyllogiſmorū & uerborū argutiæ quibus ſuum dogma firmauerant. Et ædes eorū diripiētur: ut qui rapti fuerant de eccleſia, ad eccleſiam reuertantur. a ¶ Hæc dicit dominus. Quō ſi eru. &c.] In principio Amos ubi uerſiculos illos diſſeruimus: Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalē dabit uocē ſuā:

HEBRAEI, Congregamini ſuper montes Samariæ: & uidete inſanias multas in medio eius: & calumnias patientes in penetralibus eius: & neſcierunt facere rectū, dicit dñs: theſaurizantes iniquitatē, & rapinas in ædibus ſuis. Propterea hæc dicit dominus deus: Tribulabitur & circumietur terra: et detrahet̄ ex te fortitudo tua, & diripiētur ędes tuę. Hęc dicit dñs: Quōmodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura: aut extremum auriculæ: ſic eruentur filij Iſrael qui habitant in Samaria in plaga lecti & in Damaſci grabato. Audi

SEP. Congregamini ſuper montē Samariæ: & uidete mirabilia multa in medio eius & oppreſſionem in ea: & ignorauit quæ futura ſint coram ea, dicit dominus: qui theſaurizāt iniquitatē & miſeriam in regionibus eorum. Propterea hæc dicit dñs deus: Tyrus & in circūitu terra tua deſerta erit: & detrahet de te fortitudinem tuam: & diripientur regiones tuæ. Hæc dicit dominus: Quomodo ſi auellat paſtor de ore leonis duo crura: aut extremum auriculæ: ſic auellentur filij Iſrael qui habitant in Samaria contra tribum & in Damaſco. Sacer

& luxerunt ſpecioſa paſtorū, & exiccatus eſt uertex Carmeli: diximus illū artis ſuæ uſum eſſe ſermonibus: ut quia paſtor gregū, nihil terribilius leone cognouerat: irā domini leonibus cōpararet. Iuxta hunc ergo ſenſum etiā nunc de eo quod ſæpe C uiderat ſumit exēplū: & ſic decē tribuum paruas reliquias de Aſſyrio rū narrat manibus eruendas: qūo paſtor deuoratis omnibus mēbris, duo crura aut extremū auriculæ de leonis faucibus rapiat: poſitoq̄ cōparationis exēplo: ita, inquit, eruētur filij Iſrael, decem uidelicet tribus quę habitāt in Samaria, in plaga lecti & in Damaſci grabato. Quod mihi ſic explanandum uidetur: Legimus in Eſaia Raſin Eſa. 7. a regē Arā, id eſt Syrorū q̄ regnabat in Damaſco: & Phacee filiū Romeliæ D regem Iſrael, inito fœdere cōtra Iudā ueniſſe pugnantes: de quibus dñs præcepit Achaz regi Iudę & Hieruſalem ne timeat duos ſemiuſtos torres: quādo in ſignū plenæ libertatis, uirginis ei & cōceptus & partus oſtenditur. Filij ergo Samariæ habitāt in regione & plaga lecti, requieſcētes in Syrorū auxilio, et in Damaſci grabato ſibi uictoriā pollicentes: ut quomodo qui feſſus eſt refocillatur in lectulo: ſic illi fractas uires uicinæ gētis auxilio roborarent. Vnde & in eodem Eſaia per ty- Ibidem. c pum dicitur futurorum, quod naſciturus ſit puer qui priuſq̄ ſciat patrem & matrem uocare, accipiat ſpolia Samariæ & uirtutem Damaſci: quæ ſcilicet contra Hieruſalem iunctis uiribus dimicabant. Pro plaga lecti & Damaſci grabato: Septuaginta tranſtulerunt κατέναντι φυλῆς καὶ ἐν δαμασκῷ, id eſt, contra tribum & in damaſco: ut iuxta tropologiam referamus tribum ad Iudā, & Damaſcum ad uocationem gentium: de quibus unus grex factus eſt domini: cuius ſæpe oues leonum feritas laniat: de quorum faucibus uix duo crura aut extremum aufertur auriculæ. In crure uia oſtenditur doctrinarum: in aure ſacramenta dictorum. Vnde & Mat. 10. b apoſtoli abſque calciamentis et ulla mortui animalis pellicula, nudis pedibus iubebantur incedere: Luc. 8. a & ad credentes dicitur: Qui habet aures audiendi audiat. In Apocalypſi quoque Ioannis legimus. Apoc. 2. b Qui habet aures audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs. Et manifeſtius per prophetam: Ponite, inquit,

ſermo

A sermones uestros in auribus cordis uestri. Hoc iter tam hæretici quàm magistri eorum dæmones impedire festinant et intexere retibus: ut in uia qui Christus est corruamus. Sed si uenerit uir ecclasticus & homo dei, & Samson qui interpretatur שמשון sol: leonem interfi-
cit: descẽdens q̃ in inferni lacum qui aquas refrigerat tẽ pore niuis, tempestatis & hyemis, suffocat leonem: ut securo pede & tutis auribus domi-num sequi, & uerba eius audire ualeamus. a ¶ Audite & contestamini in domo Iacob dicit dominus deus exercituum: quia in die cum uisitare cœpero præuaricationes Israel super eum: uisitabo & super altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris: & cadent in terram: & percutiam domum hyemalem cum domo æstiua: & peribunt domus eburneæ: & dissipabuntur ædes multæ, dicit dominus.

HEBR. Audite & contestamini in domo Iacob dicit dominus deus exercituum: quia in die cum uisitare cœpero præuaricationes Israel super eum: uisitabo & super altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris: & cadent in terram: & percutiam domum hyemalem cum domo æstiua: & peribunt domus eburneæ: & dissipabuntur ædes multæ, dicit dominus.

[a Audite & contestamini in domo Iacob dicit dominus deus exercituum: quia in die cum ui. &c.] Quod in principio capituli iuxta Septuaginta positum est, sacerdotes: in Hebraico non habetur: sed pro hoc uerbo legitur עָרֵשׁ quod Aquila interpretatus est grabatum: & puto Septuaginta ipsum uerbum posuisse He-
B braicum: quod quidam nõ intellígentes pro עָרֵשׁ legerunt ἱερεῖς, id est sacerdotes. Præcepit autem sermo propheticus ut primum audiant: deinde cõ testentur in domo Iacob, id est in decem tribubus quæ dominus dixerit. Cum cœpero, inquit, uisitare præuaricationes uel impietates domus Israel, & ei reddere quæ meretur, & captiuitatis tempus aduenerit: tunc destruentur altaria Bethel ubi erãt aurei uituli: & amputabũtur cornua altaris: quod 3.Reg.13.d Hieroboam quoque manum extendente dirup-tum est: & ruent in terram Assyrio uastante con-fracta. Et percutiam, inquit, domum hyemalem cũ domo æstiua: quod simpliciter iuxta literam accipere possumus, tantarum eos fuisse opum: ut duplices haberent domos, hyemales & æstiuas: quarum aliæ uersæ essent ad Aquilonem, aliæ ad austrum: ut pro uarietate temporum, frigoris & caloris cœliq̃ temperiem prouiderent. Possumus domum hyemalem appellare regnum Israel: in qua frigus erat religionis & cultus dei: uariq̃ uento-

SEP. Sacerdotes audite: contestamini domum Iacob dicit dominus deus omnipotẽs: quia in die qua ulciscar iniquitates Israel super eum: ulciscar & super altaria Bethel: & suffodientur cornua altaris: & cadent super terram: confundam & percutiam domum pinnatam super domum ęstiuam: & peribunt domus eburneæ: & adijcientur domus aliæ multæ, dicit dominus.

rum turbines & sæua tempestas: & domum æsti- C
uam Iudam & Hierusalem: in qua erat templum: & offerebantur holocausta mane & uesperi & uigebat calor religiõis. Et peribunt, ait, domus eburneæ, quod & iuxta historiã stare potest: Legimus em̃ Achab regẽ Israel tantis fluxisse delicijs, ut domũ si bi eburneã fecerit. 3.Reg.22.f
Pro eburneis, domos dentis, id est elephãtinas in Hebræo inuenimus. De q̃bus & in qua drageſimo quarto psalmo scriptũ est: A domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. Quando uisitare cœperit dominus præuaricationes Israel qui prius deum mente cernebat: uisitabit & super altaria Bethel: non unum altare quod habet ecclesia: sed altaria hæreticorum plurima: Tot enim habet altaria quot schismata. Amputabit & cornua altaris quod per superbiam unum se ha- D
bere iactant. Cadentq̃ eorũ cornua, id est arrogantia in terram: & percutiet domum hyemalem: eos hæreticos qui laborant continentia & ieiunijs, xerophagijs, chameunijs, è quibus Tatianus est & Manichæus. Et domum æstiuam: ut Nicolaitas & Eunomianos & ueteris hæreseos nouos sectatores: qui propter uentris ingluuiem, omnem recipiunt uoluntatem. Et peribunt domus eburneæ, quæ artifici dente & rhetorici nitoris splendore compositæ sunt Et dissipabuntur ædes multæ quę in toto orbe dispersæ sunt. Vna enim ueritate surgente, multa mendacia destruentur. Pro domo hyemali, τὸν οἶκον τὸν περίπτερον, Septuaginta transtulerunt, quod nos interpretati sumus pinnatam, eo quod ostiola habeat per feneſtras & quasi pinnas ad magnitudinem frigoris repellendam.

Commentarij primi in
Amos finis

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM commentariorum Amos ad Pammachium proœmium

IEgi in quadam controuersia: imbecillitas corporis, animę quoq̃ uires secũ trahit. Econtrario Paulus apostolus: Quãdo infirmor, inquit, tũc fortior sum: & uirtus in infirmitate perficitur. Spiritus enim contra carnem, & caro contra spiritum: hæc inui- 2.Cor.12.e
cem sibi aduersantur, ne quæ uolumus illa faciamus. Vnde & in euangelio dicitur: Gal.5.c
Spiritus promptus est, caro autem infirma. Senectus multa secum & bona affert & mala. Bo- Matt.26.d
na, quia nos ab impudentissimis dominis liberat uoluptatibus: gulæ imponit modum, libidinis frangit impetus, auget sapientiam: dat maturiora consilia: & frigescente corpore, dormit

A cum perpetua uirgine Sunamite: luxuriamq; contemnens cum Berzellai, delegat eã filio, ado- C
2.Reg.19.f lescenti Camahã: & non uult transire Iordanem atq; in alienos fines de suis finibus, id est regio-
nibus, exire. Quę autem putantur senectutis mala, ista sunt: crebræ infirmitates, pituita molestis-
sima: quam Græcorum alij κόρυζαν, alij φλέγμα nuncupant: caligãtes oculi, acescentes ci-
bi, tremens interdum manus, nudi gingiuis dentes & inter cibos cadentes. Ad hæc torminibus
& aculeis stomachi podagræq; & chiragræ doloribus sæpe torquetur: ita ut ne stilum quidem
aut calamum tenere queat, ut suis pedibus non possit incedere: magnaq; parte uitæ uideatur esse
truncata, & multis membris præmortua. Cum hæc ita se habeant: in malorum comparatione to
lerabilius sustinebo morbos, dummodo una & grauissima domina libidine caream. Patitur qui-
dem & senectus nonnunq; incentiua uitiorum: nullusq; iuxta sanctum martyrem Cyprianum
diu tutus est periculo proximus. Sed aliud est titillari, aliud obrui uoluptatibus. Ibi cũ Apostolo
adolescentia loquitur, quæ nouit uirentis corporis necessitates: Non enim quod uolo bonũ hoc
Rom.7.c ago, sed quod nolo malum illud facio. Et miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis
huius? Hic autem rato inter emortuos cineres scintilla sublucens reuiuiscere nititur, & tamen in-
cendia non potest suscitare. Quam ob rem Pammachi, cano iam mecum capite impetra mihi à
domino, ut comitem mihi merear habere sapientiam: de qua scriptum est: Ama illam & seruabit
Proucr.4.a te: honora illam, & amplexabitur te: ut ipsa adiuuante & socia, cœptum in Amos opus expleam:
secundusq; liber principium sumat à uaccis Basan: ut qui in Osee propheta de uaccis siue uitulis
Bethauen pleno sermone tractaui: nunc quoq; de uaccis pinguissimis possim disserere.

## COMMENT. HIERONYMI in Amos prophetam liber secundus.

AVdite uerbum hoc uaccæ pingues quæ &c.] Pro uaccis pinguibus: Septuagin-
B ta posue runt μα-
λεις τῆς Βασανί-
τιδος, Aquila & Theodotio ipsum uerbum Hebraicũ בָּשָׁן nos Symma-
chi interpretatio-
nem secuti, qui ait, αἱ βόες εὐτροφοι, id est, boues saginatę: uaccas pingues in-
terpretati sumus. Loquitur autẽ ad principes Isra-
el & optimates quosq; decem tribuum, qui delicijs
ac rapinis uacabant, ut audiant sermonẽ dei: & nõ
aratores boues, sed uaccas pingues de armento se
esse nouerint: siue quæ nutriantur in pascuis Basan
quæ sunt loca herbarum fertilissima: ac per hoc si-
gnificat eos, non agriculturæ, sed immolationi &
esui præparatos. Vos uaccæ pingues estis in mon
te Samariæ: & humiles quosq; confringitis: & di-
citis dominis uestris, id est pastoribus, per quos re
ges intelligimus: Date nobis & bibemus, id est iu-
bete tantum, & nos cuncta uastabimus. Ex eo au-
tẽm quòd posuit: date nobis & bibemus: & non di
xit, date & comedemus, ebrietatẽ earum significat
in uino atq; luxuria, quæ statum mentis euertunt.
Iurauit itaq; dominus deus in sancto suo, uel in se-
metipso, uel in filio, uel in templo, uel in omni qui
sanctus est & appellatur templum dei: quod aduẽ-
tura sit dies non longe & post multa secula: sed iam
imminẽs dies captiuitatis & angustiæ: in quo uac-
cæ leuentur in contis, & reliquię earum in ollis fer-

### Cap. IIII.

AVditẽ uerbũ hoc uaccę pin
gues q̃ estis in monte Sa-
mariæ: q̃ calumniã facitis
egenis et cõfringitis paupe
res: q̃ dicitis dñis uestris: affer

uentibus: pro quo in Hebraico בְּסִירוֹת רוֹגָה, & apud Aquilam scriptum est, in lebetibus piscicula-
rum. Pro contis quoque qui Hebraice dicuntur צִנּוֹת Aquila interpretatus est, clypeos: Symma-
chus & Septuaginta ὅπλα, id est arma: solus Theo D
dotio λόγχας: quẽ
nos secuti, contos
uel hastas interpre
tati sumus. Hoc au
tẽ significat, quod
capiantur in prędio
& portentur atque
auferantur iure uic-
toriæ: seruans ta-
men cœptam uac-
carũ metaphorã,
ut quas esse pin-
gues dixerat uaccas, earum carnes narret in cõtis
uel scutis esse portandas. Et sicut lebes feruentissi-
mus minutos pisces pariter inuoluit: ita & uaccas
Basan absq; ullo ordine captiuitatis miserijs oppri
mendas. Quodq; sequitur: Et per aperturas exibi-
tis altera cõtra alteram: sic explanari potest: Aper-
ta uobis est captiuitatis uia: & cum lebetes uestri
fuerint exusti, exibitis altera contra alteram, secun
dum Hebræorum idioma: qui pro eo quod nos,
mutuo uel uicissim, mulierem & mulierem, hoc est
alteram contra alteram uocant. Et proijciemini, in
quit, in locis Armeniæ quę uocantur Armona. De הַרְמֹנָה
nicq; Symmachus, ita interpretatus est: Et proijcie
mini in Armenia: pro quibus Septuaginta montẽ
Remman: Aquila montem Armona, Theodotio
mõtem Mona: quinta autem æditio, excelsum mõ
tem transtulerunt. Verbum autem domini quod
uaccæ Basan iubentur audire: secundum cœptam
tropologiam, hæreticis præcipit: qui uentri & gu-
læ seruientes, recte appellantur uaccæ pinguissi-
mæ siue uaccæ ignominiosæ: hoc enim interpreta-
tur

A tur Basan,id est ἀχλύην, quam si confusionem di/
בָּשָׁן cere uoluerimus,Babylonem magis & Basan inter
pretabimur.Hæ uaccæ pingues siue ignominiosæ
& aridæ,nã Basan & hoc intelligitur, in monte Sa
mariæ sunt: cui & in Osee dicitur: Aufer uitulum
Osee 8.c.14 tuum Samaria. Et rursum in eodem:
Quia seducẽs erat uitulus tuus Sama
ria: & ideo in mõte Samariæ: quia sem
per eriguntur in su
perbiã & sibi subli/
mia repromittunt.
שֹׁמְרוֹן Samaria quoq; cu/
stodia dicitur: non
quo custodiant ser
mones domini:sed
quia custodes præ/
ceptorũ eius esse
se iactent.Quæ ca/
lumniam faciunt e/
genis & cõfringunt pauperes.Egenum & paupe/
rem intellige ecclesiasticũ uirum:qui ueritatis sim/
plicitate contentus, hæreticorum supellectilẽ, &
eloquentiæ fulgorẽ argumentorumq; diuitias nõ
requirit.Hæ uaccæ dicunt dominis suis:Afferte &
bibemus. Dominos earũ,uel principes peruerso/
rum dogmatum possumus appellare: ut Valenti/
num & Marcionẽ & Arium & Eunomium: aut
B eos qui per multiplices libros ab alijs male inuen/
ta corroborant. Istis dicunt uaccæ Basanitides:af/
ferte nobis & bibemus: Nisi enim illi dederint, isti
quod deuorent non habẽt: imò quod bibant ut in/
ebrientur. Vt autem sciamus aquas & pocula si/
gnificare doctrinã,dominus loquitur ad Samarita
nam:Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum:
Ioan.4.b qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei, nõ sitiet
in æternum.Ergo qui de Samaritanæ,id est,hære/
ticorum aquis biberint,semper sitient: & ardorem
faucium siccarum refrigerare non poterunt: Esaia
Esa.29.c. de hac eadem conclamante: Sicut somniat qui sitit
quasi bibat,& cum surrexerit adhuc sitit,anima au
tẽ eius frustra sperauit:sic erunt omnes gẽtes quæ
pugnant cõtra Hierusalem. Vere enim qui de hæ/
reticorum aquis biberit, & pugnauerit cõtra Hie/
rusalem ecclesiã dei, in somnis bibit,& anima eius
uanis imaginibus illuditur. Cumq; æstimauerit se
satiatũ,tunc sitiendi habebit principiũ. Vnde & ad
uirum ecclesiasticum dicitur: Bibe aquas de uasis
Prouer.5.c tuis & de puteorũ fontibus aquas tuas:& sint tibi
soli.Et iurat dominus deus tuus in sancto suo con/
tra uaccas saginæ & dapibus seruientes: siue iurat
in sanctis suis,quod uenient dies super eas:dies iu/
dicij atq; pœnarum,ut portent eas in armis suis,et
eos qui cum ipsis sunt mittant in lebetes siue por/
tent:& uel ipsæ uaccę sint negociatores pestilẽtes:
uel ipsi ueniunt ut portẽt eas:& eijciantur nudę in
uicẽ se uidentes:proijciantur q; super montẽ Rem/
man,dicit dominus deus. Debemus enim & iuxta
LXX. dicere ne frustra eos proposuisse uideamur:

Quando uenerit contra hæreticos dies iudicij atq; C
uindictæ tunc auferẽtur in armis, hoc est cũ armis
suis quibus aduersus ecclesiã dimicauerant:uel ui/
cti armatura dei,& ab illius pugnatoribus superati
mittentur in lebetes ut exurantur & excoquantur
qui fuerunt prius
negociatores pesti
lentes: ad hoc e/
nim negociabãtur
ut morti traderent
quos deceperant.
Isti sunt de quibus 1.Reg.2.e
dicitur:Filij Heli, fi
lij pestilẽtię, q in ca
thedra pestilẽtię se
derunt.Cũq; exco/
cti fuerint & exu/
sti, egredientur nu
di, nihil eorum ha/
bentes quæ sibi an
tea præsumebant:
et uidebũt ignomi
niam suã, & proijciẽtur super montẽ Rẽman,qui
interpretat sublimitas, ut in superbia sua cõteran/
tur.Quidã Remman uisionẽ alicuius,id est ὅρασιν
τινὸς, interpretantur. Non enim omnia uidere po
terant: sed sibi partis alicuius scientiam promitte/
bant,ut proijciantur eo quod se scire credebãt.Pos/
sumus iuxta literam,quando uenerint dies captiui
tatis super uaccas Samariæ, intelligere quod supe
rent eas in prælio, & opprimant armis suis: & in D
congressione superatas, compellant ad urbes mu/
nitas quæ cõparentur ollis feruentibus:ut quomo
do Hierusalẽ habens clausos populos & obsessos
assimilatur ollæ feruenti & plenæ carniũ: sic & ur/
bes Samariæ ollis feruentibus cõparentur,quæ fa/
me & pestilentia clausos populos exire cõpellant:
& ire in captiuitatẽ mutuo se uidentes,& trãsferri
in Armon montes Armeniæ: qui Medis Persisq;
confines sunt. a ¶ Venite ad Bethel &c.] Primũ
historiæ fundamẽta iaciamus:O Israel miserabilis,
iam tibi uicina captiuitas,iã Assyrius instat exerci/
tus:fac quod libet,age impie,cũ idolis libere forni/
care:ut quãto tu fueris impudentior,tanto mea su/
per tormentis tuis iustior uideatur sentẽtia. Veni/
te, inquit, in Bethel, in qua aureũ posuistis uitulũ:
& impie agite in deum. Venite ad Galgalã locum
idololatriæ de qua per Osee locutus sum: Omnis Osee 9.d
malicia eorum in Galgalis. Et rursum in eodem:
Frustra erant in Galgala bobus immolãtes. Cum/
que ueneritis ad Galgalam: multiplicate præuari/ Ibi.12.c
cationem: Quicquid enim ibi egeritis: præuari/
catio contra deum est:cui idola prætulistis.Et affer
te mane uictimas uestras: ne in scelere sit ulla dila/
tio. Tribus diebus decimas uestras: siue ut inter/
pretatus est Symmachus, tertia die decimas ue/
stras.Cuius loci hæc nobis uidetur explanatio: In
Leuitico lege præceptum est: ne quædã hostiæ in Leui.7.b
alterum diẽ reseruẽtur:& ne alię in diẽ tertium ma
neant:quod si remanserint,immundæ sint. Est igi/
tur sensus:Immundas quotidie uictimas cędite: &

A contaminata offerte ſacrificia: & ſacrificate de fermento laudem: quod iuxta præcepta Moyſi deo penitus non offertur. Pro laude εὐχαριστίαν, id eſt, gratiarum actionem interpretatus eſt Aquila, quę Hebraice dicitur תּוֹדָה Et uocate, inquit, uoluntarias oblationes, quas Hebręi appellant נְדָבוֹת, id eſt ſpontaneas. Vltroneum autem ſacrificium ad lætitiam pertinet: quod latine epulum poſſumus appellare. Cūque hoc feceritis, impietatem ueſtrā omnibus nūciate: ut non ſolum feciſſe, ſed & alios docuiſſe uideamini. Hæc autem præcipio, & imperatiuo modo loquor, ut ueſtræ ſatisfaciam uoluntati: quia ſic egiſtis & ſic uoluiſtis filij Iſrael, dicit dñs deus. Quapropter et ego dedi uo

B bis ſtuporem dentiū: ut Septuaginta tranſtulerūt: quos in hoc loco propter ſimplicitatem uerbi ſecuti ſumus: ſiue mundiciam dētiū, ut interpretati ſūt Aquila & Symmachus: ut per mūdos dentes famis magnitudinem demōſtrarent. Et feci indigentiam panum: nō in una urbe, ſed in omnibus urbibus ueſtris: nec in uno loco, ſed in omnibus locis ueſtris. Cumq; hoc fecerim, non puniens ſed occaſionē tribuens pœnitentię, nec ſic quidē eſtis reuerſi ad me dicit dominus. Hæc iuxta Hebraicum diximus: Tranſeamus ad LXX. interpretes: & quid nobis iuxta Anagogen uideatur in ſingulis breuiter diſſeramus: neq; enim ſi in utraq; æditione utrunq; dicere uoluerimus, librorum patitur magnitudo. Ingreſſi eſtis in Bethel id eſt in domum dei, quod ſentitur eccleſia: & impie egiſtis in dominū, illius præcepta calcantes. In Galgala autē quod interpretatur, reuelatio ſiue uolutabrum: impietates multiplicaſtis, ſanctarum uobis ſcripturarum ſcientiā uendicātes: & dum erigimini in ſuperbiam, eſtis in cœni ultima deuoluti: Intuliſtis quoq; mane hoſtias ueſtras, die tertia decimas ueſtras, transfigurati in angelum lucis: & triplicem intelligentiam ſcripturarum, de qua nobis præceptum eſt: ut deſcribamus eam tripliciter in cordibus noſtris, in unius diei ſententiam coartantes. Debemus enim ſcripturam ſanctam, primum ſecundum literā intelligere, facientes in ethica quę cunq; præcepta ſunt. Secūdo iuxta allegoriā, id eſt intelligentiam ſpiritualē. Tertio ſecundum futurorum beatitudinē. Vos autē primā, inquit, & ſecundā contēnentes diem: ſpiritualia uobis quędā figmenta cōponitis ſine fundamēto & parietibus tectum deſuper imponentes. Nec hoc ſunt hæretici, de q; bus & ad quos dicitur, impietatis fine cōtenti: ſed legerunt foris legē dei de eccleſia recedentes: & ſingulis dogmatibus ſuis, quæ peruerſo corde ſimularunt, cōfeſſiones & teſtimonia ſociare conati ſūt: ſiue ſacrificauerūt de fermento, ſuper quo in euāgelio di- D Matt.16.d
citur: Cauete uobis à fermēto, id eſt doctrina phariſeorum. Et hæc fecerunt nō errore, ſed ſtudio: nō fortuita uolūtate, ſed malorum charitate pleniſſima. Vnde ultionem ſuper his cōminatur dominus: dabo, inquiens, uobis ſtuporem dentium qui Græce γομφιασμὸς dicitur. Si quis enim ſecundū Ezechiel, uuā acerbam comederit, ſtupebunt dentes eius: ut nō bene ſcripturarum ſanctarū teſtimoniis abutentes comedētesq; ea immatura & abſq; ſua dulcedine perdāt robur dētium: ne poſſint dura commolere, et in aluum toto corpori profutura tranſmittere. Hunc ſtuporem dentium ciborumq; penuriam: dabo & in cunctis urbibus atq; in omnibus locis ueſtris, ut patiamini famem ſermonis dei: & eius panis qui de cœlo deſcendit: & de quo in pſalmis ſcriptum eſt: Panem angelorum manducauit homo. Quæ uniuerſa feci, non ob crudelitatem & ſæuitiam, ut hæretici calumnientur truculenti & triſtis iudicij: ſed ut conuerteremini ad me: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Fruſtra percuſſi filios ueſtros, diſciplinam non recepiſtis. a ¶ Ego quoq; prohibui à uobis imbrem: cum adhuc tres menſes ſupereſſent &c.] Non ſolum ſtuporē dedi dentium in cunctis urbibus ueſtris: & indigētiam panum

Ezech.13.d
Ioan.6.e
Hiere.77.e
Hiere.2.f

A panum in omnibus locis uestris: sed prohibui à uobis imbrem, cum adhuc supereſſent tres menſes uſque ad meſſem: quę appellatur pluuia ſerotina: & agris Palæſtinæ aruiſcę ſitientibus uel maxime neceſſaria eſt: ut quãdo herba turgeret in meſſem & triticum parturiret, nimia ſiccitate areſceret. Significat autem uernum tẽpus extremi mẽſis aprilis, à quo uſque ad meſſem frumenti tres menſes ſuperſunt: Maius, Iunius, Iulius. Pro סְצִיר, id eſt meſſe: LXX. ſuo more τρύγητον, id eſt uindemiam tranſtulerunt: quod ſi recipimus, omnino iuxta orientis omnes regiones & inſolitum & impoſſibile eſt. Nunc̃ enim in fine menſis Iunij, ſiue in menſe Iulio, in his prouincijs maximec̃ in Iudæa pluuias uidimus. Denic̃ in Regum libris pro ſigno magno atq; portẽto diebus æſtatis & meſſis orante Samuele pluuiæ concitatæ ſunt. Et ſuperfluum erat nunc cõminari mẽſis Iulij ſiccitatem: in quo nunc̃ pluuias dederat. Prohibuit autem imbrem, ut nõ ſolum indigentiã panum: ſed & ſitis ardorem & bibendi penuriã ſuſtinerẽt: In his enim locis in quibus nunc degimus,
B præter paruos fontes, omnes ciſternarum aquæ ſunt: & ſi imbres diuina ira ſuſpenderit, maius ſitis quã famis periculum eſt: quod & in diebus Heliæ
3.Reg.17.a prophetę tribus annis & ſex mẽſibus factum, ſcriptura cõmemorat. Et ne forſitan putarent hoc lege naturæ & aſtrorum curſu ac uarietate temporũ urbibus et populis accidiſſe: ſuper unam urbem et agros eius pluere ſe dicit, & ab altera imbrem ſuſpendere: ut duę & tres ciuitates pergant ad aliam ciuitatẽ, et tamen non ſatientur aquarum potibus. Cumc̃ hæc fecerit non in pœnam ſed in medicinam, increpat in ſcelere permanẽtes: et nec ſic quidem ad me rediſtis, dicit dominus. Prohibet quoc̃ ſiue reprimit ab hæreticis dominus pluuias ſpirituales, & omnem rorem diuinæ ſapientiæ: & mandat nubibus ſuis ne pluant ſuper eos imbrem ante tres menſes meſſis ſiue uindemię: ut ad fructus myſterij trinitatis peruenire nõ poſſint. Et quomodo ſol iſte quem cernimus annuum curſum donec ad priſtinam metam redeat duodecim explet menſibus, qui ſinguli tricenis uoluuntur diebus: & luna que Hebraice יָרֵחַ Græce μήνη dicitur, iuxta utrãq; linguã ex ſuo nomine menſibus nomẽ dedit: & ſolis illuſtrat radijs ab ea parte qua ei uicina eſt, uel plus uel minus pro uarietate temporũ lumẽ accipiens: Sic & eccleſia ueri ſolis ſplẽdore decorata, duodecim implet apoſtolorũ numerum. Vnde &
Ioſu.4.a duodecim in Iſrael appellãtur tribus: & in teſtimoniũ æternę memorię de Iordanis alueo duodecim lapides auferuntur ut ponantur in loco ſecũdæ circũciſionis. Pluit autẽ dñs ſuper unam ciuitatem uerę cõfeſſionis eccleſiã: & ſuper alteram non pluit: quæ in hæreticorũ conciliabulis eſt. Cumc̃ illa imC brẽ recipiat ſempiternũ: iſta iugi ariditate ſiccatur: ut qui ſitiunt coacti penuria ueniãt ad dñi ciuitatẽ: de qua egreditur fons largiſſimus: qui irrigat torrẽtem ſpinarum. Iſte autẽ eſt fons qui dicit per Hiere

HEB. dicit dominus. Percuſſi uos in uento urente & in aurugine. Multitudinẽ hortorum ueſtrorũ, & uinearum ueſtrarũ: oliueta ueſtra et ficeta ueſtra comedit eruca: & non rediſtis ad me, dicit dominus.

miam: Me dereliquerũt fontẽ aquæ uiuæ, & foderũt ſibi lacus cõtritos q̃ aquas cõtinere nõ poſſunt. Hic fons de uno fonte procedẽs, triplici unione decurrit: quos fontes patris & filij & ſpiritus ſancti in cerui ſitiẽtis modũ

SEP. dicit dominus. Percuſſi uos in ardore & in aurugine. Multiplicaſtis hortos ueſtros uineas ueſtras & ficus ueſtras & oliueta ueſtra comedit eruca: & ne ſic quidẽ conuerſi eſtis ad me, dicit domiuns.

Hiere.2.c

Emiſi pſalmiſta ſuſpirat, dicẽs: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te deus. Cumc̃ duæ & tres ciuitates ad unã perrexerint ciuitatẽ, in qua aquæ ſunt abundãtes, ſpei, fidei, charitatis, nõ ſatiabũtur: quia ad diuinã gratiam requirendam, non uoluntate ſed neceſſitate uenerunt

Pſal.41.a

a ¶ Percuſſi uos &c.] Non ſolũ priora feci, ut uos corrigerẽ, ſed quicquid ſuperfuit, ſiccitate, uento urente, percuſſi & aurugine. Pro שִׁדָּפוֹן id eſt uento urente, ἀνεμοφθορίαν Aquila & Symmachus & Theodotio interpretati ſunt: Septuaginta πύρωσιν, quam nos combuſtionem poſſumus dicere. יֵרָקוֹן id eſt auruginem, omnes ἴκτερον, ſimiliter
D tranſtulerunt: abſc̃ Theodotione qui ſolus ὠχρίασιν quę pallorẽ ſignificat, interpretatus eſt. Cumc̃ aduerſum iram domini multiplicarẽt hortos & uineas & ficeta & oliueta, omnia eruca conſumpſit: de qua in Ioel plenius dicitur. Et ne plagis quidem

Ioel 1.a

ac malorum pondere ad deum uenire noluerunt. Quo dicto cõfundantur hæretici: qui diſciplinam creatoris & ut ita dicam medicinam, crudelitatem interpretantur. Percutit autem ſpiritualiter hæreticos dominus exuſtione ea de qua Paulus Apoſtolus: Melius eſt, inquit, nubere quam uri. Et prin

1.Cor.7.b

ceps apoſtolorum: Chariſſimi nolite peregrinari

1.Pe.4.c

in ardore qui ad tentationem uobis accidit: & aurugine quę felle diffuſo ruborem ſanguinis in pallorem commutat: & nihil in corpore ſani eſſe permittit: intantum ut etiã mella dulciſſima amara uideantur. Et qui dudũ audiebant in eccleſia: guſtate & uidete quoniam ſuauis eſt dñs: ipſic̃ dicebãt q̃ dulcia gutturi meo eloquia tua ſuper mel ori meo,

Pſal.118.n

uocentur παραπικραίνουσι: & aquæ eorum & pluuię nõ ſtillent dulcedinẽ: nec ſint de repromiſſionis terra quã legimus lacte & melle manantem: ſed appellentur מָרָה id eſt, amaritudo. Iſti multiplicauerunt ſibi hortos, in quos ne ſua uinea mutaretur, Naboth occumbere uoluit. Qui enim infirmus

Rom.14.a

eſt, olera manducet. Et quia ſemper hæretici tumentes ſuperbia & incidentes in iudicium diaboli magna ſibi promittunt & bonorum fingunt imagines: ut melli uenena cõmiſceant: etiã uineas & oliueta & ficeta habere ſe iactant: ſed uinea eorum uinea Sodomorum eſt: oliueta eorum non ſunt de

bonis

A bonis oliuis, ſed oleaſtris: quos Apoſtolus radici/
Rom.11.c bus bonarum oliuarum præcipit inſerendos. Fi/
Hiere.29.d ceta quoque talia habent, quæ calathum peſſima/
rum impleant ficorum: quas Hieremias præ a/
maritudine comedi non poſſe teſtatur. Ad quæ
cum dominus ue/
nerit, æterna eis a/
riditate maledicit:
ut nunquam fru/
ctum afferant, ne
uirore foliorum de
cipiant tranſeun/
tes. Et ut intelliga
mus hortos hære/
ticorum & uineas
& oliueta & fice/
ta ad malam par/
tem referri: ſingu/
lis ſermonibus ad/
didit, ueſtra: ut nō
dei ſed hæretico/
rum ea eſſe mon/
ſtraret: hortos ue/
ſtros: uineas ue/
ſtras: oliueta ue/
ſtra: & ficeta ueſtra: quæ omnia eruca popula/
ta eſt, extremum pœnarum omnium, quæ non a/
uolat ut locuſta: & huc illuc diſcurrens ſemeſa
dimittit: ſed permanet perituris frugibus & tardo
B lapſu pigriſq; morſibus uniuerſa conſumit. Cum/
que hæc paſſi ſint: nec ſic quidem ad dominum re
dire uoluerunt. 4 ¶ Miſi in uos &c.] Per omnia
flagella & tormenta eruditur Iſrael: unde & eo tē/
pore quo ab Aegyptijs auxilia poſtulabant, mitti/
tur in eos mors: & percutiuntur in gladio iuuenes
eorum: & equos quos ſibi contra dei præceptum
multiplicauerant, captiuitas ſæua concludit: ut pu/
tredo caſtrorum & fœtor morientis exercitus, ui/
uentium nares impleat. Cumq; & hæc fecerit, ut
corriperet delinquentes et emēdaret errantes, nec
ſic quidē redierunt ad eum, dicit dominus. Qui nō
ſolum illo tempore, ſed quotidie mittit mortem in
Gal.2.d uia Aegypti: ut qui Aegyptiam triuerit ſemitā, au/
diat moriens docentem Apoſtolum: Quod enim
mortuus ſum, mortuus ſum peccato: quod autem
uiuo, uiuo deo. Et in alio loco: Si mortui ſumus cū
Rom.6.b Chriſto: ſimul etiam uiuemus cum eo. Et iterum:
2.Cor.4.c Sēper mortificationē Ieſu in corpore meo porto.
Gal.2.d Et rurſum: Viuo autē iam non ego: ſed uiuit in me
Chriſtus. Hac morte uiuificare nos uult dñs: ut mo
rientes peccato, uiuamus deo. Morimur autē pec/
cato, quādo mortificamus mēbra noſtra ſuper ter/
ram: fornicationē, immundiciam, luxuriam, idolo/
latriā & reliqua. Legimus in Eſaia duntaxat iuxta
LXX. interpretes: alioquin in Hebraico aliter cōti
Eſa.9.b netur: Miſi mortem in Iacob: & uenit ſuper Iſrael.
Iacob uocabulū eſt naſcentis corporis: Iſrael nomē
benedictionis. Quia eā tota nocte luctauit & uicit
in certamine: et oriēte lucifero potuit dicere cū A/
Rom.13.b poſtolo: Nox præceſſit, dies appropinquauit, pro
pterea Iſrael uidentis deū ſortitus eſt nomen. Mit/

HEBRAEI, Miſi in uōs mortem in uia Ægypti: percuſſi in gladio iuuenes ueſtros uſque ad captiui/tatem equorum ueſtro/rum. Et aſcendere feci pu tredinem caſtrorum ue/ſtrorum in nares ueſtras: & non rediſtis ad me, di/cit dominus. Subuerti uos ſicut ſubuertit deus So/domam & Gomorram: & facti eſtis ſicut torris ra ptus de incēdio: & nō redi ſtis ad me, dicit dominus.

titur ergo primum mors in Iacob: ut mortificemus C
membra noſtra ſuper terrā: & per mortificationē
mēbrorum corporalium, ueniamus ad mortē Iſra/
elis: ut omnia perturbationum in nobis incentiua
moriantur. Percutit deus quicquid robuſtū in ma/
lis eſt & peruerſa erigitur iuuēta, ne
ad ſenectutem uſq; perueniat: equoſq;
tradit captiuitati: ne per præcipitia la
bātur infreni: & a/ſcēdere facit putre/dinē caſtrorum in nares eorū, ut ſua peccata cognoſcāt, & putere ſentiant: dicantq; cū Dauid: Putruerunt & cor/ Pſal.37.a
ruptæ ſunt cicatri/ces meę à facie inſi pietię meę. Cumq; hæc ſanantis uoto fecerit, nec ſic qui/dē reuerſi ſunt ad

SEPT. Emiſi in uos mor/tem in uia Ægypti & oc/cidi in gladio iuuenes ue/ſtros cum captiuitate e/quorum ueſtrorum. Et e/duxi in igne caſtra ueſtra in ira mea: & ne ſic qui/dem reuerſi eſtis ad me, dicit dominus. Subuerti uos ſicut ſubuertit deus Sodomam & Gomor/ram: & facti eſtis ſicut torris erutus de igne: & ne ſic quidem conuerſi e/ſtis ad me, dicit dominus.

Pro eum, dicit dominus. b ¶ Subuerti uos ſicut ſub/uertit deus Sodomam & Gomorram &c.] Extre/ma medicina eſt, & decem tribuum & hæreticorū D
& omniū peccatorum: ut poſtq; mortē miſerit in
uia Aegypti, & percuſſerit iuuenes eorū gladio, e/
quoſq; conſumpſerit: & aſcendere fecerit putredi/
nem caſtrorum in nares eorum: & nec ſic quidē ad
eum reuerſi fuerint: ſubuertat eos ſicut ſubuertit
deus Sodomam & Gomorrā: & cum ſubuerſi fue
rint, ob ſimilitudinem criminum Sodomæ & Go/
morræ, peſſimaq; in eis ædificia diuinus ignis ex/
uſſerit, ipſi liberent quaſi torris raptus de incēdio:
Et quomodo Lot Sodoma pereunte ſeruatus eſt, Gen.19.e
amittens ſubſtantiam & partē corporis ſui, quam
intelligimus uxorem: ſic omnes iſti Sodomorum
diuitias amittentes euadant nudi: Iuxta illud quod
in Apoſtolo legimus: Si cuius opus māſerit quod 1.Cor.3.c
ſuper ædificauit, mercedem accipiet: ſi cuius au/
tem opus arſerit, detrimētum patietur: ipſe autem
ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignē. Qui ergo ſal/
uatur per ignem, quaſi torris de incendio rapitur.
Et ad iſtiuſmodi homines quos in euangelio ſalua
tor arguens loquebatur: Si filij eſſetis Abrahā, ope Ioan.8.e
ra Abrahā faceretis: Ioannes baptiſta dicit: Proge/ Mat.3.b
nies uiperarum quis demonſtrabit uobis fugere à
uentura ira? facite ergo fructum dignum pœniten/
tiæ: & ne uelitis dicere intra uos: patrem habemus
Abrahā: Dico enim uobis: quoniam poteſt deus
de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraham. Igitur
& Iſrael & cuncti hæretici: quia habebant opera
Sodomæ & Gomorræ, ſubuertuntur ut Sodo/
ma & Gomorra: ut quaſi torris raptus de incen/
dio liberentur. Et hoc eſt quod in propheta le/
gimus: Reſtituetur Sodoma in antiquum: ut qui Ezech.16.g
ſuo uitio Sodomites eſt: poſtquàm in eo Sodo/
mę opera arſerint: in antiquum reſtituatur ſtatum.

Qua

a ¶ Quapropter hæc faciã &c.] Pro eo quod nos
A interpretati ſumus, poſtq̃: & in Hebraico ſcriptũ eſt עֵקֶר & Aquila interpretatus eſt ὕστερον, id eſt poſtea: & Theodotio ἐσχάτως, id eſt nouiſſime: & Septuaginta πλὴν, id eſt uerumtamen: in Hebraico ſic legi poteſt: Quapropter hęc faciã tibi Iſrael poſtea, id eſt multo poſt tempore & in nouiſſimis ſeculis: ut rurſus ab alio principio uerſus incipiat: Cumq̃ hoc facturus ſim tibi: p̃para te in occurſum dei tui Iſrael. Rurſumq̃ in eo loco ubi Septuaginta trãſtulerunt, prę parare ut inuoces deum tuum: et nos

HEBR. Quãpropter hęc faciam tibi Iſrael: poſtq̃ autem hæc fecero tibi, prę parare in occurſum dei tui Iſrael: quia ecce formans montes: & creans uentum & annuncians homini eloquium ſuum, faciens matutinam nebulam: et gradiens ſuper excelſa terræ: dominus deus exercituum nomen eius.

iuxta Theodotionem poſuimus: præparare in occurſum dei tui: Symmachus & quinta æditio tranſtulerunt præparare ut aduerſeris deo tuo: quod Hebraice dicitur הִכּוֹן לִקְרַאת אֱלֹהֶיךָ Pro montibus quoq; qui Hebraice dicuntur הָרִים ſoli Septuaginta βρονταὶ, id eſt tonitruum uerterunt. Cur autem illi ſpiritum, & nos dixerimus uentum, qui Hebraice uocatur רוּחַ cauſa manifeſta eſt: quia
B hoc uerbo & uentus & ſpiritus appellatur. Quod que ſequitur, annuncians homini eloquium ſuum: cunctis ita ut nos uertimus interpretãtibus: ſoli Septuaginta trãſtulerunt ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν χριστὸν αὐτοῦ, id eſt annuncians in homines Chriſtũ ſuũ: uerbi ſimilitudine & ambiguitate decepti. Si enim legamus Chriſtum ſuum, quod Hebraice dicitur מְשִׁיחוֹ ſcribitur per has literas מ ש י ח ו quod Septuaginta putauerunt. Sin autem מַה־שִּׂיחוֹ ut in Hebræo eſt: iuxta Aquilam τὴν ὁμιλίαν αὐτοῦ, iuxta Symmachum τὸ φώνημα αὐτοῦ: iuxta Theodotionem, τὸν λόγον αὐτοῦ, iuxta quintam æditionem τὴν ἀδολεσχίαν αὐτοῦ, quę omnia interpretantur, quod ſit eloquium eius, his literis ſcribitur מ ח quod dicitur מַה hoc eſt, quod uel quid. Deinde שׂ י ח, quod legimus שִׂיחַ, id eſt eloquiũ. O autem quod ſcribitur per ſolam literam ו αὐτοῦ, id eſt eius ſignificat, ſimulq̃ commixtum legitur מַה־שִּׂיחוֹ à ſuperiori uerbo ח ſecundam literam plus habẽs. De uarietate interpretatiõis diximus: quę moleſta erit negligẽtibus, ſtudioſis grata: nũc ad ſenſum eorũ quę ſcripta ſunt tranſeamus. Dedi ſtuporẽ dentibus ueſtris: et nõ rediſtis ad me, dicit dñs. Prohibui à uobis imbrem: & plui ſuper ciuitatem unã: & ſuper alterã non plui: & uenerunt duæ & tres ciuitates ad unam ut biberent aquas & non ſunt ſatiatę: et nec ſic rediſtis ad me, dicit dominus, Percuſſi uos in uento urẽte: & aurigine hortos ueſtros & uineas & oliueta atq̃ ficeta: et non rediſtis ad me, dicit dominus. Miſi in uos mortem in uia Aegypti, & percuſſi in gladio iuuenes ueſtros: & aſcendere feci putredinẽ caſtrorum ueſtrorum in nares ueſtras: & non rediſtis ad me, dicit dominus. C
Subuerti uos ſicut ſubuertit dominus Sodomam & Gomorram & facti eſtis quaſi torris raptus de incendio: & non rediſtis ad me, dicit dominus. Idcirco hæc faciam tibi ὁ Iſrael: ut qui

SEP. Propterea ſic faciã tibi Iſrael: uerũtamen quia ſic faciã tibi præparare ut inuoces deũ tuum Iſrael. Quia ecce firmans tonitruum & creans ſpiritum & annuncians in homines Chriſtũ ſuum: faciens mane, & nebulam: & aſcendens ſuper excelſa terræ, dominus deus omnipotens nomen eius.

præterita contempſiſti, ſaltem ad ea quæ illaturus ſum corrigaris. Cumq̃ dixerit, hæc faciam tibi: quid facturus ſit tacet: ut dum ad ſingula pœnarum genera Iſrael pendet incertus: q̃ ideo terribiliora ſunt, quia omnia ſuſpicantur, agat pœnitentiam: ne deus inferat quæ minatur. Poſtq̃ autem fecero tibi quę me facturum eſſe conteſtor: præparare ad inuocandum dominum deum tuum. Omnis enim qui inuocauerit nomen Ioel.2.g
domini, ſaluus erit. Siue præparare in occurſum dei tui: ut uenientem ad te dominum, tota auiditate ſuſcipias. Iſte eſt qui firmat tonitruum ſiue montes confirmat: ad cuius uocem cœlorum cardines Ecc.16.c
& terræ fundamenta quatiuntur. Iſte qui creat ſpiritum, quem in hoc loco non ſpiritum ſanctum, D
ut hæretici ſuſpicantur: ſed uentum intelligimus ſiue ſpiritum hominis: quia nemo ſcit quæ ſunt in homine, niſi ſpiritus qui eſt in eo: & ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus. Vel certe ſpiritum animam debemus accipere: ſecundum illud quòd ſcriptum eſt: Auferes ſpiritum eorum & deficient: & in puluerem Pſal.103.d
ſuum reuertentur. Et: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum: & hoc dicens expirauit. Cumque creauerit ſpiritum annunciat hominibus eloquium ſuum: ſiue annunciat homini eloquium eius: qui cogitationum ſecreta cognoſcit, & quid latens animus tacito ſermone tractet intelligit: iuxta illud quod in Hieremia ſecundum Hebraicum legimus: Prauum eſt cor Hierc.17.b
hominis & inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans cor & probans renes. Quod & in centeſimo triceſimo octauo pſalmo ſcriptura teſtatur: imperfectum meum uiderunt oculi tui: Et eſt ſenſus: Antequàm conderer: priuſquam deformarer in membra: dum adhuc in ſemine continerer, uiderunt me oculi tui. Et Hieremias audit à domino: Priuſquàm te formarem in utero noui te: & antequàm exires de Hierc.1.a
uulua ſanctificaui te: & prophetam in gentibus poſui te. Et euangeliſta: uidens, ait, dominus co- Luc.11.c
gitationes eorum. Sin autem legerimus annuncians homini eloquium ſuum: iuxta ſuperius dictum accipiendum, in quo ait, Non faciet domi- Supra3.b
nus deus uerbum niſi reuelauerit ſecretum ſuum ſeruis

A seruis suis prophetis. Qui autem annunciat cogitationes hominis & eloquium eius siue suum: ipse est qui facit auroram & diluculum: & complet nubibus omnia, & graditur super excelsa terrarum: cuius nomen est dominus deus omnipotens: Pro quo in Septuaginta legitur: Annuncians in homines Christū suum: sub qua occasione hæretici spiritum sanctum creatum uolunt ordine sequente: creans spiritum & annūcians in homines Christū suum: ut ille creatus sit, hic annuncietur in populis. Quibus respondebimus iuxta sensum eorum & uulgatam ęditionē: Qui creator est omnium, & firmat tonitruum: siue fingit montes: consequenter educit uentos de thesauris suis: & quasi uniuersitatis conditor, filium suum Christum hominibus repromittit. Postquam autem Christus fuerit nunciatus, tunc nobis ueritatis lumen aperitur: non ad perfectum: quia nunc ex parte uidemus & ex parte cognoscimus, & per speculum & imaginem ea quæ uentura sunt contemplamur. Vnde sequitur: faciens mane nebulā: & ascendens super excelsa terræ. Excelsus enim in excelsis est dominus: & non habitat in humilibus B qui excelsus est: sed creator montium ascendit in montes in his qui municipatum habent in cœlestibus: & in carne ambulantes non uiuunt secundū carnem, sed secundum spiritū. Quòd si iuxta Symmachum & Aquilam legerimus: hæc faciam tibi Israel postea: & cum hæc fecero tibi, prępara te ad uersari deo tuo: sic intelligendum est: Feci ut te corrigerem, quæ præteritus sermo descripsit: & quia noluisti reuerti ad me, faciam tibi quæ meo continentur arcano. Occidisti seruos quos ad te miserā: mittam nouissime filium meum: tu autem iuxta consuetudinem tuam, qua semper uoluntati domini restitisti: præpara te ut contradicas & aduersaris deo tuo: iuxta illud quod scriptum est: Ecce hic positus est in ruinam & in resurrectionem multorum: & in signum cui contradicetur. Et hoc dicit non quo præcipiat quid facere debeat: sed ante prędicit quid sponte facturus sit: quasi increpans & arguens: ut saltem correptus non faciat quod prædictum est.

1.Cor.13.c

Luc.2.c

Cap. v.

AVdite uerbū istud quod ego leuo super uos planctum. Domus Israel cecidit: non adiiciet ut resurgat. Virgo Israel pro. &c.] Quantum ad ordinem literæ pertinet & cœptam historiæ ueritatem, decem tribus quę appellantur Israel ductæ in captiuitatem, nequaquam ad terram suā postea sunt reuersæ. Virgo autem appellatur populus Israel: non quia in uirginitatis permanserit puritate: sed quia quondam instar uirginis sit domino copulatus. Vnde & plāctum super eum propheta iubetur assumere: quod nequaquàm in antiquum restituatur gradum. Quantum uero ad intelligentiam spiritualem: planctum super omnem Israel qui deum mente cernebat & postea ei seruire desiuit, assumit propheta: secundum illud quod

C

Cap. v.

AVdite uerbū istud qd'ego assumā sup uos planctū. Domus Israel cecidit: nō adiiciet amplius ut resurgat. Virgo Israel ꝓiecta est super terrā suam: nō est qui suscitet eā. Quia psalmum in quo scriptum est: Omnis gloria filiæ regis intrinsecus. Foris autem est quicquid in litera legitur: & uidetur in cortice, & in medulla spiritus non tenetur. Itaq; & iuxta literam & iuxta tropologiam, in omnibus prophetarum libris scriptus est planctus super eos qui post peccata agunt pœnitentiam: Carmen super illos qui nulla peccatorum sorde maculati, cantico & laude sunt digni: Væ super eos qui non agunt pœnitentiam: sed iuxta duritiam cordis sui thesaurizant sibi irā in die iræ. Si autem ut diximus planctus est super eos qui agunt pœnitentiam: & pœnitentia reddit uulneris sanitatē: quomodo iuxta Septuaginta dicit, domus Israel cecidit, amplius nō resurget: Virgo Israel errauit in terra sua: nō est qui suscitet eā? Quod sic solui potest: Postquàm domus Israel sua uoluntate corruerit, nequaq; pristinam recipiet dignitatem: postquàm uirgo Israel errauerit in terra sua, ultra inuenire non poterit suscitantem. Et considera uerborum proprietates. Qui domus est & numeratur in turba, cadere dicitur. Qui autem de numero uirginum si errauerit, ob leue quoq; peccatum non poterit suscitari: non quo non suscitetur, sed nequaquam suscitetur uirgo Israel: & & nequaquàm resurgat domus Israel. Non est enim eadem gloria eius qui semper secutus est dominum, & eius qui aberrauerit à grege: & postea boni pastoris reportatus est humeris. Vnde & per alium prophetam dominus ait: Malo pœnitentiam peccatoris quàm mortem. Pœnitentia non sanctitati purissimæ & ecclesiæ Christi, quæ non habet rugam neque maculam: sed morti & inferis comparata fit melior. Hæc dicimus, non quo iuxta Nouatum tollamus spem pœnitentiæ, sed quo timidiores faciamus eos, & idcirco sollicitos, qui aperta ianua pœnitentiæ, dum sperant futura, perdunt præsentia: & qui absque uulnere poterant permanere, incauti uulnus accipiunt, ut postea dolore crucientur. Multæ mansiones sunt apud patrem meum: & stella à stella differt in claritate: ita & resurrectio mortuorum: sanctis splē dentibus sicut sol & luna, uesper & lucifer. Qui autem post peccatum egerint pœnitentiam, pro diuersitate meritorum stellis albis æquabuntur.

D

Ezechieli p̄cipit̄: ut deuoret librū in quo & intus & foris scriptum erat, lamentatio & carmē & uæ. Intus intelige Salomonis cāticum sequens, qui ait: Introduxit me rex in cubiculum suum. Et quadragesimum quartum

Ezech.2.d

Cant.1.d

Ioan.14.d

1.Cor.15.c

Ezech.18.g

Quia

A a ¶Quia hæc dicit dominus deus: Vrbs de qua egrediebãtur mille,relinquẽtur &c.] Cauſas quibus domus Iſrael corruens non reſurgat: & uirgo Iſrael errans uel proiecta in terram non habeat ſuſcitantem: reddit ſermo diuinus: Vrbs,inquiens, de qua egredieban tur mille,relinquẽtur in ea centum:et de qua egredieban tur centum, relinquentur in ea decẽ in domo Iſrael: ut ubi quondam fuerat multitudo, propter nimiam uaſtitatem uix decima remaneat pars. Et ne omnino hærẽtes literæ, ſacramenta numerorum relinquamus intacta: Septenarium numerum eſſe ſanctum, etiam ſabbatum probat:in quo requieuit deus ab omnibus operibus ſuis. Et iubet ne quid in eo operis ſeruilis fiat, niſi ea tantum quę ad animam pertinẽt, & ne in eo onera portemus. Vnde & in ſolitudine qui die ſabbati ligna collegerat quę arſura ſunt,ſententia domini condemnatur. Et ſeptem hebdomades complent numerum ſanctæ pentecoſtes: & iubileus annus remiſſionis tubarumq; clangẽtium hoc numero texitur. In ſeptimo quoq; menſe figuntur tabernacula:& Hebræus, cum ſex annis ſeruierit, anno ſeptimo liberabitur. Nouit & hoc ſecularis philoſophia & medicorum libri: quorũ Galenus diſertiſſimus atq; doctiſſimus ſcripſit ternos libros

B πρὸς κρίσεως καὶ τῶν κριτικῶν ἡμερῶν: In quibus ſeptenarij numeri oſtendens potentiam: ardentiſſimas febres ſeptimo dicit ſolui die: aut ſi tanta humoris noxij & pituitę fuerit magnitudo,ut primę hebdomadis nequaquam feruore conſumpta ſit:ſecundæ hebdomadis ultimus expectatur dies, id eſt quartuſdecimus. Quod ſi hũc,ut iuxta Hippocratem loquar, ἡ νόσος uicerit,tranſeũt ad uiceſimam primã diem, hoc eſt ad finem tertię hebdomadis, ita ab initio mundi diebus conditis,ut omnes labores & moleſtiæ ſeptimo numero conquieſcant. Denicq; & captiuitas populi Iſrael tẽplicq; ſubuerſio, ſeptuageſimo anno deſolationis impleta eſt: & ſeptem aſtra iuxta numerum dierum dicuntur errantia. De cuius numeri ſacramentis in Scipionis ſomnio plenius narrat Tullius:& obſcuriſſimus Platonis Timęus liber eſt: qui ne Ciceronis quidem aureo ore fit planior. Sicut igitur ſeptenarius numerus habet ſacramentum ſuum:ſic ſanctificatus atq; perfectus: & ut ita dicam,uerus eſt numerus,qui unione retinetur,& unius dei maieſta-
Ioan.14.b te concluditur. Vnde dicit filius: Ego in patre, & pater in me: uolẽsq; omnes unum eſſe cum patre,
Ibid.17.c loquitur ad eum:Pater da, ut ſicut ego & tu unum ſumus:ſic & iſti in nobis unũ ſint. Prima ergo beatitudo eſt eſſe in primo numero,qui unus & uerus eſt. Secunda in ſecundo:id eſt in decade. Tertia in tertio,id eſt in hecatontade. Sicut enim decas decima unione completur:ſic hecatontas ex decem decadibus ſtruit. Quartus numerus qui millenario numero continetur, de decem conſtat hecatonta-

SEP. Quiâ hæc dicit dñs deus: Vrbs de qua egrediebã tur mille, relinquẽtur in ea centũ: & de qua egredieban tur centum, relinquentur in ea decem in domo Iſrael.

HEB. Qũia hæc dicit dominus domui Iſrael: quærite

SEPT. Quia hæc dicit dominus ad domũ Iſrael: quærite

decadibus. Cum igitur quis egerit pœnitentiã, de millenario et quarto numero uix reuertitur ad centenarium & tertium numerum. Rurſum qui in centenario eſt, uix redit ad ſecundũ primæ decadis numerum: atq; ita fit ut domus Iſrael quæ corruerat non poſſit reſurgere: & uirgo Iſrael quæ errauerat in terra nõ habeat ſuſcitantem:quia qui ſemel ab unione diſceſſerit: & illã puriſſimę uirginitatis perdiderit gloriam: de qua Apoſtolus dicit: Zelo 2.Cor.11.a enim uos zelo dei: & ſtatui uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto, in qua non eſt macula neq; ruga: priſtinum ſtatum & unionis beatitudinem recipere non ualebit: & uix ei concedetur ut de mille reuertatur ad centum, & de centum ad decem redeat. Hæc breuiter ſum locutus: ne omnino in hoc capitulo propter numerorũ difficultatem fugiſſe uiderer tropologiam. b ¶Quia hæc dicit dominus domui Iſrael &c.] Mos eſt ſcripturarũ ſemper aduerſis læta ſubiungere, & poſtquam triſtia deus fuerit comminatus, ad pœnitentiam eos quos terruit prouocat: iuxta illud quod in Eſaia le- Eſa.1.a gimus: Væ gens peccatrix, populus plenus delictis, ſemen peſſimum filij iniqui. Cumq; dixiſſet, terra ueſtra deſerta,ciuitates ueſtræ igne conſumptæ,regiones ueſtras corã uobis alieni comedent: loquitur ad eos meliora promittens: Lauamini, D mũdi eſtote:auferte malicias ueſtras ab animis ue- Ibid.d ſtris. Diſcite benefacere,quærite iudicium:iudicate pupillo:iuſtificate uiduã: & uenite diſputemus, dicit dominus. Quomodo ergo in Eſaia quos ſeuera uoce terruerat,blanda oratione ſuſtentat: ita & in hoc propheta quibus dixerat: domus Iſrael cecidit, non adijciet ut reſurgat: uirgo Iſrael erra-
uit in terra, non eſt qui ſuſcitet eam: Nunc loquitur ad eos,& dicit:domus Iſrael,id eſt decẽ tribus: quæriteme & uiuetis: quoniã in eo quod me non quæritis, eſtis mortui. Cumq; quæſieritis, inuenietis: & cum inueneritis, uiuetis. Et nolite quærere Bethel, in qua erat uitulus aureus:& Galgalam lo cum idololatriæ:de quo & ſupra dixi: Omnis ma- Oſee 9.d
licia eorum in Galgalis. Et in Berſabeæ non tranſi בְּאֵר שָׁבַע
bitis. Pulchre in Berſabeę, inquit, hoc eſt ad puteũ iuramenti non tranſibitis:ubi ſi quando errabat tribus Iuda,idola adorare conſueuerat. Intantum autem ſimulachrorum cultu furebat Iſrael,ut nequaquam contentus idolis ſuis, ad aliena tranſiret. Denicq; Galgala, inquit, captiua ducetur,et Bethel erit inutilis ſiue penitus non ſubſtinens: cum idola in ea ſubuerſa fuerint. De Berſabeæ omnino tacuit: quia uictis decem tribubus, urbs nomine Berſabeæ quæ erat in tribu Iuda illo tempore,nec capta nec deſtructa eſt. Simulq; animaduertendũ quod Lxx.interpretes in præſenti loco nomẽ Berſabeæ interpretati ſunt dicentes, ὁ φρέαρ τοῦ ὅρκου, id eſt, puteum iuramenti: & in poſterioribus ipſum nomen poſuerunt. Viuit deus tuus Dan: & uiuit uia

A Berſabeæ. Viam autem Berſabeæ poſuerũt: quod de Iſrael longo itinere pergebant ad ultimos terminos Iudæ: qui erant in Geraris, & Aegyptiæ ſolitudini iungebantur, ut idola colerent. Eſt autem locus in quo habitauit Abraham: & ex eo quod cũ Abimelech dantis ſeptem ouibus
Gen.36 in fœdus mutuum iurauerunt, appellatus eſt puteus iuramenti, ſiue puteus ſeptimi, propter numerum ſeptem ouium שֶׁבַע enim utrunq; ſignificat. Præcipit autem ſecundum leges allegorię domui Iſrael, id eſt his qui ſibi noticiam dei pollicẽtur: ut non quærant Bethel & non introeant in Galgalam: & non tranſeant uel aſcendant ad puteũ iuramenti, ſed magis quærant deum & uiuant in eo. Quærunt autem Bethel, quod interpretatur domus dei, qui dicunt: templum domini, templum domini: & confidunt in ædificijs: de quibus dominus ad diB ſcipulos loquebatur: Venient dies in quibus non
Luc.21.b relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur. & ingrediuntur in Galgalis: qui poſt aduentũ Chriſti rurſum cupiunt circuncidi. In Galgalis enim ſecũdo populus circunciſus eſt. Vnde & ipſe locus nomen accepit: eo quod abſtulerit dominus opprobriũ Aegypti ab eis. Et in Berſabeæ, inquit, ſiue ad puteum iuramenti non tranſibitis, ne illos putetis terminos Iudææ quos olim ſecundum literam ſcriptura promiſerat à Dan uſq; Berſabeæ:
Pſal.75.a nec dicatis ultra cum propheta: Notus in Iudæa
Ibid.18.a deus, in Iſrael magnũ nomen eius: ſed audite cum apoſtolis: In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eorum: quia Galgala, id eſt carnis circunciſio, captiua ducetur à uera circunciſione cordis: & Bethel quam putatis domum dei, non ſubſiſtet: ſiue ut melius arbitror erit inutilis, id eſt אָוֶן ut nequaquam appelletur domus dei, ſed uocetur domus inutilis ſiue idoli. Aliter. Quærit Bethel qui tantum literam ſequitur occidentẽ, nec ſenſum qui deus eſt quærit in uerbis: & intrat in Galgala qui ad maiores enititur reuelationes, ſupernorum ſibi ſcientiam repromittens,
Ioan.4.a tranſitq; ſiue aſcendit ad puteum: de quo Samarita na haurire cupiens aquas, quæ ſitim ſatiare non poſſent: ignorabat eum de cuius uentre procedũt flumina ſalientis aquæ in uitã æternã. a ¶ Quærite dominum & uiuite: ne forte comburatur ut ignis domus &c.] Quomodo ex perſona dei dicitur: Quærite me & uiuetis: ita propheta de domino loquitur, ut quærãt eum: & uiuant. In eo enim quod quærunt dominum uiuere incipiunt: ſin au- C
tem non quæſierint eum: & idcirco non uixerint, ſtatim ſuccendetur ut ignis domus Ioſeph: quam propter Hieroboã qui de tribu Ephraim & de domo Ioſeph fuit: decẽ tribus ſentire debemus quæ

HEBRAEI quærite me & uiuetis: & nolite quærere Bethel, & in Galgala nolite intrare: & in Berſabeæ ne tranſieritis: quoniam Galgala captiua ducetur: & Bethel erit inutilis. Quærite dominum & uiuite: ne forte comburatur ut ignis domus Ioſeph: & deuorabit & non ſit qui extinguat Bethel. Qui conuertitis in abſynthium iudicium, & iuſticiam in terra relinquitis facientem

SEPTVAG. quærite me & uiuetis: & nolite quærere Bethel: & in Galgala ne ingrediamini: & ſuper puteũ iuramenti non tranſeatis: quia Galgala captiua ducetur: & Bethel erit quaſi non ſit. Quærite dominum & uiuite: ne forte ſuccendatur ut ignis domus Ioſeph: & deuoret eam & non ſit qui extinguat domũ Iſrael. Qui facit in excelſo iudicium & iuſticiam in terra poſuit: qui

appellabantur Iſrael: & ex maiore populi parte nomen priſtinum poſſidebant. Duæ autem tribus quæ regebãtur à ſtirpe Dauid qui de tribu Iuda fuit, uocatę ſunt Iudas: & poſſidebãt Hieruſalem, in qua erat templum dei. Cumq; ſuccẽſa fuerit domus Ioſeph, deuorabit atq; conſumet Bethel: de qua ſuperius dixi: Nolite quęrere Bethel, & nõ erit qui extinguat, cũ à regibus ſuis fuerit incenſa. Pro Bethel in Lxx. legitur domus Iſrael, ſenſum magis quàm uerbum interpretantibus, ut ſuccedente rege Hieroboam, & cunctis deinceps regibus qui ei in imperio ſucceſſerũt: ardeant decem tribus quæ appellabantur Iſrael. Iſte eſt ignis qui D
ſuccenditur ſiue reſplendet & inflammat domum Ioſeph ut conſumatur Bethel de quo alibi dicitur: Ambulate in lumine ignis ueſtri, et in flãma quam Eſa.50.d
ſuccendiſtis. Et quia crebro domum Ioſeph propter Hieroboam, qui à ſtirpe Dauid populum dei ſeparauit, & uaccas fecit aureas in Dan & in Be- 3.Reg.12.d
thel, & dixit, non eſt pars nobis in Dauid, neq; hæreditas in filio Ieſſe: ad perſonam hæreticorum retulimus qui ſermone compoſito, decora atq; formoſa, & ut ita dicam aurea ſimulachra finxerunt, & adorant opera manuum ſuarum, & agriculturę ſub uaccarum ſpecie ſibi imaginem repromittunt, dicitur ad eos: Quærite dominum & uiuite, eum qui dixit: Ego ſum uia, ueritas & uita: ut poſtquã Ioan.14.d
ambulauerint in eo & inuenerint ueritatem: tunc incipiãt uiuere qui prius mortui erant. Et niſi hoc fecerint, diaboli comburentur ardoribus: nullusq; poterit inueniri de principibus eorum qui & ipſi hæretico igni ſuccenſi ſunt, qui poſſit uorantem cuncta flammam reſtinguere, & præcipue Bethel quæ falſũ ſibi domus dei nomẽ aſſumit. b ¶ Qui cõuertitis in abſynthium iudicium &c.] Multum in hoc loco ab Hebraica ueritate ædițio uulgata diſcordat ſicut abſq; commonitione noſtra ex his quæ propoſuimus, prudẽs ſtatim lector intelligit. Itaq; exponamus primum iuxta Hebræos, & poſtea quid nobis uideatur in trãslatione Lxx. Chriſto ſi meruimus pandente, dicamus. Domus Ioſeph, id eſt, domus Ephraim, ac per hoc regia & Bethel: ſiue ſicut Lxx. tranſtulerunt domus Iſrael,

id eſt

A id est, & reges & populi & cultores & idola, pariter subuertentur, qui iniquo iudicio deum ad iracundiam prouocant. Et conuerterunt dulcedinem iudicij in absynthij amaritudinem: quod genus est herbæ amarissimæ: assumentes iniquitatem, & iustitiam relinquentes. Quæ sit autem ista iustitia, sequens uersus ostendit. Facientem Arcturum & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem nocte mutantem: De quo supra dixerat: formans montes, & creans uentum, & annuncians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, & gradiēs super excelsa terræ: dominus deus exercituum nomen eius, ipse est creator Arcturi qui Hebraice כִּימָה dicitur, & à Symmacho & Theodotione ὡς πλειάδα uertitur: quem uulgo bootem uocant: quodq; sequitur, Oriona, qui Hebraice dicitur כְּסִיל Symmachus absolute stellas, Theodotio interpretatus est uesperum: Hebræus autem qui nos in scripturis sanctis erudiuit כְּסִיל interpretari putat splendorem, & significare generaliter astra fulgentia. Quando autem audiuimus Arcturum & Oriona: non debemus sequi fabulas poetarum, & ridicula ac portentosa mendacia: quibus etiam cœlum infamare conantur & mercedem stupri inter sidera collocare: dicentes Arcturum, pluuiasq; Hyadas geminosq; Triones: armatumq; auro circunspicit oriona: Sed Hebræa nomina quæ apud eos aliter appellantur, uocabulis fabularum gentiliū in linguam nostram esse translata. Qui non possumus intellígere quod dicitur
B nisi per ea uocabula quæ usu didicimus & errore combibimus. Vnde & in regum uolumine רְפָאִים Hebræū, Græci Titanas transtulerunt, quæ apud ethnicos celeberrima fabula est: ex qua in laudes deorum scribunt γιγαντομαχίας, & tela Typhoea & impositum Encelado Aetnam montem, ad cuius motum Trinacria contremiscat. Iste autē deus
• creator omnium, qui facit Arcturum et Orionem, noctem in diem & diem in noctem commutat, & aquas maris amarissimas æthereo calore suspensas excolat, & eliquat in dulcem pluuiarum saporem, instar medicinalis cucurbitæ, quæ calore superioris gyri, humorem & sanguinem sursum trahit: ex quo discimus unde sint pluuiæ. Quodq; sequitur: Qui subridet uastitatem super robustum: ad præsens tempus reuertit, & est ordo: Qui creator est omnium, comminatur etiam captiuitatem super Samariam, & depopulationem super potentem adfert: quoniam conuertit in absynthium iudicium, & iustitiam relinquit in terra. Vbi nos diximus, qui subridet: Aquila interpretatus est, ὁ μετὰ λιῶν, proprie autem μειδίαμα dicitur quod nos subrisionem possumus appellare, quando quis irascitur & apertis paululum labijs subridere se simulat, ut iræ ostendat magnitudinem. Dicamus & iuxta Lxx. Deus in excelso facit iudicium: quando iudicat ueritatem, & reddit unicuiq; secundum opus suum: & omnis qui imitator & filius eius esse
Matth.5.g desyderat & esse perfectus, sicut pater eius perfectus est, qui moratur in cœlo: facit in excelso iudicium, & non imitatur eum iudicem qui deum non timebat, & hominem non uerebatur: & peruer- C
sitate iudicij, sententiam suam non leuabat ad cœlum, sed ad humilia detrahebat. Quodq; sequitur, & iusticiam in terra posuit: iuxta illud debemus accipere, quod dederit nobis Christum iusticiam suam & non proiecerit eam, sed deposuerit in terram: ut omni iniquitate superata, nos de terrenis cœlestes faceret. Ego puto ex hoc loco etiam gentilem poetam furatum fuisse: qui de rusticorum simplicitate & beatitudine ediſſerens intulit: extrema per illos iusticia excedens terris uestigia fecit. Quod autem dicunt, faciens omnia atq; transformans: uno uerbo Arcturum & Oriona cōprehendunt, negligentes proprietatem nominum in Grę cum transferre sermonem. Transformat autem deus omnia, quando facit de terrenis cœlestia, & homines angelorum donat similitudine: quando luna solis fulgore rutilabit, & sol habebit lumen septuplum: quando animalis & infirmus & corruptibilis homo transformatur in spiritualem & robustum & in incorruptum, mutans gloriam non naturā, quando intelligentes fulgebunt sicut splendor firmamenti, & implebitur quod scriptum est:
Alia gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stella- 1.Cor.15.e
rum. Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Quando omnis creatura liberabitur de seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Iste deus qui cuncta transformat, etiam umbram mortis mutat in lucem: quando hi qui sedebant in tenebris & umbra mortis, Luc.1.g
uiderunt lucem magnam, & qui erant filij noctis D
& tenebrarum, facti sunt filij lucis & filij diei. Iste est deus qui etiam diem uertit in tenebras: eorum diem qui dixerunt: crucifige, crucifige eum: auferIoan.19.g
de terra talem: quando ab hora sexta in typum Iudaicæ cæcitatis dies in noctem uersus est. Et non solum secundum literam, sed etiam secundum altiorem intelligentiam: lux quæ eis oriebatur in lege & prophetis, uersa est in tenebras, ignoranti-
bus, quid legant, quid audiant, ut impleatur de il- Psal.69.a
lis quod scriptum est: Obscurentur oculi eorum ne uideant: & dorsum eorum semper incurua. Iste deus uocat ad se aquam maris, & effundit eam super faciem terræ, de peccatoribus iustos faciens. Ad quod exponendum, unum tantum studio breuitatis ponamus exemplū. Paulus apostolus qua- Act.8.a
si turbo uiolentus & sæua tempestas, & tumentes maris gurgites persequebatur, & opprimere nitebatur ecclesiam dei. Qui uocatus à domino, effu- Rom.15.e
sus est super faciem uniuersæ terræ, ut prædicaret euangelium de Hierosolymis usq; ad Illyricum, & ædificaret non super alterius fundamentum, ubi iam fuerat prædicatum, sed usq; ad Hispanias tenderet, & à mari rubro, imò ab Oceano usq; ad Oceanum curreret, imitans dominum suum & solem iusticię: de quo legimus: a summo cœlo egres- Psal.18.b
sio eius, & occursus eius usque ad summum eius: ut ante eum terra deficeret, quàm studium prædicandi. Iste deus & contritionem diuidit super fortitudinem: ut eos qui male fortes sunt, imbecilles faciat, & imitari possint Apostolum dicentem:

A quando infirmus sum: tunc fortior sum. Nam & filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in ge-
Luc.16.b neratione sua. Fortitudo corporis, imbecillitas animæ est: & rursum animæ fortitudo, imbecillitas corporis est. Igitur dominus qui omnia ratione dispensat, & uero facit cuncta iudicio: diuidit contritionē super robustū inimicum, ut inducat miseriā super munitionem quæ se erigit contra scientiam dei. De qua et
Prouer.21.d in prouerbijs legimus: Ciuitates robustas ingressus est sapiens & destruxit munitionem in qua cōfidebant impij. Hoc & adomnem quidem fortitudinem secularē, sed proprie contra hæreticos facit: qui argumentis & sophismatibus & arte dialectica, dogmatū falsitatem roborare conantur. Sed destruit eam sapiens uir, & dei adiutus auxilio, omnem munitionem ostendit esse uanissi-
B mam, ut inducat super eam miseriam, & inclinata
Rom.7.d superbia, possit cum Apostolo dicere: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius?
a ¶ Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfecte abominati sunt. &c.] Hi super quos deus subridet uastitatem & affert in eos populationem, qui in malo robusti sunt, & ad oppri mendum potentes, odio habuerunt in porta, id est, in iudicio corripientem, uel me, uel alios prophetas qui ad eos missi sunt, & loquentē perfecte siue uerbum immaculatum, ut interpretatus est Symmachus: aut λόγον ὅσιον, id est, sermonem sanctum, ut Theodotio & Lxx. transtulerunt. In porta autem iuxta ueterem Iudaici morem populi fuisse iudicia, & sępe legimus & crebro interpretati sumus, ut nec agricola ad causam ueniens, frequentia ciuitatis & nouo terreretur aspectu, nec urbis habitator longe ab urbe properaret, & subuectionem quæreret iumentorum. Hoc iuxta literam dixerimus, cęterum grande peccatū est odisse
Matth.18.c corripientem, maxime si te non odio sed amore corripiat: si solus ad solum, si assumpto fratre altero, si postea præsente ecclesia: ut non studio detrahendi, sed emendationis tuæ uideatur crimen ingerere. Duplices portas, mortis & uitæ uitiorū atq;
Psal.9.c uirtutū, sæpe in scripturis legimus, ut illud in psalmis: Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciē omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion: haud dubium quin ecclesiam significet excelsum montem Sion, & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem cœlestem, & multitudinem angelorum, & ecclesiam primitiuorum qui scripti sunt in cœlis. Qui C
in portis Sion fuerit exaltatus, portas mortis timere non poterit: de quibus Petro dominus loquebatur: Super hanc petram ędificabo ecclesiam
Matth.16.e meā, & portæ inferi nō præualebunt aduersus eā.

HEB. facientē Arcturum & Orionem & conuertentem in mane tenebras, & diem nocte mutantē. Qui uocat aquas maris, & effū dit eas super faciem terræ: dominus nomē eius. Qui subridet uastitatem super robustum, & depopulationem super potentem affert. Odiō habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfecte abominati sunt. Idcircō pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædā electam tolleba-

SEP. qui facit omnia & transformat & conuertit in mane umbram mortis, & diem nocte contenebrat. Qui uocat aquam maris, & effundit eam super faciem terræ: dominus deus omnipotens nomen eius. Qui diuidit contritionem, & miseriam super munitionem adducit. Odio habuerūt in portis arguentē, & uerbū sanctum abominati sunt. Propterea quia pugno percutiebatis paupes, & munera electa accipie-

Portas uirtutis manifeste in alio psal-
Psal.17.e mo discimus: Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino. Hæc porta domini: iusti intrabunt in eam. Deniq; & sapientia in portis ciuitatis considens dixit: Quanto tempore innocentes obtinuerint iusticiam, non confundētur. Ego portas ciuitatis, id est, animę credentis in Christum, puto esse uirtutes p quas ad credentes Christus ingreditur. Et quia nō est scriptum in quibus portis oderint corripientem: utrū in malis an in bonis: nos ad utrumque referamus. In uitiorum portis stantes peccatores arguit propheta, & idcirco detestationi ha-
D betur ab eis. Aut certe ipse propheta stat in portis initijsq; uirtutum: & odio habetur ab his quos corripit, nec sufficit peccatoribus odisse in portis arguentem siue corripientē: nisi uerbum sanctum abominentur quod de eius ore profertur. Qui e-
Matth.10.d nim non recipit prophetam, non recipit eum qui misit illum. Sin autem uerbum sanctū uel qui perfecte loquebatur abominati sunt: porrò uerbum sanctum dominus est Iesus: de quo dicitur: Non
Psal.15.e dabis sanctum tuum uidere corruptionem: omnes Iudæi dicentes anathema Iesu: uerbum dei abominatur, quod & perfectum & sanctum & immaculatum est. Abominatio enim peccatori est pietas. Quicquid autem de Iudæis diximus tam ad ethnicos quam ad hæreticos referri potest, quorum alij omnes scripturas sanctas abominantur in quibus uerbum dei est. Alij dum peruerse intelligunt quod legunt: abominationem ponunt in domo dei. b ¶ Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, &c.] Ne forsitan putaret Israel quod propter solam idololatriam hostibus traderetur ad pœnam: iungit & cætera quæ amissa ueritatis religione comminserit. Diripiebatis, inquit, pauperem ut ab eo tolleretis, qui uictui necessaria uix habebat, & quicquid precio sum uidebatis & pulchrum, uestris usibus tradebatis. Vnde & ex precio eorum quæ rapiebatis & tollebatis à paupere, domos quadro lapide ædificastis, ut spoliantes homines, parietes mar-

moribus

A moribus uestiretis: quas quia ædificastis de rapinis, & non solum mansioni & tecto, quod exigit humana fragilitas: sed pulchritudini et delicijs preparastis, repentina captiuitate, uel morte subtracti non habitabitis in eis. Vineas quoq; amantissimas futuris potibus ꝓuidẽtes plantastis, & non bibetis ex eis uinũ: quia ego uniuersa scelera uestra & peccata cognoui, & peccata fortia quæ meam iracundiam prouocarũt: Qui estis hostes iusticiæ siue omnis iusti, & accipitis munera, & pauperes in iudicio deprimitis: Ideo qui pauper & prudens est, cum furentem iudicem uiderit, tacebit in tempore illo: quia tempus malũ est. Vel certe ita intelligendũ: Quid prodest nunc uicina captiuitate uestra enumerare peccata: cum iam nullum remedium sit, & muros ur-
B bium uestrarum hostilis cingat exercitus? Possumus hoc ipsum & de hæreticis dicere: qui diripiũt pauperes siue stricta manu percutiunt caput eius: hoc enim Græce significat κατεκονδυλίζετε πτωχὸς: iuxta illud quod supra legimus percutiẽtes in capite pauperem. Non enim percutiunt hæretici nisi pauperem qui sustinere non potest comminationem, nec in alijs membris, sed in principali cordis & in fidei ueritate. Pauperes reor qui simplici contenti fide, hæreticorum malicię non ualent respondere. Sed & quicquid boni operis in dei munera præpararunt, nisi aduersarijs restiterint, perdent tempore pugnæ atq; certaminis, qui aduersarij compositione structuraq; uerborum ædificant sibi domos: ut tuti maneant & securi. Sed non habitabunt in eis cum ab ecclesiasticis uiris destructæ fuerint atq; subuersæ. Et non solum domos ædificant, uerumetiam amantissimas quoq; & desyderabiles plantant uineas: ut Christi mysteria mentiãtur: sed non bibent ex eis uinum, nisi quod est furor draconum insanabilis: Expectauit enim dominus, ut istæ uineæ afferrent fructus, & non attulerunt uuam, sed spinas uel labruscam: nec iudicium sed clamorem, quo contra deum suum insano ore blasphemant. Ideo autem non habitabunt in domibus suis, et non bibent uinum earum quas plantauerant uinearum: quia cognouit dominus multas impietates eorum. Hic cognitio, non iuxta
2.Tim.2.c illud intelligenda est quod alibi legimus: Cognouit dominus eos qui eius sunt: sed quod nihil deũ lateat, & omnia peccantium secreta cognoscat.

HEBR. tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis. Vineas amantissimas plantabitis, & non bibetis uinum earum, quia cognoui multa scelera uestra & fortia peccata uestra: hostes iusti, accipientes munera, & pauperes in porta deprimentes: ideo prudens in tempore illo tacebit: quia tempus malum est. Quærite bonum & non malum ut uiuatis, & erit dominus deus exercituum uobiscum sicut

SEP. accipiebatis ab eis: domos dolatis lapidibus ædificastis, & non habitabitis in eis. Vineas desyderabiles plantastis, & nõ bibetis uinũ earũ, quia ego cognoui multas impietates uestras, & fortia peccata uestra: conculcantes iustum, accipientes cõmutationes & pauperes in portis declinantes, ideo qui intelligit in tẽpore illo silebit quia tẽpus malũ est. Quærite bonum & nõ malũ ut uiuatis, & erit sic dominus deus omnipotẽs uobiscũ, sicut

C Cognoui, inquit, multas impietates: quæ non solum multæ sed & fortes sunt, & opprimentes siue conculcantes ipsam iusticiam: uel eum qui iustus est. Et accipitis, inquit, commutationem, pro qua commutatione omnes similiter ἀλλάγματα, id est, propiciationem transtulerũt: nos munus diximus: ἄλλαγμα autem iuxta idioma scripturarum precium dicitur: quod in euãgelio quoq; Matth.16.d legimus: Aut quã dabit homo commutationem pro anima sua. Pauperes quoq; in portis declinauerunt, id est, ἐκκλινοντεῦ: siue ut Symmachus interpretatus est: oppresserũt: ut cõtra iudicij ueritatẽ precio sententiam uenderent: incurrẽtes in illud quod scriptum est: Munera excæcant oculos etiam sapientium. Quæ accipiunt hęretici, ut austeritatem scripturarum quę Deut.16.d
peccatoribus tormenta denunciãt, uertant in bea- D
titudinem: & cum diuitibus prospera quæq; promittant, tantum apud pauperes truculenti sunt & seueri. Quãdo igitur uir ecclesiasticus & prudens atq; intelligens multas impietates in ea quæ uocatur domus dei esse cognouerit, & non solum multas, sed & fortes, & quæ opprimere possint iusticiam, et intantum doctorum rabiem processisse: ut accipiant precium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoq; deuitent in portis, & audire contemnant, taceat in illo tempore: ne det sanctũ canibus, & mittat margaritas ante porcos, qui conuersi conculcent eas, & imitetur Hieremiam dicentem: solus sedebam, quia amaritudi- Hiere.15.d
ne repletus sũ. Et illud in psalmis: Singularis sum Psal.140.c
ego donec trãseam. a ¶ Quærite bonum & non malũ ut uiuatis, & erit dominus deus exercituum uobiscum sicut dixistis. Odite malum & diligite bonum, & constituite in &c.] Dicitis deum esse uobiscum, quia sitis filij Abraham: audite quod sequitur: Si filij estis Abrahæ: opera patris uestri Ioan.8.c
facite. Quæ sunt opera patris uestri Abrahæ? Diligite bonum & non malum. Grande peccatum est, non solum facere malum sed & diligere. Multi peccant, & expleto uoluptatis ardore mordentur conscientia sua, & pœnitet eos peccati sui. Qui autem non solum nõ dolet se fecisse quod malum est, sed in suo scelere gloriatur, iste implet illud quod scriptum est: Peccator cum uenerit in pro- Prouer.18.a
fundum impietatis contemnit. Quærite ergo bonum & non malum: Si enim quæsieritis bonum,

A in eo quod quæritis bonum, ſtatim repellitis malum. Nunquam autem quæreretis bonum, niſi prius repelleretis malum, implentes uerba pſalmiſtæ dicentis: Declina à malo & fac bonum. Cumque quæſieritis bonum & uitaueritis malum: tunc uiuetis in eo qui dicit. Ego ſum uita. Bonum quærit, qui credit in eum qui in euangelio loquit: Ego ſum paſtor bonus: Repellit malũ qui fugit eum de quo ſcriptum eſt: Mundus in maligno poſitus eſt. Et in oratione dominica dicit: Libera nos à malo. Cumq; quæſieritis, inquit, bonum, & non malũ, & uixeritis: tunc erit dominus deus exercituum uobiſcum: ſicut dixeratis, ideo eum eſſe uobiſcum, quia nati eſſetis de Abraham. Nec ſufficit bonum quærere, malũq; non quærere, niſi ἀθετήσαι, id eſt, pie

Pſal.56.e
Ioan.14.d
1.Ioan.5.d

B tatem habeatis in utroque: ut primum odiatis malum, deinde diligatis bonum. Odit malum qui non ſolum uoluptate non uincitur, ſed odit opera uoluptatis: & diligit bonum, qui non inuitus aut neceſſitate aut metu legum facit quod bonum eſt: ſed idcirco quia bonum eſt, ut mercedem boni operis habeat conſcientiã ſuam & dilectionem quam erga bonum poſſidet. Vnde & apoſtolus inquit: Datorem hilarẽ diligit deus: Non enim omnis eleemoſyna placet deo: niſi quæ cum hilaritate profertur. Cumq; oderitis malum & dilexeritis bonum: conſtituite in portis iudicium: de quo ſupra dictum eſt, ut iniquitate expulſa, ueritas redeat. Et ſi feceritis hoc, forſitan miſerebitur dominus deus omnipotens reſiduis Ioeph: de tribu Ephraim, & de decem tribubus captiuitatem euadere poterint: Quæ omnia poſſunt & hæreticis coaptari, ut deſerto errore quem finxerunt, redeant ad eccleſiam, & oderint priora dogmata: diligantq; in eccleſia domini ueritatem & iudicium uerum exerceant in portis uitiorum & uirtutum: relinquentes illas & ad has tranſeuntes, & ſperent miſericordiã qui ex faucibus diaboli euadere quiuerint. Iuxta Lxx. autem ordine commutato, ſic manifeſtior lectio præſentis capituli reddi poteſt. Quomodo dixiſtis, odio habuimus mala & dileximus bona: ſic quærite bonum & non malum, ut uiuatis, & ſit dominus deus omnipotens uobiſcum: & reddite in portis iudicium: ut miſereatur dominus deus omnipotens reliquijs Ioſeph.

2.Cor.9.b

4 ¶ Propterea hæc dicit dominus deus exercituũ dominator: in omnibus plateis planctus, & in cunctis &c.] Præcepi ut quæreretis bonũ & non malum, ut uiueretis eſſetq; dominus uobiſcum. Et iterum intuli: ne ſemel tantum uos monitos diceretis: Odio habete malum, & diligite bonum, & reſtituite iudicium in portis, qui odio habuiſtis in porta corripiẽtem, ut miſereatur dominus reliquijs Ioſeph, & quia facere noluiſtis, mea præcepta calcantes, & uertiſtis ad me ſcapulã recedentem: ideo hæc dicit dominus deus omnipotens, qui eſt exercituum dominus: ubique planctus, ubique mœſticia. Agricolæ uocabuntur ad luctum, & qui ſciunt more prouinciæ præcinere ad cõcitandas lachrymas uocabũtur: ut

C

HEB. ſicut dixiſtis. Odite malum & diligite bonum, & conſtituite in portis iudicium, ſi forte miſereatur dominus deus exercituum reliquijs Ioſeph. Propterea hæc dicit dominus deus exercituum dominator: in omnibus plateis planctus, & in cunctis quæ foris ſunt dicetur: uæ uæ. Et uocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui ſciunt plangere. Et in omnibus uineis erit plãctus: quia pertrãſibo in medio tui, dicit dominus

SEPTVAGINTA ſicut dixiſtis: Odio habuimus mala, & dileximus bona, & reddite in portis iudicium: ut miſereatur dominus deus his qui reliqui ſunt de Ioſeph. Ideo hæc dicit dominus deus omnipotens: In cunctis plateis planctus: & in omnibus uijs dicetur: uæ uæ. Vocabitur agricola ad luctum, & ad planctum hi qui ſciunt lamentationem, & in omnibus uijs planctus, quia pertranſibo per medium tui, dicit dominus

nequaquã in omnibus plateis, ſicut ſupra dictum eſt: ſed in uineis ſit planctus atque luctus, ut ubi quondam fuit materia lætitiæ, ſit origo lachrymarum. Et hæc omnia fient: quia pertranſibo, inquit, in medio tui. Verbum Hebraicum, pertranſibo, quod eorum lingua dicitur אעבר quotiẽs in ſcripturis ſanctis ex perſona dei ponitur, pro pœna accipiendum: ut nequaquam apud eos maneat, ſed pertranſeat ac relinquat. Vnde & in alijs locis ſecundum interpretationem Aquilæ, quando iraſcitur deus furorem ſuum & iram ἀνυποφορίαν uocat: quæ omnia referri poſſunt ad hæreticos: ut quia illa & illa quæ iuſſa ſunt facere noluerunt: ſit in omnibus plateis eorũ luctus. Lata enim & ſpacioſa uia quæ ducit ad mortem: ſingulicq; hæretico rum & gentilium in fabulis ſuis atque figmentis habent plateas, quibus conſequenter infertur: Et in cunctis quæ foris ſunt dicet, uæ, uæ. Qui enim in eccleſia fuerint nõ audient uæ, quod pœnarum ultimũ eſt: ſed ſi forte peccauerint, ſumetur ſuper eos lamentum. Ideo autem foris ſiue in omnibus uijs dicetur, uæ, uæ: quia non habent unam uiam quæ ducit ad uitam, & quæ uia regia eſt: ſed pruas atq; peruerſas & declinantes ad dexteram ac ſiniſtram, dum non audiunt dominum dicentem: Ne ſis iuſtus multum. & peruerſæ ſunt uiæ quæ à ſiniſtris ſunt. Incurruntq; in duplex uæ, carnis & ſpiritus, præſentis ſeculi atq; futuri. Cum econtrario eccleſiaſtici audiant: Gaudete, iterum dico gaudete. Sed & agricola uocatur ad luctum, habent enim hæretici agricolas ſuos, in quorum aruis tribuli naſcuntur & ſpinæ. Et ad planctum uocantur qui norunt plangere uel ſua uel aliena peccata: quanquam

Matth.7.b
Eccẽs.7.c
Prouer.4.d
Philip.4.d

D

A quanquam & hæc in bonam partem poſſimus ac/
cipere, ut uir eccleſiaſticus & potens ad pœniten/
Luc.7.c tiam prouocare, imitetur dominũ ſuum dicentem:
1.Reg.15.g Lamentati ſumus, & nõ planxiſtis: & plangat hæ
2.Cor.12.g reticum, ſicut Saulem regem Iſrael planxit quon/
dam Samuel. Et a/
poſtolus lugere ſe
dicit ſuper eos qui
non egerunt pœni
tentiam. In omni/
bus quoque uineis
erit planctus: quia
uineæ Sodomorũ
uineæ eorũ. Et pro
uino lætitiæ quod
lætificat cor homi/
nis: attulerunt ui/
num draconum &
furorem aſpidum
inſanabilẽ. Et hæc
uniuerſa patiẽtur:
quia pertranſibit
per mediũ eorum
Matth.28.d dominus: ut non habitet inter eos, nec dicat: Ha/
bitabo in eis & in ambulabo. Et: Ecce ego uobiſcũ
ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſe
culi. a ¶ Væ deſyderantibus diem domini, ut
quid eam uobis? &c.] Ne de tribu Iuda Thecui/
tes propheta omnino homines tribus ſuæ negligé
re uideretur, & ad decem tantum tribus conferre
B ſermonem, ad utrunq; regnum, hoc eſt, Iudam &
Iſrael nunc dirigit ſermonem uaticinij: quod ex
multis quidem alijs, ſed præcipue ex eo quod ſe/
quitur: Væ qui opulenti eſtis in Sion & confidi/
tis in monte Samariæ: intelligi poteſt. Væ igitur
Iudæ Iſraelicq; dicẽtibus: Veniat dies: ueniat præ/
dicta captiuitas: dummodo quod promittitur per
prophetas, etiam reſtitutionis tempus conſequa/
tur. Non eſt enim tantum mali in captiuitatis iniu
ria, quantum boni in his quæ poſt captiuitatem
dominus pollicetur. quibus propheta reſpondit,
fruſtra eos quod longo tempore poſt futurum eſt
in aduẽtu filij dei, poſt Lxx. annos captiuitatis Ba
byloniæ pręſtolari, q̃s uaſtitas atq; pauperies &
innumerabiles miſeriæ conſequentur. Fugientib.
enim, inquit, à facie Nabuchodonoſor leonis, oc/
curret Aſſuerus ſub quo Heſter narratur hiſtoria:
ſiue deſtructo Aſſyriorum & Chaldæorum impe
rio, Medi, Perſæq; conſurgent. Cumq; regnante
Cyro fueritis reuerſi, & præcipiente Dario cœ/
peritis ædificare domum domini, & omnem fidu/
ciam habueritis in templo: ita ut requieſcatis in
eo, & laſſas manus ſuper parietes inclinetis: tunc
ueniet Alexander rex Macedonum ſiue Antio/
chus cognomento ἐπιφανὴς, qui moretur in tem/
plo, & uos inſtar colubri mordeat, nequaquam fo
ris in Babylone, & in Suſis: ſed intra terminos ter/
ræ ſanctæ. Quibus rebus probatur, diem quam
concupiſcitis, non eſſe lucis & gaudij, ſed tenebra
rum atq; triſticiæ. Hæc iuxta hiſtoriam breuiter di
ximus: ne penitus Iudæorũ opinionem relinque/

HEB. dominus. Væ dẽ
ſyderantibus diem domi/
ni, ut quid eam uobis?
Dies domini iſte tenebræ
& non lux: quomodo ſi
fugiat uir à facie leonis
& occurrat ei urſus: & in/
grediatur domum & in/
nitatur manu ſua ſuper
parietem, & mordeat eum
coluber. Nunquid non
tenebræ dies domini, &
non lux? caligo & non
ſplen/

remus intactam: Cæterum nulli dubium eſt, om/ C
nes noſtros diem tenebrarũ, diem intelligere iudi/
cij, de qua ſcribit & Sophonias: Iuxta eſt dies dñi Soph.1.b
magnus, & iuxta eſt & uelox nimis: uox diei dñi
amara & dura. Et Eſaias: Ecce dies domini inſana/ Eſa.13.b
bilis uenit, furoris
& iræ ponere or/
bem terrarum de/
ſertum, & peccato
res perdere ex eo.
Simulq; decutitur
confidentia ſuper/
borũ, qui ut apud
homines iuſti ap/
pareant, ſolent diẽ
expectare iudicij
& dicere. Vtinam
ueniat dominus,
utinam nobis lice/ Philip.1.d
at diſſolui & eſſe
cum Chriſto: imi/
tantes Phariſæum
qui in euangelio lo Luc.18.b
quebatur: Deus ago gratias tibi: quia non ſum ſi/
cut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri: & ſi
cut hic publicanus: Ieiuno bis in ſabbato: decimas
do omniũ quæ poſſideo. Ex hoc eñ ipſo quod diẽ
domini deſyderant & non pertimeſcunt: digni ſup
plicio iudicantur: quia nullus hominũ abſq; pecca/
to eſt: Et: Aſtra immũda ſunt coram eo: Et cõclu/ Iob.25.b
ſit omnia ſub peccato, ut omniũ miſereretur. Cum D
igitur nemo poſſit de dei iudicare iudicio, & de o/ Gal.3.d
cioſo quoq; uerbo reddituri ſimus rationẽ: Et Iob Iob.1.a
quotidie pro filijs ſuis obtulerit hoſtias: ne quid
forte peruerſum contra dominũ cogitarent: quæ
temeritas eſt audire cũ Corinthijs: Sine nobis re/ 1.Cor.4.b
gnatis: atq; utinã regnaretis: ut & nos uobiſcũ re/
gnaremus. Certe ſi eos etiã propria cõſcientia non
remorderet: debuerant imitari Paulum dicentem.
Quis ſcandalizatur, & ego nõ uror? & pro omni/ 2.Cor.11.g
bus eſſe ſolliciti, ne quaſi amatores ſui, ut ipſi re/
gnent, aliorũ tormenta deſyderarẽt. Quomodo ſi
quis uelit capi patriã ſuã urbẽq; ſubuerti: ut ſolus
amicitia uictorũ perfruat. ſolemus in anguſtijs &
tribulationibus dicere: Vtinã mihi liceat exire de
corpore, & ſeculi huius miſerijs liberari: ne ſciẽtes
quod q̃diu in hac carne uerſamur, habemus locũ
pœnitentiæ: ſi aũt receſſerimus, audiemus illud
prophetæ: In inferno aũt quis confitebit tibi? Iſta Pſal.6.b
eſt ſeculi triſticia quæ ducit ad mortẽ: qua Apoſto 1.Cor.5.b
lus nõ uult perire eũ qui cũ uxore patris fuerat for
nicatus: qua & Iudas perijt infelix, q abundãtiori Matth.27.c
abſorptus triſticia, pditioni homicidiũ copulauit,
& homicidiũ omnib. peius homicidijs: ut ubi puta
bat remediũ & mortẽ ſuſpẽdij finẽ malorũ: ibi leo/
nẽ & urſum & colubrũ reperiret. Quibus nomini
bus uidentur mihi ſignificari uel diuerſa ſupplicia,
uel ipſe diabolus, q recte & leo et urſus & coluber
appellat. Cũq; nos putauerimus Eſaiã audire dicẽ Eſa.26.d
tẽ: Vade populus meus intra cubicula tua: claude
hoſtiũ, abſcõdere puſillum donec tranſeat ira dñi

A & esse quasi in domo nostra, quasi in inferno requiescere: tunc mordebit nos coluber qui in præsenti loco Nahas: in Iob appellatur Leuiathan. De cuius natura & terrore multiplici plenius in ipso uolumine diximus. In caligine autem & tenebris quę contraria sunt luci & splendori: tormentorum diuersitas explicatur. a ¶ Odi & proiecí festiuitates uestras, & non capiã &c.] Proprie hoc contra tribum Iuda dicitur, & eos qui ex Israel ad dei ceremonias commigrarant & nihilominus non recedebant de excelsis: colebãtq; idola, & peccatorũ magnitudine dei sacrificia polluebant. Nunc̃q; enim reor quod de oblationibus uitulorũ quas offerebãt in Dan & Bethel dixerit: si obtuleritis mihi holocaustomata & munera uestra non suscipiã. Odit aũt deus & non solum odit, sed et proiecit festiuitates eorum, qui fugiunt leonem & incurrunt ursum, & ingrediuntur domum & à serpente mordentur: quia non celebrant

HEB. splendor in ea. Odi & proieci festiuitates uestras, & non capiam odorem cœtuum uestrorum. Quod si attuleritis mihi holocaustomata & munera uestra, non accipiam, & uota pinguium uestrorum non respiciam. Aũfer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam. Et rẽuelabitur quasi aqua

B festiuitates dei, sed festiuitates suas dicente domino: Odi & proieci festiuitates uestras. Et huiuscemodi hominum conuentum odoremq; non suscipit nec habet in odorem bonæ fragrantiæ, & omnia eorum munera detestatur & pinguissima uota nõ respicit. Quod quidẽ nõ solum illius temporis hominibus sed & nobis accidet si similia delinquamus, & de rapinis et periurijs sceleribusq; quęsita, deo nos putemus offerre, & nostra peccata redimere: cũ legerimus Zachæũ quicquid rapuerat in quadruplũ reddidisse, & de his quæ bene quæsierat, mediã obtulisse substantiam. Nec̃q; enim quod male quæsitũ erat in dei donaria poterat offerre: ni si prius dominis suis redderet, & postea impleret quod scriptum est: Honora dominũ de iustis tuis laboribus: Et: Redemptio animæ uiri propriæ diuitiæ: de mercede enim meretricis deus uota non suscipit: Econtrario iustus dicere potest: Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Quæ oratio Iudæ proditori uersa est in peccatum: non enim habebat bonum odorem, sed opere loquebatur: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ: a facie insipientiæ meæ. Quæ omnia & de hæreticis dicere possumus: qui dum fugiunt leonem, incurrũt ursum: & ingressi domum quam putant ecclesiam dei: innituntur parietibus quos ipsi fecerunt, & à serpente mordentur: quorum lucem & diem tenebræ eripiunt & caligo, ita ut palpabiles tenebræ sint, & interficiantur primitiua eorũ. Horum deus odit sacrificia & à se proijcit: & quotiensc̃unq; sub nomine domini fuerint congregati, detestatur fœtorem eorum, & claudit C nares suas. Odisse autem & proijcere & non odorari, humana loquitur similitudine: ut nos affectũ dei, nostris sermonibus cognoscamus. Et si obtulerint holocausta, ut uideantur ieiunare: dare elemosynas: pudicitiam polliceri, quæ holocausta sunt uera, non ea suscipit dominus: nec dignaẽ aspicere pinguissimas hostias eorum. Non enim sacrificiorum magnitudinẽ, sed offerentiũ merita causasq; dijudicat. Vnde & uidua quæ in euangelio in corbo Luc.21.c nã duo minuta miserat, omnibus à saluatore præfertur, qui uota pinguissima & hostias medullatas se offerre credebant, de multo dantes parum: cum illa totum quod habuit obtulisset. Manifestius & uerius hæc post aduentum domini dicuntur populo Iudæorum: qui destructo templo & altari, hostias offerre se credũt: quorum deus odit & proijcit festiuitates & non capit odorem cœtus eorum: quando congregati dicunt: Crucifige, crucifige talem. Et: Sanguis eius D super nos & sup filios nostros. Et si obtulerint holocausta in synagogis, & munera in cõcilijs sathanæ, & uota pinguissima: non ea respicit dominus: sicut nõ respexit munera Cain. Qui bene quidem Gen.4.a unum deum colunt & recte offerũt: sed in eo non respiciuntur, quia non diuidũt in patrem & filium & spiritum sanctum confessionem. Nostra autem munera, id est, ecclesiæ, quæ offerimus de primitiuis nostris: respicit deus, sicut respexit quondam sacrificia Abel. b ¶ Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam. &c.] Pulchre cantica leuitarum quibus laudabant deum tumultum uocat, sonitumq; confusum: quia non est pulchra laudatio in ore peccatoris, & hæc eadem idolis quoque offerre consueuerant. Iudæorum quoque oratio & psalmi quos in synagogis canunt, & hæreticorum composita laudatio: tumultus est domino, & ut ita dicam grunnitus suis, & clamor asinorum: quorum magnis cantibus Israelis opera comparãtur. Psalmum autem & carmina, lyram & organa: uel iuxta literam accipe in populo Israel quæ olim fiebant in imagine futurorum: uel iuxta spiritum in nobis & in hæreticis: quæ si bonis operibus diligamus, audiuntur à domino: si malis, concludit aures suas: & impiorum cantica non dignatur audire. c ¶ Et reuelabitur quasi aqua iudicium: & iustitia quasi torrens fortis. &c.] Sicut aqua si labatur in pronum, quod prius texerat nudat, & patere facit omnium oculis: sic iudicium

Luc.19.a
Prouer.3.b
Ibid.13.b
Psal.140.c
Ibid.37.b

dei

A dei atq; iuſticia quæ de ſuo quondam populo iudicauit, patebit omnibus & feretur inſtar torrentis fortiſſimi. Quicquid arripuerit ſecum trahit, & ſibi obſiſtere non patitur. Iuxta Lxx. autem uolui tur quaſi aqua iudicium peſſimorum: quia nō ſtat in una ſentētia, ſed circunfertur omni uento doctrinæ, quod probauerat improbās: & quod prius laudauerat, putans eſſe pro nihil. Iuſtificationes eorum non flumi nibus & puriſſimis fontibus, ſed turbidis cœnoſiſq; torrētibus comparan tur: qui ſuas aquas non habent, ſed de ſaxis rupibuſq; & uepribus collectas. Quas qui tranſire uoluerit, ſtatim ra pietur in præceps, & ſubuerſis pedibus dicere nō poterit: Statuit ſupra petram pedes meos: calcat enim ſuper arenas quæ non habent fundamentū, & cum periclitatus fuerit, loquetur iuxta Hebræ os: Torrens tranſiuit ſuper animam meam. Econtrario de iuſtis legimus: quorum non uoluitur ſicut aqua iudicium, & iuſticia non fertur quaſi torrens inuius: Cogitationes iuſtorum iudicia. ¶ Nunquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis domus Iſrael? &c.] Ex hoc loco diſcimus omnes hoſtias & ſacrificia quæ in deſerto obtulit Iſrael, non deo obtuliſſe, ſed Moloch regi ſuo cuius portauerunt tabernacula, & imaginem idolorum ſuorum ſtatuarumq; uenerati ſunt. Et quæ ſit ipſa imago uel idolum, ſequenti ſermone demonſtrat: Sidus dei ueſtri, quod Hebraice dicitur, כִּיּוּן id eſt: luciferi quem Sarraceni hucuſq; uenerantur. Quam ob cauſam migrare eos fecit dominus trans Damaſcum, id eſt, in Aſſyrios atq; Chaldæos: Cuius omnipotentia ex eo quod deus exercituum eſt demonſtratur. Quærimus quomodo hoſtias & ſacrificium non deo obtulerint in deſerto: ſed regi ſuo, quem luciferum nuncupant. Ex eo tempore quo aurum in caput uituli transformarūt dicentes: Iſti ſunt dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Aegypti: omnia quæ fecerunt, non deo ſed idolis feciſſe monſtrantur. Et quod poſtea quædam domino eos legimus obtuliſſe: non uoluntate ſed pœnarum fecerunt metu, & eorum interfectione qui propter idola corruerunt: Dominus autem non ea quæ offeruntur, ſed uoluntatem reſpicit offerentium. Denicq; ubicunq; occaſio fuit, ſemp corde reuerſi ſunt in Aegyptū: deſiderantes allia & cepe, & cucumeres & carnes Aegyptias: & manna quod de cœlo datū eſt contemnentes. Quod ut ſic intelligamus, Stephanus primus martyr euangelij, dignus nomine ſuo, in

Pſal.39.a
Pſal.125.a
B
Prouer.12.a
Exod.32.b
Num.11.b
Act.7.c

HEB. aqua iudicium: & iuſticia quaſi torrens fortis. Nunquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis domus Iſrael? Et portaſtis tabernaculū Moloch ueſtro, & imaginem idolorum ueſtrorum: ſidus dei ueſtri quæ feciſtis uobis. Et migrare uos faciam trans Damaſcum, dixit dominus: deus exercituum nomen eius.

SEPTVAGINTA aqua iudicium: & iuſticia ſicut torrens inuius. Nunquid hoſtias & uictimas obtuliſtis mihi in eremo quadraginta annis domus Iſrael? Et aſſumpſiſtis tabernaculū Moloch, & ſidus dei ueſtri rephphan, figuras eorum quas feciſtis uobis. Et transferam uos trans Damaſcum, dicit dominus: deus omnipotens nomen eius.

Væ apoſtolorum narrat hiſtoria: Et uitulum fecerunt C in illis diebus, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro: & lætabantur in operibus manuum ſuarum. Conuertit autē deus & tradidit eos ſeruire militiæ cœli, ſicut ſcriptum eſt in libro prophetarum: Nunquid uictimas aut hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto domus Iſrael? Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch & ſidus dei ueſtri Rhēphan, figuras quas feciſtis adorare eas & transferam uos trans Babylonem. Nec putandus eſt primus martyr erraſſe: qui pro eo quod in propheta ſcriptum eſt: trans Damaſcum, dixerit trans Babylonem. Magis enim intelligentiam quàm uerbum poſuit: quia trans Damaſcum ducti ſunt in Babylonem: ſiue trans Babylonem. In eo autem loco ubi Lucas poſuit μολόχ, & in Hebraico ſcriptum eſt מַלְכְּכֶם Aquila uertit μελχόμ: Symmachus & Theodotio, regis ueſtri. Pro eo quoq; quod in Septuaginta legitur ῥαιφφάν: Aquila & Symma- D chus ipſum Hebraicum transferentes poſuerunt כִּיּוּן Theodotio ἀμαύρωσιν, id eſt, obſcuritatem. Rurſum pro סִכּוּת Aquila συσκιασμούς, id eſt, umbracula: Symmachus & Septuaginta, τὴν σκηνὴν: tabernaculum: Theodotio tranſtulit uiſionem. Et hoc in omnibus ſcripturis ſanctis obſeruandum eſt, Apoſtolos & apoſtolicos uiros in ponendis teſtimonijs de ueteri teſtamento, non uerba conſiderare ſed ſenſum: nec eadem ſermonum calcare ueſtigia, dummodo à ſententijs non recedant. Quicquid autem iuxta literam dicitur contra populum Iudæorum: hoc omne refer ad eos qui ſub nomine Chriſti uenerantur idola, & praua ſibi dogmata confingentes, portant tabernaculum regis ſui diaboli & imaginem ſtatuarum & idolorum ſuorum. Non enim unum colunt idolum: ſed pro uarietate doctrinæ diuerſos adorant deos, & ſidus dei ſui. Qui cum ſit angelus ſatanæ transfiguratur in angelum lucis, & cadit de cœlo quaſi fulgur, & imitatur Chriſtum antichriſtus. Pulchre'que intulit, quæ feciſtis uobis: Non enim ea à deo acceperunt, ſed de propria mente finxerunt. Vnde migrare eos faciet dominus trans Damaſcum, ut non bibant ſanguinem domini: ſed tranſeant in Babylonem & audiant per prophetam: Calix aureus Babylon inebrians omnes gentes. Damaſcus enim, ut crebro diximus, interpretatur ſanguinem bibens, ſiue ſanguis cilicij, ut per pœnitentiam ad bibendum domini ſanguinem prouocemur.

2.Cor.11.c
Luc.10.c
Hiere.51.a
דַּמֶּשֶׂק

¶ Væ

A a ¶ Væ qui opulenti estis in Sion & confiditis in mõte &c.] Ad Sion, ut supra diximus, & ad montem Samariæ, id est, ad duas tribus quæ appellabantur Iuda, & ad decem quæ Israelis nomine uocabantur, prophetæ sermo confertur, & maxime ad eos qui in utroque populo optimates sunt & principes, & uacabant delicijs in exemplũ illius diuitis purpurati: qui lætabatur in conuiuio, & in tantam erigebatur superbiam, ut Lazarum ante ostium suum plenum ulceribus indignaretur aspicere, & ne hoc quidem ei tribueret quod peritu-
Luc.16.c rum esset ex mẽsa. Isti sunt capita populorum qui confidunt in diuitijs: & opulenti sunt in Sion, & habent fiduciam in monte Samariæ, & ingrediuntur pompatice domum Israel, ut tumorem animi corpus ostendat, & pomparũ ferculis similes esse uideãtur. Iuxta leges autem Tropologiæ & Lxx. interpretes, Sion refertur ad ecclesiam, de qua scri-
Psal.9.c ptum legimus: Qui exaltas me de portis mortis,

HEB. Væ qũi opulenti estis in Sion & confiditis in mõte Samarię optimates capita populorũ ingrediẽtes põpatice domũ Israel.

ut annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Mons uero Samariæ propter superbiam & iactantiam custodiæ mandatorum dei intelligitur super hæreticis: qui despiciunt ecclesiam: quia infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia: & stulta, ut perdat sa-
C 1.Cor.1.d pientiã sapientium & intelligentiã prudentium reprobet. Isti uindemiauerunt primitias gentium, ut sub nomine Christiano introducerent eos in torcularia sua, ubi non calcatur uua sed peritur: ubi non mustum exprimitur, sed uenenum. Et ingressi sunt sibi. Pulchre dixit sibi: non enim ingressi sunt deo, sed sibi ingressi sunt. Alioquin deo magis egressi sunt dum recedunt de ecclesia. Quodq; sequitur: Domus Israel, iuxta Lxx. in principio capituli sequentis legendum est, iuxta Hebræos in fine huius quod exposuimus.

SEPT. Væ qui despiciũt Sion: & confidunt in monte Samariæ, uindemiarunt primitias gentium: & ingressi sunt sibi.

Commentarij secundi in Amos finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM commentariorum Amos ad Pammachium procemium.

B PRæposstero ordine atq; confuso, duodecim prophetarum opus & cœpimus, & Christo adiuuante complebimus. Non enim à primo usq; ad nouissimum iuxta ordinem quo leguntur: sed ut potuimus, & ut rogati sumus, ita eos disseruimus. Naum, Micheã, D Sophoniam, & Aggeum primo φιλοπονωτάτοις Paulæ eiusq; filiæ Eustochio προσφώνησα: secundo in Abacuc duos libros Chromatio Aquileiensi episcopo delegaui: tertio post lõgi temporis silentium, Abdiam & Ionam tibi imperanti edisserui: præsenti anno qui sexti consulatus Archadij Augusti & Annicij Probi fastis nomen imposuit, Exuperio Tolosanæ ecclesiæ pontifici, Zachariam: & eiusdem urbis Mineruio & Alexandro monachis, Malachiam prophetam interpretatus sum. Statimq; recurrens ad principium uoluminis: Osee & Ioel & Amos tibi negare non potui Et post grauissimam corporis ægrotationem, dictandi celeritate ostendi temeritatem meam: ut quod alij stilum sæpe uertendo non audent scribere, ego cõmitterem casui: qui semper dictantes sequitur, & de ingenio atq; doctrina audaciæ periculũ facit: quoniã ut sæpe testatus sum, laborẽ propria scribẽdi manu ferre nõ ualeo, & in explanatione sanctarũ scripturarũ, non uerba cõposita & oratorijs floribus adornata: sed eruditio & simplicitas quæritur ueritatis.

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Amos prophetam liber tertius.

TRansite in Chalane & uidete &c.] Transite omnes in Chalane quæ nunc appellatur Ctesiphon, & transite oẽs. Qui sunt isti omnes? Vtiq; illi de quibus supra dixerat: Optimates capita populorũ, & qui opulenti estis in Sion, & cõfiditis in monte Samariæ. Vos igitur trãsite in Persidis ciuitatem, &

Cap. VI

TRãsite ẽ Chalane et uidete & ide ite i hemath magnã & diligenter attendite: & inde pergite in Hemath magnam quæ nunc Antiochia nominatur. Magnam autem uocat ad distinctionem minoris Hemath, quæ appellatur Epiphania. Vnde usq; hodie pergentibus Mesopotamiam prima mansio uocatur

Cap. VI

DOmus Israel transite omnes, & uidete in Chalanen, & persor, regis Iudææ Sedechiæ interfecti sunt filij & 4.Reg.25.b oculi illius excæcati. Et descendite, inquit, in Geth Palæstinorum Emmas, corrupto quidem uocabulo: sed pristini nominis uestigia retinens: cuius regio appellatur Reblatha, in qua præsente Nabuchodonosor

A Palæſtinorum. Vos qui habitatis in monte Sion & in monte Samariæ, deſcendite ad Palæſtinos qui morãtur in campeſtribus, & ad optima quæq; regna horum, quæ diuerſis ciuitatibus ſubiacent, Gazæ & Aſcaloni, Azoto, Accaron, & Geth: & uidete ſi latior terminus eorum termino ueſtro ſit: utrum uos an illi maiores obtineatis prouincias: uos inquã, uos de populo Iſrael qui ſeparati eſtis in diem malũ: in diem uidelicet captiuitatis, & appropinquatis ſolio iniquitatis, ad iniquũ iudicem pergentes regem Babylonium. Qui cum hæc paſſuri eſtis: nunc dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis mollibus, ut ſomno libidinem copuletis. Qui comeditis non ad repellendam famem & ad ſuſtentandum corpus humanum, ſed ad delicias atq; luxuriam, ut quicquid in gregibus & in armentis tenerum atq; pingue eſt, ueſtræ gulæ paretis: quibus non ſufficit libido penis & gutturis & æſtuantis cibis aqualiculi, niſi & tibiarum & pſalterij & lyræ cantícis aures ueſtras mulceatis,
1.Par.25 & 26 ut quod Dauid fecit in cultum dei, leuitarum ordines & organorum reperiens uarietates: uos ad uoluptatem & luxuriam cõferatis: Et bibitis in phialis uinum, non ad ſatiandã ſitim, ſed ad opprimendum animum. Et ungimini, non ad labores corporis mitigandos, oleo puriſſimo: ſed unguentis pretioſiſſimis. Cumq; his delicijs affluatis: ſi quos uideritis perire de populo: nulla miſericordia ſuper interfectione eorum flectimini, ſed contemnitis quaſi bruta animalia & in ſuo beſtias cruore
B pereuntes. Hunc eundem ſenſum etiam Ezechiel
Ezech.34.a propheta ſub paſtorum ponit exemplo. Qui comedunt lac de ouibus: & ueſtiuntur lanis, & quicquid primũ eſt deuorãt, & uulnerata non ſanant: confracta non ſolidant: pereuntia non requirunt. Cuncta quæ iuxta hiſtoriæ diximus ueritatem ſecundum Lxx. interpretes ad allegoriæ nubilum transferamus. Domus Iſrael quæ à me receſſiſti, quæ confidis in monte Samariæ, quæ uindemiaſti primitias nationum: tranſi & uide & perge ad
חֲמַת רַבָּה muros plurimos: hoc enim interpretatur Hemath
גַּת Rabba: atq; inde clementer deſcende in torcular
פְּלִשְׁתִּים eorum qui cadent bibentes: Geth enim & Philiſtijm hoc reſonant. Et omnia contemplare: præcipueq; omnia regna uel optimas ciuitates de omnibus regnis, & conſidera ſi plures ſint termini eorum quam ueſtri. Si enim uoluerimus mente tractare & uniuerſarum gentium diſcutere philoſophiam: Aegyptiorum, Indorum, atq; Perſarum: reperiemus anguſtiores eorũ terminos ſanctarum terminis ſcripturarum. In omnem enim terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Iſti quibus ſupra dixerat: domus Iſrael tranſite omnes & uidete: à qualibus uitijs ad meliora tranſire debeãtur, ſequens ſermo deſcribit: Qui uniunt in diem malum: parantes ſibi uitio ſuo diem malũ: non quo dies ullus ſit malus, ſed quo unuſquiſq; paret ſibi malum, iuxta illud quod in Eccle-
Eccẽs.7.b ſiaſte legimus: Ne dixeris, dies priores meliores erant mihi quam iſti: quoniam non ſapientia interrogas ſuper hoc: ſtultum eſt enim referre ad tempora, cum in noſtra ſit poteſtate, uel bonum diem C nobis facere uel malũ. Iſti ſunt qui appropinquãt atq; contingunt ſabbata mendacia. Quomodo enim conciſio carnis & circunciſio cordis appellatur, & ſunt in manifeſto Iudæi & in occulto: quorum alterum abijcitur, & alterum comprobatur: ita ſunt ſabbata domini ſancta & ueritate ſubnixa: & alia non ſancta atq; mendacia, quæ occidentis literæ ſequuntur ocium. Quodq; ſequitur: qui dormitis ſuper lectos eburneos: ſic interpretari poſſumus. Qui athleta eſt domini & exercetur ad luctam, & præparat ſe cõtra aduerſarias poteſtates: dormit in nuda humo imitans Iacob, & ponit ſibi lapidem ad caput quem reprobauerunt ædificantes, & factus eſt in caput anguli. Qui uero delicijs uacant atq; luxurijæ, & omnia cauſa uentris faciũt: dormiunt in lectis eburneis mortui animalis, & immundis hærent oſſibus: & quia pulchra uidentur uitia & præſenti nitore delectant, requieſcunt in eorum lectulis, & ſopore grauiſſimo deprimũtur. Iſti non comedunt ſolidum cibum & athleticum, de quo roborantur uires luctantium, ſed mollem & tenerum & ſiniſtrarum partiũ: quales ſunt hœdi de gregibus & uituli ſaginati & tenelli, imò adhuc lacte nutriti, hoc enim ſignificat μοχάρια γάλακτος θυνὰ. Concrepant quoq; manibus ad uocem organorum & ſonitum: ut omnia opera eorum expectent uoluptatem: nihilq; faciunt niſi quod uentri procurent & libidini. Nec ſtatim nobis illud prudens lector opponat, & quomodo ſcriptum eſt: Pſal.97.d
D Flumina concrepent manibus. Et: omnes gentes plaudite manibus. Et: Iubilate deo adiutori noſtro. Ibid.46. Ibi enim non ad organorum ſonitum dicuntur Ibid.80.d concrepare, ſed in laude dei habere unum conſenſum. Poſt organorum uocem intulit: quaſi ſtantia putauerunt, & non quaſi fugientia. Res enim ſeculi & omnia corpora ſecundum Epicurum per momenta fluunt & abeunt, & nihil in ſuo conſiſtit ſtatu, ſed uel creſcunt omnia uel decreſcunt, & aquarum more torrentium labuntur in præceps. Vnde & in ſeculari literatura legimus: Sed fugit interea fugit irreparabile tempus. Et in alio loco: Heu heu fugaces poſthume poſthume Labuntur anni. Nihil enim fugacius ſeculo rebusq; ſeculi. Quas dum tenemus amittimus: & per infantiam, pueritiam, iuuentutem ac uirilem & ingraueſcentem ac maturam ætatem: annosq; ultimos ſenectutis: in quæ ſeptem ſpacia Philo uitam deſcribit humanam, mutamur & currimus, & neſcientes ad mortis terminos peruenimus. Quodq; ſequitur: Qui bibunt defecatum uinum: proprie referri ad hæreticos poteſt: qui quaſdam ſcripturas probãt, quaſdam reprobant: defecata cupientes uina potare: cum in ſanctis ſcripturis nihil turbidũ ſit atq; cœnoſum, ſed totum de ſuperiori unda puriſſimum. Iſti primis unguntur unguentis, qui non habentes artem unguentariam, abſq; ulla ſcientia ſcripturarum & traditionibus atq; doctrina apoſtolorum, uendicant ſibi ſacerdotij dignitatem, & unctos domini dicunt ſe eſſe: oleumq; puriſſimum ſenſus ſui fece contaminant. Cumq; hæc faciant

A in interfectionem eorum quos deceperunt, nullo dolore cruciãtur: ſed gaudent in alienis mortibus, & miſerorũ ſanguine delectantur. Senſus iſte pulcherrimus in quo dicitur: quaſi ſtantia putauerũt & non quaſi fugentia, in Hebraico non habetur, ſed p eo ſcriptũ eſt בְּרֻוֹר חַשְּׁבוּ לָחֶם בְּלִי שִׁיר id eſt, ſicut Dauid putauerunt ſe habere uaſa cantici. Vnde uidetur mihi ab interpretibus additum: qui in deſcriptione luxurię, contra uitia & uoluptates huiuſmodi ſententiam protulerũt, ut non uerterẽt quod ſcriptũ erat: ſed de ſuo qđ ſibi uideretur adderent, imò mutarẽt. a ¶ Quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantiũ, & auferetur factio &c.] Propter ſuperiores cauſas quas propheticus B ſermo deſcribit, eorum qui dormiunt in lectis eburneis, & laſciuiunt in ſtratis, & comedunt agnos de grege & uitulos de medio armenti, & canunt ad uocem pſalterij: & bibunt in phialis, & optimo unguento delibuti ſunt: & inſuper nihil patiuntur ſuper contritione populi eius, qui de Ioſeph ſtirpe generatus eſt: nunc dominus comminatur & dicit: Quia iſta et iſta fecerunt: nunc migrabunt in capite tranſmigrantiũ. Et eſt ſenſus: Nequaquam in futurum pœna differẽ, nec de longis poſt ſeculis prophetatur: quod nunc ingruit, nunc uenturum eſt, meus ſermo prædicit, eos ituros eſſe in principio tranſmigrantium: prin
Supra.4.a cipes uidelicet & potentes, quibus ſupra dixerat: Audite uerbum hoc uaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samarię. Et rurſum: Væ qui opulenti eſtis C in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates, capita populorũ: ingredientes pompatice domum Iſrael: Vos qui primi eſtis diuitijs, primi captiuitatis ſuſtinebitis iugum, ſecundũ illud quod in Ezechiele ſcriptũ eſt: A ſanctuario meo incipite: Nõ à ſanctis ut pleriq; æſtimant, ſed à ſubuerſiõe templi quod ſanctum fuit. Potentes enim potenter tormenta patientur: & cui plus creditur, plus exigetur ab eo. Et auferetur, inquit, factio laſciuientium qui in capiẽdis uoluptatibus unum habuere cõſenſum & comeſatiões exercuere ac ſymbola: hi pariter auferẽtur, ut quorũ una fuit luxuria, una ſit pœna: Pro q̃ Lxx. interpretati ſunt, καὶ ἀφαιρεθήσεται χρεμετισμὸς ἵππων ἀπ' D ἐφραΐμ, id eſt, auferetur hinnitus equi de Ephraim, quod in Hebraico nõ habetur: & exſuperfluo differetur à nobis, cum Tropologiam texere cœperimus, Iurauit dominus in ſemetipſo, ſiue ut in Hebræo legimus בְּנַפְשׁוֹ id eſt, in anima ſua, iuxta illud quod in Eſaia Eſa.1.d ſcriptum eſt: Neomenias & ſabbata ueſtra: & dies feſtos odit anima mea: non quo deus animam habeat, ſed quo humanis loquatur affectibus. Nec mirum ſi animam habere dicatur cum etiam membra cætera quæ uilio ra ſunt anima: pedes, manus, & uentrem, & artus cæteros ſe habere teſtetur. Quod ſi oppoſuerint nobis hi qui Chriſtum negant humanam habuiſſe animam, ſed in humano corpore deum fuiſſe pro

Ezech.9.c

Sap.6.a

SEP. & pertranſite inde in Emath rabba, & deſcendite in Geth alienigenarum optimas ex omnibus regnis his: ſi ampliores ſunt termini eorũ terminis ueſtris: qui uenitis in diẽ malũ: appropinquatis & tangitis ſabbata mẽdacia: qui dormitis in lectis eburneis, et affluitis deliciſ in ſtratis ueſtris, et comeditis hœdos de gregibus, & lactentes uitulos de medio armentorum: qui concrepatis ad uocem organorum: quaſi ſtantia putauerunt, & nõ quaſi fugiẽtia: qui bibitis uinũ defecatũ, & primis unguentis ungimini: & nihil patiebamini ſuper contritione Ioſeph. Propterea nunc captiui erunt ab initio fortium, & auferetur hinnitus equorũ ex Ephraim: quia iurauit dominus per ſemetipſum, dicit dominus deus uirtutũ: quia ego abominabor omnem contumeliã Iacob, & regiones eius odi, & auferam ciuitatem cum omnibus habitatoribus ſuis. Et erit ſi remanſerint decẽ uiri in domo una & mortui fuerint, & tollẽt domeſtici eius & conabuntur ut auferant oſſa eorum de domo, & dicent his qui præſunt domui: Si adhuc eſt

HEB. & deſcendite in Geth Palæſtinorum: ad optima quæq; regna horum, ſi latior terminus eorum termino ueſtro eſt. Qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropinquatis ſolio iniquitatis: Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis ueſtris: qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti: qui canitis ad uocem pſalterij. Sicut Dauid putauerunt ſe habere uaſa cantici: bibentes in phialis uinum: & optimo unguento delibuti ſunt, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph. Quã propter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium, & auferetur factio laſciuientium. Iurauit dominus deus in anima ſua, dicit dominus deus exercituum. Deteſtor ego ſuperbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus ſuis, quod ſi reliqui fuerint decem uiri in domo una, & ipſi morientur, & tollet eum propinquus ſuus, & comburet eum ut efferat oſſa de domo, & dicet ei qui in penetralibus domus eſt: Nunquid adhuc apud

bere dicatur cum etiam membra cætera quæ uilio ra ſunt anima: pedes, manus, & uentrem, & artus cæteros ſe habere teſtetur. Quod ſi oppoſuerint nobis hi qui Chriſtum negant humanam habuiſſe animam, ſed in humano corpore deum fuiſſe pro

anima

A anima: audiant in Christo substantiam animæ demonstrari: quomodo & membra corporis eius habuere substantiam. In deo autem patre caput & pedes & cætera quæ dicuntur: non sunt membra, sed per eorum uocabula efficientiarum diuersitas indicatur: sic & animã non esse substantialẽ, sed affectum mentis internæ, & cogitationum locũ per quem deus suã indicet uoluntatẽ. Iurauit ergo dominus deus exercituum, id est sabaoth: pro quo Παντοκράτορα, id est, uirtutum Septuaginta transtulerunt: se detestari superbiam Iacob & domos eius odisse. Hic Iacob secundum superius capitulum, ubi scriptum est: Et nihil patiebantur super contritione Ioseph: aut decem tribus accipe: aut certe uniuersam domum duodecim tribuum. Et traditurum ciuitatem cum habitatoribus suis: uel Samariam, uel certe Hierusalem: uel in communi utranq;. Quod ad tempus domini saluatoris referre possumus: post cuius aduentum & passionẽ, detestatus est deus omnem superbiam uel iniuriã Iacob: quia illum fabri filium & Samaritanum & habentem dæmonium conclamabant: idcirco Hierusalem tradita est cum habitatoribus suis Romanis exercitibus. Et intantum contra eos dei ira de-
B sæuit, ut etiam si remanserint decem uiri in domo una, ipsi quoque moriantur, & propinquus siue uicinus comburat cadauera mortuorum, ut efferat ossa de domo: quia prę morientium turbis, integra corpora efferri non ualeant. Cumq; iam lassus fuerit asportando: interroget eum qui in penetralibus domus est: utrum supersint quos sibi tradere debeat, & ille respondeat: Finis est: iam non habeo quem tibi tradam ad sepeliendum. & antequàm non habere se iuret, ille qui interrogauerat & foris erat, & non esse cognouerat: imperat ei et dicit: Tace & non recorderis nominis domini. Hoc autem idcirco commemorat, ut ostendat nec malorum quidem pondere & necessitate compulsos uelle nomen domini confiteri, & in tantam apud Israel obliuionem dei ueniisse uocabulum, ut ne in simplici quidem iuramento nomen eius dignetur audire. Tenues historiæ lineas duximus: nunc allegoriæ imprimamus manum. Principes hęreticorum qui propter delicias suas meum populum deuorarunt, & nihil patiebantur super contritione Ioseph: primi ducentur ad pœnas, & auferetur hinnitus equi ex Ephraim: Qui in scripturis sanctis dupliciter accipitur: aut in superbiam potentiamque eorum qui hinniunt, aut in libidinis magnitudinem. In superbiam malorumq; consensum, ut ibi

*Psal.19.b.* Hi in curribus: & hi in equis. Et: Fallax equus ad
*Ibi.32.d.* salutem. Et regibus Israel præcipitur: ne sibi multi-
*Deut.17.d* plicent equos. Et in libro Iob: uox equi clãgori tu-
*Iob.39.c* bæ cõparatur. In Zacharia quoque legimus, quod euangelij testimonio comprobatur, & refertur ad præsentiam saluatoris: Gaude nimis filia Sion, prędica filia Hierusalẽ: Ecce rex tuus uenit tibi iustus C
*Zach.9.c* & saluator, ipse mansuetus: & ascendens super asinam & pullum asinæ: & dispersdet quadrigas ex Ephraim, & equos de Hierusalem. In libidinis uero magnitudinem & effrenatum coitus desiderium, ut in Hieremia: qui luxuriosos adulteróſque describens intulit: Vnusquisq; super uxorem proximi sui hinniebat. Tales equos, Chri-
*Hiere.5.c*

HEBR. apud te est? & responsdebit: finis est: & dicet ei: Tace: & non recorderis nominis domini. Quiã ecce dñs mãdabit & percutiet domũ maiorem ruinis

SEPT. est apud te? & dicet: nequaquàm: & dicet: Tace, nec nomines nomen domini. Propterea ecce dominus mãdabit, & percutiet domũ magnã ruinis

sti aduẽtus, & dei ira subneruat. Et iurat dominus *Hebr.6.e* per semetipsum: quia maiorem per quem iuret nõ habet: se detestari omnes hæreticorum contumelias, & uniuersas regiões eorum odisse. Quicquid enim loquuntur iniuria est, & dignum dei odio. Et ablaturum ciuitatem & conciliabula eorum cum his qui habitãt, et populum uidelicet & magistros, etiam si reliqui fuerint decem uiri: qui si fuissent in Sodomis & Gomorris: nequaquàm super eas de- *Gen.19.d* scendisset incẽdium: omnes esse morituros ea morte quę ducit ad Tartarum, de qua Ezechiel scribit, *Ezech.18.a* Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Istorum ossa sepeliunt propinqui & domestici eorum, de quibus dicitur: Sine, mortui sepeliãt mortuos suos. Et *Luc.9.g* ille qui foris est & domum non ingreditur mortuorum, sed magis mortuos foras eiicit: imperat ei qui D comburit mortuos & dissoluit in cineres, & eorũ ossa comminuit ut taceat: & purissimum dei nomẽ mortuo ore non maculet. Peccatori enim dixit *Psal.49.c* deus: quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Vnde & nos prouidere debemus, ne mortui sepeliamus mortuos: sed ut magis uiuẽtes eos qui sunt mortui producamus ad uitam. Quod si non fecerimus: imperatur nobis & dicitur: Tace, quia indigni dei nomine iudicamur. *a* ¶ Quia ecce dominus mandabit & percutiet &c.] Quia in tantam rabiem prosilistis, ut etiam mortis tempore & imminentibus malis nolueritis nomen domini nominare: Ideo mandabit dominus, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus. Si mandat: quomodo percutit? Si percutit: quomodo mandat? Sed in eo quod mandat & iubet ministris, uidetur ipse percutere. Quomodo in iubente patre & faciente filio facit ipse qui iussit: impleto illo uersiculo: Ipse dixit & facta sunt: ipse *Psal.148.a* mandauit & creata sunt. Omnia enim per ipsum *Ioan.1.a* facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Et in Aegypto ubi primogenita quæ ab *Exod.12.b* exterminatore cæsa referuntur, se dominus interfecisse testatur. Sic & in præsenti loco mandat dominus, & ipse percutit per ministros domum maiorem ruinis, id est, decem tribus quæ appellabantur Israel, & domum minorem scissionibus: duas tribus quæ regebantur à stirpe domus Dauid. Et nota singulorum proprietates. Israel, quia

A maiora peccauerat,feritur ruinis: & in æternã tra/
ditur captiuitatem. Domus autẽ Iuda in qua erat
templum,& quę ex parte peccauerat,ſeptuaginta
annorũ captiuitate retinetur: & nõ percutitur rui/
nis,ſed ſciſſionibus. Sciſſa enim domus ſarcirí po/
teſt:ruinæ non tam inſtaurationem quàm ædifica/
tionem deſiderant. Cuius utriuſq; domus,ruinas,
ſciſſiões:equis & bubalis comparat: quorum prio
res in petris currere nequeunt:poſteriores tam in/
domiti ſunt,ut iugum ceruicibus non recipiant: &
cum ſylueſtres boues ſint, propter feritatem no/
lint terram uomere ſcindere. Vos autẽ, cum equi
& bubali naturam ſuam mutare non poſſint, mu/
taſtis naturam dei, ut dulcem amarum faceretis,
& fructum iuſticiæ eius in abſynthium uerteretis,
quæ eſt herba amariſſima. Qui lætamini in nihil:
uel idolis uitulisq; aureis:qui nihil ſunt dicente He
Heſt.14.c ſter ad dominum: Ne tradas ſceptrum tuum his
qui nõ ſunt:uel in nihilí atque mendacio. Quí pro
pria fortitudine putatis aſſumpſiſſe uos cornua &
reges & potentiam quibus uentilaretis inimicos.
Quía igitur iſta feciſtis: ecce ego ſuſcitabo ſuper
uos ò domus magna & domus minor,quæ ferien/
dę eſtis ruinis & ſciſſionibus:id eſt,ò domus Iſrael
& omnes duodecim tribus,gẽtem ſæuiſſimam Aſ/
ſyriorum & Chaldęorum quæ uos conterat atque
ſubuertat à principio uſque ad finem: à capite uſq;
ad caudam: à terminis terræ ueſtræ quí ſolem re/
ſpiciunt, uſque ad torrentem deſerti ſiue occiden/
tis,ut Septuaginta trãſtulerunt, id eſt,ab Hemath,
B uſque ad Rhinocoluram: inter quam & Peluſium
riuus Nili ſiue torrens de eremo ueniens mare in/
gredietur.Hemath ſupra Epiphaniã diximus,quæ
ab Antiocho cui cognomentum ἐπιφανὴς fuit,no/
men ſortita eſt. Qui autem putãt quod hic domus
Iſrael decem tribus ſignificet:explanare non pote/
runt, quomodo in comminatiõe dicatur aduerſus
decem tribus quod conterendæ ſint ab Epiphanía
uſque ad terminos Aegyptí: quibus terminis,non
utiq; decem tribus, ſed omnes duodecim conclu/
duntur, in quibus fuit etiam Iudas & Beniamin.
Quídam iuxta Anagogen, domum magnam &
domum minorem, Iudaicum populum ſignificarí
putant,& de gentibus eccleſiam congregatam. Illí
enim magní propter patres uocantur, & legem &
prophetas:nos minores, quia abſq; teſtamẽto fuí/
mus & mandatis dei, de quibus & in cantico legi/
mus: Soror mea paruula eſt: & ubera non habet.
Cant.8.c Quæ domus magna & parua,in unam dei familiã
congregata:ſi non habuerit diſciplinam, & dei mã
data non fecerit:percutietur ruinis & ſciſſionibus.
Quotieſcunq; ergo uel in perſecutionibus uel in
hæreſibus & ſchiſmatibus domus dei,quæ eſt ec/
cleſía corruit atque laceratur: dei percutientis oſtẽ
dit manum:quam ſi uolumus effugere, compara/
tionis audíamus & faciamus exemplum. In petris
1.Cor.10.d equí perſequi non ualent. Petra Chriſtus eſt: qui
Mat.16,c donauit apoſtolis ſuis, ut ipſí quoq; petræ uocen/
tur:Tu es Petrus:& ſuper hanc petram ædificabo
eccleſiam meam. Qui in iſtis petris fuerit:aduerſa
riæ poteſtates quæ appellantur equi, de quibus ſu
pra diximus:perſequi eum non poterunt,curſibus C
præpeditis, & per ſingulas petras corruentibus.
Veníamus et ad aliam ſimilitudinem,iuxta conſue
tudinem noſtram, æditionem Septuaginta inter/
pretum diſſerentes: ne ſi hæreamus omnino He/
braico illuſiſſe lectoris diligentiæ,& tacendo de æ/
ditione uulgata, fruſtra eã propoſuiſſe uideamur.
Aut reticebunt, inquit, in fœminis:haud dubium
quin equos ſignificet, de quibus ſupra dixerat: Si
perſequentur in petris equi. Iſti equi,id eſt,contra
riæ fortitudines qui inſaniunt ad fœminas, quan/
do uirilem uiderint animum & dei fortitudine ro/
boratum, non audent accedere. Quando uero ef/
fœminatam mentem & unguentis & delicijs ener
uatam, & in muliebrem uerſam mollitiem: ſtatim
inſaniunt, & ſe tenere non poſſunt: & geſtiunt ad
libidinem.Sequitur: Quía conuertiſtis in furorem
iudicium. Conuertit in furorem iudicium, qui ira/
tus iudicat:& dicente domino: Non accipies per/
ſonam in iudicio, Et in alio loco: Non miſereberis Deut.16.d
pauperis in iudicio, quía dei iudicium eſt: ille irata
ad iudicandum mente deſcendit: imò cum cauſam
neſciat,nec iudicij nouerit ueritatem:ante præiudi
cat qualem debeat ferre ſententiam, fructum quo/
que iuſticiæ qui dulciſſimus eſt, uertit in amaritu/
dinem. Quod de una uirtute diximus, intelliga/
mus & de reliquis, prudentia, fortitudine,tempe/
rantia:quarum qui iratus fuerit, fructus capere nõ
poterit: & cum ceperit,amari erunt. Vnde dicitur D
in Eſaía: Vę qui dicunt dulce amarum, & amarum Eſa.5.e
dulce.Hoc autem illi dicunt, qui non cauſas in iudi
cando,ſed perſonas conſiderant:& fructum Chri/
ſti iuſticiæ qui eſt dulciſſimus, uertunt in amaritu/
dinem.Quicunq; igitur aut conſanguinitate aut a/
micitia, & econtrario: uel hoſtili odio, uel inimici/
tijs in iudicãdo ducitur, peruertit iudicium Chriſti
qui eſt iuſticia, & fructum illius uertit in amaritu/
dinem.Qui hoc faciunt,lætãtur in nullo uerbo bo/
no: ſiue fruſtra, ut Symmachus tranſtulit, id eſt,
ἀλόγως, & erecti in ſuperbiam dicunt: Nonne in
fortitudine noſtra habuimus cornua:cum è regio/
ne iuſtus in domino glorietur, & dicat:In te inimi/ Pſal.43.b
cos noſtros uentilabimus cornu. Et in alio loco:
Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus
non ſaluabit me. Vnde & in Exodo iuxta hebrai/ Exod.34.d
cum & Aquilę æditionem legimus:Et Moyſes ne
ſciebat, quia cornuta erat ſpecies uultus eius, qui
uere dicere poterat:In te inimicos meos cornu uẽ/
tilo.Legimus & in alio loco:Et exaltabit cornu po Pſal.148.b
puli ſui:Et exaltabit cornu Chriſti ſui: Et cornu al/ & 1.Reg.2.b
taris, & munda animalia atque cornuta quæ ſola
offeruntur deo: quorum interpretatio non huius
eſt temporis. Ob hæc tanta peccata & extremam
ſuperbiam, quæ iniquitatem loquitur contra deũ,
& ponit in excelſo os ſuum: gentem ſæuiſſimam
dominus deus omnipotens ſe ſuſcitaturum eſſe di/
cit,quæ conterat & tribulet eos,imò prohibeat in/
gredí in Hemath & uſque ad torrentem Occiden/
tis. Hemath interpretatur murus aut murata. Ve/
tabuntur itaque ab hac gente ſæuiſſima,cui ſuppli/
cia delegata ſunt, confugere ad ciuitatem muni/
tam

A tam, quæ est cœlestis Hierusalem, ne introeant & saluentur: in modum illius capituli quod in Genesi legimus: ubi posuit deus cherubim & flammeam romphæam, quæ uertitur ad custodiendam uiam ligni uitæ: ut qui eiectus fuerat de paradiso, nequaq; illuc ingrederetur indignus. Quodq; sequitur: Vsque ad torrentem Occidentis: de sexagesimoseptimo psalmo interpretabimur, in quo scriptum est: Cantate domino psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: dominus nomen illi. Nisi enim mala operа in nobis occiderint, Christus non ascendet super nos. Cumque illa occiderint, & Christum habuerimus aurigã, tunc nobis proficientibus & ad meliora B pergentibus in eodem psalmo imperabitur: Cantate deo: psallite domino qui ascendit super cœlum cœli ad Orientem. Vnde & in mysteriis, primum renunciamus ei qui in Occidente est, nobisque moritur cum peccatis: & sic uersi ad Orientem, pactum inimus cum sole iusticiæ, & ei seruituros nos esse promittimus. Pro torrente Occidentis, Symmachus interpretatus est, uallem campestrem: Theodotio, torrentem Arabiæ: Aquila, torrentem qui est in planicie. Quibus uerbis ostenditur nequaquam in eis à murata ciuitate exclusis, muniri posse contra peccata: nec peruenire illos ad torrentem campestrem et planum siue deserti, qui torrens dicitur uoluptatis: iuxta illud q̃d legimus: De torrẽte uoluptatis tuæ potabis eos. Cap. VII.

Gene. 3. d

Psal. 35. b

HAec ostendit mihi dominus deus: Et ecce uictor &c.] Non solum ea quæ multa post secula futura sunt propheticus sermo prædicit, sed & uicina, & quæ statim uaticinium cõsequantur. Solemus enim homines multo plus de nobis q̃ de posteris cogitare, dicente Ezechia: Fiat pax in diebus meis. Et ut qui uiderint rebus expleta quæ ante nunciata sunt, conuertantur ad cultum dei, in cuius prophetis diuinationis est ueritas. Ostendit igitur dominus, Sennacherib regem Assyriorum cum infinita exercitus multitudine, instar locustæ uniuersa tondentis, esse uenturum in principio imbris serotini, quando extrema dei omnipotentis misericordia indigebat Israel: huius autem locustæ fictor & creator est dominus. Quæ locusta uenit in principio imbris serotini, quando cuncta uirent & parturit omnis ager, & diuersarũ arborũ flores in sui generis poma rũpuntur. Et ut uno sermone indicẽ quod uolo, cunctarum abundantiam rerum, flores arborum, atq; herbæ segetũ pollicẽtur. Has autem locustas, quæ primo uere uolitabãt, bruchus innumerabilis sequebatur, qui ueniebat post imbrem serotinũ: & appellabatur tõsor uel tonsura regis: eo quod uniuersa uastauerit, et nihil penitus relinquerit herbæ uirentis in terra. Hunc tonsorem siue tonsuram, Esaias acutam nouaculam uocat: quæ pilos omnes & capillos Israelitici corporis raserit. Cumq;, ait, dubitarem quæ esset ista nouacula, statim intulit, regem Assyriorum. Nouacula igitur & tonsor regis, exercitus Chaldæorum est, qui in modum bruchi uniuersa populatus est: & non solum fruges, sed ligna, fœnum, stipulamq; consumpsit. Factum est autem cum consummasset bruchus qui uenerat post locustam comedere herbã terræ: & propheta intelligeret quod uidebat: ad preces uertitur, & ait: Domine deus, propicius esto obsecro. Nolo in subuersione populi mei mea uerba compleri: nolo me ad hoc electum de pastorum numero, ut ruinam decem tribuum nũciem. Quis enim poterit suscitare Iacob, nisi tu solus? quo allidente, nullus est qui suscitet. Paruulus est Iacob, & crebra hostium incursione deletus. Cumq; ille precaretur, & interioris hominis lachrymas funderet, misertus est dominus super hoc, & respondit: Non perdam omne genus Israel, reliquiæ saluæ erunt. Aut certe sic accipiendum: Duo pariter futura conspexit. Primum, locustam: deinde, bruchum. Pro utroq; dominum deprecatus est: & in uno tantum exauditur, ut bruchus usque ad internicionem cuncta non uastet. Locusta autem uolitans quædam deuoret, quædam integra derelinquat. Videntur mihi Septuaginta interpretes, uerbum Hebraicum גזי quod interpretatur tonsor siue tonsura, intellexisse גזר literam ר arbitrantes; & bruchi innumerabilem

C

D

Esa. 7. d

4. Reg. 20. d

HEB. ruinis, & domum minorem scissionibus: nũquid currere queunt in petris equi: aut arari potest in bubalis? Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iusticiæ in absinthium. Qui lętamini in nihili, qui dicitis: Nunquid non in fortitudine nostra, assumpsimus nobis cornua? Ecce eĩ suscitabo super uos domus Israel, dicit dominus deus exercituũ, gentẽ & conterent uos ab introitu Hemath, usq; ad torrẽtem deserti. Cap. VII.

Hæc ostẽdit mihi dñs deus: Et ecce uictor locustæ in principio germinantiũ serotini imbris: & ecce

SEPT. ruinis, & domũ paruam scissionibus. Si persequentur in petris equi: si reticebunt ad fœminas? quoniam conuertistis in furorem iudicium, & fructum iusticiæ in amaritudinem. Qui lætamini super nullo uerbo bono, qui dicitis: nonne in fortitudine nostra habuimus cornua? Quia ecce, ego suscitabo super uos domus Israel, ait dominus deus exercituum, gentem: & conterent uos nõ ut introeatis in Emath & usq; ad torrentem occidentis. Cap. VII.

Sic ostendit mihi dominus: & ecce fœtus locustarũ ueniebat matutinus: & ecce

A multitudinem Gog genti sæuissimæ comparasse, quæ terram Iudæam uastatura describitur. Quid autem uoluerit Aquila dicere: Ecce serotinus post Gazæ regẽ, cum Gaza uerbo Hebraico עזה appelletur: non satis intelligo, nisi forte ipsum sermonem גזז posuit: & paulatim in Gazã errore corruptus est. Dicamus & spiritualiter: Qui post opera iusticiæ (de quibus in prophe-
Osee.10.d ta dicitur: Semina-
Hiere.4.a te uobis in iustícia, & innouate uobis noualia: & ne seminetis super spinas) grauia peccata cõmiserint, inducitur super eos fœtus, uel generatio locustarum ueniẽs matutina: quando trãseuntibus noctis tenebris, incipiũt sua peccata cognoscere: & quia non egerunt pœnitentiam,

HEB. & ecce post serotinũ tonsor (siue tonsura) regis. Et factum est cum cõsummasset comedere herbã terræ, & dixi: Dñe deus ppicius esto obsecro: quis suscitabit Iacob: quia paruulus est? Misertus est dñs super hoc: nõ erit, dixit dominus. Hæc ostendit mihi dominus deus: & ecce uocabit iudiciũ ad ignẽ dñs deus: & deuorabit abyssum multam: et comedet simul partem. & dixi: Domine deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob: quia par-

SEPT. & ecce bruchus unus Gog rex. Et erit si cõpleuerit ut deuoret fœnũ terræ, & dixi: Domine deus, propicius esto: quis suscitabit Iacob: quoniam modicus est. Pœniteat te domine super hoc, & hoc non erit dicit dominus. Sic ostendit mihi dominus deus: & ecce uocauit iudicium in igne dominus deus, & deuorauit abyssum multam: & comedit partem, & dixi: Domine deus desine: quis suscitabit Iacob: quoniam par-

exprímamus è uerbo, tonsuram regis Sennacherib: qua cuncta decem tribuũ totonderit atq; uastauerit. Nunc idẽ dominus ostendit Nabuchodonosor, imò uocat et uenire præcipit contra Iudam & Hierusalem. Vocat autem ut templũ Hierusalem igne succendat, & faciat in igne iudicium: de eo qui quondam fuit populus suus. Cumq; uenisset ignis ad iudicium, ut impleret domini iussionem, deuorauit abyssum multam: & comedit simul partem, cunctas urbes Iudææ & partem domini quæ uocabatur templum eius. Cumq; hoc propheta uidisset, dixit ad dominum: nõ ut supra, propicius esto obsecro: sed quiesce uel desine: ut quem cœpisse iam uiderat, cessare precibus impetraret: præsertim cum nullus sit alius qui iacentem & paruulum & humiliatum Iacob ualeat suscitare: nisi dominus qui potest captos in Chaldęam q; translatos reducere in terram Iudam. Quia uero semel iuxta Osee prophetam
Psal.77.b & psalmistam dicentem: Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli: decem tribus ad hæreticorum personam retulimus, quæ appellabantur Israel: & duas quibus Iudas præerat ad ecclesiam & ecclesiæ peccatores: qui confitentur quidem rectam fidem: sed propter uitiorum sordes purgãtibus se indigent flammis: idcirco nunc dominus ad ignem iudicium uocare se mõstrat: ut uniuscuiusq; opus quale sit ignis probet: & impleatur illud quod scriptum est: Ambula
Esa.50.d te in lumine ignis uestri, & in flamma quam succẽdistis. Vnde & ad Babylonem dicitur: Habes carbones ignis, sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium. Et in psalmo lingua dolosa & plena mẽdacijs, igne carbonum dicitur esse purgãda: Quid
Psal.119.d detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatorijs. De his altaris carbonibus desolator carbo duorum testamentorum forcipe prenditur: & Esaiæ labia purgat immunda, ut possit uerbum
Esa.6.b domini prophetare. Vocatus autem ignis ad iudicium, deuorat primum abyssum, id est, omnia genera peccatorum: ligna, fœnum, stipulam: et postea

B superba quædam & arrogãs fortitudo. Cumq; terræ nostræ fœnum stipulamq; consumpserit, quicunq; sancti in populo fuerint, ueniam precabuntur, & dicẽt: Domine deus propicius esto. Quis enim alius suscitare poterit Iacob? quis medicorum
Luc.8.f sanare ἀιμορῤῥοοῦσαν, nisi tu solus? ad cuius tactum fimbriæ, statim sanitas redit. Paruulus est enim Ia-
Esa.10.c cob, siue modici numeri: quia nulla in eis uel pauca uirtutum remansere uestigia. Pœniteat te domine super hoc, quod te facturum tuo populo comminatus es. Pœnitentiam autem dei in scripturis sic debemus accipere quomodo somnum & iram: non quod deum pœniteat, aut mutet sententiam, qui loquitur per prophetam: Ego deus, et non mu-
Malach.3.b tor. Et cui nos dicimus: Tu autem idem ipse es, &
Psal.101.d anni tui non deficient: sed quod nobis ad meliora conuersis, & ipsum pœniteat sententiæ suæ: ut nec iusto reddat præmia quæ promisit, si declinauerit ad iniquitatem: nec peccatori pœnas, quas comminatus est, si conuersus fuerit ad salutem. Dicitur ad
Prouer.6.a eum qui acturus est pœnitentiã: Nec dederis somnum oculis tuis, neq; dormitationẽ palpebris tuis: ut libereris quasi damula de cassibus, & sicut auis ex laqueis. Qui si domini primum mandata contẽpserit, & postea in angustijs constitutus euigilare cœperit, suscitat dominum dormientem sibi, & di-
Psal.43.d cit: Exurge, quare obdormis domine? Econtrario:
Rom.2.a qui thesaurizauerit sibi iram in die iræ, deum iratũ sentiet. Quod si egerit pœnitentiam, ira uertetur in misericordiam: & cum perturbationibus nostris atque uirtutibus, in utranque partem pœnarum

C ¶ Hæc ostendit mihi dominus deus: &c] Primum dominus ostendit prophetæ fictorẽ locustarum in principio germinantium serotini imbris: & post imbrẽ serotinum, tonsorem regem siue regis: & ut uerbũ

D num: nõ ut supra, propicius esto obsecro: sed quiesce uel desine: ut quem cœpisse iam uiderat, cessare precibus impetraret: præsertim cum nullus sit alius qui iacentem & paruulum & humiliatum Iacob ualeat suscitare: nisi dominus qui potest captos in Chaldęam q; translatos reducere in terram Iudam. Quia uero semel iuxta Osee prophetam
Psal.77.b & psalmistam dicentem: Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli: decem tribus ad hæreticorum personam retulimus, quæ appellabantur Israel: & duas quibus Iudas præerat ad ecclesiam & ecclesiæ peccatores: qui confitentur quidem rectam fidem: sed propter uitiorum sordes purgãtibus se indigent flammis: idcirco nunc dominus ad ignem iudicium uocare se mõstrat: ut uniuscuiusq; opus quale sit ignis probet: & impleatur illud quod scriptum est: Ambula
Esa.50.d te in lumine ignis uestri, & in flamma quam succẽdistis. Vnde & ad Babylonem dicitur: Habes carbones ignis, sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium. Et in psalmo lingua dolosa & plena mẽdacijs, igne carbonum dicitur esse purgãda: Quid
Psal.119.d detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatorijs. De his altaris carbonibus desolator carbo duorum testamentorum forcipe prenditur: & Esaiæ labia purgat immunda, ut possit uerbum
Esa.6.b domini prophetare. Vocatus autem ignis ad iudicium, deuorat primum abyssum, id est, omnia genera peccatorum: ligna, fœnum, stipulam: et postea

A ſtea comedit ſimul partẽ, hoc eſt, ad ſanctos illius peruenit, qui in peculium domini & in eius parte reputantur: tempus enim eſt ut incipiat iudicium à domo domini. Et in Ezechiel præcipitur his qui pœnas illaturi ſunt; A ſanctis meis incipite. Et in Apoſtololegimus: Ezech.9.c 1.Cor.3.c Si cuius opus arſerit, detrimẽtum patietur: ipſe autem ſaluus erit: ſic tamẽ quaſi per ignem. Cumq; omnes fuerimus in peccato & iacuerimus ad ſententiæ ueritatem, miſerebitur dominus noſtri: & quia paruuli ſumus, reſurrectionis nos tempore ſuſcitabit: ſiue ſuſcitabit per uirtutes qui in uitijs iacebamus: hoc domino promittente, atque dicente: Sed & iſtud non erit. Pulchre autem dixit, ſed &, quia iam ſupra dixerat: hoc non erit. Non enim in finem iraſcetur. neque in æternum comminabitur. Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuet nobis. Quantum diſtat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates noſtras. Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe. a ¶Hæc oſtendit mihi dominus &c.] Priuſquàm de adamante diſſeramus, quem Symmachus et Septuaginta pro eo quod in Hebraico אֶמֶר ſcriptum eſt, tranſtulerunt, dicendum eſt breuiter quòd hoc uerbum Aquila ἀλειφωσιμ, Theodotio τηκόμενον interpretati ſunt: quorum alterum ſtagnaturam, alterum tabeſcentem ſignificat: ut illa ſartago quam legimus in Ezechiel: in qua populi obſidione uallati, frixura ſignificatur: etiam in decem tribubus, & in regno Hieroboã, qui nepos erat Iehu: ſub quo prophetia hæc cernitur, per ſtagnaturæ uocabulum demõſtretur. Dominus itaq; cernitur ſtans ſupra murum ſtagnatum ſiue litum: & in manu eius ſtagnatio ſiue trulla cemẽtarij, qua ſolent ſuperinduci parietes: & non ſolum pulchritudinem accipere, ſed & fortitudinẽ contra iniuriã imbrium & creberrimas tempeſtates. Legimus in Ezechiel, dominum cõminantem quod tempeſtate & grandine conſurgente, nequaq; linat nec ueſtiat parietem Iſrael, ſed dimittat eam pluuijs diſſipari. Vnde & nunc dicit ille, de quo ſcriptum eſt: Structor maceriæ uocabitur, ipſe angularis lapis, ædificator domus, quod deponat trullã in medio populi ſui Iſrael: et ceſſare faciat atq; torpere, ut ne quaquàm ultra ſuperinducat eum: et ſuo ueſtiat ac tueatur auxilio. Cumq; dominus protectionem ſuam, & ut ita dicam, parietis ueſtimentum trulla ceſſante ſubtraxerit, tunc demolientur excelſa idolorum, quæ Hebraice appellantur בָּמוֹת & ſanctificationes decem tribuum deſolabuntur: ut deſtruatur Dan & Bethel, in quibus adorabantur uituli aurei. Diximus ut potuimus quid ab Hebræis nobis iuxta hiſtoriæ ſit traditum ueritatẽ, tranſeamus ad anagogen: de Xenocrate, qui ſcribit ſuper lapidum gemmarumq; naturis pauca uerba ponẽtes: Adamas ſui nominis lapis eſt, quem Latine indomitũ poſſumus appellare: eo quod nulli cedat materię nec ferro quidem. Nam ſi ponatur ſuper incudem, & graui ictu feriatur mallei, antea incus & malleus uulnus accipiunt, quàm adamas conteratur. Cumq; ignis omnia domet, & uniuerſa metalla conſumat, reddit adamãtem duriorem: ut ne paruulum quidem in eo angulum uis nimij ardoris obtũdat. Vidi & in auro adamantem magnitudine milij: cumq; uicinum conſumatur aurum longo uſu ac nimia uetuſtate, ſolus adamas non atteritur: & nulla lima imminui poteſt, ſed econtrario limam terit: & quicquid attigerit lineis ſulcat. Hic lapis duriſſimus et indomabilis, ſolo hircorum cruore diſſoluitur: & miſſus in calidum ſanguinem, perdit fortitudinem ſuam. Eſt autem paruus & indecorus, ferrugineum habens colorem, & ſplendorem cryſtalli. Quatuorq; adamantis genera deſcribuntur. Primus eſt Indicus: ſecũdus Arabicus: tertius Macedonicus: quartus Cyprius: pro qualitate regionum plus uel minus duriciam poſſidẽtes. Dicitur quoq; in electri ſimilitudinem uenena deprehendere, & maleficis reſiſtere artibus. Talis eſt dominus & ſaluator: Qui cũ in forma dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiens: in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus ut homo: humiliãs ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. De quo Eſaias ſcribit: Non eſt ſpecies illi, neque decor: uidimus eum, & non erat pulchritudo, deſpectum & nouiſſimum hominum, uirũ dolorum & ſcientem ferre infirmitatem. Hic ſtat ſupra murum adamantinum, id eſt, ſuper ſanctos & apoſtolos ſuos: quibus donauit, ut & ipſi adamantes uocarentur, & à nullo ſuperati dicerent: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti: tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et iterum: Certus ſum, quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei, q̃ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Petrus quoq;

HEBR. paruulus eſt? Miſertus eſt dominus ſuper hoc: ſed & iſtud non erit: dixit dominus deus. Hæc oſtendit mihi: & ecce dominus ſtabat ſuper murũ litum, & in manu eius trulla cementarij: Et dixit dominus ad me: Quid tu uides Amos? Et dixi: Trullã cementarij. Et dixit dominus: Ecce ego ponam trullam in medio populi mei

SEP. paruulus eſt. Pœniteat te domine ſuper hoc: & hoc non fiet, dicit dominus deus. Sic oſtendit mihi dominus: Et ecce uir ſtabat ſuper murum adamãtinum: & in manu eius adamas. Et dixit dominus ad me: Quid tu uides Amos? Et dixi: Adamantem. Et dixit dominus ad me: Ecce ego inijciam adamantem in medio populi mei

B C D

Pſal.102.b Ezech.13.b Phil.2.a Eſa.23.a Rom.8.g

A qui erat fortissimus adamas, portę inferorum non
Mat.16.e prævaluerunt aduersus eum. Hic uir & dominus qui stat super murum adamantinum, habet in manu sua adamantem: qui nisi dei teneatur manu, & illius ualletur auxilio, omnem perdit fortitudinẽ, dicente domino in euangelio: Nemo potest rapere de
Ioan.10.f manu patris mei. Et intantum robustus est ut dicatur
Esa.43.a ad eum: Si transieris per ignem, flamma non comburet te: quantoq; magis tentationibus cædi tur, tãto fortior fit: & pro nomine saluatoris inter flagella lętatur: Cumq; à nullo superari queat, solo mortiferæ libidinis calore dissoluitur. Hæc enim sanguinis hircorũ & ipsius hirci dicitur esse natura, ut sit ad libidinem calidissimus: & quod
B ignis edomare nequeat, solus illius dissoluat cruor. Ponit ergo dominus huiuscemodi adamantem in medio populi sui Israel: & ultra non transit eum, nec dimittit

HEB. mei Israel. Nõ adĵciã ultra superinducere eũ: et demolientur excelsa idoli: & sanctificationes Israel desolabuntur: & consurgã super domum Hieroboã in gladio. Et misit Amãsias sacerdos Bethel ad Hieroboam regẽ Israel, dicẽs: Rebellauit cõtra te Amos in medio domus Israel: Non poterit terra sustinere uniuersos sermones eius. Hęc enim dicit Amos: In gladio morietur Hieroboam: Israel autem captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos: Qui uides, gradere: fuge in terram Iuda: & comede ibi panem, & ibi prophetabis: & in Bethel non adĵcies ultra ut prophetes: quia sanctificatio regis & domus regni

SEP. mei Israel. Nequaq; ultra addam ut pertranseã eũ: & dissipabuntur aræ risus: & sacrificia Israel desolabuntur: & cõsurgã super domũ Hieroboam in gladio. Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Hieroboam regem Israel, dicens: Congregationes facit contra te Amos in medio domus Israel. Nõ poterit terra sustinere omnes sermones eius. Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Hieroboam: Israel autem captiuus ducetur de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos. Qui uides, egredere recede in terram Iuda & ibi uiue, & ibi prophetabis: in Bethel autem non adĵcies ultra prophetare: quia sanctificatio regis est & domus regni

C illę sacerdotĵ perdat gloriam. Cumq; duo audierit, demolientur excelsa idoli siue aræ risus: & sanctificationes uel ceremoniæ Israel desolabuntur: & consurgam super domum Hieroboam in gladio: eo quod idola penitus destruantur, quibus præerat Amasias sacerdos: & contra Hieroboam deus consurgat in gladio, nisi egerit pœnitentiam: ille de sua nõ mandat iniuria, ut de regis tantum cõtumelia dolere uideatur. Hæc enim inquit, dicit Amos. Erras calũniator. In omnibus enim sermõibus suis nõ quasi ex se prophęta loquit̃, sed semper præponit in tĩtulo: Hæc dicit dominus. Igitur quæ loquutus est dominus, Amos prophetam dixisse cõmemorat, ut magis regẽ prouocet ad uindictam. Quæ D sunt quæ dicit Amos? In gladio morietur Hieroboam. Et in hoc mentiris. Non enim dixit, morietur: si enim hoc dixisset, uidebatur non suscipere pœnitentiam: sed consurget dominus super domum Hieroboam in gladio, comminans pœnam, non inferens. Nec dixit: In gladio morietur Hieroboam, sed consurgam in gladio super domum Hieroboam. Hieroboam quippe gladio non est mortuus, sed domus eius: id est, filius Zacharias deo percutiente deletus est. Et Israel, inquit, captiuus migrabit de terra sua: adde & cætera, si non egerit pœnitentiam. Porrò Hieroboam uanissima Amasiæ mandata contemnens, nihil ad ea quæ ille mandauerat uoluit respondere: unde ipse sibi assumit autoritatem sacerdotalis fastigĵ, & loquitur ad Amos: Qui uides, gradere, fuge in terram Iuda. Prophetę (ut crebro diximus) prius appellabantur uidentes: quia quæ uentura dicebant, cordis oculis intuebantur. Quærat prudens lector, quare uidentem uocet & nomine prophetali, quem de terra Israel exire compellit? Cui respondendum est: aut cum irrisione eum dicere κατὰ ἀντίφρασιν, quòd omnia mentiatur: aut quia uidebat multos esse in populo, qui eum libenter audirent: propter quod & regi retulit, congregationes facit contra te Amos: aperte iniuriam nõ audet facere, ne audientes

hui⁹cemodi adamantem in medio populi sui Israel: & ultra non transit eum, nec dimittit ut dissipentur aræ quæ risu & subsannatione sunt dignæ: & omnia hæreticorum mysteria, domumq; Hieroboam, qui primus dei populum separauit, percutiat gladio atque subuertat. a ¶ Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Hieroboam regem Israel, &c.] Salomonis prouerbium est, imò mandatum: Noli arguere malos, ne oderint te. Et econtrario de bonis præcepit: Argue sapientem, & diliget te. In alio quoq; loco: Qui arguit, inquit, hominis
Prouer.9.b
Ibi.28.d uias gratiam habebit magis quàm is qui loquitur, quæ delectent. Itaque & Amos emendationis affectu loquebatur ad populum, & ex sermonibus dei terribilia minabatur: ut agentes pœnitentiam, reuerterentur ad deum & idola deserèrent. Tunc sacerdos Bethel in qua erat uitulus aureus, quem constituerat Hieroboam filius Nabath, & alĵ qui illi in imperio successerãt, mittit ad Hieroboam nepotem Iehu, qui ei nunciet dicens: Rebellauit contra te Amos, siue congregationes facit: atq; conuẽtus in medio regni tui Israel: & tanta loquitur, ut terra regni tui uerba eius sustinere non possit. Audet autem mittere ad regem Israel quasi pontifex: metuens ne si populus conuertatur ad cultum dei,

A tes lædere uideatur. Vade, inquit, in terram Iuda, in qua natus es: ubi libenter audiuntur insani: et co mede ibi panẽ tuũ, uel ibi uiue: aut certe exerce artẽ tuã per quam tibi reperias cibos: & ibi uatici/nare qui habes multos quos cõsueuisti seducere: in Bethel autem in qua ego sum sacer/dos, ultra non adij cies prophetare: quia sanctificatio regis est, & domus regni. Et hoc quasi falsus sacerdos lo/quitur, adulans re/gali fastigio, ut non dicat: sanctificatio dei nostri est & do/mus idoli, sed san/ctificatio regis & domus regni: hanc habẽtibus cunctis qui falsos deos co/lunt consuetudinẽ, ut superbiam suã regibus imputent: & quod ipsi faciũt, rex fecisse uidea/tur. Omnia quę de Amasia, & Hiero/boam, & Israel, &

B Amos interpretati sumus, τροπολογι/κῶς ad hæreticos referẽda sunt: quo/rum sacerdos A/masias solet interdum mittere ad Hieroboam re/gem hæreticum, atq; hæreticorum patronum: & sanctos uiros ac præcones fidei accusare apud eũ: & iubere doctoribus, ne prædicent in Israel, ne cõ/tra regis faciant uoluntatem: quia Bethel, hoc est, domus dei, & falsa ecclesia sanctificatio regis sit, & domus regni. Solent enim dicere: Imperator nobis communicat: & si quis eis restiterit, statim calum/niantur: ergo tu contra imperatorem facis? Augu/sti mandata contemnis? & tamen considerемus, quod multi reges Christiani qui persecuti sunt ec/clesiam dei, & Arianam impietatem in toto orbe fundare conati sunt, uincant in scelere Hieroboam regem Israel. Ille enim falsi sacerdotis mandata de/spexit, nec ad suggestionem eius quicquam uo/luit respondere: isti autem cum multis Amasijs sa/cerdotibus suis, fame & penuria, carceribus & exi/lijs Amos prophetam & sacerdotes domini neca/uerunt. a ¶ Et respondit Amos, & dixit ad Ama siam: Non sum propheta ego, & nõ sum filius pro

Act. 4. d phetæ, sed opilio &c.] Hoc quod beatos aposto/los fecisse scriptura commemorat, quando denun/ciauerunt eis scribæ & pharisæi, ne docerent in no mine Iesu: & illi responderunt dicentes: Obedire deo magis oportet, quàm hominibus: etiã Amos prophetam fecisse cognoscimus: qui iubente ido/

HEB. gni est. Et rẽspõdit Amos & dixit ad Amasiã: Non sum propheta ego, & non sum filius prophe/tæ, sed opilio ego sum uel/licans sycomoros: & tulit me dominus cum seque/rer gregẽ, & dixit ad me: Vade propheta ad popu/lum meum Israel, & nunc audi uerbum domini, tu di cis: Non prophetabis su/per Israel, & non stillabis super domũ idoli. Propter ea hæc dixit dominus: Vxor tua in ciuitate for/nicabitur: & filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadẽt: & hu/mus tua funiculo metie/tur: & tu in terra polluta morieris: & Israel captiuus migrabit de terra sua.

Cap. VIII.

lorum pontifice, ne prophetaret in Bethel, non so/ C lum prophetat & ostendit se magis deum timere mittẽtem, quàm illum prohibẽtem: sed audacter et libere ipsi denunciat supplicia qui uetare conatus est, & dei impedire sermonem. Non solum, inquit, nõ sum propheta, siue non eram: quo rum alterum hu/militatis, alterum ueritatis est: nec fi/lius prophetæ, nec de prophetali stir/pe descendens: sed cum essem armen/tarius, & ruborum mora destringerẽ, tulit me dominus sequẽtem greges. Pro armẽtario qui Hebraice dicitur בוֹקֵר Aquila & Symmachus, & Theodotio, & qn/ta ædítio βουκόλον transtulerunt: qui armenta pascit, nõ oues. Soli Septua/ginta ἀιπόλον dixe runt: qui proprie pastor caprarum appellatur ἀπὸ τοῦ D ἀιπόλιου quod in/terpretatur quidẽ grex qui in altiori/bus cõuersatur: ut ostendat greges caprarum semper rupes & aspe/ras cautes & altiora conscendere. Sed quoniam in fert: Et tulit me dominus ἐκ τῶν προβάτων, id est, de pecoribus, uidetur oues magis significare q̃ capras: licet in principio Leuitici legerimus: & o/ues & capras, pecorum nomine demonstrari. ita e/nim dominus loquitur: Si obtuleris ἀπὸ τ προβά/των, id est, de pecoribus domino agnum uel hœ/dum, & ouem, siue capram. Porrò hoc quod ait: uellicans sycamina, id est συκάμινα κνίζων: quod A/quila interpretatus est ἐρεωῶν συκομώρους, id est, scrutans sycomoros: & Theodotio χαρακῶν συ/καμίνους, id est, uellicans sycamina: & Symmachus ἔχων συκομώρους, id est, habens sycomoros: quidam ita edidérunt, ut sycamina uelint appellari genus arborum, quæ Palæstinæ nascuntur in campestri/bus: & agrestes afferunt ficus: quæ si non uellicen tur, amarissimas cariculas faciunt, & à culicibus corrumpuntur. Nobis autem (quia solitudo in qua morabatur Amos, nullã huiusce modi gignit arbo/rem) magis uidetur rubos dicere, qui afferunt mo/ra, ac pastorum famem & penuriam consolantur. Vtcunque uoluerit lector accipere, hoc dicendum est: quod humilem pastorem & rusticum assum/pserit dominus, & miserit ad populum suum Isra/el: & præceperit ei, ut egrediẽs de terra sua, Sama/

Cap. VIII.

A riam pergeret: & ibi quæ uentura ſunt propheta/
ret. Quia igitur domino inquit, iubente ut loquar,
tu Amaſia dicis mihi: Noli prophetare ſuper Iſra/
el, & non ſtillabis ſuper domum idoli, audi quę cō/
tra te dominus comminetur. Pro domo idoli in He
braico ſcriptū eſt, בֵּית־יִשְׁחָק id eſt, domus riſus. Iſaac
em̄ riſus interpre/
tatur: quod LXX.
tranſtulerunt, do/
mum Iacob: nomen pro altero nomine, & nō rem
intelligentes. Rurſum ubi nos poſuimus: Et non
ſtillabis: Symmachus interpretatus eſt, non increpabis. Stillare autem prophetas, idioma ſcriptu/
rarum eſt: quod nō totam dei ſimul inferant iram,
ſed paruas ſtillas comminatiōe denuncient. Quia
ergo dixiſti mihi, non prophetabis: uxor tua in
ciuitate fornicabitur: quod melius interpretatus
eſt Symmachus, πορνευθήσεται: non quod ipſa
fornicetur, ſed quod paſſiuo genere, ab alijs con/
ſtuprata ſuſtineat fornicationem. Grandis autem
dolor, incredibilisq; ignominia, quando maritus
in media ciuitate, præſentibus cunctis, uxoris in/
iuriam prohibere non poteſt. Filij quoque, inquit,
tui & filiæ tuæ in gladio cadent. Non eſt tantus do
lor in filia conſtuprata, quantus in uxore polluta:
nec tantus dolor in uxore occiſa, quantus in filijs
trucidatis. Maritus enim libentius audit uxorem
B interfici quàm pollui. Nec hoc ſufficit ad iniuriam,
niſi & terra ipſius funiculo ad hoſtibus diuidatur:
& nouos cultores recipiat. Ipſe quoque Amaſias
qui nunc gloriatur in ſacerdotij poteſtate, nequa/
quàm morietur in terra ſua: ſed ductus in captiui/
tatem, morietur in terra quæ polluta eſt idolis: &
non ante morietur, niſi populum quem deceperat,
ſeruientem uideat atque captiuum. Secundum tro
pologiam, Amaſias ſacerdos interpretatur robu/
ſtus & rigidus: eo quod rebellis et ferox, eccleſiaſti
cum uirum, & uere prophetā uetet dei uerba pro/
ferre & doctrinam: & errantem populum corrige/
re prohibeat. Huius uxor falſa eccleſia, patebit for/
nicationi omnium: & filij eius ac filiæ quas male in
errore generauit, domini mucrone ferientur: hu/
mus quoq; illius & uniuerſa poſſeſſio erit pars dæ
monum: & ipſe morietur in terra polluta: quæ nō
habeat habitatorem deum, ſed multis prauæ reli/
gionis contaminetur erroribus: & omnis populus
qui falſum ſibi nomen aſſumit Iſrael, captiuus mi/
grabit de terra ſua: ut non ſeruiat deo, ſed hæretico
rū ac dæmonū iugo colla ſubmittat. Cap. VIII.

Hiere.1.c HAec oſtēdit mihi dominus deus: Et ec. &c.] Quod Hieremias ſub uirga cernit uigilia/
rum, ſiue nucis: eo quod uigilauerit ſuper peccata
populi ſui: ne quaſi clauſis & cōniuentibus oculis
eorum delicta non uiderit: hoc nunc Amos aduer/
ſus Iudam et Iſrael pariter intuetur ſub ſpecie unci
ni, qui Hebraice dicitur בַּלּוּר: & à Septuaginta in
uas aucupis uertitur: cū auceps proprie מְיוֹקֵשׁ nū
cupetur: ſicut ſupra in hoc eodem propheta legi/
mus: Si cadet auis ſuper terram ſine aucupe. Et eſt

HÆc oſtēdit mihi dñs deus: Et ecce uncinus pomorū, & dixit: Quid tu uides

ſenſus: Sicut uncino rami arborum detrahūtur ad C
poma carpēda: ita ego proximū captiuitatis tēpus
attraxi. Et ut ſciamus hoc eſſe quod dicimus, ipſe
interpretat̄ deus, quid ſignificet uiſio, quā prophe
tæ oſtēderat. Venit finis ſuper populū meum Iſra/
el. Quodq; ſequit:

SIc oſtendit mihi domi/ nus deus: Et ecce uas aucupis. Et dixit: Quid tu uides

Non adijciā ultra ut pertranſeā eum: hoc ſignificat, qđ iniquitates populi ſui ultra nō trāſeat, nec negligat, neq; impunita ſcelera trāſire permit/
tat. Et ne ſolū de decem tribubus dicere uideretur,
intulit: Stridebunt cardines templi, ſiue laquearia
in die illa dicit dominus. Hoc autē ὑπερβολικῶς ac/
cipiendum eſt, quod tam graue malorum pondus
incūbat: ut ipſi quoque portarum cardines & ex/
celſa laquearia ululent, & incredibilem ſentiant
uaſtitatem, quando multi morientur & captis ha/
bitatoribus uel occiſis, in omni loco proijciatur ſi/
lentium. Sin autem uoluerimus legere pro unci/
no pomorum, uas aucupis: hoc dicēdum eſt, quod
quomodo auceps uiſco uel retibus aues uolantes
per aerem, & ſublimius diſcurrentes ad terram de/
trahit: ſic deus per Sennacherib ſiue Nabuchodo/
noſor, quos nunc aucupes intelligimus, popu/
lum ſuum prius liberum, & legis obſeruatione ſu/
blimem comprehenderit, uinxerit, tranſtulerit,
enecarit. Non enim iniuſte tēduntur retia auibus. D
Et hoc non ſolum ad Babyloniæ captiuitatis tem/
pus referendum eſt, ſed & in aduētum domini ſal/
uatoris, quando dixerunt: Auferde terra talem: Ioan.19.c
crucifige eum, crucifige eum: & perdiderunt alas
columbæ. Et uenit finis ſuper eos: & extrema ca/
ptiuitas, ultraq; nō pepercit eis dominus. Et ulula/
uerunt cardines templi, uel laquearia templi, ſuper
occiſum populum corruentia. Et in omni loco pro/
iectum eſt ſilentiū, habentibus ludæis Moyſen &
prophetas, et nō habentibus uerbū dei: legentibus
literā et perdentibus ſpiritum: quando facta eſt mē
ſa eorum in laqueum et in retributionē & ruinam:
& excæcati ſunt oculi eorum, ut non uiderent: &
obturatæ ſunt aures eorum ut non audirent: & in
curuatum eſt dorſum eorum ne cœlum ſuſpicerēt:
ſed cum euangelica illa muliere quæ habebat ſpi/ Mar.7.c
ritum infirmitatis ſemper terræ incumberent: &
effuſa eſt ſuper eos ira dei, et furor iręeius compre
hendit illos, ita ut fieret habitatio eorum deſerta:
& in tabernaculis eorum non eſſet habitator, quā/
do completum eſt: Ecce dies ueniunt, dicit domi/
nus: & emittam famem ſuper terram: non famē pa
nis neq; ſitim aquæ, ſed famē audiendi uerbum do
mini: de quo in poſterioribus, ſi peruenerimus ad
calcē, plenius diſſerendum eſt. Nos ergo cernētes,
quia deus naturalibus ramis non pepercit, timea/
mus eadē perpeti: et aucupis laqueos declinemus,
dicamuſque ad dominum: Ne taceas neque com/
peſcaris deus: & ne ſileas à me, & aſſimilabor de/ Pſal.27.a
ſcendentibus in lacum. In toto orbe terrarum pro/
iectum eſt ſilentium Iudæorum: ubicunq; fuerint,
muſſitant potius q̄ loquuntur: & cum blaſphemia

eorum

A eorum contra dominum ſaluatorẽ ad cœlum uſq; perueniat, omnis interpretatio ſcripturarum muta eſt & ſilens, & aures non penetrat audientium. a ¶ Audite hoc qui conteritis pauperem: & deficere facitis egenum &c.] Ne fruſtra uideatur uncinus pomorum, & uas aucupis eſſe mõſtratum: & per hęc uicina immine re captiuitas, cauſę offenſæ dei breuiter deſcribuntur. O tu Iuda, & ò tu Iſrael, audite quæ ſcelera feceritis: de nocte ſurgentes, ꝓ oratione & hymnis in deum, ſtudium habetis opprimendi ſiue conterendi pauperes: ut fame & egeſtate confecti auferantur de terra. Qui expectatis Kalendas ut negociemini, & uſuras augeatis de uſuris: & ſabbata, ut aperiatis horrea, detiſq; fru-
B menta amplius recepturi: & dei ſolẽnitates turpis lucri gratia in ueſtra cõpendia uertitis: qui minorem in uendendis mercibus menſuram facitis, & maiora pondera in accipiendis: ſtatherámque iniquam, ut poſſideatis pecunia pauperes, & tam uiles habeatis homines, ut impleatis illud qd̃ ſupra de uobis dixeram: Pro eo quòd uendidiſtis argento iuſtum, & pauperem pro calciamentis: & in tantam lucri rabiem proſiliſtis: ut non frumenta, quorum eſu hominum corpora ſuſtentantur: ſed quiſquilias & purgamenta frumenti uendatis pauperibus, puluerem & paleas tritico commiſcentes. Quod quidem & peruerſos doctores ac principes, qui abſq; dei timore dominãtur cleris: de quibus Hieremias loquitur: Cleri eorum non proderunt eis: nonnunquam facere cernimus: qui putant quæſtum eſſe pietatem: & ſedentes in templo numularij proponunt columbas: nõ in caueis, ſed in cathedris quaſi magiſtri, ſpiritus ſancti dona uendentes. qui faciunt menſuram minorem atq; maiorem: ut paupe-

Mar.7.

Supra 2.b

Hiere.23

Psal.14.

HEB. uides Amos? Et dixi: Vncinum pomorũ. Et dixit dominus ad me: Venit finis ſuper populũ meum Iſrael: nõ adijciã ultra ut pertrãſeam eũ: & ſtridebũt cardines templi in die illa, dicit dominus deus. Multi morientur: in omni loco proijcietur ſilentium. Audite hoc qui conteritis pauperẽ: & deficere facitis egenũ terrę, dicentes: Quãdo tranſibit mẽſis & uenũ dabimus merces: & ſabbatũ, et aperiemus frumentũ: ut imminuamus menſurã, & augeamus ſiclũ: & ſupponamus ſtatheras dolo-ſas: ut poſſideamus in argento egenos: & pauperes pro calciamentis: & quiſquilias frumenti uendamus. Iurauit dominus in ſuperbiam Iacob ſi oblitus fuero uſque in finem omnia opera eorum. Nunquid ſuper iſto non cõmouebitur terra: & lugebit omnis habitator eius: & aſcendet quaſi fluuius uniuerſus, & eijcietur & defluet quaſi riuus Ægypti. Et erit

SEP. uides Amos? Et dixi: Vas aucupis. Et dixit dominus ad me: Veniet finis ſuper populum meum Iſrael: non addam ultra ut pertranſeam eum: & ululabunt laquearia tẽpli in die illa, dicit dominus deus: Multi cadentes erunt: in omni loco inij-ciam ſilẽtium. Audite hæc qui conteritis mane pauperem, & opprimitis egenos de terra, qui dicitis: Quando pertranſibit mẽſis & negociabimur: & ſabbata, & aperiemus horreum: ut faciamus minorem menſuram & maius pondus: & faciamus ſtatheram iniquam, ut poſſideamus in pecunia pauperes & egenũ pro calciamẽtis: & de omi uẽditione negociemur. Iurauit dñs cõtra ſuperbiã Iacob ſi obliuiſcetur in finẽ omnia opera ueſtra. Et ſup his nõ cõturbabitur terra: & lugebit omnis habitator eius: & aſcẽdet quaſi flumẽ cõſummatio ipſius: & deſcẽdet quaſi fluuius Ægypti. Et erit

C ribus, uel parum uel nihil: diuitibus autem & his de quibus ſectantur lucra in modum concionatorum loquantur ſermone longiſſimo: & propter pecuniã conterant capita pauperum atq; cõculcent: & non frumentum domini, quod cõfirmat cor hominis, ſed quiſquilias & uiliſſimum puluerẽ auidis faucibus ingerãt: etiã hæc q̃ nullius ſunt precij uenditantes, cum dominus apoſtolis præceperit: Gratis accepiſtis: gratis date. Matt.10.c a ¶ Iurauit dominus in ſuperbiam Iacob: ſi oblitus fuero uſque in finẽ omnia opera eorum. &c.] Iurantem deum ſę pius ſcriptura deſcribit. Primum in Geneſi, uocauit angelus domini Abraham ſecũdo de cœlo, dicens: Per memetipſum iuraui, dicit dominus: quia feciſti uerbũ hoc: & nõ peperciſti filio tuo chariſſimo: benedicens benedicã tibi: & multiplicans multiplicabo te quaſi ſtellas cœli, et ſicut arenam quæ eſt in littore maris. Et in cẽteſimonono pſalmo: Iurauit dominus & nõ pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternũ ſecũdum ordinem Melchiſedec. Quod q-cunq; eſt ille qui ad Hebræos ſcripſit epiſtolã, diſſerens ait: Quoniam neminem habuit per quẽ iuraret maiorẽ, iurauit per ſemetipſum. Et in hoc eodem propheta ſupra legimus: Iurauit dominus in ſancto ſuo, ſiue per ſanctos ſuos: quia ecce dies ueniunt ſuper uos: & tollent uos in armis ſiue in contis: & reliqua. Qui ergo prius in ſancto ſuo, ſiue per ſanctos ſuos iurauerat, nunc iurat cõtra ſuperbiam Iacob: ut ſi non credunt cõminanti, credant iurãti in humanam ſimilitudinẽ: qui iuramentum tunc aſſumunt, quãdo ſimplicibus eorum uerbis non creditur. Nec mirũ eſt ſi deus iurare dicatur: cum dormientibus dormiat, & uigilantibus uigilet: hiſq; qui ſibi theſaurizauerunt iram in die iræ, dicatur iraſci. Iurat autem

D

Gene.22.c

Supra 4.a

Rom.2.a

A autem quod non obliuiſcatur uſq; in finẽ operum eorum. Superbis enim deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: ſed omnia memoriter teneat quę cunque peccauerint: & uſq; ad finem & iudicij tẽpus adducat. Vnde pœnitentes rogant: Ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum: præſertim cũ aduerſus ſuperbos ipſa terra mouea tur ſiue turbetur et lugeat: nõ colonus & aduena, ſed habitator eius: et aſcendat ſicut fluuius cõ ſummatio, et deſcẽdat ſicut flumẽ Aegypti: ut qui egerit pœnitentiam, aſcẽdat cum fluuio ſcãdente: qui autem perſeuerauerit in delictis, deſcendat ſicut fluuius Aegypti, et ingreſſus mare abſorbeatur: ac per hoc oſtendit ſuperbiam Iacob cõtra quam iurat dominus ęternis ſupplicijs deuorandã.

Iaco.4.b

B

a ¶ Et erit in die illa, dicit domi. &c.] Dies illa, diẽ captiuitatis ſignificat, quando utercq; populus ducetur in Aſſyrios atq; Chaldeos, quibus præ triſticiæ magnitudine occidet ſol meridie: & clara omnibus luce, tenebræ cuncta cõplebunt, quãdo feſtiuitates eorum & omnia cantica in luctũ planctumq; conuerſa ſunt. Et ſuper omne dorſum ſiue lumbos accincti ſunt cilicio: & iuxta cõſuetudinem ueterũ lugẽtium, ſuper capita habuere caluitiũ: quod & Iob in mortibus filiorũ feciſſe legimus. Et tanta erit magnitudo luctus atq; triſticię, ut unici filij morientis matricq; chariſſimi uincat dolorẽ: & omnia planctu & amaritudine cõpleantur. Poſſumus hunc locum & in domini intelligere paſſione, quando ſol hora ſexta retraxit radios ſuos: & pendentẽ in cruce dominum ſuum ſpectare non auſus eſt, quãdo tenebris cuncta cõplentibus, feſtiuitates eorũ & cantica, Veſpaſiano Titoq; ſuperantibus, in planctũ luctumq; mutata ſunt: quando lachrymarum & pœnitudinis & ciliciorũ repleta ſunt omnia, & capita habuere caluitiũ, quæ prius Nazareorũ decorata

Iob.1.e

Luc.23.f

HEB. Er ârit in die illa, dicit dominus: occidet ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis: & conuertam feſtiuitates ueſtras in luctum, & omnia cantica ueſtra in planctum: & inducã ſuper omne dorſum ueſtrũ ſaccum, & ſuper omne caput caluitiũ: et ponam eã quaſi luctũ unigeniti, & nouiſſima eius quaſi diem amarum. Eccè dies ueniũt, dicit dominus, & emittam famem ſuper terram: non famem panis neque ſitim aquæ, ſed audiendi uerbum domini. Et commouebuntur à mari uſq; ad mare: & ab Aquilone uſque ad Orientem: circũibunt quærentes uerbum domini, & non inuenient. In die illa deficient uirgines pulchrę, & adoleſcẽtes in ſiti: qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt: Viuit deus tuus Dan: & uiuit uia Berſabeæ: & cadent & nõ reſurgẽt ultra. Cap. IX. Vidi

SEP. Et erit in die illa, dicit dominus deus: occidet ſol meridie, & contenebreſcet ſuper terrã in die lux: & conuertam ſolennitates ueſtras in luctũ: & omnia cantica ueſtra in planctũ: & inducam ſuper omnem lumbum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium: & ponam eam quaſi luctum dilecti: et qui cum eo ſunt, quaſi diem doloris. Ecce dies ueniũt, dicit dominus deus, & emittam famem ſuper terram: non famem panis, neq; ſitim aquæ, ſed famem audiendi uerbum domini. Et commouebuntur aquæ de mari uſq; ad mare: & ab Aquilone uſque ad Orientem: circumibũt quærẽtes uerbũ dñi, & nõ inuenient. In die illa deficiẽt uirgines pulchræ, & iuuenes in ſiti: qui iurãt per ꝓpiciationẽ Samariæ, qui dicũt: Viuit deus tuus Dã, et uiuit deus tuus Berſabeæ: & cadẽt & non reſurgẽt amplius. Cap. IX. Vidi

C

Eſa.9.a

Luc.12.e

D

Ephe.6.c

Matt.10.d

Eccl.2.c

mus leonẽ. Illi autẽ dormierunt in meretricis ſynagogę genibus: & diabolo tõdente deraſi, uirtutem capitis perdiderunt, amittentes cũ robore oculos: de quibus in Eccleſiaſte ſcriptũ eſt: Sapientis oculi in capite eius: qui autẽ ſtultus eſt, in tenebris ambulat. Illorum ſocij uerſantur in luctu: noſtri comites induuntur læticiæ ueſtimento. b ¶ Ecce dies ueniunt, &c. & cõ. aquæ &c. ] Aquæ in Hebraico nõ habentur: & propiciatio quam nos in delictum uertimus: & ab Hebræis uocatur אשמת idolũ ſignificat: quod principiũ peccatorũ eſt. Vetus narrat hiſtoria, tam Latina q̃ Gręca, & omnium gentiũ barbararũ, nihil fame durius, quæ ſæpe cõpellit obſeſſos humanis ueſci carnibus, & in ſuam ſæuire naturam: ita ut nec parentes paruulis parcant liberis, & maritalis affectus dudum amatæ uxoris membra

cæſarie, comã domino nutriebant. Tunc primogenitus filius dei populus Iſrael: qui in unigenitum & uere filiũ dei miſerat manũ, æterno luctui traditus eſt: & nouiſſima eius ſiue qui cũ eo erant, amaritudine ſunt repleta. Nunc ergo illis habentibus tenebras, qui repulerũt ſolem iuſticiæ: nos qui ſedebamus in tenebris & in umbra mortis, uidimus lucẽ magnã: & illorum uniuerſa feſtiuitas ad eccleſiæ translata eſt myſteria, ut illis flẽtibus, nos laudes domino concinamus. Illi pro zona accinguntur funibus & cilicijs: nobis cum apoſtolis dicitur: Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus ueſtris. Nos accincti ſumus Chriſti ueritate, implentes illud quod ſcriptum eſt: State accincti lumbos ueſtros in ueritate. Illi autem pro ueritate circundati ſunt diaboli mendacio. Noſtrum caput de quo ſaluator loquitur: Veſtri autẽ & capilli capitis numerati ſunt: habet comam perpetuam, & in capite noſtro, qui Chriſtus eſt, fortitudinem poſſidemus, ut interficia-

A membra dilaceret. Si hoc facit fames corporum, quid de fame dicendum est animarum? quæ in die resurrectionis domini oppressit populum Iudæorum et iuncta fami ardentissima sitis, non habentiũ panem qui de cœlo descendit: & eas aquas quæ de Iesu uentre manarunt: Ablata est ab eis lex, et prophetę æterno cõticuere silentio: mouẽtur à mari ad mare, & ab Oceano Britannico, usq; ad Oceanum Atlanticum, id est, ab occidente ad meridiẽ, & ab Aquilone usq; ad Orientẽ: toto orbe peregrini, uerbum dei non ualent inuenire. In quo loco interrogabimus Iudæos, quam illam diẽ significari putent, in qua sustineant famẽ audiendi uerbũ dei: præsertim cum legant scripturas, & humilitatem sequãtur literæ? Quibus ingerimus famẽ esse prædictã intelligentiæ spiritualis, in qua Christus cernitur: passio domini & resurrectio reperitur: circumeunt orbẽ, & quærunt uerbum domini, & nõ inueniunt: quia uerbum domini negauerũt quod factum est in manibus omniũ prophetarum: quod in principio apud patrẽ erat: quod caro factũ est, & habitauit in nobis. In illo tẽpore defecerunt uirgines pulchræ, & adulescentes siue electi atq; doctores: hoc enim significat בַּחֻרִים defecerunt in siti, uirgines pulchræ, quas synagogas interpretan-

B tur: & electos magistros populi. Qui cum defecerint, maledictiões Deuteronomij in populo Iudaico dicent esse completas. Hi electi atq; doctores iurauerũt in idolo Samariæ, in uitulis scilicet aureis, & dixerunt: Viuit deus tuus Dan: in terminis terræ Iudaicæ, ubi nunc Paenas est: & eo tempore uitulus aureus colebatur: & uiuit uia Bersabeæ: quia longo illuc & raro itinere cõmeabant, propter reges Iudæ iustos pariter & iniustos. Et quia hoc fecerunt, idcirco corruent: & nõ resurgent amplius, id est, non recipient eum statum quẽ prius habuerant. Mittit autem dominus famẽ in terram super eos qui terrena sapiunt: & famẽ non panis, sitimq; non aquæ, sed audiendi uerbum domini, quando propter peccata populi doctrina defecit in ecclesijs: & à mari usq; ad mare, id est, à falsis & amarissimis fluctibus usq; ad mare perueniunt: non occurrentes fluminibus, non dulcissimis & uarijs fontibus: sed rursus ad amara currentes: & ab Aquilone usq; ad Orientem, cupientes Aquilonem deserere, qui est uentus durissimus: & ab ignorantibus dexter uocatur: & peruenire ad Orientem, quem reperire non poterunt: quia non recto pergunt itinere, sed deuijs circumeunt callibus: uiamq; regiã non tenentes, curuis ducuntur anfractibus. In illo tempore deficient animæ uirginales, quas incorruptas Apostolus nominat: & cupit æternam pudicitiam possidere, scribens ad corinthios: Despondi

2.Cor.11.a enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo. Et si essent omnes uirgines pulchræ uel bonæ, nunquam dixissent, deficient uirgines bonæ: sed ad distinctio- C
nem malarum uirginum bonas posuit, quæ sunt sanctæ corpore & spiritu. Malæ uirgines quin- Matt.25.a
que sunt stultæ, quæ lampadibus suis oleum non parauerunt. Bonæ & speciosæ uirgines illæ sunt quæ lumen habuerunt uirtutum: & sponsæ thalamum ingressæ sunt. Deficient autem uirgines, quia uerbum domini non inuenient. Ex quo intelligimus, quando doctrina non fuerit in ecclesijs, perire pudicitiam, castitatẽ mori: omnes abire uirtutes, quia nõ comederunt uerbũ domini: quod qui comederit saginatus eius cibo, audiet per Salomonem: Iustus comedens, saturat animã suam: Pro.13.d
animę autem impiorum esurient. Et Dauid qui ad senectutem peruenerat Abraham, libere decantabat: Iuuenis fui, & senui: & non uidi iustum derelictum: nec semen eius quęrens panẽ. Quanti mar- Psal.36.d
tyres in persecutionibus perierunt fame, & indiguerunt frumento alimentisq; istis corporum. Ergo de eo dicit pane qui de cœlo descendit: quẽ qui comederit, nec esurire poterit nec sitire. Deficientibus autem uirginibus, & adulescentes deficient, qui prius uicerant mundum: & idcirco deficient, quia iurant in idolo Samariæ: quam in hæretico-
rum persona semper accipimus: dicente hoc eodem propheta: Væ qui despiciunt Sion & confi- Supra 6.a
dunt in monte Samariæ. Despiciunt enim hæ- D
retici ecclesiam dei, & confidunt in falsitate dogmatum suorum, erigentes se contra scientiam dei: & scisso populo eius dicentes: Non est pars nobis in 3.Reg.12.d
Dauid, neq; hæreditas in filio Isai. Si quis ergo iurat in delicto Samariæ, & dicit: Viuit deus tuus Dan, & uiuit uia Bersabeæ: iste cadet & resurgere ultra non poterit. Dan tribus in ultimis Iudęorum terminis possessionem inuenire non potuit: sicut in libro Iudicum scriptum est, interpretaturq; iudi- Iudic.18.
ciũ. Bersabeæ aũt pro uarietate accentuũ uertitur in linguam nostram, puteus iuramenti: aut puteus דָּן
satietatis ac septimi. Itaq; & hæretici in extremis בְּאֵר־שָׁבַע
scripturarum sanctarum finibus sitient, dei iudiciũ cõtemnentes, & desiderantes uiam bersabeæ quę fuit in tribu Iuda, multaq; ecclesiæ imitari sacramẽta cupientes, saturatos & repletos esse se dicunt. Quibus apostolus exprobrat Paulus: Iam saturati 1.Cor.4.b
estis, iam diuites facti estis: & iurant in nomine domini: qui semel cadentes, quia deos idolorum deũ arbitrantur suũ, amplius non resurgent. Qui autẽ uoluerint agere pœnitentiã, & non dixerint: uiuit deus tuus Dan, & uiuit uia Bersabeæ, audient per Hieremiam: Nunquid qui cadet, non resurget: aut Hiere.8.b
qui auersus est non reuertetur?

Cap IX.

VIdi dominum stantem super &c.] Qui cum Ezechiel & Ioanne baptista apertos uide- Ezech.1.a
rit cœlos: & uelamen quod positum erat ante fa- Matt.3.d
ciẽ Moysi, ab oculis eius fuerit ablatum: ut com- Exo.34.g
pleatur in eo quod scriptum est: Mandatum dei lu- Psal.18.b
cidum illuminans oculos: Iste uidebit stantem dominum super altare, præcipientem prophetæ: siue ut multi

A ut multi putant, angelo: qui reddēdis peccatorum supplicijs mancipatus est: ut percutiat cardines tē/pli, siue propiciatorium, & commoueantur superliminaria eius siue uestibula. Cumq; ait, templum propter maliciam hominum dissipatum fuerit & destructum, & ira mea à sanctuario meo cœperit: unusquisque cognoscat se non posse euadere, auaricia omnia possidēte: & nouissima sua esse mortem, nullaq; præsidia ad euadendam sententiā dei posse succurrere. Quodque iuxta Septuaginta legimus: ut dissiceret in capita omnium, Pulchre eorum capita diuiduntur, qui ab eo qui est caput omnium, sua sponte diuisi sunt atq; dixerunt: Non habemus regem
Iodn.19.c nisi cæsarem: qui uoce impia clamauerunt: Crucifige, crucifige talem. Et: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Quæ omnia & ad hæreticos referre possumus, quorū altare percutitur: & omnes initiationes & sacramenta sacrilega commouentur: qui auariciam habuerunt in capitibus suis,
B clamante per eos perdice, et congregante quos nō peperit, & faciente diuitias absque iudicio. Vnde & nouissima eius siue reliquias dominus interficiet, ut cœptum capitulum compleatur, & nouissimum eius erit insipiens. Cum autem dominus percusserit cardines, & induxerit super eos gladium, nullus erit qui possit euadere, & impendentem domini gladium declinare. Simulq; & hoc erit notandum, quod stante super altare domino, primum percutitur propiciatorium, siue cardines templi: deinde commouentur uestibula: tertio capita omnium diuiduntur: quarto qui reliqui sunt, interficiuntur gladio. Nisi enim superbiam hæreticorum suo dominus calcauerit pede, & peruersam scelleratamq; doctrinam spirituali mucrone percusserit: & magistros eorum qui accipiuntur in capitibus, inter se diuiserit, atq; in bonam partem occiderit, nō possunt discipuli uiuificari: secundū illud quod
Deu.32.f scriptum est: Ego occidam & uiuificabo: ego percutiam, & sanabo. Occiduntur & percutiūtur magistri, ut uiuificentur discipuli: capita diuidūtur, ut cætera mēbra sanentur. a ¶ Si descenderint usq; ad infernum, inde manus mea educet &c.] Qui supra dixerat: non erit fuga eis: fugiet & non saluabitur qui fugerit: nunc ipsam fugam in partes secat: & hyperbolice etiā si hoc & hoc fecerint, euadere eos non posse testatur. Si descenderint, ait, usque ad infernum, inde manus mea educet eos: nō quod ullus ante resurrectionis diem ab inferis retrahatur, sed quod & in inferno positi, in illius potestate sint. Quod super Dathan et Abiron impletum esse cognoscimus, quos uiuentes terræ hiatus absorbuit. Et si ascenderint, inquit, usque ad cœlum, inde detraham eos: quia & Enoch & Helias rapti cum corporibus in cœlum, dei reguntur arbitrio. Et cerne proprietates: ad infernum descenditur, ad cœlum conscenditur: de inferno educimur, de cœlis detrahimur. In altero extrema desperatio est, in altero superbiæ magnitudo. Si absconditi fuerint in uertice Carmeli uel iuxta Phœnices terminos in septētrionali plaga, uel ad meridiē propter eremi uastitatem, ubi habitauit quondam Nabal Carmelus, inde, in 1.Re.25.a
Ionæ 1.a quit, scrutans auferam eos: et si in profundo maris atque ut de propheta loquar in Tharsis, dei oculos uitare conentur: ibi mandabo serpenti, quem in hoc Leuiathan siue cete significat: ut seruet metaphoram, & per serpentem atque cete ad hostes ueniat. Et mordebit eos, id est, suis faucibus deuorabit. Et ne forsitan per superiora quæ dixit aliud quid, quàm captiuitatem ab hostibus sentiremus: iuxta morē suum aperit scriptura quod prius sub
D ænigmatibus dixerat. Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio et occidet eos: ne scilicet extrema malorum suorum æstimēt seruitutem, sed etiam captos hostilis mucro confodiat: & qui superesse potuerint & mortem euadere, dei aspectum non effugiāt: sed ponat super eos oculos suos in malum et non in bonum: ut semper eos uisitet, & ad pœnitentiam per tormenta compellat. Et hæc facturum esse se dicit omnipotens deus, ad cuius tactum & nutum terræ fundamenta quatiuntur siue tabescunt, & omnis eius habitator planctu & luctibus occupatur. Quæ loquitur ut ostendat magnitudinem diuinæ potentiæ: ne forsitan uelit quidem facere quod minatur, sed uires non impleant uoluntatem. Sin autem terra tabescit siue concutitur, & creatorem suum insensibilis quoque natura persentit: quanto magis homo fragile animal, cuius animæ thesaurus in uasis fictilibus atque corporeis clauditur: & quomodo Aegypti fluuius decurrit in mare atque sorbetur: ita & terra Israel de qua supra dixerat: Qui tangit terram & tabescit ibit in captiuitatem & ab hostibus deuorabitur: μετωνυμικῶς, ab eo quod habet id quod habetur, diuino significante sermone. Et hæc quidem sequentes historiæ ordinem utcunq; potuimus interpretati sumus: si tamen in quibusdam nos intelligentia non defecit. Cæterum omnem loci istius περιοχὴν Dauid explicat, dicens: Psal.138
Domine probasti me & cognouisti me. Statimq; infert: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam

SEP. Percute super propiciatorium, & commouebuntur uestibula, & dissice in capita omnium: & reliquos eorum gladio interficiā. Nō fugiet ex eis, qui fugerit: & nō saluabitur ex illis, qui fuerit resaluatus. Si defossi fuerint in inferno, inde manus mea euellet eos: & si ascenderint in cœlum, inde detrahā illos: si ab

HEB. Percute cardinem, & commoueantur superliminaria: auaricia enim in capite omnium, & nouissimum eorū in gladio interficiam. Non erit fuga eis, fugiēt & nō saluabitur ex his qui fugerint: Si dēscenderint usq; ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascēderint usq; in cœlum, inde detrahā eos: & si

giam? Si ascẽdero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ibi es. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, & enim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. In Deuteronomio quoque simile quid legimus: Mãdatũ hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est: neq; procul positum, nec in cœlo situm: ut possis dicere: Quis nostrum ad cœlũ ualet conscendere, ut deferat illud ad nos & audiamus atque opere cõpleamus? Neq; trãs mare positum, ut causeris & dicas: Quis è nobis transfretare poterit mare, & illud ad nos usq; deferre: ut possimus audire, et facere quod præceptum est? sed iuxta est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo ut facias illud. Quãdo enim anima uinculis laxata corporeis uolãdi quò uelit, siue quò ire cõpellitur, propter tenuitatẽ substãtiæ habuerit libertatẽ: aut ad inferna ducetur: de quibus scriptũ est: Conuertantur peccatores in infernum: omnes gẽtes quę obliuiscuntur deum. Et: In inferno quis cõfitebitur tibi? Et: Descendit in infernum gloria tua. Aut certe ad cœlestia subleuabitur, ubi sunt spiritualia nequitiæ in cœlestibus: & si sibi ueræ circuncisionis scientiam uoluerit uendicare, hoc enim interpretatur Carmelus: & humilitate cõtempta habitare in montibus: & ibi scrutantem manum dei euadere non ualebit. Quod si desperans salutem, oculos domini uitare tentauerit, & in ultimos falsorum fluctuum terminos peruenire: etiã ibi mandabit dominus serpẽti tortuoso & antiquo, qui est inimicus & ultor, & mordebit eã. Capta quoq; uitijs atq; peccatis gladio domini punietur: & ponet oculos suos super eam in malum & non in bonũ: ut per cruciatus atq; supplicia ad dominum reuertatur. Cũmq; deus omnipotens tetigerit terram eorum atque concusserit: & tabescere fecerit cuncta terrena: intelligentes scelera sua uertentur in luctũ & ipse dominus dupliciter ascendet atq; descẽdet. Ascendet super sanctos quasi fluuius consummationis eius, id est, terræ: ut opera eorum terrena cõsumat. Descendet super peccatores quasi flumen Aegypti, ut in tormentorum amaritudinem impetu domini detrudantur. a ¶ Qui ædificat in cœlo ascensionẽ suam &c] Dominus deus omnipotens qui respicit siue tãgit terram & cõmouet eam, ipse est qui quotidie ædificat in cœlo ascẽsionem suam: & dicit in euãgelio: Pater meus usq; modo operat̃, & ego operor: & non solum de costa Adã in typum ecclesiæ semel ædificauit Euam, sed quotidie credentes & membra corporis sui ædificat: & de terris ad cœlum leuat, ut in illis ipse conscendat. Ascendit dominus in cœlum cum Enoch: ascendit cũ Helia: ascẽdit cum Moyse, cuius sepulturę locus, quia in cœlum ascenderat, in terra non potuit inueniri. Ascẽdit cum Paulo, qui uas electionis in apostolũ de persecutore mutatus est: et de humilibus raptus in sublimia, ita ut ascenderet in cœlum tertium: & per spiritũ sanctũ & filium perueniret ad patrem: & audiret uerba in effabilia, mysteria trinitatis, quæ hominibus audire non licitum est. Iste ergo qui quotidie ascendit in sanctis, fasciculum suum fundauit super terram de quo in euangelio loquitur: Ne timeas grex paruule, quia complacuit patri meo habitare in te. Iste fasciculus una domini religione cõstrictus est. Vnde & ipsa religio à religando, & in fascem domini uinciendo nomen accepit. Porrò iuxta Septuagínta τῷ ἐπαγγελίαν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς θεμελιῶν id est, repromissionem suam fundat super terram: ut omnes illius repromissiões quas sancti prophetæ suo ore cecinerunt, non inanẽ sonum habeant: & crassa solius tropologiæ nomina, sed fundentur in terra. Et cum historiæ habuerint fundamẽta, tunc spiritualis intelligẽtiæ culmen accipiant: ut uere Christus de uirgine natus sit, uere Lazarum mortuum suscitarit: uere ad tactum eius ἀιμορῤῥοῦσα sanata sit, uere in aduẽtu domini cæci uiderint, claudi cucurrerint, contractæ manus extensæ sint, lepra mundata sit: licet secundum tropologiam quotidie de anima uirginali nascatur sermo diuinus: quotidie



Deu.30.c

HEB. & si absconditi fuerint in uertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: & si cælauerint se ab oculis meis in fundo maris, ibi mandabo serpẽti & mordebit eos: & si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio & occidet eos: & ponam oculos meos super eos in malum & non in bonum. Et dominus deus exercituum qui tangit terram & tabescet: & lugebunt omnes habitantes in ea: & ascendet sicut riuus omnis: & defluet sicut fluuius Aegypti. Qui ædificat in cœlo ascensionem suam: & fasciculum suum super terram fundauit: qui uocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, dominus nomen eius.

SEP. si absconditi fuerint in uertice carmeli, inde scrutãs auferã eos: & si demerserint se ab oculis meis in profundũ maris, ibi mandabo draconi et mordebit eos: & si abierint in captiuitatẽ ante faciẽ inimicorũ suorũ, ibi præcipiã gladio, & interficiet eos: & obfirmabo oculos meos super illos in mala: & non in bona. Et dominus deus omnipotens qui tangit terrã & commouet eam: & lugebũt omnes habitatores eius: & ascendet sicut fluuius cõsummatio eorũ: & descendet sicut flumẽ Aegypti. Qui ædificat in cœlo ascensionẽ suam, & promissionem suam super terrã fundat: qui uocat aquã maris, & effundit eam super faciem terræ: dominus omnipotens nomen eius.

Non

Ioan.5.c

Gen.2.d

Luc.12.d

Psal.9.c
Ibi.9.d
Ibi.48.e
בַּרְמֶל
Apo.20.d
Psal.103

A peccato mortui,& uitiorum funibus alligati,de ſepulchro ſcelerum ſuorum iubeantur exire: quotidie ſanguinis opera conſtringantur: cæci infidelitate Chriſti lumen aſpiciant: claudicantes prius fide,currant in uia domini:& aridæ manus auaricia, extendãtur ad eleemoſinam: & lepra Mariæ quæ contaminat quicquid attigerit, recipiat priſtinã puritatẽ. Iſte autẽ dominus amariſſimas quoque aquas maris uocat: & effundit eas ſuper eos,qui faciem ſuam uerterunt ad dominum. Ideo autem uocat amaras aquas, ut dulces faciat:& educat uentos de theſauris ſuis:& graues falſugine aquas, ſua in altum iuſſione ſuſpendat: eliquansq; eas, & æthereo calore decoquens, diſpenſet in pluuias & emittat ſuper faciem terræ: ut arentia quæq; rigẽtur imbribus: & ubi abundauit peccatum, ſuperabũdet gratia. a ¶ Nunquid nõ ut filij &c.] Pro Cyrene Aquila & quinta æditio ipſum uerbum Hebraicum poſuerunt קיר Lxx. foueam, id eſt, βόθρον: Theodotio, parietẽ: Symmachus, Cyrenem: quẽ & nos in hoc loco ſequuti ſumus. Totã loci huius quem propoſui, & omniũ quæ hoc capitulo cõtinentur intelligentiã, breui ſermone concludã, uſq; ad eum locum in quo ſcriptũ eſt: Qui dicunt: nõ appropinquabit, & non ueniet ſuper nos malũ, ut poſſimus noſſe quod dicitur: Ego dñs deus omnipotẽs, quẽ cælare nihil poteſt: qui tango terram, & mouebit: qui ædifico in cœlo aſcenſionẽ meam: qui uoco aquas maris, & effundo eas ſuper faciẽ terræ: cuius eſt nomen dominus. qui creator ſum omniũ, cunctas gentes de eodem finxi luto, & æquali ſorte generaui. Deniq; Aethiopes, Palæſtinos, Syros atq; Iudæos, diſtãtes locis atq; corporibus, mortalitatis lege ſociaui: & pro arbitrio meo ſeruos meos huc illucq; commuto: & in uniuerſas prouincias trãſfero. Ne erigamini in ſuperbiam, quòd uos de Aegypto eduxerim, & quaſi peculiarem populum meum Pharaoni ſeruire non paſſus ſim: hoc idem feci & Palæſtinis, quos Lxx. alienigenas trãſtulerunt, qui Hebraice appellantur בְּפִילִשְׁתִּים ut transferrem eos de Cappadocia, & in Paleſtinę regionibus collocarẽ: Syros quoq;, id eſt אֲרַם tranſtuli de Cyrene: ex quo qui æquali cõditione ſunt facti, æquali iudicij mei ſententia punientur: & omnia abſq; diſcretione perſonarũ, impia regna ſubuertã: uos autẽ ò filij Iſrael, de quibus dixi: Primogenitus filius meus Iſrael. Et ex ægypto uocaui filiũ meum: percutiam in uirga, & uiſitabo peccata ueſtra: ſed nõ in perpetuũ conteram, & miſericordiam meã non auferam à uobis: & quaſi in cribro agitatos atq; cõcuſſos, mundabo & eligam: ut qui lapillus fuerit, & per pœnitentiã roboratus, de cribro meo non excidat: qui autẽ inſtar puluerís ceciderit in terrã, percutiatur gladio, ut moriant pectores populi mei: nõ quia ante peccauerint, ſed quia uſque ad mortẽ perſeuerauerint in peccatis. Omnis autẽ qui eſt Iſrael, et prius deum mente cõſpiciens, eductusq; de Aegypto, ſi deſiderans uitia Aegypti & ſeculi uoluptates, non ſolum in Aegyptum, ſed in Aethiopiã reuertatur: in qua q fuerit iuxta Hieremiã, pellem ſuã mutare non poteſt, Chriſti ſaluatur aduentu, & impletur in eo quod ſcriptum eſt: Aethiopia præueniet manus eius deo. Cumq; eum adorauerit, dicetur de illo: In conſpectu eius procidẽt Aethiopes. Qui cum procideríntt, & trãs flumina Aethiopię inde detulerint uictimas domino dicere poterunt: Nigra ſum & ſpecioſa, quoniã decolorauit me ſol. Corpora enim umbris ocioq; marcentia, tentationes et æſtus ſeculi ferre nõ poſſunt: quæ autẽ ad luctã & ad certamina præparantur, ſole ſiccata: ſuperant mundi iniurias & benedictionem ſancti ſpiritus conſequuntur, dicentis ad iuſtum: Per diem ſol non uret te, neq; luna per noctem. Aethiopes ergo uertuntur in filios dei, ſi egerint pœnitentiam, & filij dei tranſeunt in Aethiopes, ſi in profundum uenerint peccatorum. Ipſe enim creator omnium deus Cappadoces uertit in Palæſtinos: et eos qui uerſabantur in frigore fidei, & Aquiloni uento duriſſimo ſubiacebant, fecit bibentes cadere: & depoſita ſuperbia, domini ſentire iudicium. Syros quoq;, id eſt, excelſos atq; ſublimes, qui dicuntur אֲרַם tranſtulit de Cyrene infirmo pariete: ſiue quæ imminebat amariſſimo mari & uicina Syrtibus erat: & iuxta Septuaginta in foſſa tenebatur, mutauit in bonam partẽ, ut excelſos faceret. Oculi enim domini ſuper omnia ſunt regna peccantia, quæ oſtendit diabolus domino: & de quibus Apoſtolus dicit: Non regnet peccatum in mortali ueſtro corpore, ad obediendum deſideríjs eius. Veruntamẽ cum in uirga uiſitet peccatores: & conterat eos atq; percutiat qui permanſerint in peccato: eas animas quæ appellantur domus Iacob, & ſupplantant peccatum & in certamine ſuperant: & plantam cruẽti fratris inuadunt: in æternum perire nõ patitur b ¶ Ecce enim ego mãdabo &c.] Deus qui mẽſus eſt aquas manu, & cœlum palmo, & omnem terram concludit pugillo: ipſe pro magnitudine ſua, utraq; manu tenẽs margines.

HEB. Nũnquid nõ ut filij Aethiopũ uos eſtis mihi filij Iſrael, ait dominus? Nunquid nõ Iſrael aſcendere feci de terra Ægypti: & Palæſtinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? Ecce oculi dñi dei ſup regnum peccans: & conteram illud à facie terræ: ueruntamen conterens non conteram domum Iacob, dicit dominus: Eccẽ enim ego mandabo, & concutiã in omni

SEP. Nónne ut filij Aethiopum, uos eſtis mihi filij Iſrael, dicit dominus? Nónne Iſrael eduxi de terra Ægypti, & alienigenas de Cappadocia, & Syros de fouea? Ecce oculi domini dei ſuper regnum peccatorum: & auferam illud à facie terræ. Verumtamen non in finẽ auferam domũ Iacob, dicit dominus: Quia ecce ego præcipio & uentilabo in cunctis

B

C

D

Rom.5.d

Exod.4.f
Oſee 11.a
Pſal.88.c

Hier.18.d

Pſal.67.g

Ibi.71.a

Cant.1.b

Pſal.120.b

Matt.4.b

Rom.6.c

Eſa.40.c

gines terrę, quasi cribrum huc illucq; concutiet: ut paleis ac sordibus peccatorum in terram cadentibus: purum frumentum remaneat, quod cõdatur in horrea: siue ut Lxx. transtulerunt: uentilabrum tenebit in manu: & purgabit aream suam, & triticum condet in horreis: paleas aũt cõburet igni inextinguibili, de quibus loquitur per Hieremiam: Quid paleis ad frumentum, dicit dominus? De hoc eodẽ sub figura alterius parabolę: sagena illa demõstrat, quę mittitur in mare huius seculi, et extrahit pisces omniũ generum: quos electis malis piscibus, boni tantũmodo reseruãtur: ita & dominus miserabilem domum Israel toto orbe dispersit: & concussit in cribro & uentilauit pala: lapillisq; et calculis super terrã nõ cadentibus, morientur in gladio qui propter sordes & puluerẽ peccatores populi nominantur. Et hoc patientur: quia nõ credunt uaticinia prophetarũ: nec putant esse uentura quæ per eos dominus cõminatur. Cumq; sibi prospera repromittãt: mala post ea sustinebunt: è regiõe sanctis timẽtibus, & nõ peccantibus, et idcirco nequaquam moriẽtibus gladio, quia dixerũt: Appropinquabunt nobis mala, et ueniẽt super nos supplicia, quæ peccata nostra meruerunt, de quo plenius in Hieremia loquitur deus: Assumã & loquar super gentẽ & regnum ut auferã eam & dispердam: si cõuersa fuerit gens illa à malis suis, & ego agam pœnitentiã de his quæ cogitauerã facere ei. Non ergo deus mutatur qui semper est immutabilis, sed nos eum nostra cõuersione mutamus. Sæuit, irascitur, cõminatur, & dicit se illaturũ esse supplicia: si agamus pœnitentiã, ipsum quoq; suæ pœnitebit sententiæ. Rursum iuxta eundem Hieremiã promittit prospera: si negligentia dissoluamur, & illum pœnitebit sponsionis suæ, promissaq; mutabit. Cuius rei exemplum Niniuitas & Hierusalẽ habere possumus: quorum alij de imminentibus supplicijs liberati sunt: alij quæ patribus promissa fuerant perdiderunt. a ¶ In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit &c. ] Vbi apostolorum prædicit autoritas, maxime Petri & Iacobi: quos columnas ecclesiæ uas electionis uocat: ibi omnis uariæ explanationis tollenda suspicio est, & quod à tantis uiris exponitur, hoc sequẽdum. In Actibus apostolorum quæstione inter apostolos suscitata, cur homines ex gẽtibus Paulus & Barnabas absq; circuncisione & obseruantia sabbati susceperisset: Petrus respondit, ut debuit: cuius sententiam probans Iacobus hæc locutus est: Viri fratres audite me: Simon enarrauit quemadmodum primũ deus uisitauit sumere ex gẽtibus populum nomini suo, et huic concordant uerba prophetarũ, sicut scriptum est: Post hæc reuertar, & ædificabo tabernaculũ Dauid quod cecidit, & diruta eius reædificabo: & erigam illud: ut requirant cæteri hominum dominum, & omnes gentes super quas inuocatũ est nomen meũ, dicit dominus faciens hæc: notum à seculo est domino opus suũ. Hoc igitur tabernaculũ Dauid quod cecidit: ceciderat aũt

HEB. in omnibus gentibus domũ Israel: sicut concutitur in cribro, & non cadet lapillus super terrã. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: non appropinquabit: & nõ ueniet super nos malum. In diẽ illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reædificabo aperturas murorũ eius, & ea quæ corruerant instaurabo, & reædificabo illud sicut in diebus antiquis: ut possideant reliquias Idumææ, & omnes nationes: eo quod inuocatũ sit nomen meũ super eos, dicit dominus faciens hæc:

SEPT. in cunctis gentibus domum Israel: sicut uentilatur in uentilabro: & non cadet contritio super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: nõ appropinquabit, neq; uenient super nos mala. In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod ceciderat, & ædificabo ea quæ corruerãt, & quæ subfusa sunt suscitabo: & instaurabo ea sicut dies antiquos: ut quęrãt me reliqui hominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit dominus facient hæc omnia:

Ecce in his qui dicunt: non appropinquabit, & non ueniet super nos malũ: quos dominus cribro suo cõcusserat & probauerat: & quorum areã maiestatis suæ purgauerat uẽtilabro, & quicunq; peccatores fuerãt interfecit gladio. Nunc iuxta consuetudinẽ scripturarum, post tormenta, post pœnas: prospera & læta promittens, suscitaturum esse se dicit: & in resurrectiõe domini omnia restituturũ, ut quod in synagogis ceciderat, surgat in ecclesijs, & possideant credentes reliquias Idumææ, & omnes nationes: ut quicquid reliquũ fuerit de regno sanguinario atq; terreno, in cœlestia regna mutetur: & omnes gentes quæ oblitæ sunt dominum, cõuertantur & reuertãtur ad eum. Sin autẽ iuxta Lxx. legere uoluerimus, ut quęrant me reliqui hominum, et omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum: reliquos hominum eos debemus accipere, qui de Iudaico populo crediderunt: & quasi lapillus nõ ceciderũt de cribro: nec cũ puluere paleisq; & sordibus sunt proiecti. Reliquiæ enim in principio fidei saluæ fient, & in fine mundi, ut cum subintrauerit plenitudo gentium: tũc omnis Israel saluus fiat. Nomẽ aũt domini quod inuocatur super reliquos & super omnes gentes, illud est de quo saluator dicit: Pater reuelaui nomẽ tuum hominibus. Et ne longo sermone regulã differam sponsionum, & in hoc propheta, & in cæteris quæcũq; de ædificatiõe Hierusalẽ & templi, & rerum omnium beatitudine prædicãtur: Iudæi in ultimo tempore

A uana ſibi expectatiõe promittunt: et carnaliter implenda cõmemorant: Nos autẽ qui nõ occidentẽ literã: ſed ſpiritũ ſequimur uiuificantẽ: iam in eccleſia cõuincimus expleta, & quotidie impleri in ſingulis qui ruẽtes per peccatũ, reędificant per pœnitentiã. a ¶ Ecce dies ueniũt dicit dominus &c. ] Suſcitato tabernaculo Dauid quod ceciderat: & reædifica/tis his quæ fuerant lapſa atq; ſubuerſa, deſcribitur rerũ omniũ abundantia: quõ hi qui prius e/
Pſal.125.a untes ibãt et flebãt portantes ſemina ſua: uenientes uenient cũ exultatiõe portantes manipulos ſuos: ut conſequatur manipulorum tritura uindemiam, ſiue arator meſſorẽ: et uua uarietur, ac ducat colorẽ in tẽpore ſeminis: ſiue ut uerius
B eſt, calcator uuę cõprehendat ſementẽ, et ſic ſibi in uicẽ cũcta ſuccedãt: ut nulla dies ſit abſq; frumẽto, uino & gaudio. In illo tẽpore plenis torcularibus uua calcabitur, & de Chriſti ac martyrũ ſanguine rubẽtia muſta fundẽtur, & huiuſcemodi calcator uuæ erit ſeminariũ ſermõis dei, ut ſanguis eorũ magis clamet in mũdo, q̃ clamauit ſanguis Abel iuſti. Quicunq; aũt merito uirtutũ ſuarum ad montana cõſcenderit: melle ſudabit, imò ſtillabit dulcedinẽ ſermonis dei, de quo ſcriptũ eſt: Guſtate & uidete
Pſal.33.b q̃ ſuauis eſt dominus: Et q̃ dulcia eloquia tua gut/
Ibi.118.n turi meo: ſuper mel & fauum ori meo. Et qui infra mõtes, imò ſecũdi à montibus fuerint: quos ſpõſus
Cant.2.b tranſilit in Cãtico canticorũ, & appellat colles: cõſiti erunt & imitabũtur paradiſum dei: ut omnia in illis poma pendeãt doctrinarum. Tunc ſi quis infidelitate captiuus eſt: & necdũ credidit in nomine domini, & eſt de reliquijs populi quõdam eius Iſrael, reuertetur ad fidẽ Chriſti: ut quem in prophetis audierat, in euangelio teneat. Hi autem mõtes qui ſtillabunt dulcedinem: & colles qui conſiti fuerint, poſtq̃ conuerterit dominus captiuitatẽ popu

HEBR. Eccẽ dies ueniũt, dicit dominus: & comprehendet arator meſſorem, & calcator uuę mittentem ſemen, Et ſtillabunt montes dulcedinem: & omnes colles culti erunt. Et cõuertã captiuitatẽ populi mei Iſrael, & ædificabũt ciuitates deſertas, & habitabũt, & plantabunt uineas, & bibent uinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorũ. Et plantabo eos ſuper humum ſuam, & nõ euellam eos ultra de terra ſua quam dedi eis: dicit dominus deus tuus.

li ſui Iſrael, ædificabunt ciuitates antea deſertas & C habitabunt in eis, ut una quæq; ciuitas extructa dicat: Ego ciuitas firma quæ oppugnatur, & de qua dominus in euangelio loquitur: Nõ poteſt ciuitas Matt.5.b abſcondi ſuper montẽ poſita. Et in pſalmis dicitur:

SEP. Ecce dies ueniũt, dicit dominus: & apprehendet tritura uindemiã, & uariabitur uua in ſemente. Et ſtillabunt montes dulcedinẽ: & omnes colles conſiti erunt. Et conuertã captiuitatem populi mei Iſrael, & ædificabunt ciuitates diſſipatas, & habitabũt: & plãtabunt uineas, & bibẽt uinum earum: & faciẽt hortos, & comedent fructum eorum, Et plãtabuntur ſuper terram ſuã, & nõ auelẽtur amplius de terra ſua quam dedi eis: dicit dominus deus omnipotens.

Fluminis impetus Pſal.45.a lætificat ciuitatem dei. Et plantabunt quoq; uineas cum Noe, & bibent uinum earum: & inebriabuntur, & audient à dño ſaluatore: Bibite amici mei & inebriamini. Bibent autem uinum q̃d̃ ſe in regno pa/ Mar.14.c tris cum apoſtolis ſuis nouũ bibiturũ eſſe pollicitus eſt. Hæc eſt uinea Sorech: cuius uinum quotidie in myſterijs bibimus. Nec harũ rerum felicitate cõtenti: propter delicias faciẽt hortos & irrigabunt eos: ut nulla deſint D in eis genera uirtutũ, & comedent fructus eorum: Qui enim plãtauerit & rigauerit, ipſe & comedet. Cumq; hæc omnia montes & colles fecerint, ſtillantes dulcedinem: & ędificantes ciuitates, & habitantes in eis: plantantes uineas, & bibentes uinum earum: facientes hortos, & comedẽtes fructus eorum: tunc ipſos plantatores plantabit dominus ſuper terram ſuam, de qua dicitur: Credo uidere bo/ Pſal.26.d na domini in terra uiuentium. Et in euangelio: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Poſtquàm autem plantauerit eos, & firma in altum radice ſolidarit: non euellet ultra de terra, quam dederat eis. Ex quo intelligimus eccleſiam uſq; ad finem mundi, concuti quidem perſecutionibus: ſed nequaquàm poſſe ſubuerti: tentari, non ſuperari. Et hoc fiet quia dominus deus omnipotẽs: ſiue dominus deus eius: id eſt eccleſiæ, ſe facturum eſſe pollicitus eſt: cuius promiſſio, lex naturæ eſt.

Commentariorum diui Hieronymi
in Amos prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN ABDIAM prophetam ad Pammachium proœmium.



Vm eſſem paruulus, ut paruulus loquebar, ut paruulus ſapiebam, ut paruulus cogitabam: poſtquàm factus ſum uir, quæ paruuli erant depoſui. Si apoſtolus profi/ 1.Cor.13.c cit, & quotidie præteritorum obliuiſcens, in priora ſe extendit: ac ſecundum præce/ Luc.9.g ptum domini ſaluatoris, ſtiuam tenẽs, poſt tergum nõ reſpicit: quanto magis ego, qui necdum ad ætatem perfecti uiri, & in menſuram Chriſti ueni, mereri debeo ueniam, quod in adoleſcentia mea prouocatus ardore, & ſtudio ſcripturarũ, allegorice interpretatus ſum Abdiam prophetã: cuius hiſtoriam neſciebã. Ardebat animus cognitione myſtica, & quia legerem omnia

A omnia possibilia credentibus:ignorabã diuersa esse charismata:literas seculi nouerã,& ob id pu/ C
tabam me librum legere posse signatum.Stultus ego:uigintiquatuor seniores habentes in mani
bus phialas & citharas:& quatuor animalia plena oculis consurgunt de throno suo: imperitiam Apoc.5.c
confitentur:gloriam agno canunt,& uirgæ de radice Iesse: & putabam posse me quod credebã.
Cuius in manu non fiebat sermo dei:nec dicere poteram:A mandatis tuis intellexi:neq; illius de Psal.118.n
euangelio beatitudinis recordabar:Beati mundo corde,quoniam ipsi deum uidebunt. Necdum Matt.5.a
de altari carbo sublatus,labia mea purgauerat. Necdum error ueteris ignorantiæ igne spiritus
sancti fuerat circuncisus,& audacter loquebar ad dominum: Ecce ego, mitte me. Sperabam in Esa.6.c
scriniolis latere quod scripseram, & ingenioli mei primam temeritatem ignibus uoueram, cum
subito de Italia affertur exemplar à quodam iuuene tot annis, quot & ego quõdam scripseram,
laudante opusculum meum. Fateor miratus sum, quod quantumuis aliquis male scripserit, in/
uenit similem lectorem sui.Ille prædicabat, ego erubescebam: ille quasi mysticos intellectus fe/
rebat ad cœlum,ego demisso capite cõfiteri meum pudorem prohibebar.Quid igitur, condem/
namus in quibus pueri lusimus? minime: Scimus enim in tabernaculum dei, & aurum & pilos
caprarum similiter oblatos. Legimus in euangelio uiduæ pauperis duo minuta, magis quàm
diuitum substantias approbatas. Et tunc dedimus quod habuimus: & nunc, si tamen aliquid Mar.12.d
profecimus,domino suum reddimus. Gratia enim eius sum quod sum.Nec diffiteor per hosce
triginta annos in eius opere me ac labore sudasse: Clemens est pater:cito reuertentẽ filium susci
pit,nec expectat donec quis aperiat ostium:ipse egreditur obuiam: anulum & stolam parat:licet
germanus inuideat, & scortatorem ac nepotem uocet: de salute illius symphonia angelicæ læti/
tiæ cunctarumq; uirtutum in cœlestibus personat. Hoc est illud tempus mi Pammachi,hac lu/
ce dulcior: quo egressi scholam rhetorum, diuerso studio ferebamur: quando ego & Helio/
dorus charissimus pariter habitare solitudinem Syriæ Chalcidis nitebamur: quod putabam la/
B tere,uulgatum est. Per uetera uestigia rursum ingrediar, emendans si fieri potest curuos apices
literarum.Infans eram, necdum scribere noueram: titubabat manus: tremebant articuli. Nunc
ut nihil aliud profecerim,saltem Socraticũ illud habeo: Scio quod nescio. Dicit & Tullius tuus
adolescentulo sibi inchoata quædam & rudia excidisse. Si hoc ille tam de libris ad Herennium,
quàm de rhetoricis:quos ego uel perfectissimos puto:ad cõparationem senilis peritię dicere po D
tuit:quãtomagis ego libere profitebor:& illud fuisse puerilis ingenij: & hoc maturæ senectutis.
In libris quoq; contra Marcionem Septimius Tertullianus hoc idem passus est: & Origenes in
cantico canticorum:& Quintilianus in xij.libris institutionis oratoriæ.Ex quibus perspicue ostẽ
ditur unamquanq; ętatem in suo esse perfectam:& ex annorũ debere numero iudicari.Sed iam
tempus est proponere exordium Abdiæ:& orationum tuarum auxilio,cui uolumen hoc scribi/
tur,confragosum mare & seculi recuruos gurgites transfretare.

COMMENTARIVM HIERONYMI
in Abdiam prophetam

3.Reg.18.d Isio Abdiæ.] Hunc aiunt esse Hebræi: qui sub rege Samarię Achab: & impijs/sima Iezabel pauit centum prophetas in specu bus: qui nõ curua/uerunt genu Baal: & de septẽ milibus erant quos Helias arguitur ignorasse: sepulchr umq; eius usq; hodie cum Mausoleo Helizæi prophetę et Baptistæ Ioã nis in Sebaste ueneration habetur, quæ olim Sa/maria dicebatur.Hanc Herodes rex Iudæę Antipa tri filius,in honorẽ Augusti Cęsaris Greco sermo ne uocauit Augustã.Hic igitur,quia centũ prophe tas aluerat:accepit gratiam prophetalẽ:& de duce exercitus,fit dux ecclesiæ. Tunc in Samaria par/uum gregẽ pauerat:nunc in toto orbe,Christi pa/scit ecclesias,& φερωνύμως, sicut in Actis Aposto/lorũ Stephanus martyrio coronatus,ita & hic ser/uus appellatus est domini. Porrò quod cõtra Idu/mæã cernens,nõ onus:id est λῆμμα,& pondus Idu mææ uidet, secundũ regulã & distinctionem quã in Nahũ scripsimus: illud in causa est, quod uel E/dom, id est Esau:nõ de extraneis genti/bus computatur: fi/lius Isaac & frater Iacob: unde & terra illius non datur in possessionem Israel: nec dimitti/tur bellare contra eam,& aduersus fratrem armari prohibetur. Vel certe uisio est, nõ Idumææ:quod poterat si ita scriptũ esset facere quæstionem: sed Abdiæ, id est serui domini:quam uidet gentibus, ad quas legatum misit dominus.Et quibus dicitur: Surgite & cõsurgamus aduersus eam in prælium. Destructio enim Idumææ: uisio nationum est.Sin autem quæritur quare ponatur in titulo,uisio Ab/diæ, & nihil postea quod uisum est demonstretur, Act.7.g

## ABDIAS

Isiõ Abdiæ: Hæc dicit dominus deus

A ſecundum illud Eſaiæ: Vidi dominum ſabaoth ſe/
Eſa.6.a dentem ſuper thronum excelſum & eleuatum. Et
Ezech.1.a Ezechiel: Aperti ſunt cœli: & uidi uiſiones dei, ſta
tim ꝙ ſubiungitur: Et uidi, & ecce ſpiritus turbinis
ueniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ſplen/
dor in circũitu eius, Sed poſt uiſionem
Abdiæ protinus inferatur: Hæc dicit deũs ad
dominus ad Edom. Et iterũ: Ecce par/
uulum dedi te in gentibus: de Deute/
Deut.4.b rono. ſumemus exẽplum, in quo nõ res, ſed uerba
cernuntur: Attende, inquit, tibi & conſerua animã
tuã uehementer, ne forte obliuiſcaris ſermonũ, q̃s
uiderũt oculi tui. Et Iohannes in epiſtola: Quod ui
1.Ioan.1.a dimus, inquit, oculis noſtris: quod perſpeximus,
& manus noſtræ palpauerunt de uerbo uitæ: Et
Moyſes uocem domini, quæ ad eum loquebatur
uidiſſe ſe dicit. Si ergo poſt uiſionẽ inferuntur quæ
dicta ſunt, & uidentur mentis oculis quæ auribus
percipi ſolent: recte uidens, quia prophetæ antea
uocabantur uidentes, titulo prænotat uiſionem.
a ¶Hæc dicit dominus deus ad Edõ.] Paruus pro
pheta, uerſuum ſupputatione non ſenſuum. Alio/
quin ut in tribus uoluminibus Salomonis, Canti/
cum canticorum quanto breuius eſt, tanto diffici/
lius. Et epiſtola ad Philemonem quem ſenſum ha/
beret expreſſimus: Euãgelicus quoq; ſermo breui
B atus, laciniosis legis operibus anguſtior eſt. Ita hic
quoq; propheta quaſi ſeruus domini iuxta Abra/
ham, Iſaac & Iacob & Moyſen famulum dei, & a/
poſtolum ſeruũ Chriſti, ea uidet, ea audit, quę pro
phetali digna ſunt ſeruitute. Multi putant iuxta in/
terpretationem nominis, quod ſeruus iſte ſit domi
ni, cui dicitur in Eſaia: Magnum tibi eſt uocari te
puerum meum: qui ſe exinaniuit formam ſerui ac/
cipiens. Sed ſi hoc ita intellexerimus, alius nobis
quęrendus erit legatus, qui eſt miſſus ad gentes. Et
dum Tropologiã ſequimur, perdimus manifeſtiſ/
ſimam prophetiam. Quærimus ergo quis ſit iſte
Edom, uel Idumęa ad quã nunc per Abdiam domi
nus loquitur. In libro Geneſeos Eſau filiũ Iſaac ap/
Gen.25.d pellatum fuiſſe Edom: quia propter rufum lenticu
læ cibum primogenita uendiderit: manifeſtiſſime
legimus: Edom enim interpretatur πυῤῥός, id eſt,
אדום rufus. In eodem uolumine ſcribitur hũc eundẽ uo/
שעיר catũ eſſe Seir, id eſt piloſum quia hiſpidus erat, &
non habebat leuitatem Iacob. Vnus ergo atq; idẽ
tribus nominibus appellatur, Eſau, Edõ, Seir: poſ/
ſeditq; eam regionem quæ nunc Gebalena dicitur
& in finibus eſt ἐλευθεροπόλεως, ubi natæ habita/
uerant Horræi qui interpretantur liberi, unde &
ipſa urbs poſtea ſortita uocabulum eſt: Quod er/
go Hebraice אדום & Græce dicitur, ἐρυθραία,
hunc uiculus Palæſtinæ eſt: à condítore ſic impo/
ſito nomine: cuius Latina quoque & Græca me/
minit hiſtoria. Iſte eſt cui dicitur per Amos: Super
tribus ſceleribus Edom, et ſuper quatuor non con
uertam eum: eo quod perſecutus ſit gladio fratrẽ
ſuum, & uiolauerit miſericordiam eius, & tenuerit
ultra furorem ſuum, & indignationem ſuam ſer/
uauerit uſque in finem. In Eſaia quoque iuxta He
braicum legimus: Onus Duma ad me clamat ex
Seir: cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte? C
Et Hieremias in eandem prophetiam pari uoce cõ
ſentit: dicens: Nunquid non eſt ultra ſapientia in
Theman? & reliqua uſque ad finem eiuſdem pro
phetiæ, ubi dicitur: Et erit cor fortium Idumææ
in die illa, quaſi cor mulieris parturien
tis. Exceptoq; ordine commutato, &
Edom. alijs quæ uidentur diſcrepare: magna
Audi/ pars Abdiæ in Hieremię uolumine cõ
tinetur. Iſti ſunt montes Seir aduerſum quos Eze
chielis facies roboratur, & dicitur: Dabo montem
Seir deſolatum, & deſertum. Et poſt paululum:
Diſſipatus eris mons ſeir & Idumæa omnis. Lon/
gum eſt ſi uoluero cunctas ſcripturas euentilare,
& proferre in medium ſuper montes Seir: maxi/
méque Malachiæ: ubi ſtatim in principio ſcriptũ
eſt: Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit dominus?
Et dilexi Iacob, Eſau autem odio habui. Et poſui Malach.1.b
montes eius in ſolitudinem, & hæreditates eius in
dracones deſerti. Quod ſi dixerit Idumæa: deſtru
cti ſumus, ſed reuertentes ædificabimus quæ de/
ſerta ſunt. Hæc dicit dominus exercituum: Iſti æ/
dificabunt, & ego deſtruam: & uocabuntur ter/
mini impietatis, & populus cui iratus eſt domi/
nus uſque in æternum. Quia ergo didicimus ter/
ram Idumæorum aduerſariam eſſe terræ repro/
miſſionis: & Eſau inimicum legimus Iacob: & D
populum eſſe, cui iratus eſt dominus in ſempiter/
num: noſſe debemus ſecundum leges Tropolo/
giæ: aut contra Iudæos factum eſſe ſermonem:
qui ſunt æmuli Chriſtianis: & perſequuntur fra/
trem ſuum Iacob, populum ſupplantatorem: qui
illis primogenita præripuit. Aut certe aduerſus
omnes hęreſes & contraria dogmata ueritati, quę
uidentur quidem nobis eſſe uicina: ſed magis ad/
uerſaria ſunt: & de paterna hęreditate ſimplicem,
& habitatorem domus Iacob nituntur expellere.
Porrò quia Idumæa & terrena interpretatur, &
propter colorem rubrum cruenta quoque intelli/
gi poteſt. Idcirco ſaluator reportans ad patrem de
mundo uictoriam: quando angeli conclamabant:
Aperite portas principes ueſtras & introibit rex
gloriæ. Et in Eſaia ſtupentes interrogabant: Quis
eſt iſte qui aſcendit de Edom fuluida ueſte de Bo/
ſor: ſic formoſus in ſtola candida? Et ad ipſum co/
minus loquebantur: Quare rubrum eſt indumen/
tum tuum, & ueſtimẽta tua ſicut calcantium in tor
culari? Ipſe loquitur in triumpho exponens pal/
mas crucis ſuæ: Torcular calcaui ſolus: & de gen/
tibus non eſt uir mecum. Sunt qui Idumæam ad
carnem referant, & aduerſus illius pugnam ani/
mam æſtimant prouocari: ut mortificantes mem/
bra noſtra ſuper terram, fornicationem, immun/
diciam, paſſionem, æternam in Chriſto uictoriam
conſequamur. Iudæi fruſtra ſomniant contra ur/
bem Romam, regnúmque Romanum hanc fieri
prophetiam: Et illud quod in Eſaia ſcriptum eſt:
Onus Duma, paululum literæ apice commu/
tato pro ר legi poſſe ר, & ſonare Romam: דומה ר
quippe litera & pro, u: & pro, o, eorum lingua
accipitur.

Auditum

A a ¶ Auditum audiuimus &c.] Iam ut supra dixi/ mus, eundem esse Edom quam & Idumæam: quia in Hebraico ipse qui cõdidit, in Græco urbs quę sit ab eo cõdita nominatur: Audiuit ergo uel Abdias, uel omnes prophetæ pariter audierunt. Omnes e/ nim scribunt cõtra Edom: quod ad gẽ tes legatus missus sit mediator dei & hominum, homo Christus Iesus: de quo & pater loqui tur per Aggeum: Aggei 2.b Mouebo omes gẽ/ Esa.9.b tes: & ueniet desy/ deratus cunctis gẽ tibus. Iste in Esaia, magni cõsilij ange/ lus: & pater futuri seculi scribitur. Quod autẽ pro legato, id est יציר Lxx. προσοχθω: id est munitionẽ interpretati sunt: possumus dicere, quod ipse lega/ tus noster sit, & ipse munitio: dicens ea quæ pro/ phetalis sermo cõtexuit: Surgite & consurgamus aduersus eum, uel eã in prælium. Legatus qui ad gentes est missus, hæc loquitur: Surge qui dormis & eleuare à mortuis, et illuminabit te Christus: Ac ne forsitã grauis nobis, & insolita pugna uideatur: Ios.5.d me inquit, habetis primum in acie. Ego ero ἀρχιστρα τηγὸς prælíorum, qui & Iesu filio Naue gladium te Exod.17.c nẽs apparui: Et Amalech in crucis uexillo Moyse B pugnante superaui. Hieremias in uisione contra I/ Hier.49.c dumæam non multum ab his discrepat: Auditu in/ quit, audiui à domino, & legatus ad gentes missus sum: congregamini & uenite contra eam, & con/ surgamus in prælium. Sequitur: b ¶ Ecce paruu/ lum dedi te in &c.] Hieremias cuius supra fecimus mentionẽ, propè in eadẽ uerba consentit, dicens: Ecce paruulum dedi te in gentibus: contemptibilẽ inter homines: arrogãtia tua decepit te, et superbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, & appre/ hendere niteris altitudinẽ collis: cum exaltaueris quasi aquila nidum tuum, inde te detrahã, dicit do/ minus. In interpretatiõe prophetica debemus mo/ rem nostrum sequi, ut primum historiæ fundamẽ/ ta iaciamus: deinde si possumus, excelsas turres & tectorum culmina subrigamus: O inquit, Edom qui cum minimus sis inter omnes in circumitu na/ tiones, & ad comparationem gentium cæterarum paruus in numero, ultra uires erigeris superbia. Cumq; habites in spelũcis, imò in cauernis petra/ rum: humilis atq; pauperculus: & excelsa ædificio rum tecta nõ possidens, quasi aquila in sublime ex/ tolleris: & tantum cogitatione intumescis, ut inter sydera habitare te credas: etiam si ultra naturam posses cœli alta penetrare, inde te detraherem, & ad terram deducerem, dicit dominus deus. Illud au tem quod in Hieremia additum est, & apprehen/ dere niteris altitudinẽ collis: aperuit ænigma: col/ lem significans mõtem Sion: ac per hoc uel ipsam urbem Hierusalem: uel templum quod in ea con/ ditum est, uult intelligi. Aquilam autem cunctis auibus altius uolitare, etiam hi qui de natura a/ C uium disputant memoriæ prodiderunt: tant'ique contuitus esse dicitur: ut cum super maria immo/ bili penna feratur, nec humanis pateat obtuti/ bus, de tanta sublimitate piscículos natare uideat:

HEB. Auditum audiui/ mus à domino, & legatũ ad gentes misit: surgite & cõsurgamus aduersum eũ in prælium. Eccè paruulũ dedi te in gentibus, con/ tẽptibilis tu es ualde: Su/ perbia cordis tui extulit te: habitantem in scissuris petræ

SEP. Auditum audiui à domino, & munitionem in gentibus misit: surgite & consurgamus aduersus eum in prælium. Ecce mi/ nimũ dedi te in gentibus: inhonoratus es tu ualde, Superbia cordis tui eleua/ uit te, habitantẽ in forami nibus pe

& cum iuxta litus fuerint, tormenti instar descendere, raptamq; prædam pennis ad litus per trahere. Si didici/ mus historiam se/ quamur intelligen tiam spiritualem. Licet tibi ò hære/ tice magnus esse uidearis, & con/ tẽnas ecclesiæ pau citatem: tamen paruus es in gentibus, & cotem/ ptibilis: & non solum contemptibilis, sed & cum ἐπιτάσει ualde contemptibilis. Superbia cordis tui extulit te. Quis enim hæreticorum non in super/ biam extollitur, ecclesiæ simplicitatem paruipen/ dens: & fidem, imperitiam reputans? Habitantem in scissuris petræ, & exaltantem solium suum. Pe/ tra quanquàm frequenter uel in persona domini, uel in soliditate ponatur, unde & propheta dicit: Statuit supra petram pedes meos, & ad Petrum dicitur: Tu es Petrus & super hanc petram ædi/ ficabo ecclesiam meam: tamen & in contrariam partem frequenter accipitur, Auferam, inquit, D cor lapideum, & dabo uobis cor carneum. Et: Ezech.36.f Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Matt.3.b Abrahæ: maximèque hic, ubi non dixit habi/ tantem super petram: in qua prudens ædifica/ tor domum suam extruit, sed in scissuris petræ: ut hæreseon à petra Christo, & ab ecclesia signifi/ cet scissiones. Porrò quod sequitur: Exaltantem solium tuum, & qui dicit in corde suo: Quis detra het me in terram? tumorem hæreticę mentis ostẽ/ dit: confidentium sibi in mysterijs & in secretis su/ is, & quantum in ipsis est, hyperbolice autem hoc accipere debemus, repromittentium sibi regna cœlorum. Vnde ad huiuscemodi homines scribit Apostolus: Iam sine nobis regnatis: atque utinam regnaretis, ut & nos uobiscum regnaremus. Ta/ 1.Cor.4.b le quid & Dauid loquitur: Posuerunt in cælo os Psal.72.b suum: & lingua eorum transiuit in terram. Si exal/ tati ergo fuerint, ut aquila, nam & ipsi aquilarum sibi similitudinem pollicentur, quæ solent ad cada/ uer domínicum congregari: & inter media syde/ ra posuerunt nidum suum: inde detraham eos, di/ cit dominus. Sicut enim dormiente patrefamilias Matt.13.c inter bonam sementem inimicus homo zizania superseminat: Ita solet aquila illa grandis magna/ rum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & uarietate, quæ habet ductum intrandi Sapi.3.b in Libanum, & tollit de cacumine cedri: & plan/ tat super aquas multas, ut in uineam plantaria pul lulent, inter sydera ecclesiæ, de quibus & in alio lo/ co dicitur: Iusti autẽ sicut stellæ fulgebunt: ponere Mar.13.f

A nidum ſuum. Dixi ſupra, hoc ipſum & aduerſum carnem poſſe intelligi, quod imminutæ ſint uires eius in aduẽtu Chriſti: & contẽptibilis ſit, animęq; ſubiecta imperio, & fruſtra erigatur, cũ habitet in cauernis petræ, uel ſenſibus, uel cogitationibus: et uelit dominari animæ exaltãs ſolium ſuũ: nec opera ſua credens poſſe ſuperari. Cui dicit̃: qđ q; quis ſe erigat & aquilæ imitetur excelſa multosq; ſanctorũ deceperit: tamẽ à dño ſuperata ſit atq; deiecta. Qđ in hæreticis & in carne intellexim9: cõtra Iudæos quoq; intelligi poteſt.

a ¶ Si fures introiſſent ad te: ſi latrones per noctem: quomodo cõ. &c.]

Hier. 49.b Hieremias ſimiliter, licet ordine cõmutato: Si uindemiatores ueniſſent ſuper te, non reliquiſſent racemum: ſi fures in nocte, rapuiſſent utique quod ſufficeret ſibi. Ego uero diſcooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius, & cælare non poſſunt: Quod dicit, hoc eſt: Si fures uel latrones qui de nocte domos ſuffodere cõſueuerunt & rapere quę in domibus ſunt, introiſſent ad te, & abſconditi tenebris circumiſſent domus tuæ angulos: utiq; hoc tuliſſent quod ſibi putabãt poſſe ſufficere: & aliquid in ædibus tuis, uel per ſatietatem, uel per ignorantiam reliquiſſent: Si uindemiatores introiſſent uineam tuam, & eam uel hoſtiliter uaſtare, uel à te conducti demetere cuperent: quãuis diligens eorum fuiſſet uindemia: tamen racemos uitibus foliiſq; cęlatos; inter palmites reliquiſſent. Sed omnia hoſtes, qui ad te domino iubente uenerunt, ſignificat autem Babylonios, & exercitum Nabuchodonoſor, inueſtigauerunt: omnia ſecreta tua & cauernas ac foramina ſpelucarum in quibus habitas luſtrauerũt. Et reuera, ut dicamus aliquid & de natura loci, omnis auſtralis regio Idumæorum de Eleutheropoli uſq; Petram, & Hailam: hæc eſt enim poſſeſſio Eſau, in ſpecubus habitatiũculas habet. Et propter nimios calores ſolis: quia meridiana prouincia eſt, ſubterraneis tuguriis utitur. Diſcooperui, inquit, Eſau, id eſt, quod terra premebatur in mediũ protuli, & aperta ſunt omnia quæ claudebas: ſubſtantiámque tuam mepariter cum hoſtibus perquirente, nulla potuerũt ſecreta cælare. Aliter: Fures & latrones qui ingrediuntur nocte: quia filij ſunt noctis & tenebrarum: hæreticos puto, contraria ueritati dogmata prædicãtes, qui furantur ſufficientia ſibi, & quotidie de eccleſiæ gregibus rapere feſtinant: Iſti ingredientes uineam domini noſtri quam de Aegypto huius ſeculi tranſtulit, et de cuius germine uinũ ſe eſſe bibiturũ in regno patris pollicet̃: ita cupiunt uniuerſa populari, ut uix racemum relinquant in ea: Sed econtrario dominus agit: omnia enim ſecreta eorum & occulta myſteria, & patriarcharum Eſau: hios quippe intelligo qui primi hæreſes adinuenerunt, per ſanctos ſuos et & eccleſiaſticos uiros atq; doctores profert in mediũ, & prima illius uictoria eſt patere q̃ tegebantur occulta. Vnde et cum admiratione dicitur: Quõ perſcrutatus eſt Eſau, deprehenſa ſunt occulta eius. Psal. 79.b

HEB. petræ: exaltantẽ ſolium tuum: qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terrã? Si exaltatus fueris ut aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidum tuũ: inde te detraham, dicit dominus. Si furẽs introiſſent ad te: ſi latrones per noctem, quomodo conticuiſſes? Nónne furati eſſent ſufficientia ſibi? Si uindemiatores introiſſent ad te: nunquid non ſaltem racemum reliquiſſent tibi? Quomodo ſcrutati ſunt Eſau, inueſtigauerunt abſcondita eius? Vſque ad terminos emiſerunt te omnes uiri fœderis tui, illuſerunt tibi, inualuerunt aduerſum te uiri

SEP. nibus petrarum: exaltantẽ habitaculũ tuum atq; dicentẽ in corde tuo: Quis me deducet in terrã? Si exaltatus fueris ut aquila, & ſi inter media ſydera ponas nidum tuum: inde te detrahã, dicit dominus. Si fures introiſſent ad te: uel latrones per noctem: ubi proiectus eſſes? Nónne furati eſſent ſufficientia ſibi? Et ſi uindemiatores introiſſent ad te: nónne reliquiſſent racemum? Quomodo perſcrutatus eſt Eſau, & deprehenſa ſunt abſcondita eius? Vſque ad terminos dimiſerunt te: omnes uiri teſtamenti tui reſtiterunt tibi: prævaluerũt aduerſum te uiri

Vide Marcionem & Valentinum, & omnes hæreticos, quomodo in doctrinis dæmoniorum, cauteriatam habentes conſcientiam, applaudant ſibi: & ſimplices animas quaſi quibuſdam diuinis myſteriis initiantes, compoſito ſermone decipiant. Sed cum triginta æonas & quadradas, & octoadas, & duodecadas, & duplicem deum, & portentoſum Abraxas in medio ſermo protulerit: tunc prudentia Eſau ſtultitia demonſtrabitur, & inueſtigabuntur ſecreta eius.

a ¶ Vſq; ad terminos emiſerunt te &c.] Quidam id quod ſupra expoſuimus, quomodo perſcrutatus eſt Eſau, & comprehenſa ſunt abſcõdita eius, ad terminos uſq; diſtinguunt, ut ſit ſenſus: abſcondita tua atq; ſecreta uſq; ad terminos reuelata ſunt: Nobis autem melius uidetur, ut cũ poſterioribus copuletur. Veniente ergo Nabuchodonoſor: de quo in Hieremia contra Idumæam dicitur. Ecce quaſi leo aſcendit de ſuperbia Iordanis ad pulchritudinem robuſtam: quia ſubito currere eum faciam ad illam. Ac deinde: Ecce quaſi aquila aſcendet & uolabit, & expandet alas ſuas ſuper Boſram, & erit cor fortiũ Idumæę in die illa, quaſi cor mulieris parturientis. Omnes qui ante erant fœderati Edom: & in præſidio urbis ſuperbiſſimæ fuerant, reliquerunt eũ, & iuncti hoſtibus cõtra inſidias tetenderunt: prævaluerunt q; aduerſus eum: & tũc indicatum eſt, quia nulla in Edom eſſet Hier. 49.d

A esset sapientia: dum sperat in his qui aduersarij demõstrati sunt. Aliter: Cũ abscondita Esau, & quasi sacramenta magnifica: quibus prius populi fuerãt irretiti prolata fuerint in mediũ, ita ut uir ecclesiasticus possit dicere: Nõ enim ignoramus eius astutias: derelinquent terminos Edom, et dimittent eum, & usque ad terminos ecclesiæ trãsmigrãtes, pferent doctrinas pessimas: Tũc illudent & resistẽt quõdam magistro suo: dicentes falsa esse quæ didicerãt, prẽualebunt cõtra eum: & eruditi fide ecclesiæ, falsum dogma cõuincent. Illi qui quondã comedebãt apud hæreticos, nõ panem Eucharistiæ sed panẽ luctus, & panẽ subcineritiũ qui nõ reuersatur: præponent quẽstiones de scripturis: tendent insidias Idumæo atq; terreno, & in omnibus carneo prẽcepto

B ri: Hæreses enim ad Galatas inter carnis opera numeratas legimus: & tunc ostendetur nõ esse prudẽtia in Edom. *a* ¶ Nunquid non in die illa &c.] Cũ hostis fines tuos possederit, & omnes uiri fœderis tui illuserint tibi, & prævaluerint contra te: tunc peribit sapientia de Idumẽa & callidĩtas eius stultitia demonstrabitur. Prudentiam quoque ipse dominus auferet de monte Esau, id est, de mõtibus Seir, uel quia urbs Idumæa in monte sita est: uel quia omnis illa regio quæ ad Austrũ uergens confinis est eremo, præruptis montis ædita sit. Vnde & dicitur: pauebunt pugnatores tui de Theman, quod nos interpretati sumus meridie. Quomodo autem supra dixeram. Esau tribus nominibus appellatum: ita & plaga regni eius quæ ad austrum uergit, tribus uocabulis appellatur, הַרְרֵי תֵימָן נֶגֶב quæ omnia iuxta Ezechiel austrum, Aphricum

Ezech.20.g meridiemq; significant. Postq; uero timuerint fortes regni eius qui habitabãt in meridie: tunc interibit uir de monte Esau: qui & pugnare pro ciuitate, & prudenter dare consilium solitus erat. Aliter: postquàm hi qui prius decepti erant conuersi fuerint ad ecclesiam: tunc ipso domino dimicante peribunt sapientes Idumææ: qui carnalia & terrena sapiebant, & auferetur prudentia de monte Esau quæ eleuabatur contra scientiam dei: Et qui prius pro Esau & Idumæa dialectica arte pugnabant, & erant in præsidijs Theman: quod interpretatur consummatio: desinent pugnare pro magistris prioribus: Siue qui ante lumen sibi scientiæ promittebant, & putabant se esse in meridie, timebunt & formidabunt ecclesiastico uiro obtinente sophismata eorum: intãtum ut nullus resideat qui C
possit, uel regis cõsilio, uel pugnatoribus uiris, pro hæreticorum superbia & falso dogmate dimicare.
*b* ¶ Propter interfectionem & iniquitatem in fratrem tuũ &c.] Idcirco interibit uir de monte Esau, & peribit sapientia de Idumæa, & prudentia de monte Esau: quia interfecisti germanum, & inique egisti cõtra fratrẽ tuum Iacob: quando Chaldæis Babylonijsq; uastantibus Hierusalem, & obsidentibus ciuitatem, & ingrediẽtibus portas eius: mittentibusq; sortem, in diuisione prædarum tu eorum socius eras, & in hostium numero uersabaris. Aliter: Cuncta quæ supra scripta sunt patieris: ò Edom cruente, terrene, crudelis: quia falsa mortiferaq; doctrina, & aduersum dominum impietatem loquente occidisti fratrem tuum Iacob. Legi- D
mus in Salomone: Sunt qui loquuntur & interfi- *Prouer.5.b &*
ciunt gladio. Et in alio loco: Venenum aspidum *25.c*
sub labijs eorum, & lingua eorum gladius acutus. *Psal.13 & 139*
Operiet ergo te cõfusio: & dices: Confusio uultus *Ibidem 56.a*
mei operuit me: ac peribis, non ad breue tẽpus, sed in æternum. Aeterno enim quantum in te fuit fratrẽ uulnere percussisti: sed & hęc erit causa cruciatus: Nam quãdo alieni deuastabãt exercitũ Iacob: & ingrediebantur per portas eius in pacificã quondam Hierusalẽ: mittebantq; sortes, ut eius sibi spolia diuiderent: tu unus eras ex hostibus. Legimus uidimus quotidieq; comprobamus: quando persecutio contra ecclesiam oritur: multo peiores persecutores Iudæos & hæreticos in Christianos fieri: quàm ethnicos. Possumus extraneos ingredientes portas Hierusalem, λογισμοὺς, id est cogitationes pessimas dicere: portasq; Hierusalem id est, animæ quiescentis & uidentis deum, quinq; sensus interpretari per quos introeãt hostes, & spolia diuidant Hierusalẽ. Si uiderimus mulierẽ ad cõcupiscendam, mors ingressa est per fenestras nostras: si *Matt.5.d*
susceperimus per aures mendacium ac iudiciũ sanguinis, per aliam portã hostis ingressus est. Odoratus quoq;, gustus & tactus: si uel uarijs odoribus, uel dulcibus cibis, uel amplexibus delicatis captus fuerit, per alias portas ingressi sunt aduersarij, & spolia diuidunt miserę Hierusalẽ. Eo igitur tempore quo pſecutionis impetu et mortiferis uoluptatibus de ecclesia quispiã corruerit: uidemus exultare hæreticos: gaudere Iudæũ, & unũ esse de persecutoribus: et in ethnicorum eos numero cõputari.

¶ Et nõ

SEPT. uiri pacifici tui: posuerunt insidias subter te: non est sapientia in eo. In die illa, dicit dominus: perdam sapientes ex Idumęa & intelligentiam de mõte Esau. Et pauebunt pugnatores tui de Theman, ut auferatur homo de monte Esau. Propter interfectionem & impietatem aduersum fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & auferetis in æternum. Ex die qua restitisti contra: in die ut caperent alienige

HEB. uiri pacis tuæ: qui comedunt tecũ, ponent insidias subter te: nõ est prudentia in eo. Nũnquid nõ in die illa, dicit dominus: perdam sapientes ex Idumæa & prudẽtiam de mõte Esau? Et timebunt fortes tui à meridie: ut intereat uir de monte Esau. Prõpter interfectionem & iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. In die cum stares aduersus eum, quando capiebant alieni

A a ¶ Et non deſpicias in die &c.] Idē ſenſus qui ſupra: Cū interierit uir de monte Eſau, propter interfectionem & impietatem fratris eius Iacob, & operuerit eū æterna confuſio: nequaq; faciat quæ fecit ante contra germanū: Non enim deſpiciet & paruipēdet uidens fratrē ſuū ire captiuū: nec lętabitur ſuper filios Iuda. Duæ enim tribus excepta Leuitica, quæ regnabāt in Hieruſalē: & appellabātur Iuda, à Chaldæis captæ ſunt. Et nequaq; magna loq̄ris, & quaſi unū de uictoribus eſſe te credēs, in fratris ruinis debis anguſtia: Neque in die uaſtitatis & ruinæ populi mei, tu per portam Hieruſalē gloriabūdus incedes. Et ideo iſta nō facies, q̄a & tu ſimilia patieris. Aliter quando captiuū uideris
B diuerſis perſecutionibus fratrē tuū, & abduci uinctum de eccleſiæ fide: nec ciuitatē ſuā, ſed peregrina quæq; ſectari: nequaq; lætaberis, q̄a & tu ſimilia patieris. Lętabaris enim quādo capiebatur Iacob, & ſuper filios Iuda, q̄s diſcipulos Chriſti intelligimus: exultabas in die perditionis eorū. Significatur aūt quod anima in meditullio uitiorum atq; uirtutum poſita ſit, et poſſit in utranq; partē per horarum momenta cōuerti. Nequaq;, inquit, magnificabis os tuum in die anguſtiæ. Quod ſecūdum duplicem ſenſum accipere debemus: corporalis, in perſecutionibus & in peccatis: ſpiritualis anguſtię: cum anima hoſtibus uitiiſq; capta fuerit, & ducitur in Babylonē. Neq; ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: quando enim aut negatio nos oppreſſerit, aut uoluptas, & rigorem priſtinū infelix cōſcientia non ſeruauerit, tunc facile ad cōtraria dogmata labimur, blandientia errori noſtro: & non curantia uulnus, ſed palpantia. Solatium miſeriæ eſt, quamuis perditum, habere quod ſperet. b ¶ Neq; deſpicies & tu &c.] Cum ipſe captus fueris & Babylonio uaſtāte deletus: in ter cætera quæ feciſti, ne hæc facias quę ſequūtur: Non deſpicies atq; contēnes fratrem tuū Iacob in die uaſtitatis illius: neq; apponeris ad exercitū Babyloniorū: ſiue nō emitteris aduerſum exercitum Iuda: quando ſuperatus ab aduerſariis terga uerterit. Cūq; cœperint fugere per notas ſibi uias et diuerticula, & calles ad ſolitudinē perferētes: nō ſtabis in biuio: nec uenientes expectabis in cōpitis, ut interficias eos q̄ fuerint liberati: alioſq; cōprehenſos recludas: & uel ipſe capias, uel captiuitati hoſtiū ſerues. Hæc iuxta hiſtoriā diximus: debemus ēm breuiter manifeſtiora carpētes, ad ea quæ obſcura ſunt pergere. Quis hæreticorū non deſpicit eccleſiaſticos? D quis nō exultat in malis eorū? Si quā do propter peccata populi perſecutiōi traditi fuerint, et multi uel infirma fide, uel ſupra petroſa ſeminati, in negationē corruerint, uideas illos exultare, gaudere: noſtram ruinā ſuā putare uictoriam: intantum, ut iungātur gentibus: & perſecutio ſæuior, uel ex Iudæis, uel ex his fiat qui fratres noſtros eſſe ſe ſimulant, & eodem cenſentur nomine. Cúmque aliquis, uel fuga, uel pœnitentia elapſus fuerit: ſtant in diuerticulis, & proponunt ſophiſmata, & teſtimonia quaſi de ſcripturis proferunt: ut laſſis atque confectis, confuta offerant ceruicalia, & ponāt ea ſub omni cubito manus. Atque ita fit, ut qui forſitan perſecutionem aut uirtute ſuperarint, aut timore effugerint: decepti prauis dogmatibus, rurſum in carcere teneantur errorum, & multo fiat peior tribulatio quàm fuit ex gentibus: Facilius enim ab ethnicis captum liberes: quàm hæreticorum præſtigiis irretitum. c ¶ Quoniam iuxta eſt dies domini ſuper &c.] Hæc autem ò Idumæa ideo facere

HEB. alieni exercitū eius, & extranei ingrediebātur portas eius, et ſuper Hieruſalem mittebant ſortem: tu quoque eras quaſi unus ex eis. Et nō deſpicias in die fratris tui: in die peregrinationis eius. Et non lætaberis ſuper filios Iuda in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum in die anguſtiæ, neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorū. Neq; deſpicies & tu in malis eius in die uaſtitatis illius, & nō emitteris ad uerſum exercitum eius in die uaſtitatis illius. Neque ſtabis in exitibus ut interficias eos qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tribulationis. Quōniam iuxta eſt dies domini ſuper omnes gentes: ſicut feciſti, fiet tibi. Retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quomodo enim bibiſti ſuper montem ſanctum meum, bibent omnes gentes iugiter: & bibent, & abſorbebunt, & erūt quaſi nō ſint.

SEP. alienigenæ fortitudinē eius, & alieni ingreſſi ſunt portas eius: & ſuper Hieruſalem miſerunt ſortem, & uos eratis quaſi unus ex eis. Et nō deſpicies diem fratris tui in die alienorum: & non lætaberis ſuper filios Iuda in die perditionis eorum: & non magna loqueris in die anguſtiæ: neque ingredieris portas populorum in die laborum eorum. Et non deſpicies etiā tu congregationē eorū in die perditionis eorum: neq; apponeris fortitudini eorū in die perditiōis eorū: neq; ſtabis in egreſſibus eorū, ut interficias eos qui ſalui fuerint ex eis: neque concludes fugitiuos eorū in die tribulationis. Quia iuxta eſt dies domini ſuper omnes gentes: ſicut feciſti fiet tibi. Retributio tua reddetur in caput tuum. Quia quomodo bibiſti ſuper montem ſanctum meum, bibent omnes gētes uinum: bibent & abſorbebunt, & erunt quaſi non ſint.

In monte

In mon

ceſſabis

A ceſſabis: quia ueniet ſuper te ultio domini. Si enim
Hier.25.d iuxta Hieremiã, quibus nõ erat iudicium ut bibe-
rent calicẽ, bibẽtes biberũt: tu quaſi innocẽs relin-
queris: non eris innocens, ſed bibens bibes. Porrò
quod ait: Iuxta eſt dies domini ſuper omnes gẽtes
Legamus eundem Hieremiã, & uide-
bimus calicẽ domi-
ni cunctis gẽtibus
propinatũ. Vnde
Ibi.51.d dicitur in eodẽ: Ca-
lix aureus Babylõ
in manu domini in-
ebrians omnes gẽ-
tes: uniuerſas quip-
pe natiões uſq; ad
Propõtidẽ Scythi-
cumq; mare, & Io-
niũ uel Aegæum,
Aſſyriį Babyloniį-
q; tenuerunt. Lega-
mus Herodotũ, & Græcas barbarasq; hiſtorias, et
uidebimus, quomodo ſub Babyloniįs & Aſſyriįs
impletũ ſit hoc quod dicitur: Iuxta eſt dies domini
ſuper omnes gentes. Quod aũt ſequitur: Sicut feci-
ſti, fiet tibi: retributionẽ tuã cõuertet in caput tuũ:
hic eſt ſenſus, quẽ in pſalmo legimus: Memẽto do-
Pſal.136.b mine filiorum Edom in die Hieruſalẽ dicentiũ: ex-
inanite, exinanite uſq; ad fundamentũ in ea. Vnde
D B & cõtra Babylonẽ imprecatur propheta: Filia Ba-
bylonis miſera: beatus qui retribuet tibi retributio-
nẽ tuam: quã retribuiſti nobis: Beatus qui tenebit
& allidet paruulos tuos ad petrã. Sicut enim ſuper
montẽ ſanctũ meũ Sion bibiſti cũ Babyloniįs atq;
lætatus es: ſic omnes gẽtes quas tecũ habebat Ba-
bylonius in preſidio, cõuerſæ cõtra te bibent, & le-
tabuntur. Et nõ ſolũ bibẽt: ſed ita te abſorbebunt,
ut ſint Idumæi quaſi non ſint: uel certe ipſæ gẽtes
cũ te abſorbuerint, abſorbebuntur à Medis, & hoc
circulo uindicta procedet: ut tu Iſraelẽ, te Babylo-
nius, Babyloniũ Medus ac Perſa cõſumat. Sequa-
mur interpretationis ordinẽ. Iuxta eſt ò hæretice
dies domini ſuper omnes gẽtes: propè eſt tẽpus iu-
dicij in quo omnes iudicãdæ ſunt natiões: Sicut fe-
ciſti cõtra eccleſiaſticos, cõuertetur in caput tuum
dolor tuus: & in uerticem tuũ iniquitas tua deſcen-
det. Quomodo enim in nece eorũ lætatus es cõui-
uiumq; celebraſti, & in monte ſancto meo, hoc eſt
eccleſia, bibiſti nõ meum calicẽ, ſed diaboli, de quo
& in Abacuk dicitur: Væ qui potat proximũ ſuũ
Hab.2.c ſubuerſione turbida: ita uniuerſæ gẽtes uel fortitu-
dines cõtrariæ ſupplicijs delegatæ, uel aduerſariæ
quęq; uirtutes, bibent & abſorbebunt ſanguinem
tuũ, & ad extremum in cunctos ueniẽte cruciatu,
ipſæ quoq; erunt quaſi nõ ſint. Qui eñ perit ei qui
eſt, & q dicit ad Moyſen, Qui eſt miſit me ad uos,
ſecundum regulam ſcripturarum non eſſe dicitur:
Heſt.14.d Vnde & in Heſter legimus: Ne tradas domine re-
gnum tuum his qui nõ ſunt. Poſſumus hunc locũ
& aliter interpretari: Quia lætati eſtis in ruina ſer-
uorum meorũ, eadem perſecutio cõtra uos quoq;
ueniet, & patiemini quæcunq; feciſtis. Et ſicut læ- C
tati eſtis aduerſum populum meum cum gentibus
reliquis: ita omnes gentes lætabũtur cõtra uos, &
deuorabunt & bibent, & perſecutione ſimili con-
terent. a ¶ In monte autem Sion erit ſaluatio, &
erit ſanctus & poſ-
ſidebit domus Ia-
cob &c.] Idumæa
ſubuerſa, & ab ini-
micis gẽtibus cum
quibus prius con-
tra Iacob fœdus in-
ierat deuorata, in
monte Sion erunt
reliquiæ, eritq; ſal-
uatio, & erit ſan-
ctus, hoc eſt, uel
ipſe dominus re-
uerteẽ ad templũ,
quod propter pec-
cata dimiſerat, uel

HEB. In mõtẽ autẽ Sió e-
rit ſaluatio, & erit ſanctus:
& poſſidebit domus Ia-
cob eos, qui ſe poſſederũt.
Et erit domus Iacob ignis,
& domus Ioſeph flam-
ma, & domus Eſau ſtipu-
la, & ſuccendentur in eis,
& deuorabunt eos, & non
erunt reliquiæ domus E-
ſau: quia dominus locutus
eſt

SEP. In monte autẽ Sion
erit ſaluatio, et erit ſanctũ:
& poſſidebit domus Ia-
cob eos qui ſe poſſederãt.
Et erit domus Iacob ignis:
& domus Ioſeph flãma:
domus autem Eſau ſtipu-
la: & ſuccendentur in eos,
& deuorabunt illos, & nõ
erit frumentarius domui
Eſau: qa dominus locutus
eſt

erit abſolute ſanctum, id eſt ſanctum ſanctorum.
Et poſſidebit domus Iacob, ſub Zorobabel &
Eſdra & Neemia, eos qui ſe hæreditate poſſede-
rant. Et erit domus Iacob, id eſt Iuda, ignis: & do-
mus Ioſeph, id eſt decem tribuum, flamma. De Io-
ſeph quippe natus eſt Ephraim, ex qua tribu Sa-
mariæ imperium fuit: domus autẽ Eſau, id eſt Idu-
mæorum qui tam ſæui & crudeles extiterant con-
tra fratrem ſuum, uertetur in ſtipulã, Et quomodo D
ignis & flamma cito ſtipulam deuorat: ſic duo re- Ezech.17.d
gna in unius ſibi uirgę iuxta Ezechiel copulam fœ-
derata, uaſtabunt Idumæam & deuorabunt eam,
& non erit reſiduus ex populo qui poſſit euerſio-
nem aduerſariorũ uicinis gentibus nunciare. Hoc
enim quod Lxx. tranſtulerunt πυροφόροι, quẽ nos
in frumẽtarium uertimus, iuxta antiqui ſermonis
eloquium: eos enim quos nunc agentes in rebus,
uel ueredarios appellant, ueteres frumẽtarios no-
minabant. Sed melius eſt ut ipſum ſequamur He-
braicum, id eſt שָׂרִיד quod interpretatur, uel reli-
quus, iuxta Aquilam: uel effugiens, iuxta Symma-
chum: uel ſecundum Theodotionem & quintam
æditionem, reſiduus. Hæc autem omnia fient, quia
dominus locutus eſt, & illius iuſſiſſe feciſſe eſt. A-
liter: Deſtructis carnis operibus & terreno impe-
rio deſolato, erit in eccleſia ſaluatio eorũ qui à ma-
tre non exierint. Et in ipſa morabitur ſanctus: de
quo in Eſaia dicitur: Sanctus, ſanctus, ſanctus do- Eſa.6.b
minus deus Sabaoth: quia & qui ſanctificat, & qui
ſanctificantur ex uno omnes. Et poſſidebit domus
ſuplantatoris Iacob, eos qui ſe hæreditate poſſede-
rant, de perſecutoribus faciens Chriſtianos, & i-
pſos Idumæos in eccleſiæ fidem recipiens: domus
autem Eſau uertetur in ſtipulam. Et quomodo i-
gnis uiciniam culmus nõ ualet ſuſtinere, ita diſpu- Pſal.17.c
tationem Iacob, quæ ignita eſt ſermone domini: יוֹסֵף
Eloquia enim domini igne examinata: & flam-
mam Ioſeph qui interpretatur augmentum, & qui
à fratribus uenditus, populum pauit in Aegy-
pto, domus Eſau ſuſtinere non poterit: ſed ad pri-
mam

A mam congreſſionem Sophiſmata eorum uertentur in nihilum. Et deuorabuntur in ſalutem ſuã: iuxta illud quod in benedictiõe Iſaac dicitur ad Eſau Si dominum tuũ illum feci, & omnes fratres tuos
Gen.27.f ſubieci ei ſeruos: fratriq; tuo ſeruies: Et nõ erũt reliquiæ domus Eſau, qñ omnia Chriſto genu flectent cœleſtium & terreſtriũ & infernorum, & ſubijcientur ei uniuerſa: ut ſit deus omnia in omnibus. Quia uero Eſau ſuper fundamentum Chriſti uitio ſuo extruxerat fœnum, ligna & ſtipulam: Id circo domus Iacob et Ioſeph in ignem uerteẽ & flammã, imitans dominum ſuũ: qui dicit: Ego ſum deus ignis cõ-
Deut.4.d ſumens, ut deuoratis paleis peccatorum, frumẽtum purum in horrea congregetur. Cuncta quæ diximus & quæ dicturi ſumus, Iudæi ſibi futuro tempore pollicentur, quan-
B do pro Chriſto recipient Antichriſtũ: impleta pro-
Ioan.5.g phetia domini ſaluatoris: Ego ueni in nomine patris mei, & nõ ſuſcepiſtis me, ſi alius uenerit in nomine ſuo illum recipietis. Et quicquid contra Idumæam interpretati ſumus: illi aduerſus Romanũ regnum ſomniãt: Quod nos dicimus aut iuxta hiſtoriã ſub Zorobabel eſſe iam factũ: aut certe iuxta prophetiam & myſticos intellectus quotidie in eccleſia fieri, & in regno animæ aduerſus carnẽ, in unoquoq; cõpleri. Frumentarium autem ſecundũ tropologiã deſinere eſſe dicimus in hæreticis: quãdo nullus fuerit qui apud eos granum tritici quod in terra mortuũ eſt: & panẽ de cœlis habere ſe iactet. Sunt qui non πυροφόρον, id eſt, frumentariũ: ſed πυρφόρον, hoc eſt, qui geſtare poſſit igniculum, à Septuaginta translatum putent. Acquieſcentes igitur diuerſis interpretationibus, dicemus iuxta Tropologiã: non ſolum frumentarium ceſſaturũ apud hæreticos: ſed & eum qui lucem Chriſti ha-
2.Cor.11.c bere ſe ſimulat. Etenim ipſe Sathanas transfigura-
tur in angelum lucis. a ¶ Et hæreditabunt hi qui ad &c.] Reuerſo in regnum ſuum Iuda qui habitauit in meridie, & poſſedit cunctã regionem, iuxta diuiſionem Ieſu filij Naue quæ uergit ad ſcorpionẽ, id eſt, omnẽ Acrabathenam. Nam hi qui prius terminis artabantur anguſtis: poſſidebunt montẽ Eſau, id eſt, montes Seir, & mõtana quæ Edom ante poſſederat. Qui autem habitabant in Sephela, id eſt, in campeſtribus Liddã & Emmaus, Dioſpolim ſcilicet Nicopolimq; ſignificans, poſſidebũt Palæſtinos: quinq; urbes Palæſtinorum, Gazam, Aſcalonẽ, Azotum, Accaron, Geth, uel omnẽ illam C
plagã, quę iuxta Actus apoſtolorum Saronas appellatur. Alij uero putant eã Sephelã, id eſt, campeſtrẽ regionẽ quæ circa Eleutheropolim eſt, repromitti, quod ad Rhinocolurã & ad mare uſq; tendẽda ſit, id eſt, de tribu Iuda nõ ſolũ Eleutheropolim teneãt: ſed uſq; ad maritima perueniant, & Philiſtim ſuo imperio ſubiugẽt, q̃s prius nõ habuerũt ſubiugatos. Dilatabitur quoq; terminus filiorum Iuda uſq; ad Ephraim, ubi nunc Neapolis eſt: & uſq; ad regionẽ Samarię, ubi Sebaſta cõdita eſt. Bẽiamin aũt cuius ſtatim ab Hieruſalem cõtra ſeptentrionẽ termini dilatãtur, cunctã poſſidebit Arabiã quæ prius uocabatur Galaad

HEB. eſt. Et hæreditabũt hi qui ad auſtrũ ſunt montẽ Eſau: Et qui in cãpeſtribus Philiſtim: & poſſidebunt regionẽ Ephraim, & regionẽ Samarię: & Beniamin poſſidebit Galaad. Et tranſmigratio exercitus eius filiorum Iſrael: omnia Chananæorum uſque ad Sareptã, Et tranſmigratio Hieruſalem quæ in boſphoro eſt poſſidebit ciuitates auſtri. Et aſcendẽt ſaluatores in montem Sion: iudicare montem Eſau: & erit domino regnum.

SEP. eſt. Et poſſidebunt qui in nageb montem Eſau: Et qui in Sephela alienigenas, & poſſidebunt mõtem Ephraim, & cãpũ Samariæ & Beniamin & Galaad. Et tranſmigratio nis principium iſtud filijs Iſrael: terra Chananæorum uſque Sareptam, & tranſmigratio Hieruſalem uſque Ephraten: poſſidebunt ciuitates Nageb: & aſcendẽt qui ſalui fuerant de mõte Sion, ut puniant montem Eſau: & erit domino regnum.

& nunc Geraſa nũcupatur. Iuxta Lxx. aũt & montem Ephraim & campos Samariæ & Beniamin & D
Galaad, hi qui fuerint in meridie poſſidebunt: hoc utrũ factum ſit deus uiderit, poteſt enim ex parte per annos quingẽtos uſq; ad aduentũ Chriſti eſſe cõpletum, quod ſicut certiſſime ſcio quotidie completur in nobis, & in regno eccleſiæ confirmatur. Hi enim qui habitant in meridie, id eſt, in Nageb & in uero ſunt lumine, & qui tenẽt campeſtria & humilia, id eſt, diſcipuli eius quibus dicit: Diſcite à
Matt.11.d me quia mitis ſum, & humilis corde; poſſidebunt montẽ Eſau & Philiſtim: quos poſſumus propter ſuperbiã dogmatum & eloquentiam ſecularem in ethnicorũ perſona accipere: Vt in mõte ſint magiſtri, in Philiſtim & alienigenis diſcipuli, qui magiſtrorum autoritate ducuntur: Et nõ ſolum montẽ Eſau, et alienigenas: ſed regionẽ quoq; Ephraim et Samarię poſſidebunt. Ephraim et Samariã crebro in Oſee legimus, & in hæreſibus quæ ſub nomine Chriſtiano eccleſiã diuidũt interpretati ſumus: Et ibi enim ſperatur ubertas, & ibi cuſtodiam fidei repromittũt. Porrò Beniamin filius dexteræ atq; uirtutis, ubi tẽplum dei eſt, poſſidebit Galaad: quæ interpretatur trãſmigratio teſtimonij, Iſraelẽ carneũ ſignificãs, ab illis enim ad nos teſtimoniũ domini cõmigrauit. Iuxta Lxx. autẽ & ipſum Beniamin, & Galaad: hi qui fuerint in meridie poſſidebunt.
b ¶ Et tranſmigratio exercitus &c.] Multũ in hoc loco translatio noſtra diſcrepat ab æditione uulgata. Vnde debemus in expoſitione hiſtoriæ Hebraicam ueritatem ſequi: Qui de babylone iuxta uolumen Eſdrę & Neemiæ reuerſi fuerant in Iudæam, recte tranſmigratio uocabuntur. Totus ille exercitus

A citus filiorum Israel ad meridiem quidem, & occi/
dentem, & ad septentrionẽ possidebunt Idumęos,
& Palęstinos, & montem Ephraim, & Samariam.
Beniamin quoque, quia confinis est solitudini, spe
cialiter obtinebit Galaad. Contra orientem uero
cunctis quæ in terra Chananæorum sunt, impera/
bunt usq; ad Sareptam Sidoniorũ: ubi quondam
Heliam pauit uidua. Porrò hi qui de ipsa Hieru sa/
lem metropoli ciuitate translati fuerant in Spha/
rad, quod nos in Bosphorũ uertimus: possidebũt
ciuitates austri, quæ sunt in tribu Iuda: Reuersi em̃
in urbem suã, ea quæ urbi uicina sunt obtinebunt.
Cumq; hæc expleta fuerint, sicut in Iudicũ libro,
mittebat dominus saluatores qui populum de ca/
ptiuitate saluarẽt: sic ascendent & uenient in mon
tem Sion, ut iudicent atq; discernant: quasi subie/
ctum, & seruientẽ sibi montem Esau, hoc est Idu/
mæos: subiugatisq; omnibus, erit domino regnũ.
Vbi nos posuimus Bosphorum: in Hebræo habet
סְפָרַד quod nescio cur Lxx. Ephrata transferre
uoluerint, cũ & Aquila & Symmachus & Theo
dotio cũ Hebraica ueritate cõcordent. Nos aũt ab
Hebræo, qui nos in scripturis erudiuit, didicimus
Bosphorũ sic uocari, & quasi Iudæus: Ista inquit,
est regio ad quam Hadrianus captiuos transtulit.
Quando ergo Christus noster uenerit, tunc reuer
sura est in Iudæam etiam illa captiuitas. Possumus
autem locum quemlibet regni Babylonis intellige
re, quanquam & aliud arbitrer. Nam consuetudi/
nis prophetarũ est: quando loquuntur contra Ba/
B bylonem, Ammonitas, Moabitas, Philistim, & cæ
teras nationes, multis sermonibus linguæ eorum
abuti, & seruare idiomata prouinciarum. Quia er/
go lingua Assyriorum terminus, qui Hebraice uo/
catur גבול dicitur Sapharad: hunc sensum esse
conjcio: Transmigratio Hierusalem quæ in cun/
ctis terminis regionibusq; diuisa est: urbes austri,
id est, tribus suæ recipiet. Pro eo autem quod nos
interpretati sumus, & ascẽdẽt saluatores, ac Lxx.
trãstulerũt: ἀναςωζομενοι, id est, hi qui salui fuerint,
in Hebraico scriptum est, מוֹשִׁיעִים: Qui non ut
Aquila & Lxx. & Theodotio passiue σεσωσμένοι,
uel ἀναςωζομένοι: se iuxta Symmachum σώζοντες,
id est actiue saluatores intelligẽdi sunt. Siquidem
σεσωσμένοι, id est, saluati: פְּלֵיטִים Hebræo sermo
ne dicuntur. Quia iuxta historiã, ut potuimus in/
terpretati sumus, & inter cõfragosos scopulos no/
stram naiculam reximus: spiritualis intelligentiæ
uela pandamus, ut flante domino & sua referante
mysteria læti perueniamus ad portum. Eo tempo
re quo Beniamin possederat Galaad: trãsmigratio
exercitus filiorum Israel, uel certe principiũ trans/
migrationis carnei quondam Israel, studuerit ut ad
Chananæorum terram perueniat, & propheticus
sermo qui fame periclitabatur in Iudæa, exiccato C
uellere Israel ad gentium rura transeat: Ibiq; pasca/
tur & pascat, dum & recipitur à credẽtibus, & pa
scit ipse credentes. Sarepta, uel ex duobus compo צָרְפַת
sitũ est, & interpretatur angustia panis: uel unum
uerbum est, & transfertur in incẽdium: Chanaan כְּנַעַן
uero in κάλον, id est motũ, uertitur: aut certe ne/
gociator, & humilis appellatur. Igitur transmigra/
tio filiorũ Israel quando occidentem dimiserint li/
teram, & ad spiritũ uenerint uiuificantẽ: mouebit
cũcta quæ legis sunt. Negociabitur de multis mar
garitis unam preciosissimã margaritam, & deposi
ta Iudæorũ superbia, humilitatem sectabitur Chri
stianã, & illuc usq; perueniet, ubi antea fuit tribula
tio panis, et mulier uidua à suo cõditore deserta pu
pillum filium uix alebat, & uniuersa illius peccata
& uitia cõcrementur. Captiuitas autem siue trans/
migratio Hierusalem: ubi quondam erat uisio pa/
cis, & quæ nunc in toto orbe dispersa est: posside/
bit ciuitates austri, id est ecclesias ueri & perfecti
luminis dicetq; cum sponsa pœnitens: Vbi pascis,
ubi cubas in meridie? Et cum Ioseph in antiquam
germanitatẽ recepta, inebriabitur sanguine pasto/
ris & principis. Quod si iuxta Lxx. Ephrata legi/
mus, nulli dubiũ est quin Christi intelligatur fides.
Ephrata enim interpretatur καρποφορία, id est, uber/ אֶפְרָתָה
tas, & λυώνυμος est, appellaturq; Bethleem in qua
natus est cœlestis panis. His autẽ ita gestis, ascen/
dent saluatores, uel qui saluati fuerint de reliquijs
populi Iudaici in montem Sion ut iudicent & ulci/
scãtur montem Esau. Quomodo lumen dominus D
lucem appellat apostolos suos, & dicit: Vos estis Matth. d
lux mudi: & ipsa petra, Petro donauit ut petra sit:
pastor quoq; bonus illis pastorũ largitus est nomi
na, & quodcũq; dicitur seruis tribuit ut dicãtur: sic
ipse saluator apostolos suos mũdi esse uoluit salua
tores: qui ascendere speculam montis ecclesiæ, &
deponentes superbiam Iudaicam, uniuersorumq;
montiũ quæ aduersum scientiã dei erigebantur, re
gnũ domino parauerũt. Hæc ad duas lucubratiun
culas ueterũ autoritatẽ secutus, & maxime expo/
sitionem Hebraicã propero sermone dictaui, ape/
ruiq; os meũ: sed nescio an illud Christus impleue/
rit. Vnde sapiens lector sensuũ magis debet conse
quentiam quærere quàm eloquij uenustatẽ. Neq;
enim ea leuitate & compositione uerborum dicta/
mus, ut scribimus. Aliud est mi Pãmachi sępe stilũ
uertere, et quę memoria digna sunt scribere. Aliud
notariorũ articulis prępar atis, pudore reticendi di
ctare quodcũq; in buccã uenerit. In hoc propheta
& adolescentuli lusimus & senes præsumpsimus.
Qui ueriora dixerit, in illius sententiã trãsgredere.

Commentariorum in Abdiam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN IONAM PROPHETAM PROOEMIVM

TRiennium circiter fluxit postquam quinq; prophetas interpretatus sum, Micheã, Nahum, Abacuk, Sophoniam, Aggeum, & alio opere detentus, non potui imple/re quod cœperam: Scripsi enim librũ de illustribus uiris, & aduersum Iouinianum duo uolumina: Apologeticum quoq;, & de optimo genere interpretandi ad Pam

 machium,

A machium:& ad Nepotianum,uel de Nepotiano duos libros, & alia quæ enumerare longũ eſt. C
Igitur tanto poſt tempore, quaſi quodam poſtliminio à Iona interpretãdi ſumens principium:
obſecro ut qui typus eſt ſaluatoris,& tribus diebus ac noctibus in uentre ceti moratus, præfigu-
rauit domini reſurrectionem:nobis quoq; feruorem priſtinum tribuat, ut ſancti ad nos ſpiritus
יונה mereamur aduentũ.Si enim Ionas interpretatur,columba:columba autem refertur ad ſpiritum
ſanctum,nos quoq; columbam & aduentum ad nos interpretemur columbæ.Scio ueteres eccle
ſiaſticos tam Græcos quàm Latinos ſuper hoc libro multa dixiſſe, & tantis quæſtionibus, non
tam aperuiſſe quàm obſcuraſſe ſententias:ut ipſa interpretatio eorũ,opus habeat interpretatio-
ne,& multo incertior lector recedat, quàm fuerat anteq; legeret. Nec hoc dico,quo magnis in-
genijs detraham,& alios mea laude ſugillem:ſed quod cõmentatoris officium ſit:ut quæ obſcu-
ra ſunt,breuiter aperteq; dilucidet,& non tam diſertitudinem oſtentet ſuam,quàm ſenſum eius
quem exponit ediſſerat. Quærimus igitur,Ionas propheta,excepto uoluminе ſuo & euãgelijs,
hoc eſt domini de eo teſtimonio:ubi alibi in ſcripturis ſanctis lectus ſit? Et ni fallor in Regũ uo-
lumine de eo ita ſcriptum eſt:Anno quintodecimo Amaſiæ filij Ioas regis Iuda,regnauit Hiero
boam filius Ioas regis Iſrael in Samaria,quadraginta annis & uno.Fecitq; malum coram domi
no,& non receſſit ab uniuerſis peccatis Hieroboam filij Nabath,qui peccare fecit Iſrael.Ipſe con
uertit fines Iſraelis in Samaria ab introitu Hemath,uſq; ad mare ſolitudinis:iuxta uerbũ domi-
ni dei Iſrael, quod locutus eſt in manu ſerui ſui Ionæ, filij Amathi prophetæ, qui fuit de Geth,
quæ eſt in Opher.Tradũt autẽ Hebræi hunc eſſe filiũ uiduæ Sareptanæ,quem Helias prophe
ta mortuum ſuſcitauit,matre poſtea dicente ad eum : Nũc cognoui quia uir dei es tu,& uerbum
dei in ore tuo eſt ueritas:& ob hanc cauſam etiam ipſum puerum ſic uocatum. Amathi enim in
אמתי noſtra lingua ueritatem ſonat, & ex eo quod uerum Helias locutus eſt, ille qui ſuſcitatus eſt, fi-
lius eſſe dicitur ueritatis. Porrò Geth in ſecũdo Sephorim miliario,quæ hodie appellatur Dio-
cæſaria euntibus Tyberiadem:haud grandis eſt uiculus,ubi & ſepulchrũ eius oſtenditur.Quan
B quam alij iuxta Dioſpolim,id eſt Liddam,eum & natum & conditum uelint: non intelligentes D
hoc quod additur Opher, ad diſtinctionem aliarum Geth urbium pertinere, quæ iuxta Eleu-
theropolim,ſiue Dioſpolim hodie quoque monſtrantur.Liber quoque Tobiæ licet non habea
tur in canone:tamen quia uſurpatur ab eccleſiaſticis uiris, tale quid memorat, dicente Tobia ad
filium ſuum:Fili ecce ſenui,& in eo ſum,ut reuertar de uita mea:Tolle filios tuos & uade in Me-
diam fili:ſcio enim quæ locutus eſt Ionas propheta de Niniue quoniam ſubuertetur. Et reuera
quantum ad hiſtorias tam Hebræas quàm Græcas pertinet, & maxime Herodotum : legimus
Niniuen regnante apud Hebræos Ioſia & Aſtiage rege Medorum fuiſſe ſubuerſam.Ex quo in-
telligimus primo tempore ad Ionæ prædicationem acta pœnitentia, Niniuitas ueniam conſe-
cutos : poſtea uero in priſtinis uitijs perſeuerantes, dei in ſe prouocaſſe ſententiam. Traduntq;
Hebræi, Oſee,& Amos, & Eſaiam ac Ionam ijſdem prophetaſſe temporibus. Hoc quantum
ad hiſtoriæ pertinet fundamenta.Cæterum non ignoramus Chromati papa uenerabilis,ſudo
ris eſſe uel maximi totum prophetam referre ad intelligentiã ſaluatoris:quod fugerit, quod dor
mierit,quod præcipitatus in mare ſit:quod ſuſceptus à ceto,quod eiectus in littus pœnitentiam
prædicarit:quod contriſtatus ob ſalutem urbis innumeræ, cucurbitæ ſit delectatus umbraculo,
quod reprehenſus à deo cur maiorem curam habuerit herbæ uirẽtis,& extemplo aridæ, quàm
tantæ hominum multitudinis:& cætera quæ in ipſo uolumine explanare nitemur:& tamẽ ut to
tum prophetę ſenſum breui præfatione comprehendam,nullus melior typi ſui interpres erit,q;
ipſe qui inſpirauit prophetas,& futuræ ueritatis in ſeruis ſuis lineas ante ſignauit.Loquitur ergo
ad Iudæos ſui ſermonis incredulos,& Chriſtum dei filium neſcientes: Viri Niniuitæ ſurgent in
iudicio cum generatione iſta,& condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatio-
ne Ionæ:& ecce plus quàm Iona hic. Condemnatur generatio Iudæorũ credente mundo:& Ni
niue agente pœnitentiam,Iſrael incredulus perit.Illi habent libros, nos librorum dominum: illi
tenent prophetas,nos intelligentiã prophetarum:illos occidit litera, nos uiuificat ſpiritus.Apud
illos Barrabas latro dimittitur,nobis Chriſtus dei filius ſoluitur.

DIVI

A DIVI HIEROYMI PRESBYTERI
Commentarij in Ionam prophetam.

ET factum est uerbū domini &c.] Lxx. excepto eo quod dixerūt, ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῆς πρός με, id est, ascendit cla mor malicię eius ad me: cæ tera similiter trāstu lerunt. In cōdemna tionē Israelis Ionas ad gentes mittitur: quod Niniue agen te pœnitentiam, il li in malicia perse uerent. Porrò quod ait, ascēdit malicia eius coram me: siue clamor malicię eius ad me. Hoc
Gen.18.c ipsum est quod in Genesi dicitur: Clamor Sodo morum & Gomorrę multiplicatus est. Et ad Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Iu xta tropologiam uero dominus noster, Ionas: hoc est columba, siue dolens: utrunq; enim interpreta tur: uel quia spiritus sanctus in specie columbæ de scendit & mansit in eo: uel quia nostris doluit ipse uulneribus, & fleuit super Hierusalem: Et liuore
Esa.53.b eius sanati sumus: Vere filius ueritatis, deus quip pe ueritas est: mittitur ad Niniuen Pulchram, id est mundum, quo nihil pulchrius oculis carneis aspi cimus. Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu no men accepit, consummatisq; operibus singulis, de
B eo dicitur: Vidit deus quia bonū est. Ad Niniuen, inquam, ciuitatem magnam: ut quia Israel audire contempsit, totus gentiū mundus exaudiat. Et hoc propterea quod ascēderit malicia eius coram deo. Cum enim deus quasi quandam pulcherrimam do mum seruituro sibi homini extruxerit: deprauatus est homo propria uoluntate, & à pueritia diligen ter appositū est ad malum cor eius, posuitq; in cœ lo os suum, & extructa turre superbiæ meretur ad se descendentem filium dei, ut per pœnitentiā rui næ cōscendat ad cœlum, qui per tumorem super biæ non potuit. a ¶ Et surrexit Ionas &c.] Scit propheta sancto sibi spiritu suggerente, quod pœ nitentia gentium, ruina sit Iudæorum: Idcirco ama tor patriæ suæ, nō tam saluti inuidet Niniue, quàm non uult perire populum suum. Alioquin legerat
Exod.32.g Moysen rogantē dixisse pro eo: Si dimittis eis pec catum, dimitte: sin autem non dimittis, & me dele de libro tuo quem scripsisti: & ad preces illius sal uatum Israel, & Moysen de libro nō fuisse deletū, quin potius dominū occasionem accepisse per ser uum, ut cęteris cōseruis illius parceret. Dum enim dicit: dimitte me, ostendit se posse retineri. Tale q d
Rom.9.d & Apostolus loquitur: Optabam anathema esse pro fratribus meis, qui sunt Israelitæ secundum car nem. Non q ipse perire desideret, cui uiuere Chri stus est, & morī lucrum: sed magis meretur uitam, dum saluare uult cæteros. Præterea uidens Ionas
Num.22. comprophetas suos mitti ad oues perditas domus Israel, ut ad pœnitentiam populum prouocarent, Balaam quoq; diuinum de salute Israelitici populi

# IONAS

ET factum est uerbum domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & uade in Niniuen ciuitatem magnā & prædica in ea, quia ascendit malicia eius coram me. Et surrexit Ionas ut fugeret in Tharsis à facie domini.

prophetasse, dolet se solum electū, qui mitteretur c
ad Assyrios inimicos Israel, & ad ciuitatē hostium maximam, ubi idololatria, ubi ignoratio dei: & q his maius est, timebat ne per occasionem prædica tionis suę, illis conuersis ad pœnitentiā, Israel peni tus relinqueretur. Nouerat enim eo dem spiritu quo illi gentium præconiū credebatur, quod quādo natiōes cre didissent, tunc peri ret domus Israel: et quod aliquando fu turum erat, hoc ne in suo fieret tempo re, uerebatur. Vnde imitatus Cain Ionas, & rece dens à facie domini, fugere uoluit in Tharsis, quā Iosephus interpretatur Tarsum Cilicię ciuitatem, prima tantum litera commutata: quantum uero in Paralipomenon libris intelligi datur, quidam lo cus Indiæ sic uocatur. Porrò Hebræi תַּרְשִׁישׁ ma re dici generaliter autumant, secūdum illud: In spi ritu uehementi cōfringes naues Tharsis, id est, ma ris. Et in Esaia: Vlulate naues Tharsis. Super quo Esa.23.d
ante annos plurimos in epistola quadam ad Mar cellam dixisse me memini. Nō igitur propheta ad certum fugere cupiebat locū, sed mare ingrediens, quocunque pergere festinabat: & magis hoc con uenit fugitiuo & timido, non locum fugæ ociose eligere, sed primam occasionem arripere naui gan D
di. Hoc quoque possumus dicere, qui notum tan tum putabat in Iudæa deum, & in Israel magnum nomen eius: postquā illum sensit in fluctibus, con fitetur, & dicit: Hebręus ego sum, & dominum cœ li ego timeo qui fecit mare & aridam: si autem ipse fecit mare & aridā, cur aridam relinquens arbitra ris te conditorem maris in mari posse uitare? Si mulq; instruitur per salutem conuersionemq; natu tarum: etiam tantam multitudinem Niniue simili posse confessione saluari. De domino autem & sal uatore nostro possumus dicere, quod dimiserit do mum, & patriā suam: & assumpta carne, quodam modo de cœlestibus fugerit, ueneritq; in Tharsis, hoc est, in mare istius seculi, secundum quod alibi
Psal.103.c dicitur: Hoc mare magnum & spacioſum, ibi repti lia, quorū non est numerus. Animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt. Draco iste quem formasti ad illudēdum ei. Idcirco enim & in passio ne dicebat: Pater si possibile est, transeat calix iste à
Luc.22 me, ne populo conclamante, crucifige, crucifige ta lem, & nos non habemus regem nisi cæsarem: ple nitudo gentium subintraret, & frangerentur rami oliuæ, pro quibus oleastri uirgulta succrescerent. Tantæq; pietatis & amoris fuit in populū pro ele ctione patrū, & repromissione ad Abraham, ut in
Ibid.23.c cruce positus diceret: Pater ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt. Vel certe quoniam Tharsis in terpretatur contemplatio gaudij: ueniens ad Iop יָפוֹ pen propheta, quæ & ipsa speciosam sonat, ire fe stinat ad gaudiū, & quietis beatitudine perfrui, to

A tum se tradere theoticę: melius esse arbitrãs, pulchri
tudine, & uarietate scientię perfrui, quàm per occa
sionem salutis gentiũ cæterarum perire populum,
de quo Christus in carne generandus sit. 4 ¶ Et
descendit in Ioppen &c.] Ioppen portum esse Iu
dææ: & in Regno
rum, & Paralipo
menon libris legi
mus: Ad quem Hi
2.Para.2.d ram quoq; rex Ty
ri ligna de Libano
ratibus transfere
bat: quæ Hierusalẽ
terreno itinere per
ueherentur. Hic lo
cus est, in quo us
que hodie saxa mõ
strãtur in littore: in
quibus Androme
da religata, Persei
quondam sit libera
ta præsidio. Scit eru
ditus lector histori
am: sed & iuxta re
gionis naturã de mõtanis & arduis ad Ioppen, &
campestria ueniens propheta, recte dicitur descen
disse & inuenisse nauem funem soluẽtem è littore,
& ingredientẽ mare: deditq; naulum eius, siue mer
cedẽ nauis, id est, subuectionis eius, iuxta Hebrai
cum, siue τὸ ναῦλον αὐτοῦ, id est, naulum suum: ut
B Lxx. transtulerunt: Et descendit in eam, ut proprie
continetur in Hebraico: יָרַד enim descendit dici
tur, ut fugitiuus sollicite latebras quæreret. Vel
ascendit, ut scriptũ est in æditione uulgata: ut quo
cunq; nauis pertingeret, perueniret: euasisse se pu
tans si Iudęam relinqueret. Sed & dominus noster
in extremo Iudææ littore: quod quia in Iudęa erat,
appellabatur pulcherrimũ: non uult tollere panem
filiorum, et dare eum canibus: Sed quia uenerat ad
oues perditas domus Israel: dat uectoribus preciũ,
ut qui primum suum saluare uult populum, saluet
accolas maris: & inter turbines ac tempestates, id
est, passionem suam, crucisq; conuicia submersus
in inferno: saluet eos quos quasi in naui dormiens
negligebat. Prudens rogandus est lector, ne eundẽ
uelit ordinem tropologiæ, quem & historiæ quæ
Gal.4.d rere: Nam & Apostolus, Agar & Saram ad duo te
stamenta refert: & tamen non omnia quæ in histo
ria illa narrantur, tropologice interpretari possu
Eph.5.d mus. Et ad Ephesios de Adam & Eua disputans,
ait: Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem
suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in car
ne una. Sacramentũ hoc magnum est: Ego autẽ di
co in Christo & in ecclesia. Nunquid totum princi
pium Geneseos, & fabricam mundi, & hominum
conditionem, ad Christum & ad ecclesiam referre
possumus, quia hoc testimonio sic abusus est Apo
stolus? Hoc enim hoc quod scriptum est: Ideo re
linquet homo patrem suũ, referamus ad Christũ:
ut dicamus eum patrem in cœlis reliquisse deum,
ut gẽtium populus iungeretur ecclesiæ: hoc quod

HEB. Et dẽscendit in Iop
pen & inuenit nauem eun
tem in Tharsis: & dedit
naulum eius: & descendit
in eam, ut iret cum eis in
Tharsis à facie domini.
Dominus autẽ misit uen
tum magnum in mare: &
facta est tempestas ma
gna in mari: & nauis pe
riclitabatur conteri. Et ti
muerunt nautæ, & clama
rũt uiri ad deum suum, &
miserunt uasa quæ erant
in naui

SEPT. Et ascendit in Iop
pen & inuenit nauem eun
tem in Tharsis: deditq;
naulum suum: ascendit in
eam, ut nauigaret cum eis
in Tharsis à facie domini.
Et dns suscitauit spiritum
magnũ in mare, & facta
est tẽpestas magna in ma
ri, & nauis periclitabatur
conteri. Et timuerũt qui na
uigabant: & clamauerunt
unusquisque ad deum su
um, & iactũ fecerunt uaso
rum

sequitur, matrẽ suam: quomodo possumus inter C
pretari, nisi forte dicamus reliquisse eum cœlestẽ
Hierusalem, quę est mater sanctorũ, & cætera mul
to his difficiliora. Illud etiam quod ab eodem Apo
stolo scribitur: Bibebant autem de spirituali conse- 1.Cor.10.d
quente eos petra:
petra aũt erat Chri
stus, nequaq; nos
artat, ut omnẽ Exo
di librũ referamus
ad Christũ. Quid
enim possumus di
cere, quod hæc pe
tra à Moyse pcus
sa sit, nõ semel, sed
bis, quod aquæ flu
xerint, et torrentes
repleti sint? Num
uniuersam loci hu
ius historiã per hãc
occasionem coge
mus sub leges Al
legoriæ? & non po
tius unusquisq; lo
cus secundum historiæ diuersitatem, diuersam re
cipiet intelligentiam spiritualem? Igitur sicut hæc
testimonia suas interpretationes habent, & nec
præcedentia, nec consequentia eandem desiderant
allegoriam: Sic & Ionas propheta, non absque pe
riculo interpretantis, totus referri ad dominum po
terit. Nec ex eo quod in euangelio dicitur: Gene- D
ratio pessima & adultera, signũ quærit, & signum Matth.12.e
non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, Sicut
enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tri
bus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ
tribus diebus & tribus noctibus: reliqua etiã quæ
in propheta digesta sunt, eodem ordine referũtur
ad Christum. Certe ubicũque absq; discrimine hoc
fieri potest: nos quoque facere nitemur.] b ¶ Do
minus autem misit uentum magnum, &c.] Potest
fuga prophetæ & ad hominis referri in communi
personam, qui dei præcepta contemnens, recessit
a facie eius, & se mundo tradidit, ubi postea malo
rum tempestate, & totius mundi contra se sæuien
te naufragio compulsus est sentire deum, & reuer
ti ad eum quem fugerat. Vnde intelligimus etiam
ea quæ sibi homines æstimant salutaria, deo nolen
te uerti in perniciem: & non solum nõ prodesse au
xiliũ, his quibus præbetur, sed & ipsos qui præbẽt
pariter conteri. Sicut legimus uictam ab Assyriis
Aegyptũ, quia opitulabatur Israeli contra domini
uoluntatem. Periclitatur nauis quæ periclitantem
susceperat, uento maria cõcitantur, in trãquillitate
tẽpestas oritur, nihil deo aduersante securum est.
c ¶ Et timuerunt nautæ &c.] Arbitrãtur nauem
solito onere prægrauari, & non intelligunt totum
pondus esse fugitiui prophetæ. Timent nautæ, cla
mat unusquisq; ad deum suũ, ignorãtes ueritatem,
non ignorant prouidentiã, & sub errore religionis
sciũt aliquid esse uenerandum: proiiciunt onera in
mare, ut magnitudinem fluctuũ classis leuior tran
siliret

A ſiliret. At cõtra Iſrael nec bonis nec malis intelligit deum, & plangente Chriſto populum, ſiccos oculos habet. 4 ¶ Et Ionas deſcendit &c.] Quantũ ad hiſtoriã pertinet, prophetæ mens ſecura deſcribitur, non tempeſtate, non periculis conturbatur: eundem & in tranquillo & imminente naufragio animum gerens. Deniq; alij clamant ad deos ſuos, uaſa p̃ij ciunt: nititur unuſquiſque ꝙ poteſt. Iſte tã quietus eſt & ſecurus, animiq; tranquilli, ut ad naues interiora deſcẽdens, ſomno placido perfruatur. Sed & hoc dici poteſt: Conſcius erat fugę & peccati quo domini præcepta neglexerat: & tempeſtatẽ ignorantibus cæteris cõtra ſe ſæuire cernebat: ideo deſcẽdit ad interiora nauis, & triſtis abſcõditur, ne quaſi dei uindices fluB ctus aduersũ ſe uideret intumeſcere. Quod autem dormit, non ſecuritatis eſt, ſed mœroris: Matth.26.d Nam & apoſtolos legimus in domini paſſione prę triſtitiæ magnitudine ſomno fuiſſe depreſſos. Sin autem interpretamur in typo: ſomnus prophetę et grauiſſimus ſopor, hominẽ ſignificat erroris ſopore torpentem, cui non ſuffecerat fugiſſe à facie dei, niſi quadã uecordia mens illius obruta, ignoraret iracundiam dei, & quaſi ſecurus dormiret, & profundiſſimum ſomnũ roncho nare ſonaret. b ¶ Et acceſſit ad eum gubernator &c] Naturale eſt unũquenq; in ſuo periculo de alio plus ſperare: Vnde gubernator, ſiue proreta qui uectores timidos debuerat cõſolari: cernens diſcriminis magnitudinẽ, excitat dormientem, & arguit improuidæ ſecuritatis: commonetq;, ut ipſe quoq; pro uirili portione deprecetur deum ſuum: ut cuius erat cõmune periculum, communis eſſet oratio. Porrò iuxta tropologiam plures ſunt, qui cum Iona nauigantes & habentes proprios deos ad contemplationem gaudij ire feſtinãt. Sed poſtquam Ionas fuerit ſorte deprehenſus, & morte illius mũdi ſedata tempeſtas, mariq; tranquillitas reddita: tunc unus adorabitur deus, & immolabũtur uictimæ ſpirituales, quas utiq; iuxta literam in medijs fluctibus non habebant. c ¶ Et dixit uir &c.] Nouerant naturam maris, & tanto tempore nauigantes, ſciebant tempeſtatum uentorumq; rationes: & utiq; ſi ſolitos, & quos aliquando experti fuerant fluctus uidiſſent conſurgere: nunquam forte autorem naufragij quærerent, & per rem incertam, certũ cuperent euitare diſcrimen. Nec ſtatim debemus ſub hoc exemplo ſortibus credere: uel illud de actibus apoſtolorum huic teſtimonio copulare, ubi ſorte in apoſtolatum Matthias elígitur, cum priuilegia ſingulorum nõ poſſint legem facere communem. Sicut enim in condemnationẽ Balaam aſina loquitur: & Pharao, & Nabuchodonoſor in iudicium ſui, ſomnijs futura cognoſcũt: & tamen deum nõ intelligunt reuelantẽ: Caiphas quoq; ꝓphetat ignorans, ꝙ expediret unum perire pro cunctis: Ita & hic fugitiuus ſorte deprehenditur, non uiribus fortiũ, D & maxie ſortibus ethnicorũ, ſed uoluntate eius qui ſortes regebat incertas. Quod aũt dicitur: Et cognoſcamus propter quẽ malicia hæc eſt ſuper nos: hic maliciam pro afflictione & calamitate accipere debemus, ſecundũ illud: Sufficit diei malicia ſua. Et in Amos propheta: Si eſt malicia in ciuitate quam dominus nõ fecerit. Et in Eſaia: Ego dominus qui facio pacem & creo mala. In alio uero loco: malicia contraria uirtuti intelligitur, iuxta quod in hoc eodẽ propheta ſuprà legimus: Aſcendit clamor malitiæ eius ad me. d ¶ Et dixerũt ad eum &c.] Quem ſors indicauerat, cogunt uoce propria cõfiteri, cur tãta tẽpeſtas ſit, uel quare contra eos dei ira deſæuiat: Indica, inquiunt, nobis cuius cauſa malum iſtud ſit ſuper nos; quid operis agas, de qua terra, de quo populo, pficiſcaris, quo abire feſtines. Et notanda breuitas quam admirari in Vergilio ſolebamus: Iuuenis, quæ cauſa ſubegit Ignotas tẽtare uias, quò tẽditis, inquit, Qui genus? unde domo, pacem ne huc fertis, an arma? Interrogatur perſona, regio, iter, ciuitas: ut ex his cognoſcatur & cauſa diſcriminis. e ¶ Et dixit ad eos, Hebræus &c.] Nõ dixit Iudæus ego ſum: quod ſciſſura decem tribuum à duabus, populo nomen impoſuit: ſed Hebręus ſum, hoc eſt, περατὴς, trãſitor: עִבְרִי ſicut & Abraham, qui dicere poterat: Aduena ſum ego & peregrinus, ſicut omnes patres mei: de quo



HEB. in naui in mare, ut alleuiaretur ab eis. Et Iõnas deſcendit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui. Et accceſſit ad eũ gubernator & dixit ei, qd tu ſopore deprimeris? Surge, inuoca deum tuum, ſi forte recogitet deus de nobis: & non pereamus. Et dixit uir ad collegam ſuũ: uenite & mittamus ſortes & ſciamus, quare hoc malum ſit nobis, & miſerunt ſortes, & cecidit ſors ſuper Ionam. Et dixerunt ad eum: indica nobis, cuius cauſa malum iſtud ſit nobis, quod opus tuum, quæ terra tua: & quò uadis, uel ex quò populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum, & dominum deum cœli ego timeo, qui fecit

SEP. rum nauis in mare, ut alleuiaretur nauis. Ionas aũt deſcẽdit in uentrẽ nauis, & dormiebat & ſtertebat. Et acceſſit ad eũ proreta, & dixit ei, quid tu ſtertis? Surge inuoca deũ tuũ: ſi quõ ſaluos faciat nos deus, & non pereamus. Et dixit unuſquiſq; ad ꝓximũ ſuum: uenite mittamus ſortes, & cognoſcamus cuius gratia malitia hæc eſt ſuper nos: & miſerũt ſortes, & cecidit ſors ſuper Ionã. Et dixerũt ad eum, annuncia nobis cuius gratia hæc malicia eſt in nobis, quod eſt opus tuum: & unde uenis, & quò uadis: & ex qua regione, & ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: ſeruus domini ego ſum, & deum cœli ego colo: qui fecit

A in alio psalmo scribitur: Transierũt de gẽte in gentem, & de regno ad populũ alterũ. Moyses: Transeam, inquit, & uidebo uisionem hanc magnã. Et dñm deum cœli ego timeo. Nõ deos quos inuocatis, & q saluare nõ possunt, sed deũ cœli, qui mare fecit et aridã. Mare in quo fugio: aridã de qua fugio. Et eleganter ad distinctionẽ maris: nõ terra, sed arida nũcupat. Et in breui uniuersitatis factor ostẽdit, qui & cœli dominus est, & terræ, & maris. Quęritur autem, quomodo uere dicere cõprobetur: Dominũ deum cœli ego timeo, cũ eius præcepta non faciat. Nisi forte respondeamus, q & peccatores timeãt deum, seruorũq; sit nõ diligere sed timere: quãq; in hoc loco timor pro cultu possit intelligi, iuxta sensum eorũ qui audiebãt, & adhuc ignorabãt

HEB. fecit mare & aridã. Et timuẽrunt uiri timore magno, & dixerunt ad eũ: quid hoc feciſti? Cognouerũt enim uiri quod à facie domini fugeret, quia indicauerat eis. Et dixẽrũt ad eum: quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat & intumescebat. Et dixit ád eos: tollite me & mittite me in mare, & cessabit mare à uobis: scio enim quia propter me tẽpestas hęc grandis est super uos. Et rẽmigabant uiri ut reuerterentur ad aridam, & non ualebant,

B deũ. a ¶ Et timuerũt &c.] Historię ordo præposterus est: Quia eñ poterat dici, nulla causa timoris fuit, ex eo quod eis cõfessus est, dicẽs: Hebræus ego sum, & dñm deũ cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam: Statim subnectitur quod idcirco timuerũt, quia eis indicauerat se domini fugere conspectum, & eius non fecisse præcepta. Denicq; cauſantur, & dicunt: quid hoc feciſti? id est, si times deum, cur fugis? Si tantæ potentiæ prædicas quẽ colis, quomodo te putas eum posse euadere? Timẽt autem timore magno, quod intelligũt sanctum & & sanctæ gentis uirum: de Ioppe quippe soluẽtes funem, Hebrææ gentis nouerant priuilegium: & tamen fugitiuum cælare non possunt. Magnus est qui fugit, sed maior ille qui quærit, non audent tradere, cælare non possunt. Reprehendunt culpam, timorẽ confitentur: rogant ut ipse remedio sit, qui autor peccati fuerat. Vel certe quod dicunt: quid hoc feciſti? non increpant, sed interrogant, uolentes causam fugæ nosse: serui à domino, filij à patre, hominis à deo. Quod est, inquiũt, tantũ mysteriũ, ut terra deseratur, expetãtur maria, relinquatur patria, loca appetantur aliena? b ¶ Et dixerunt ad eum &c.] Propter te dicis uentos, fluctus, mare, gurgites concitatos: exposuisti causam morbi, indica sanitatis. Ex eo quod contra nos surgit mare, intelligimus iram esse susceptionis tuę. Si culpa est quod susceperimus, quid facere possumus ne dominus irascatur: quid faciemus tibi? hoc est, interficiemus te? sed cultor es domini, seruabimus? sed deũ fugis. nostrũ est prębere manus, quid fieri iubeas:

SEPT. fecit mare & aridã. Et timuerunt uiri timore magno, & dixerunt ad eũ, quid hoc feciſti? Cognouerunt enim uiri q à facie dñi fugeret, eo quod indicasset eis. Et dixerũt ad eũ: quid tibi faciemus & quiescet mare à nobis? qa mare ibat & suscitabat magis fluctus. Et dixit Ionas ad eos: tollite me & mittite me in mare, & quiescet mare à uobis: ego enim noui quod propter me fluctus magni contra uos sunt. Et conabantur uiri, ut reuerterentur ad terram, & non poterant

C esse: mihi irasci, in uos sæuire naufragium: fluctus ipsi imperant uobis, ut me mittatis in mare. Si ego D sensero tẽpestatẽ, uos recuperabitis trãquillitatẽ. Et animaduertenda pariter fugitiui nostri magnanimitas, non tergiuersatur, non dissimulat, non negat: sed qui confessus fuerat de fuga, pœnam libenter assumit, se cupiens perire, ne propter se & cæteri pereant: & ad peccatum fugæ, alienæ quoq; delictum addatur necis. Hoc quantũ ad historiam: cæterũ non ignoramus flantes uẽtos, quibus in euangelio, ut quiescerẽt, dominus imperauit, & periclitantem nauiculam, in qua dormiebat Ionas: & intumescens mare quod increpatur, tace & obmutesce, referri ad dominũ saluatorem, & periclitãtem ecclesiã, uel apostolos suscitantẽ, qui eum deserentes in passione quodãmodo in fluctus pcipitabãt. Iste Ionas dicit: Scio quia propter me tẽpestas grãdis est super uos, quia me uident uẽti uobiscũ ire in Tharsis, hoc est, ad contemplationẽ lętitiæ nauigare, ut uos mecũ perducam ad gaudiũ: Vt ubi ego sum & pater, ibi & uos sitis. Idcirco sæuiũt, idcirco mũdus qui in maligno positus est, fremit: ideo elementa turbantur: me cupit deuorare mors, ut uos pariter occidat, & nõ intelligit, quia uelut in hamo escã capit, ut mea morte moriatur. Tollite me & mittite in mare: Non est enim nostrũ mortẽ arripere, sed illatã ab alijs libenter accipere. Vnde & in persecutionibus nõ licet ꝓpria perire manu, absq; eo ubi castitas periclitat, sed pcutiẽti colla submittere. Sic, inquit, placate uẽtos: sic in maria libamina fundite: tẽpestas q̃ ꝓpter me sæuit contra uos, me moriẽte sedabitur. d ¶ Et remigabãt &c.] Protulerat

Ioan. 14. d

A lerat propheta contra se sententiã: sed illi culorẽ audientes dei, manus iniícere nõ audebãt, propterea nitebãtur reuerti ad aridã, & effugere discrimen ne sanguinẽ funderent, magis uolentes perire & perdere. O rerũ quãta mutatio, populus qui seruierat deo dicit: crucifige, crucifige talẽ. Istis imperatur ut occidãt, mare furit, tempestas iubet: et pro priũ periculum negligentes, de aliena salute sollíciti sunt. Quã ob rẽ & Lxx. παρεβιάζοντο, inquiunt, id est, uim cupiebãt facere, & naturã rerũ uincere, ne uiolarẽt prophetam dei. Quod aũt dicit: remigabãt uiri, ut reuerterentur ad aridam: putabãt absque sacramento eius qui passurus erat, posse nauem de periculo liberari: cũ Ionæ submersio, nauis fuerat releuatio.

a ¶ Et clamauerunt ad dominũ &c.] Grãdis uectorũ fides, periclitãtur ipsi,

B & pro alterius anima deprecantur: sciũt enim peiorem mortẽ peccati esse & uitæ: Et ne des, inquiũt, super nos sanguinẽ innocentẽ. Cõtestantur dominum, ut quodcũq; facturi sunt nõ sibi reputetur: & quomodo dicũt: Nolumus interficere prophetam tuũ, sed iram tuam & ipse cõfessus est, & tẽpestas loquit: quia tu domine sicut uoluisti, fecisti: uoluntas tua expletur per nostras manus. Nõne nobis uidetur nautarum uox, Pilati esse cõfessio, qui lauat manus suas, & dicit: Mundus sum ego à sanguine uiri huius. Nolunt Christũ perire gentes, innocentem sanguinem protestantur. Et Iudæi dicunt: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et ideo si leuauerint manus, non exaudientur, quia plenæ sunt sanguine. Quia tu domine sicut uoluisti, fecisti: Quod nos suscepimus, quod turbo cõsurgit, q uenti sęuiũt, quod mare suscitatur in fluctus, quod proditur sorte fugitiuus, quod indicat quid fieri debeat, tuæ est domine uoluntatis: tu enim sicut uoluisti, fecisti. Vnde & saluator dicit in psalmo: Domine ut facerem uoluntatem tuam uolui.

b ¶ Et tulerũt Ionam &c.] Non dixit arripuerũt, non ait inuaserũt: sed tulerũt, quasi cum obsequio & honore portantes: miserunt in mare, non repugnantem, sed prębentem manus ipsorũ uoluntati. Et stetit mare, quia inuenerat quem quærebat. Velut si quis persequatur fugitiuum, & cõcito pergat gradu: postquã fuerit consecutus, desistit currere, & stat ac tenet quẽ apprehẽderit: Ita et mare quod absente Iona irascebatur, in uisceribus suis desideratũ tenens, gaudet & cõfouet, & ex gaudio tranquillitas redit. Si considerẽmus ante passionẽ Christi, errores mũdi, & diuersorũ dogmatũ flatus contrarios: & nauiculam totumq; humanũ genus, id est, creaturam domini periclitantẽm: & post passionem eius tranquillitatẽ fidei, & orbis pacem, & secura omnia, & conuersionem ad deũ: uidebímus quomodo post præcipitationem Ionæ stetérit mare à feruore suo.

c ¶ Et timuerunt &c.] Ante domini passionem timẽtes clamauerũt ad deos suos: post passionẽ eius dñm timent, id est, uenerantur & colunt: & nõ timent simpliciter, ut in principio legimus, sed timore magno, iuxta illud quod dicit: Ex tota anima, et ex toto corde, & ex tota mente tua. Et immolauerunt hostias domino & uouerũt uota. Cap. II.

ET præparauit dñs piscem grãdem: ut deglutiret Ionam. Et erat Ionas

ET præcepit dominus ceto magno & deuorauit Ionam. Et erat Ionas

c ¶ Et erat &c.] Huius loci mysteriũ Matth.12.e in euangelio dñus exponit: & superfluum est, uel



D as, quas certe iuxta literã in medijs fluctibus non habebant: sed quia sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus est. Et in alio loco dicit: Immola deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo uota tua. Et rursum: Reddemus tibi uitulos labiorũ nostrorũ. Idcirco in mari immolãt hostias: et alias spõte promittũt: uota faciẽtes, se nũq; ab eo quẽ colere cœperãt recessuros: timuerũt eũ timore magno: Quia ex trãquillitate maris & tẽpestatis fuga, uera prophetę uerba cernebãt. Ionas in mari fugitiuus, naufrago, mortuus, saluat nauiculã fluctuantẽ: saluat ethnicos in diuersas prius sententias mũdi errore iactatos. Et Osee, Amos, Esaias, Ioel, q eodẽ tẽpore phetabãt, populũ in Iudęa nequeũt emẽdare. Ex q ostenditur sedari nõ posse naufragiũ, nisi morte fugitiui. Cap. II.

ET pręparauit &c.] Morti & inferno pcepit dñs, ut prophetã suscipiat. Quę auidis faucibus prędã putãs, quantũ in deuoratione lętata est: tantũ luxit in uomitu. Tũc & cõpletũ est illud q legimus in Osee: Ero mors tua ò mors, ero morsus tuus inferne. In Hebraico aũt piscẽ grãdẽ legimus: p q Lxx. interptes, & dñs in euãgelio cetũ uocãt: rem ipsam breuius explicãtes. In Hebraico eũ dicitur דָּג גָּדוֹל, q interptat, piscis grãdis: haud dubiũ quin cetũ significet. Ei animaduertẽdũ, q ubi putabat interitus, ibi custodia sit. Porrò q ait: pparauit, uel ab initio cũ cõderet, de q in psalmo scribit: Draco iste quem formasti ad illudendũ ei. Vel certe iuxta nauẽ fecit uenire: ut præcipitẽ Ionã in suos reciperet sinus, & pro morte pręberet habitaculum: ut qui in nauí iratũ senserat deum, propitiũ in morte sentiret.

Fidei

Ioan.14

Psal.59.b

Psal.50.d

Ibid.49.d

Osee 13.d

Psal.103.d

Matth.12.e

A idipſum, uel aliſud dicere. Hoc ſolũ q̃rimus, q̃modo tres dies & tres noctes fecerit in corde terræ. Quidã παρασκευὴν, quãdo ſole fugiẽte ab hora ſexta uſq; ad horã nonã nox ſucceſſit diei, in duas dies & noctes diuidũt: & apponẽtes ſabbatũ, tres dies & tres noctes ęſtimãt ſupputãdas: nos uero συνεκδοχικῶς totum intelligamus à parte: ut ex eo q̃d ὁ παρασκευῆ mortuus eſt, unam diẽ ſupputemus & noctẽ, & ſabbati alterã: tertiã uero noctẽ quæ diei dominicę mancipat, referamus ad exordiũ diei alterius: nam & in Geneſi nox non præcedentis diei eſt, ſed ſequentis, id eſt, principium futuri, non finis præteriti. Hoc ut intelligi poſſit, dicam ſimplicius. Finge aliquẽ hora nona egreſſum eſſe de manſione, & alterius diei hora tertia ad manſionem alteram peruenieſſe: ſi dixero bidui eum feciſſe iter: non ſtatim reprehendar mendacij, quia ille qui ambulauit, non omnes horas utriuſq; diei, ſed quandam partem in itinere cõſumpſerit. Certe mihi hæc uidetur interpretatio. Si quis aũt iſtam non receperit, & meliori ſenſu poteſt loci huius exponere ſacramentũ: illius magis ſequẽda eſt ſentẽtia.

B *a* ¶ Et orauit &c.] Si Ionas refertur ad dominũ, & ex eo q̃ tribus diebus ac noctibus in utero ceti uit paſſionem indicat ſaluatoris: debet & oratio illius typus eſſe orationis dominicæ. Nec ignoro quoſdã fore quibus incredibile uideat, tribus diebus ac noctibus, in utero ceti, in quo naufragia digerebantur, hominẽ potuiſſe ſeruari: Qui utiq; aut fideles erunt, aut infideles: ſi fideles, multo credere
Dan.3.c maiora cogentur: Quomodo tres pueri miſſi in caminũ æſtuantis incendij intantũ illęſi fuerint, ut ne ueſtimenta quidẽ eorũ odor ignis attigerit. Quo-
Exod.14.d modo receſſerit mare, & ad inſtar murorũ hinc inde rigidũ ſteterit: ut præberet uiã populo tranſeunti. Quomodo humana ratione, aucta fame leonũ rabies prædã ſuam timens aſpexerit, nec tetigerit: & multa huiuſcemodi. Sin autem infideles erunt, legant quindecim libros Naſonis metamorphoſeos, & omnem Græcam, Latinamq; hiſtoriam: ibiq; cernent uel Daphnen in laurũ, uel Phaetontis ſorores in populos arbores fuiſſe conuerſas: quomodo Iupiter eorũ ſublimiſſimus deus, ſit mutatus in cygnum, in auro fluxerit, in tauro rapuerit, & cętera, in quibus ipſa turpitudo fabularũ diuinitatis denegat ſanctitatẽ: Illis credũt, & dicũt deo cũcta poſſibilia. Et cũ turpibus credãt, potentiaq; dei uniuerſa defendãt: eandẽ uirtutẽ nõ tribuũt & honeſtis. Q̃d aũt ſcriptũ eſt, Et orauit Ionas ad dominũ deũ ſuũ de utero piſcis, & dixit: intelligimus eum poſtq; in utero ceti ſoſpitem eſſe ſe ſenſerit, nõ deſperaſſe de dñi miſericordia: & totũ ad obſecrationẽ eſſe con-
Pſal.90 uerſum, Deus enim qui dixerat de iuſto: Cum ipſo ſum in tribulatione. Et: Cũ inuocauerit me, dicam: C
adſum, affuit ei: & dicere poteſt qui exauditus eſt: Ibid.4.e
In tribulatione dilataſti mihi. *b* ¶ Clamaui &c.] Lxx. ſimiliter: hoc tantũmodo cõmutato: de uẽtre inferi clamoris mei audiſti uocẽ meã. Nõ dixit clamo, ſed clamaui: nec de futuro p̃cat, ſed de p̃terito gratias agit: indicãs nobis, q̃ ex eo tẽpore quo p̃cipitatus in mare uidiſſet cetũ: et tantam corporis molẽ, & immanes rictus aperto ſe ore ſorbere: dñi recordatus ſit & clamauerit: uel aquis cedentibus & clamore inueniente locũ, uel toto cordis affectu, ſecundũ illud q̃ Apoſt. dicit: Clamãtes Rom.8.e
in cordibus ueſtris, abba pater, et clamauerit ei qui ſolus nouit corda hominũ, et loquitur ad Moyſen: Quid clamas ad me? cũ utiq; nihil ante hãc uocem Exod.14.d
clamaſſe Moyſen ſcriptura cõmemoret: Hoc eſt illud q̃ et in primo graduũ pſalmo legimus: Ad dñm Pſal.119
cũ tribularer clamaui, et exaudiuit me. Ventrẽ aũt inferi, aluũ ceti intelligamus, q̃ tãtę fuit magnitudinis: ut inſtar obtineret inferni. Sed melius ad p̃ſonam Chriſti referri põt, q̃ ſub nomine Dauid cãtat in pſalmo: Nõ derelinq̃s animã meã in inferno, nec Ibid.15.e
dabis ſanctũ tuũ uidere corruptionem. Qui fuit in D
inferno uiuẽs inter mortuos liber. *c* ¶ Et proiecisti &c.] Quantũ ad perſonã Ionæ nõ eſt difficilis interpretatio, q̃ ceti clauſus aluo in p̃fundiſſimo & in medio maris fuerit, fluminibusq; uallatus ſit. Quantũ ad dñm ſaluatorẽ lxviij. pſalmi ſumamus exẽplũ, in quo loquit: Infixus ſum in limo p̃fundi, & nõ eſt ſubſtantia: Veni in p̃fundũ maris, & tẽpeſtas demerſit me, de quo et in alio pſalmo dicit: Tu Pſal.88.f
aũt abieciſti et deſpexiſti: diſtuliſti Chriſtũ tuũ, ſubuertiſti teſtamẽtũ ſeruí tui, cõtaminaſti in terra ſanctuariũ eius, deſtruxiſti oẽs macerias eius, & reliqua. Ad cõparationẽ enim cœleſtis beatitudinis: & eius loci, de quo ſcriptũ eſt: In pace ſancta locus Pſal.57.d
eius: omis terrena habitatio plena eſt fluctibus, plena tẽpeſtatibus. Porrò p̃ cor maris ſignificat̃ infernus, pro quo in euãgelio legimus: In corde terræ. Quomõ aũt cor animalis in medio eſt, ita & infer- Matth.12.c
nus in medio terræ eſſe phibet. Vel certe iuxta ὠὰ γωγὴν, in corde maris, id eſt, in medijs tẽtationibus eſſe ſe memorat: Et tamẽ cum inter amaras aquas fuerit, & tẽtatus ſit iuxta oĩa abſq; peccato: nõ ſenſit amaras aq̃s, ſed flumine circũdatus eſt, de quo & in alio loco legimus: Fluminis impetus lętificat Pſal.45.d
ciuitatẽ dei, alijs bibẽtibus ſalſos fluctus. Ego in medijs tẽtationib. dulciſſima fluenta ſorbebã. Nec impiũ tibi eſſe uideat, ſi nũc dñs dicat: Proieciſti me in Ibid.68.f
p̃fundũ, q̃ loqtur in pſalmo: Quoniã quẽ tu p̃cuſſiſti, ipſi pſecuti ſunt. Secundũ illud q̃ ex pſona patris in Zaccharia ponit: Percutiã paſtorẽ, & oues Zach.13.e
diſpergẽtur. *d* ¶ Oẽs gur, &c.] Quod ſup Ionã tumentes

A tumentes maris fluctus transierunt, & detonuerit sæua tempestas, nulli dubium est. Quærimus autem quomodo omnes eleuationes, & gurgites & fluctus dei super saluatorem transierint. Tentatio est uita hominũ super terrã; siue ut in Hebraico habet, militia; qa hic militamus, ut alibi coronemur: Nullusq; est hominum qui cunctas sustinere queat tẽtationes, absque eo qui tẽtatus est in omnibus iuxta nostrã similitudinẽ sine peccato: unde et ad Corinthios dicit: Tentatio uos nõ apprehendat, nisi humana. Fidelis autẽ deus qui nõ dimittet uos tẽtari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione & exitũ, ut possitis sustinere. Et quoniam omnes persecutiones & uniuersa quæ accidunt absq; dei nõ ingruunt uoluntate: Idcirco dei gurgites dicuntur & fluctus, qui non oppresserũt Iesum: sed transierũt per eum, mínantes tantum naufragium nõ inferentes. Vniuersæ ergo persecutiones, & turbines quibus genus uexabatur humanũ, & cunctæ nauicu-
B lę frangebãtur, super meum detonuere caput. Ego sustinui tempestates & fregi turbines sęuientes: ut cæteri securius nauigarent. /a ¶ Et ego dixi abiectus &c.] Antequam clamarem de tribulatione mea & exaudires me, qui formã serui acceperam: fragilitatem quoque illius imitatus dixi: Abiectus sum à conspectu oculorũ tuorum. Quando eram tecũ, & tuo lumine perfruebar, & in te lumine ego eram lumen, nõ dicebam, abiectus sum. Postquam ueni in profundũ maris: & hominis carne circũdatus sum, humanos imitor affectus et dico, abiectus sum à conspectu oculorum tuorum: Hoc quasi homo locutus sum: cæterũ quasi deus, & is qui cum essem in forma tua, nõ sum rapinã arbitratus ęqualem me esse tui: uolens ad te uehere humanum genus: ut ubi ego sum & tu, ibi sint & omnes qui in me & te crediderunt, dico. *b* ¶ Veruntamen rursum uidebo &c.] Hoc quod in Gręco dicitur, ἀῤῥα: & habet uulgata æditio putas, interpretari potest, igitur: ut sit quasi propositionis & assumptionis, confirmationisq; ac syllogismi extrema conclusio: non ex ambigentis incerto: sed ex fiducia comprobantis, pro quo nos interpretati sumus: uerumtamen rursum uidebo templum sanctũ tuum: secundum illud quod ex persona eius in alio psalmo dicitur: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Et euangelicam lectionem in qua scriptum est: Pater glorifica me apud te ea gloria quã habui prius quam mundus fieret. Et respõdit de cœlo pater: Et glorificaui & glorificabo. Vel certe quia legitur: Pater in me & ego in patre.

1.Cor.10.c

Pſal.25.b
Ioan.17.a
Ibi.12.c
Ibi.17.c

HEB. ctus tui sup me trãsierunt. Et egõ dixi: abiectus sum à conspectu oculorũ tuorũ. Verũtamen rursum uidebo templum sanctũ tuum. Circũdederunt me aquę usq; ad animam meam: abyssus uallauit me. Pelagus operuit caput meum, ad extrema montium descendi: terræ uectes concluserunt me in æternum. Et sub

Sicut templum patris filius est, ita templum filij pater. Ipse enim dicit: Ego de patre exiui, & ueni: Et uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbum. Aut unus idemq; saluator quasi homo postulat: quasi deus pollicetur: & de sua quã semper habuit pos-
C sessiõe securus est. Ex Ionæ uero persona uel optantis, uel cõfidentis affectu: liquido intelligi potest, quod desiderauerit in pfundo maris positus uidere templũ domini: & spiritu prophetali alibi sit, & alibi cõtempletur. *c* ¶ Circũdederũt me aquæ usque ad &c.] Aquæ istæ quæ uicinæ sunt abyssis, quę in terris uoluũtur, & defluũt, quæ multum secum limi trahunt: non corpus, sed animã nituntur occidere: amicæ quippe sunt corporum, & eius uoluptatibus confouentur. Vnde secundum illud quod suprà diximus loquitur dominus in psalmo: Saluũ me fac domine, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Et in alio loco: Torrentem pertrãsijt anima nostra. Et: Ne urgeat super me puteus os suum, neq; cõcludat infernus, non mihi deneget exitum: qui sponte descendi, sponte conscendam: qui uolũtarius captiuus ueni, debeo liberare captiuos: ut impleatur illud: Ascendens in altum captiuã duxit captiuitatem: eos enim qui ante captiui fuerãt in morte, iste cœpit ad uitam. Abyssos autem perniciosas quasdã & pessimas fortitudines accipere debemus: uel tormentis supplicijsq; deditas potestates, ad quas & in euangelio dęmones rogant ne ire cogantur: Vnde & tenebræ erant super abyssum. Interdũ abyssus accipitur & pro sacramentis ac profundissimis sensibus, & iudicijs dei: Iudicia domini abyssus multa: Et abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarũ tuarum. *d* ¶ Pelagus operuit caput meũ &c.] Quod Ionæ caput pelagus operuerit, & ad montium extrema descenderit, & uenerit usq; ad profunda terrarũ, quibus quasi uectibus & colũnis dei uoluntate globus terrę sustentatur, nulli dubiũ est, de qua & alibi dicit: Ego cõfirmaui columnas eius. De dño aũt saluatore iuxta utrãq; æditionẽ uidet mihi sic posse intelligi, quod principale et caput eius, id est, anima quã cũ corpore pro salute nostra dignanter assumpsit: descẽderit in scissuras montiũ, qui fluctibus operiebant, qui se à cœli subtraxerãt libertate, quos abyssus ambiebat, qui se à dei sciderãt maiestate, & postea etiam ad inferna penetraret: ad quæ loca quasi in extremo limo peccatorum animæ trahebantur, dicente psalmographo: Intrabũt in inferiora terræ, partes uulpium erũt: Isti sunt uectes terræ, & quasi quædam seræ extremi carceris ac supplicíorũ nolentes

Luc.8.e
Pſal.35.b et 41.b
Pſal.74.a
Pſal.62.e

ab inferis

A ab inferis animas exire captiuas: Vnde significanter συντόνως Lxx. κάτοχοι ἀιώνιοι: transtulerunt, hoc est, semper tenere cupientes, quos semel inuaEsa.45.a serãt. Sed dominus noster, de quo sub persona Cyri in Esaia legimus: Fores æneas conteram, & uectes ferreas cõfringam, ad montiũ extrema descendit, & ęternis cõclusus est uectibus, ut omnes q clausi fuerãt liberaret. *a* ¶ Et subleuabis de corruptione &c.] Proprie dixit, subleuabis, uel ascendet de corruptiõe uita mea: qa ad corruptionẽ, & ad inferna descenderat, hoc est, quod apostoli interpretantur in quintodecimo psalmo ex persona domini prophetatum: Quoniam non derelinques animã meam in inferno: nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Quod Dauid scilicet & mortuus sit & sepultus: saluatoris autem caro non uiderit corruptionem. Alij uero interpretãtur quod ad comparationem cœlestis beatitudinis & uerbi dei, humanum corpus corruptio sit, quod seminatur in corruptione: & in centesimo secũdo psalmo ex persona iusti significetur, Qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redemit de interitu uitam tuã.

B Vnde & Apostolus dicit: Miser ego homo, quis
Rom.7.d me liberabit de corpore mortis huius? Et appellatur corpus mortis, uel corpus humilitatis. Hoc illi ad occasionem suæ ducunt hæreseos: ut sub persona Christi mentiantur antichristum, ecclesias teneant ut uentrem pinguissimum nutriant, & carnaliter uiuentes, contra carnem disputant. Nos autem scimus de incorrupta uirgine corpus assumptum, non corruptionẽ Christi fuisse, sed templũ.

1.Cor.15. Quod si in Apostoli ad Corinthios sententiam trahimur, in qua corpus dicitur spirituale, ne contentiosi uideamur, dicemus idipsum quidem corpus, & eandem carnem resurgere, quæ sepulta est, quæ in humo cõdita: sed mutare eam gloriam, non mutare naturam. Oportet enim corruptiuum hoc induere corruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Quãdo dicitur, hoc, quodammodo duobus digitulis cõprehensum corpus ostẽditur: hoc in quo nascimur, hoc in quo morimur, hoc q timent recipere qui puniendi sunt: hoc quod uirginitas expectat ad præmium, adulterium formidat ad pœnam. Super Iona autem ita intelligi potest, quod qui in uentre ceti iuxta naturam corporum corrumpi debuerat, & in cibos bestiæ proficere, ac per uenas artusq; diffundi, sospes & integer manserit. Porrò quod ait: Domine deus meus, blãdientis affectus est, quod communem deum omnium, beneficij magnitudine, suum & quasi propriũ sentserit deum. *b* ¶ Cum angustiaretur in me anima mea &c.] Cum, inquit, nullum aliud sperarem auxilium, recordatio domini mihi saluti fuit. Iuxta illud: Recordatus sum domini, & lætatus sum. Et in C
alio loco: Recordatus sum dierum antiquorum, & Psal.76.a
annos æternos in mente habui. Ego cum desperarem salutem, & carnis fragilitas in medio uẽtre ceIbid.142.b
ti nihil me de uita sperare permitteret: quicquid impossibile uidebat, dñi recordatiõe superatũ est. Videbãt me clausum in utero ceti, & tota spes mea dominus erat. Ex qbus discimus iuxta Lxx. eo tẽpore quo deficit anima nostra, & à corporis compage diuellitur: nõ nos debere aliò cogitationem uertere, nisi ad eum qui & in corpore & extra corpus noster est dominus. Super saluatoris uero persona non est difficilis interpretatio, qui dixit: Tristis est anima usque ad mortem. Et: Pater Matth.26.d
si possibile est, transeat à me calix iste. Et: In ma- Psal.30.b
nus tuas commendo spiritum meum, & cętera his similia. *c* ¶ Vt ueniat ad te oratio mea ad templũ sanctum tuum.] Idcirco in tribulatione domini recordatus sum, ut oratio mea de extremo mari, & scissuris montium conscendat ad cœlos, & ueniat ad templum sanctum tuum, in quo tu æterna fruęris beatitudine. Et considerandum quod nouo genere, oratio fiat pro oratione, & precetur ut ora- D
tio illius conscendat ad templum dei. Petit autem quasi pontifex, ut in corpore suo populus liberetur. *d* ¶ Qui custodiunt uanitates frustra, misericordiam suam derelinquent.] Deus natura misericors est, & paratus ut saluet clementia, quos non potest saluare iustitia: nos autem uitio nostro paratam misericordiam, & ultro se offerentem perdimus & relinquimus. Et non dixit, qui faciunt uanitates: Vanitas quippe uanitatum, & omnia uani- Eccẽs 1.a
tas: ne damnare uideretur uniuersos, & cuncto generi humano misericordiam denegare, sed qui custodiunt uanitates siue mendacium, qui transierũt in affectum cordis, qui non solum faciũt: sed ita custodiunt uanitates, quasi diligant, & thesaurum inuenisse se putent. Simulq; cerne magnanimitatem prophetæ, in profundo maris, in uentre tantæ bestiæ æterna nocte coopertus, non cogitat de periculo suo, sed de natura rerũ, generali sententia philosophatur. Misericordiam, inquit, suam derelinquent. Licet offensa sit misericordia, quã nos possumus ipsum intelligere deũ: Misericors enim & mi- Psal.144.b
serator dominus, patiens & multę miserationis: tamen eos qui custodiũt uanitates, nõ relinquit, non detestatur, sed expectat ut redeãt: illi uerò stantem misericordiam & ultro se offerentem sponte propria derelinquũt. Potest hoc & ex persona domini de Iudæorum perfidia prophetari, qui dum se æstimant præcepta hominum & Pharisæorum manda ta seruare, quæ uanitas atq; mendacium sunt, deum qui semper eorum misertus fuerat reliquerũt.

Ego

SEPT. Et subleuabis de corruptione uita mea: domine deus meus. Cũm angustiaret in me anima mea: dñe recordatus sum. Vt ueniat ad te oratio mea ad templum sanctũ tuum.

HEB. Qui custodiunt uanitates frustra, misericordiam suam derelinquent.

SEP. Et ascẽdet de corruptione uita mea ad te domine deus meus. Cum deficeret ex me anima mea, domini recordatus sum.

SEP. Qui custodiunt uana & mendacia, misericordiam suam reliquerunt.

Ego

A *a* ¶ Ego autem in uoce &c.] Qui custodiunt uanitates, suam misericordiã reliquerunt: Ego autem qui pro multorũ salute deuoratus sum, in uoce laudis & confessionis immolabo tibi, meipsum offe-
1.Cor.5.c rens: quia pascha nostrũ immolatus est Christus. Et quasi põtifex & ouis seipsũ pro nobis obtulit. Et confitebor, inquit, tibi ut ante cõfessus
Matth.11.d sum, dicens: Confitebor tibi pater domine cœli & terrę, & reddã uota quæ feci pro salute omnium domino: ut omne quod dedisti mihi non pereat in
Ioan.6.d. & 18.b æternũ. Cernimus quid in sua passione saluator pro nostra salute promiserit: non faciamus mendacem Iesum: mundi simus & abuniuersis peccatorum sordibus separati: ut nos deo patri offerat uictimas quas uouerat. *b*

B ¶ Et dixit dominus pisci &c.] Hęc quę suprà legimus sub persona Ionæ dominus deprecatus est in uẽtre ce-
Iob 3.b ti: de quo & Iob mystice loquitur: Maledicat ei qui maledixit diei: ille qui magnum cetum capturus est. Præcipitur ergo huic magno ceto, & abyssis & inferno, ut terris restituant saluatorem: & qui mortuus fuerat, ut liberaret eos qui mortis uinculis tenebantur, secum plurimos educat ad uitam. Quod autem scribitur, euomuit, ἐμφατικώτερον debemus accipere: quod ex imis uitalibus mortis, uictrix uita processerit. Ca. III.

ET factum est uerbum domini &c.] Non dicitur prophetæ: quare non feciſti quod tibi fuerat imperatum, sed sufficit ei naufragij & deuorationis sola correptio: ut qui imperantem non senserat, dominum intelligeret liberantem. Alioquin superfluũ est delinquenti seruo post plagas uelle imputare quod fecit: cum huiuscemodi correptio nõ tam emẽdatio sit, q̃ exprobatio. Dominus aũt noster post resurrectionẽ secundo mittit ad Niniuen: ut qui prius quodãmodo fugerat, dicens: Pater si possibile est, transeat à me calix iste: Et noluerat dare panẽ filiorũ canibus: Nũc quia illi dixerãt: crucifige, crucifige talem: nos nõ habemus regẽ nisi cæsarem: sponte pergit ad Niniuen: ut hoc prædicet post resurrectionẽ, quod ut prędicaret & ante passionẽ ei fuerat imperatũ. Totũ aũt quod iubetur, quod obedit, quod nõ uult: quod iterũ uelle cogit: quod patris secũdo exequitur uoluntatẽ, refer ad hominẽ & ad formam serui, cui talia uerba conue- C
niunt. *d* ¶ Et surrexit Ionas &c.] Statim Ionas quod fuerat sibi imperatum opere perfecit. Niniue autem erat ad quam pergebat prophetа: ciuitas magna, & tanti ambitus: ut uix trium dierum possit itinere circũiri. At ille præcepti & superioris naufragij memor, uiã triũ dierũ unius diei festinatione complevit: quanquam sint qui ita simpliciter intelligãt: quod in tertia tãtum parte urbis prędicauerit: & ad reliquos consestim prædicationis sermo peruenerit. Dñs autem noster, ꝓprie post inferos cõsurgere dicit, & uerbũ domini pdicare, quando mittit apostolos ut baptizent eos qui erant in Niniue: in nomine patris & filij et spiritus sancti: hoc est itinere trium dierum. Et hoc D
ipsum sacramẽtum salutis humanæ unius diei uia, id est, unius dei cõfessione perficitur: non tam apostolis quàm in apostolis prædicante Iona: Ipse enim dicit: Ecce ego uobiscum sum usq̃ *Matth.28.d*
ad consummationem seculi. Nullicq̃ dubium quare Niniue magna sit ciuitas dei: cũ mundus & uniuersa per ipsum facta sint: & sine ipso factum est nihil. Notandum quoq̃ quod non dixerit tribus diebus & noctibus: uel uno die & nocte: sed absolute diebus & die: ut ostenderet in mysterio trinitatis, & unius dei confessione níhil esse tenebrosum.
*c* ¶ Et clamauit & dixit &c.] Trinus numerus qui ponitur à Lxx. non conuenit pœnitentiæ: & satis miror cur ita translatum sit: cum in Hebræo nec literarum, nec syllabarum, nec accentuum, nec uerbi sit ulla communitas. Tres enim dicitur שלש & quadraginta ארבעים Alioquin & de Iudæa tanto itinere missus prophеta in Assyrios, dignam suæ prædicationis pœnitentiam flagitabat: ut antiqua & putrida uulnera, diu appositо curarẽtur emplastro. Porrò quadragenarius numerus cõuenit peccatoribus, & ieiunio, & orationi, & sacco, & lachrymis, & perseuerãtiæ deprecãdi: ob q̃ & Moyses quadraginta diebus ieiunauit in monte Sina: & Helias fugiens Iezabel, & dei desuper ira pendente, quadraginta dies ieiunasse describit. Ipse quoq̃ dñs uerus Iona missus ad prædicationẽ mũdi, ieiunauit quadraginta dies: & hęreditatẽ nobis ieiunij derelinquẽs, ad esum corporis sui sub hoc numero nostras
*Exod.34.d*
*3.Reg.34.b*

A noſtras animas præparat. Quod autem clamauit, euangelicũ illud expletur: Stans clamabat in tem/
Ioan.7.f plo, dicẽs: Qui ſitit, ueniat ad me & bibat. Omnis enim ſermo ſaluatoris quia de magnis prędicabat, clamor appellatur. á ¶ Et crediderũt uiri Niniui tę, &c.] Credidit Niniue: & Iſrael increDulus perſeuerat. Credidit pręputiũ, & circumciſio permanet infidelis. Et primum credũt uiri de Niniue qui ad ętatẽ Chriſti peruenerant, prædicãtq; ieiunium & ueſtiuntur ſaccis à maiore uſq; ad minorem: Dignus & uictus & habitus pœnitẽtię: ut qui offenderãt deum luxu et ambitione, eorũ damnatione placent, p quæ prius offenderãt. Saccus & ieiunium, arma ſunt pœnitẽtiæ, auxilia peccatorum: ante, ieiunium: & ſic ſac
B cus: ante, quod occultũ eſt: & poſtea, q palàm: hoc ſemper deo, illud interdum exhibetur & hominibus. Et ſi è duobus neceſſarijs unũ eſt ſubtrahendũ: magis ieiuniũ abſq; ſacco, quàm ſaccũ eligam abſq; ieiunio. Maior ætas incipit, & uſq; ad minorem peruenit: nullus enim abſq; peccato: & ſi unius quidem diei fue
Iob 25.b rit uita eius, & innumerabiles anni uitæ illius. Si enim ſtellæ non ſunt mundæ in cõſpectu dei: quanto magis uermis & putredo: & hi qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxij? Sed & ordo pulcherrimus: Præcipit deus prophetæ: propheta prædicat ciuitati: prius uiri credunt: & illis ieiuniũ prædicãtibus, omnis ætas ſacco induitur: uiri non prædicant ſaccum, ſed tantũ ieiuniũ: At uero his quibus pœnitẽtia præcipitur, cõſequenter ad ieiunium ſaccũ copulant: ut inanis uẽter, & habitus luctuoſus ambitioſius dominũ deprecẽtur. b ¶ Et peruenit uerbum ad regem Niniue: & ſurre. &c.] Scio pleroſq; regem Niniue qui extremus audiat prædicationem: & deſcendat de ſolio ſuo: & priſtinum abijciat ornatum: ueſtituſq; ſacco, ſedeat in cinere: nec ſua conuerſione contentus: cæteris quoque conducibus ſuis prædicet pœnitentiã, dicens: Homines & iumenta & boues & pecora crucientur fame, operiantur ſaccis: & damnatis priſtinis uitijs, totos ſe conferant ad pœnitentiam: ſuper C diabolo interpretari, qui in fine mundi, quia nulla rationabilis, & quæ à deo facta ſit creatura pereat, deſcendens de ſua ſuperbia, acturus ſit pœnitentiam: & in locum priſtinum reſtituendus. Ad

HEB. huc quadraginta dies & Niniue ſubuertet̃ Et crẽdiderunt uiri Niniuitæ in deum, & prędicauerunt ieiuniũ: & ueſtiti ſunt ſaccis à maiore uſq; ad minorem.

SEPTVA. huc tres dies, & Niniue ſubuertetur.

HEB. Et pẽruenit uerbũ ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo: & abiecit ueſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere, & clamauit & dixit in Niniue, ex ore regis & principum eius dicens: Homines & iumenta & boues & pecora non guſtent quicquam nec paſcantur: & aquam non bibant: & operiantur ſaccis homines & iumenta: & clament ad dominum in fortitudine, & conuertatur uir à uia ſua mala: & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat deus: & reuertat̃ à furore iræ ſuæ, & nõ peribimus? Et ui

SEP. Et appropinquauit ſermo ad regẽ Niniue: & ſurrexit de throno ſuo: & abſtulit ſtolam ſuam à ſe: & coopertus eſt ſacco, & ſedit in cinere: & prædicatũ eſt Niniue à rege & ab omnibus maioribus eius dicentibus: Homines & iumẽta & boues & oues nõ guſtent quicq; nec paſcantur: & aquã nõ bibãt: & cooperti ſunt ſaccis homines & iumenta: & clamauerũt ad dominũ uehemẽter: & reuerſus eſt unuſquiſq; de uia ſua mala: & ab iniquitate quæ erat in manibus eorũ dicentium: quis ſcit ſi cõuertatur deus & exhortetur, & auertat̃ ab ira furoris ſui & nõ pereamus? Et ui

cuius ſenſus comprobationẽ, etiam illud de Daniele exemplum proferũt: ubi Nabuchodonoſor acta per ſeptem annos pœnitentia, in regnum priſtinum reſtituitur. Sed hoc quia ſcriptura ſancta nõ dicit: & euertit penitus timorem dei, dũ facile homines labuntur ad uitia: putantes etiam diabolum, qui autor malorum eſt, & omnium peccatorũ fons, acta pœnitentia, poſſe ſaluari: de noſtris mẽtibus ab ijciamus: Et ſcia/ Matth.25.d
mus peccatores in euangelio mitti in ignem æternũ, qui D
pparatus ſit diabolo & angelis eius, & de his dici: Ver/ Eſa.66.g
mis eorum nõ morietur, & ignis eorũ nõ extinguetur. Scimus quidẽ clemẽtem eſſe deum: nec qui peccatores ſumus, crudelitate illius delectamur. Sed legimus: Miſericors & iuſtus dominus, & deus noſter miſeretur. Iuſticia dei uallatur Pſal.114.a
miſericordia: & tali ad iudiciũ ambitiõe procedit: ſic parcit, ut iudicet: ſic iudicat, ut miſereatur: Miſe Pſal.48.b
ricordia & ueritas obuiauerũt ſibi: Iuſticia & pax oſculatæ ſunt ſe: Alioquin ſi omnes rationabiles creaturæ æquales ſunt: & uel ex uirtutibus, uel ex uitijs ſponte propria aut ſurſum eriguntur: aut in ima merguntur: & longo poſt circumitu atque infinitis ſeculis, omniũ rerum reſtitutio fiet: & una dignitas militantium, quæ diſtantia erit inter uirginem & proſtibulum? Quæ differentia erit inter matrem domini: & quod dictu quoque ſcelus eſt, uictimas libidinum publicarum? Idem ne erit Gabriel & diabolus? Idẽ apoſtoli & dæmones? Idem prophetæ & pſeudoprophetæ? Idem martyres & perſecutores? Finge quod libet: annos & tempora duplica, & infinitas ętates congere cruciatibus: ſi finis omnium ſimilis eſt, præteritum omne pro nihilo eſt: quia non quærimus quid aliquando fuerimus: ſed quid ſemper futuri ſimus. Nec ignoro

quæ

A quæ aduersum hæc soleant dicere: & spem sibi ac salutẽ cum diabolo pręparare. Verũ non est istius temporis cõtra dogma peruersum & σύμφραγμα diabolicum regnum docentium, et angelis publice denegantium priuilegium, latius scribere. Sufficit nobis indicasse qd de hoc testimonio senserimus: & quasi in commentarijs breuiter intimare, quis sit rex Niniue: ad quem extremũ dei sermo pueniat. Quid ualeat apud homines seculi eloquentia & sapientia secularis, testes sunt Demosthenes, Tullius, Plato, Xenophon, Theophrastus, Aristoteles, & cæteri oratores ac philosophi: qui uelut reges habentur hominum: & præcepta eorum non ut præcepta mortalium, sed quasi oracula accipiuntur deorum. Vnde & Plato dicit: Felices fore res publicas, si aut philosophi regnẽt: aut reges philosophentur. Quod aũt difficile istiusmodi homines credãt in deũ, ut quotidiana exempla prætereã, & sileam de ueteribus historijs ethnicorum, sufficit nobis apostoli testimoniũ: qui ad Corinthios scribens, ait: Videte fratres uocationẽ uestrã: quia non sunt multi sapientes secundũ carnẽ: 1.Cor.1.d
B non multi nobiles: sed stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientes: et infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & ea quæ erant contemptibilia elegit deus, & cætera. Vnde rursum dicit: Perdam sapientiam sapientium: & intelligentiam prudentium reprobabo. Et: Videte ne quis uos spoliet per philosophiam & inanẽ seductionem. Ex quo perspicuum est prædicationem Christi reges mundi audire nouissimos: & deposito fulgore eloquentiæ & ornamentis ac decore uerborum, totos se simplicitati & rusticitati tradere: & in plebeium cultum redactos sedere in sordibus: & destruere quòd ante prædicarant. Proponamus nobis beatum Cyprianum: qui prius idolatriæ assertor fuit: & in tantam gloriam uenit eloquentiæ, ut oratoriam quoque doceret Carthaginẽ: audisse tandem sermonem Ionæ: & ad pœnitẽtiam conuersum, in tantam uenisse uirtutẽ, ut Christum publice prædicaret: & pro illo ceruicem gladio flecteret. Profecto intelligimus regem Niniue descendisse de solio suo: & purpuram sacco, unguẽta luto, mundicias sordibus commutasse: non sordibus sensuum, sed uerborum. Vnde & de Babylone in Hieremia dicitur: Calix aureus Babylon Hiere.51.a
inebrians omnem terram. Quem nõ inebriauit eloquentia secularis? Cuius non animos compositione uerborum & disertitudinis suæ fulgore perstrinxit? Difficile homines potentes & nobiles & diuites: & multo his difficilius eloquentes credunt deo: obcæcatur enim mens eorum diuitijs & opibus atque luxuria: & circundati uitijs, nõ possunt uidere uirtutes: simplicitatemq; scripturæ sanctæ C
non ex maiestate sensuum, sed uerborum iudicãt uilitate. Cum autem ipsi qui prius mala docuerãt, uersi ad pœnitentiam docere cœperint bona: tunc uidebimus Niniuiticos populos una prędicatione conuerti: & fieri illud quod in Esaia legimus: Sanata est gens simul. Homines quoque & iumenta operta saccis & clamantia ad dominum: eodem sensu intellige: q; et rationabiles & irrationabiles, et prudẽtes ac simplices ad prædicationem Ionæ agant pœnitentiam: iuxta illud quod et alibi dicitur. Homines & iumẽta saluabis domine: Posfsumus autem iumenta operta saccis & aliter interpretari: de his maxime testimonijs in quibus legimus: Sol & luna induentur sacco. Et in alio loco: Induam cœlum sacco: pro lugubri scilicet habitu: & mœrore atq; mœstitia quæ μεταφορικῶς saccus nominatur. Illud quoque quod dicitur: Quis scit si cõuertatur & ignoscat deus: ideo ambiguum ponitur & incertum: ut dum homines dubij sunt de salute fortius agant pœnitentiam: & magis ad misericordiam prouocent deum. a ¶Et uidit deus D
opera eorum quia conuersi sunt de uia sua mala: & mi.&c.] Secundum utranq; intelligentiam, siue tunc urbis Assyriæ, siue quotidie mũdi deus populis cõminatur ut agant pœnitentiam: qui si cõuersi fuerint, ipse quoq; uertet sententiã suam: & populi conuersione mutatur: Quod Hieremias & Ezechiel manifestius explicant: nec bona uidelicet implere dominũ quæ promiserit, si boni uertantur ad uitia: nec mala quæ pessimis cõminatur, si illi reuersi fuerint ad salutem. Ita igitur & nũc uidit deus opera: quia conuersi sunt à uia sua pessima: non uerba audiuit quæ solebat Israel sæpe promittere: Omnia quæcunq; dixerit dominus, faciemus: sed opera conspexit, quia mauult pœnitentiã peccatoris, q; mortem: libenter mutauit sentẽtiam: quia uidit opera cõmutata: Quin potius deus perseuerauerit in proposito suo misereri uolens ab initio: neminem enim punire desiderans, quod facturus est cõminatur. Malicią autem (ut supra diximus) pro supplicijs & tormẽtis accipe: nõ quòd deus mali facere quicq; cogitaret. Cap. IIII.

ET afflictus est Ionas afflictione &c.] Videns subintrare gentium plenitudinẽ: & illud impleri quod in Deuteronomio dicitur: Ipsi me iritauerunt in his qui non sunt dij: & ego eos iritabo super gente quæ non est: super natione stulta eos ad Deu.32.e
iracundiam concitabo: desperat de salute Israelis: & magno dolore concutitur: qui erumpit in uocem: & causas mœroris exponit: & quodam modo loquitur: Ego solus electus sum de tanto numero prophetarum, qui per aliorum salutem ruinam



SEP. Et uidit deus opera eorum, qm̃ reuersi sunt de uijs suis malis: & egit pœnitentiã deus sup malicia, quã locutus fuerat ut faceret eis & nõ fecit. Ca. IIII

ET contristatus est Ionas tristicia grandi. & cõfusus est: orauitq; ad domi

HEB. Et ũidit deus opera eorũ quia cõuersi sunt de uia sua mala: & misertus est deus sup malicia quã locutus fuerat ut faceret eis, & nõ fecit. Cap. IIII

ET afflictũs est Ionas afflictione magna & iratus est: & orauit ad dominum

A meo populo nunciarem. Non igitur contriſtatur
Luc.19.f ut quidam putant, quod gentium multitudo ſalue
Mar.7.c tur, ſed quod pereat Iſrael. Vnde & dominus no/
ſter fleuit ſuper Hieruſalem, & noluit tollere pa/
nem filiorum & dare eum canibus. Et apoſtoli pri
mum prędicant Iſ/
Rom.9.a raeli. Et Paulus cu/
pit eſſe anathema
pro fratribus ſuis,
qui ſunt Iſraelitæ:
& quorum adop/
tio, & gloria, & te/
ſtamentum, & re/
promiſſiones, & le
gislatio: ex quibus
patres ex quibus
Chriſtus eſt ſecun/
dum carnem. Pul/
chre autem dolens
(quod interpreta/
tur Ionas) affligi/
tur dolore, & tri/
ſtis eſt anima eius
uſque ad mortem,
quia ne periret po/
pulus Iudæorum,
quantum in ſe fuit
multa ppeſſus eſt.
Hiſtoriæ quoque
magis dolẽtis con/
B uenit nomen, ſigni
ficans laborioſum prophetam, & peregrinationis
atque naufragij miſerijs prægrauatum. a ¶ Obſe/
cro domine: nunquid nõ &c.] Hoc quod nos inter/
pretati ſumus, obſecro, & Septuaginta tranſtule/
runt ὦ δὴ, in Hebraico legitur אנה quæ mihi ui
detur interiectio deprecantis ſignificare blandien/
tis affectum. Quia igitur oratio eius, dum ſe dicit
iuſte fugere uoluiſſe, quodammodo iniuſticiæ ar/
guit dominum: querelas ſuas obſecrationis exor/
dio temperat. Nunquid, ait, non hoc eſt uerbum
meum cum adhuc eſſem in terra mea? ſciui te hoc
eſſe facturum: non ignorabam miſericordem: pro/
pterea ſeuerum & truculentum nunciare nolebã:
ideo fugere uolui in Tharſis, uacare cõtemplatiõi
rerum, & in mari iſtius ſeculi quiete potius et ocio
perfrui: Dimiſi domum meã, reliqui hæreditatem
meam: egreſſus ſum de ſinu tuo, & ueni. Si miſeri/
cordẽ dicerem atq; clementem & ignoſcentem ma
liciæ, nullus ageret pœnitentiam: ſi crudelem, & tã
eam iudicium nunciarem, ſciebam hoc tuæ nõ eſſe
naturæ. In hoc ergo ambiguo poſitus, malui fuge/
re potius, quàm aut pœnitentes lenitate decipere,
aut de te prædicare quod non eras. Tolle igitur do
mine animam meam: In manus enim tuas commẽ
do ſpiritum meum: melior quippe mihi eſt mors
quàm uita. Viuens unam Iſrael gentem ſaluare nõ
potui: morior & mundus ſaluabitur. Hiſtoria ma/
nifeſta eſt: & ſuper perſona prophetæ ſic poteſt in/
telligi, ut crebro iam diximus: quod propterea cõ
triſtetur & mori uelit, ne conuerſa multitudine gẽ
tium, in æternum pereat Iſrael. b ¶ Et dicit domi/ C
nus: putás ne bene iraſceris &c.] uerbum Hebrai/
cum חָרָה לְךָ & iratus es tu: & contriſtatus es tu,
transferri poteſt: quod utrunque & prophetæ &
domini perſonæ conuenit, quod uel iratus ſit, ne
uideretur apud Ni
niuitas fuiſſe men/
titus: uel contriſta/
tus intelligens Iſra
el eſſe periturũ. Et
rationabiliter non
ei dicit, male iratus
es, uel contriſtatus
es: ne uideretur re/
prehendere contri
ſtatũ. Nec rurſum
bene iratus es aut
contriſtatus: ut uel
cauſas iræ reſpon/
deat uel mœroris:
aut ſi ille tacuerit,
uerum dei iudiciũ
ex eius ſilẽtio com
probetur. c ¶ Et
egreſſus eſt Ionas Gen.4.a
&c.] Primus Cain
fratricida, & homi/
cida cruentum mũ
dum germani ſan/
guine dedicans, æ/ D
dificauit ciuitatem
& uocauit eam ex nomine filij ſui Enoch. Vnde &
Oſee propheta dicit: Deus ego & non homo, in Oſee.11.c
medio tui ſanctus: & non ingrediar in ciuitatem: Pſal.67.c
Domini enim (Pſalmiſta dicente) ſunt exitus mor/
tis. Quamobrem & una fugitiuorum ciuitas ap/ ראבית
pellatur Ramoth, quod interpretatur uiſio mor/
tis. Et recte quicũque fugitiuus eſt, et propter pec
cata non meretur habitare Hieruſalem, habitat in
urbe mortis, & eſt trans fluenta Iordanis, qui de/ ירדן
ſcenſus exprimitur. Egreditur ergo columba, uel
dolens de iſtiuſmodi ciuitate, & habitat contra o/
rientem: unde ſol oritur: & eſt ibi in tabernaculo
ſuo, ubi labentia quæque tempora contemplatus,
expectat quid ſupradictæ eueniat ciuitati. ante/
quam Niniue ſaluaretur, & areſceret cucurbita, an
tequàm Chriſti euangelium corruſcaret: & cõple/
retur Zachariæ prophetia: Ecce uir oriens nomen Zach.6.a
eius: Ionas ſub umbraculo erat: Nec dum quippe
ueritas uenerat, de qua idem euangeliſta & Apo/ 1.Ioan.4.a
ſtolus loquitur: Deus ueritas eſt. Et eleganter ad/
ditur: Et fecit ſibimet umbraculum ibi iuxta Nini/
uen. Sibimet fecit: nullus enim de Niniuitis tunc
temporis habitare poterat cum propheta, & ſe/
debat ſub umbra, uel iudicis habitu, uel de ſua ma/
ieſtate contractus, & accinctus lumbos in forti/
tudine: ut nõ tota ad pedes & ad nos qui deorſum
ſumus, ueſtimenta defluerent, ſed in ſe artiori bal/
theo contraherentur. Porrò quod dicit: ut uideret
quid accideret ciuitati, ſolita conſuetudine utitur
ſcripturarum, ut humanos deo iungat affectus.
¶ Et præ

HEBR. minum & di/
xit: Obſecrõ domine: nun
quid non hoc eſt uerbum
meum, cum adhuc eſſem
in terra mea? propter hoc
præoccupaui ut fugerem
in Tharſis: Scio enim quia
tu deus clemens & mi/
ſericors: patiens & mul/
tæ miſerationis, ignoſcens
ſuper malicia: & nunc do/
mine tolle quæſo animam
meam à me: quia melior
eſt mihi mors quàm ui/
ta. Et dixit dõminus: pu/
tas ne bene iraſceris tu?
Et ęgreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra orientẽ
ciuitatis & fecit ſibimet umbraculũ ibi, & ſedebat ſubter
illud in umbra, donec uideret quid accideret ciuitati.
Et præ

SEPT. dominum & ait:
ò domine, nónne iſti ſunt
ſermones mei, cum adhuc
eſſem in terra mea? pro/
pterea præoccupaui fuge/
re in Thatſis: Scio enim
quod tu miſericors & mi/
ſerator, patiens & multæ
miſerationis, & agens pœ/
nitentiã ſuper malicijs, &
nunc dominator domine
tolle animam meã à me:
quia melius eſt mihi mo/
ri quàm uiuere. Et dixit do
minus ad Ionam: uehe/
menter contriſtatus es tu?

A a ¶Et præparauit dominus deus hederam &c.] In hoc loco quidam Canthelius de antiquiſſimo genere Corneliorum, ſiue (ut ipſe iactat) de ſtirpe Aſinij Pollionis, dudum Romæ dicitur me accuſaſſe ſacrilegij, quod pro cucurbita hederam tranſtulerim: timuit uidelicet ne ſi pro cucurbitis hederæ naſcerentur, unde occulte & tenebroſe biberet, non haberet. Et reuera in ipſis cucurbitis uaſculorũ: quas uulgo Saucomarias uocant, ſolent apoſtolorũ imagines adumbrare: e quibus & ille non ſuũ ſibi nomen aſſumpſit. Quod ſi tam facile uocabula cõmutãtur: ut pro Cornelijs ſeditioſis tribunis, Aemilij conſules appellentur: miror cur mihi non liceat hederam transferre

B pro cucurbita. Sed ueniamus ad ſeria. Pro cucurbita ſiue hedera in Hebræo legimus קיקיון quæ etiam lingua Syra & Punica Elkeroa dicitur: Eſt autem genus uirgulti, uel arbuſculę, lata habẽs folia in modum pampini et umbram denſiſſimam, ſuo trunco ſe ſuſtinens: quæ in Palæſtina creberrime naſcitur, & maxime in arenoſis locis: mirumque in modum ſi ſementem in terram ieceris, cito confota conſurgit in arborem, & intra paucos dies quam herbam uideras, arbuſculam ſuſpicis. Vnde & nos eodẽ tẽpore quo interpretabamur prophetas, uoluimus idipſum Hebrææ linguæ nomen exprimere, quia ſermo Latinus hanc ſpeciem arboris non habebat: ſed timuimus grammaticos ne inuenirent licentiam commentandi: & uel beſtias Indiæ uel montes Bœotiæ: aut iſtiuſmodi quædam portenta confingerent: ſecutique ſumus ueteres translatores, qui & ipſi hederam interpretati ſunt: quæ Græce appellatur κιττὸς. aliud enim quid dicerent, non habebant. Diſcutiamus ergo hiſtoriam: & ante myſticos intellectus, ſolam literam uentilemus. Cucurbita & hedera huius naturæ ſunt ut per terram reptent: & abſq; furcis uel adminiculis, quibus innituntur, altiora non appetant: Quomodo igitur ignorante propheta, cucurbita in una nocte conſurgens umbraculum præbuit, quæ naturam non habet ſine pergulis & calamis uel haſtilibus in ſublime conſurgere. ciceion autem cum in ortu ſubito miraculum præbuerit, & potentiam oſtendit dei in protectione uirentis umbraculi, & naturam ſuam ſecuta eſt. Ad perſonam uero domini ſaluatoris, ne penitus propter φιλοκολοκυνθου, cucurbitam relinquamus: ſic referri poteſt, ut illud cõmemoremus Eſaiæ: Relinquetur filia Sion ſicut tabernaculum in uinea, & uelut caſula in cucumerario: quaſi ciuitas quæ expugnatur. Et dicamus quia in alio ſcripturæ loco cucurbitam non inueni- C

HEB. Et præpårauit dñs deus hederã, & aſcẽdit ſuper caput Ionæ, ut eſſet umbra ſuper caput eius, & protegeret eum, laborauerat enim, & lætatus eſt Ionas ſuper hædera lætitia magna. Et pårauit dominus uermem aſcenſione diluculi in craſtinum, & percuſſit hederam & exaruit. & cum ortus fuiſſet ſol, præcepit dominus uento calido et urenti, & percuſſit ſol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat: & petijt animæ ſuæ ut moreretur, & dixit: Melius eſt mihi mori

SEP. Et præcepit dominus deus cucurbitæ, & aſcendit ſuper caput Ionæ, ut eſſet umbraculũ ſuper caput eius, & protegeret eum à ſuis malis: lętatuſq; eſt Ionas ſuper cucurbita gaudio magno. Et præcepit deus uermi mane in craſtinum, & percuſſit cucurbitam & arefacta eſt: ſtatimq; ut ortus eſt ſol, præcepit dominus ſpiritui ardoris urenti, & percuſſit ſol ſuper caput Ionæ, & anguſtiatus eſt: & tæduit eum animæ ſuæ, & dixit: Melius eſt mihi mori

mus, quod ubi cucumis naſcitur, ibi naſci ſoleat & cucurbita. Et Iſrael huic generi comparatum, quod quondam protexerit Ionã ſub umbra ſua, conuerſionem gẽtium præſtolantẽ, & non paruã lætitiam tribuerit ei faciens umbraculũ, & tabernaculum potius quàm domum: habens tectorum imaginem, domorum non habens fundamenta. Porrò ciceion noſtra arbuſcula modica, cito con- D

ſurgẽs, & cito areſcens, ordine et uita cõparabitur Iſraeli, radices paruas mittenti in terram, & conanti quidẽ in excelſa ſuſtolli, ſed altitudinem cedrorum dei & abietum non æquanti. Quod mihi uidentur & locuſtæ ſignificare, quibus ueſcebatur Ioannes: qui dicit ſub typo Iſraelis: Illũm oportet creſcere, me autem minui: animal paruum, infirmas habens alas, de terra quidem conſurgens, ſed altius non ualens auolare, ut plus ſit quàm reptile, & tamen auibus non æquetur. *Matth.3.a*

b ¶Et parauit dominus uermem aſcenſione di. &c.] Antequàm oriretur ſol iuſticiæ, uirens erat umbraculum, & non arebat Iſrael: poſtquàm ille ſurrexit, & tenebræ Niniuiticæ eius luce diſcuſſæ ſunt: paratus uermis in craſtinum aſcenſione diluculi: de quo uiceſimus primus pſalmus inſcribitur: pro aſſumptiõe matutina, & qui abſq; ullo ſemine de terra oritur, & dicit: Ego ſum uermis & nõ homo: percuſſit umbraculum quod deſertum auxilio dei omnem uirorem perdidit. Præcepitq; dominus uento calido & urenti: de quo prophetatur in Oſee: Adducet urentem uentum dominus de deſerto aſcendẽtem, & ſiccabit uenas eius, & deſolabit fontem eius. *Oſee.13.d* Et æſtuare cœpit Ionas, & iterum uelle mori in baptiſmate cum Iſraele: ut in lauacro recipiat humorẽ quem in negatiõe perdiderat. Vnde & Petrus arentibus loquitur Iudęis: Pœnitentiam agite & baptizet unuſquiſq; ueſtrũ in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionẽ peccatorũ ueſtrorũ, & accipietis donum ſpirituſſancti. *Act.2.f* Sunt qui uermẽ & urentẽ uentũ, Romanos iutelligãt duces, qui poſt reſurrectionem Chriſti Iſrael penitus deleuerunt.

A *a* ¶Et dixit dominus ad Ionam: putásne bene iraſceris &c.] Supra Niniuitis agentibus pœnitentiam, & gentiũ urbe ſaluata, interrogatus idipſum propheta. Putás ne bene iraſceris tu: Nihil reſpondit: ſed interrogationem dei ſilentio comprobauit, ſciens enim clementem eſſe deum & miſericordẽ & patientem & multæ miſerationis & ignoſcentem malicijs, ſuper ſalutem gentium non dolebat: hic autem poſt quàm in ſiccata cucurbita aruit Iſrael: & cum diſtinctione interrogatus: bene iraſceris tu ſuper hedera? Confidẽter reſpõdit & dicit: Bene iraſcor ego uel contriſtor uſq; ad mortem: non enim ſic uolui ſaluare alios, ut perirent alij: nõ ſic alienos lucrifacere, ut meos perderem. Et reuera uſq; ad præſentem diem Chriſtus plangit Iſrael: & Hieruſalem plangit uſq; ad mortem, non ſuam, ſed Iudæorum: ut moriantur negãtes, & reſurgant dei filium confitentes. *b* ¶Et dixit dominus: tu doles ſuper hedera &c.] Nimiæ difficultatis eſt exponere quomodo iuxta Tropologiam dicatur ad filium: tu doles ſuper hedera in qua non laboraſti, neq; feciſti ut creſceret: cum omnia per ipſum facta ſint, & ſine ipſo factum eſt nihil. Vnde quidam locum iſtum interpretans, ut imminentem ſolueret quæſtionem, incurrit blaſphemiam. Aſſumens enim illud de euãgelio: Quid me dicis bonum? nemo bonus eſt niſi unus deus: patrem interpretatus eſt bonum: filium uero ad cõparationem eius qui perfecte & uere bonus ſit, in minori gradu poſitum: & non conſiderauit, hæc dicens, quod in Marcionis potius incurrerit hæreſim: qui alterum deum tantum bonum, alterum infert iudicem & conditorem: quàm Arij, qui cum maiorem patrem & minorem filium prædicet, tamen filium non negat conditorem. Ergo cum uenia audienda ſunt, quæ dicturi ſumus, & conatus noſtri fauore potius & orationibus audiẽdi & adiuuandi, quàm ſpernendi aure maliuola: quia carpere & detrahere uel imperiti poſſunt: doctorum autem eſt, & qui laborantium nouere ſudorem, uel laſſis manum porrigere, uel errantibus iter oſtendere. Dominus noſter atque ſaluator non ita laborauit in Iſrael quomodo laborauit in gentium populo. Denique Iſrael loquitur confidenter: Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquàm mandatum tuum præteriui, & nunquàm dediſti mihi hædum ut cum amicis meis epularer: ſed poſtquàm filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiã ſuam cum meretricibus, uenit, occidiſti illi uitulum ſaginatũ. Nec tamen confutatur à patre, ſed clementer ei dicitur: Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt: epulari & gaudere te oportebat, quia hic frater tuus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Pro gentium populo immolatus eſt uitulus ſaginatus, & precioſus ſanguis effuſus, de q̃ Paulus ad Hebrẽos pleniſſime diſputat: Et Dauid in Pſalmo: Frater, inquit, non redimit, redimet homo. Decreuit Chriſtus, ut ille creſceret: Iſte mortuus eſt, ut ille uiueret: hic deſcendit ad inferos, ut ille cœlos aſcenderet. In Iſrael uero nullus tantus labor fuit. Vnde & inuidet iuniori fratri, quod poſt ſubſtantiam cum meretricibus lenonibuſq; prodactam, recipiat anulum & ſtolam, & polleat priſtina dignitate. Quod autem ait: quæ ſub una nocte nata eſt: ſignificat tempus ante aduentum Chriſti: qui mundi lumen fuit, de quo dicitur: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Et una nocte perijt: quando occubuit eis ſol iuſticiæ & dei perdidere ſermonẽ. Ciuitas uero Niniue magna atque pulcherrima, præfigurat eccleſiam: in qua maior eſt numerus quàm decem tribuum Iſrael: quod & fragmenta in ſolitudine ſignificant duodecim cophinorum. Ignorant autẽ quid ſit inter dextram & ſiniſtram, uel propter innocentiam & ſimplicitatem, ut lactentem monſtret ætatem, & relinquat intellectui, quantus ſit numerus ætatis alterius, cum tãtus ſit paruulorum: Vel certe quia magna erat urbs: & in domo magna non ſolum uaſa ſunt aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia: erat in ea plurima multitudo quæ ignorabat ante actam pœnitentiam quid eſſet inter bonũ & malum, inter dextram & ſiniſtram: Sed & iumẽta multa. Multus eſt enim Niniue numerus iumẽtorum & irrationabilium hominum: qui cõparantur iumentis inſipientibus, & aſſimilantur eis.

HEBR. mori quàm uiuere. Et dixit dominus ad Ionã: putás ne bene iraſceris tu ſuper hederam? Et dixit: bene iraſcor ego uſq; ad mortem. Et dixit dõminus: tu doles ſuper hedera: in qua non laboraſti neque feciſti ut creſceret: quę ſub una nocte nata eſt & ſub una nocte perijt, & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ in qua ſunt pluſquàm centum uiginti milia hominum: qui neſciunt quid ſit inter dextrã & ſiniſtram ſuam, & iumenta multa.

SEPT. mori quàm uiuere. Et dixit dominus deus ad Ionam: ualde contriſtaris tu ſuper cucurbita? Et ait: ualde cõtriſtor ego uſque ad mortem. Et dixit dominus: tu peperciſti ſuper cucurbita pro qua non laboraſti neque nutriſti eam, quæ nata eſt in nocte, & in nocte perijt: ego autem non parcã Niniue ciuitati magnæ in qua habitãt pluſquàm duodecim milia uirorum qui ignorant dexteram & ſiniſtram ſuam, & pecora multa.

Mar.10.b

Luc.15.g

Heb.10.g

Pſal.48.b

Rom.13.d

Commentarij Hieronymi in Ionam prophetam ad Chromatium epiſcopum finis

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN MICHEAM PROPHETAM C

ad Paulam & Eustochium prologus.

MIcheas in quem nunc commentarios dictare cupio, in ordine duodecim prophetarum secundum Lxx. interpretes tertius est, secūdum Hebraicam ueritatem sextus, & sequitur Ionam prophetam, qui succedit Abdiæ, atq; ita fit ut tertius sit Amos, & Ioel secundus post Osee, qui apud omnes primus est. Ergo quasi in corde uoluminis positus, debet profunda continere mysteria, & sermo dei qui semper descendit ad prophetas, descendit ad Micheam quoq; qui interpretatur humilitas, ad Micheam de Morasthi, qui usq; hodie iuxta Eleutheropolim urbem Palæstinæ haud grandis est uiculus, Morasthi autem in lingua nostra hæredē sonat. Pulchre igitur humilitas quæ inter uirtutes uel præcipua est, spe hæreditatis dominicæ nascitur. Humilitas autem non illa quæ uenit de conscientia peccatorum, sed quæ inter uirtutes ponitur: iuxta quā dicitur, Humiliamini sub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis. Et, Qui se humiliat, exaltabitur. Et ante cōtritionem eleuatur cor uiri, & ante gloriam humiliatur. Vnde & dominus: Discite (inquit) à me quia mitis sum & humilis corde. Quomodo ergo apud nos uotiua & quasi ob uirtutis auspicium ponuntur uocabula: uerbi gratia: Victoris, casti, pij, probi: & apud Græcos σώφρων uocatur, & εὐσεβὴς: & appellatiua nomina uertuntur in propria: Sic apud Hebræos & Micheas & Abdias & Zacharias cæteraq; his similia: ex uirtutum uocabulo liberis à parentibus imponuntur.

מוֹרַשְׁתִּי

1.Pe.5.b
Luc.18.c
Matt.11.d

COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Micheam prophetam
liber primus.

B VErbum domini &c. quod uidit super Samariam &c.] Siue iuxta Septuaginta περὶ ὧν εἶδεν περὶ σαμαρείας id est, de quibus uidit super Samariam et Hierusalem: factū est ad Micheam, post Osee, Amos et Esaiā: qui sub Ozia uaticinati sunt. Ex quo intelligimus Micheam Oziæ temporibus non prophetasse: sed filij eius Ioatham, post quem regnauit Achaz, Ezechia in patris Achaz imperium succedente: sub quo decem tribus ab Assyrijs in captiuitatem ductæ sunt. Quantum ergo ad historiam pertinet: secundum ordinem captiuitatis: quia primum est capta Samaria metropolis Israel: postea Hierusalem urbs Iudæ: prophetiæ titulus ponitur, Primum de Samaria: secundo de Hierusalem. Quantum uero ad mysticos intellectus: quia Samaria semper in hæresibus accipitur, Hierusalem in ecclesia, dicimus uerbum domini fieri ad humilem & ad cohęredē Christi, de peruersis dogmatibus & de ecclesia, si qua forte peccata commiserit: & totius uoluminis ordinem contexere. Quod autem Samaria & decem tribus quæ scissæ sunt sub rege Hieroboam à stirpe Dauid accipiantur in persona hæreticorum: et omnis quidem scriptura testatur: sed maxime propheta Osee, & hic ipse liber qui hæreticos impios, & ecclesiasticos peccatores uocat. Statim enim sequitur: Quæ est impietas Iacob, nónne Samaria? & quod est peccatum domus Iuda, nónne Hierusalem? Hoc duntaxat iuxta Lxx. translatores. Cæterum in Hebraico quomodo legatur, post paulum subijciemus. Sed & illud quod hæretici semper in dogmatum suorū sibi quasi sublimitate confidant, & ecclesiæ simplicitatem despiciant: in alio loco dicitur: Væ qui despiciūt Sion, & confidunt in monte Samariæ: de Sion enim egredietur lex: & uerbum domini de Hierusalem. Porrò Samaria fabricata est sibi de proprio sensu uitulos aureos: habentes quidem in superficie pulchritudinem: sed uitalem spiritum non habentes: & fabricata est in domo dei, quod interpretatur Bethel. Nec enim recipere poterat populus Israel deos, nisi qui de scripturis & in domo dei fabricati sunt. Quamuis autem conciliabula sua uocent Bethel, tamen post fabricationem idolorum desijt esse Bethel, & uocatur Bethauen, quod dicitur domus idoli: pro quo Septuaginta transtulerunt domum ὦμ. Hoc de titulo: nunc ueniamus ad exordium prophetiæ, & Lernæa bestia sæuiente, sancti spiritus inuocemus aduentum. Vos ò Paula & Eustochium ad dominum saluatorē fundite preces, ne mihi noceat inuidia: sed ut mens libera id tantū cogitet quod nititur explanare: nec sentiat conuiciorū alapas quas dominus in passione cōtempsit.

D

Amos 6.a

בֵּית־אֵל

בֵּית־אָוֶן

# MICHEAS

VERBVM dómini quod factum est ad Micheā Morasthitē in diebus Ioathā, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, quod uidit super Samariam & Hierusalem.

VERBVM domini quod factum est ad Micheā Morasthitē in diebus Ioathā, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, de quibus uidit de Samaria & Hierusalem.

Audi

A b ¶ Audite populi omnes: & attẽdat terra & plenitudo eius, & sit dominus deus uobis &c.] Quia iuxta historiam manifestus est sensus, lectoris prudentiæ intellgentiam derelinquo. Iuxta tropologiam autem conuocat ad auditum populos id est totius orbis ecclesias et ad auscultandum terram: quia terrena in ea hæreticorum extructa sunt dogmata. Qđ autem hæreses inter carnis opera numerentur, quę semper refertur ad terram, & Apostolus *Gal.5.d* ad Galatas non tacet, & dominus in euangelio prudenti indicat auditori: *Ioan.3.d* Qui de terra est, de terra loquitur. Et ad distinctionẽ eorum rursum de ecclesiasticis dicit. Qui autem de cœlo uenit, super omnes est. Et: quod uidit & audiuit, hoc B testatur. Si autem hoc quod ait: Audite populi, propter illud domínicum: Qui habet aures audiendi, audiat: plus a- *Luc.8.d* liquid sonat, quàm quod postea infertur: Attendat terra. Aptabimus ecclesiæ, audite populi omnes. Hęreticis uero qui terrenam susceperе doctrinam: Attendat terra, & omnes qui in ea sunt, ut & isti si audierint, & illi si attenderint, non patiantur ea quæ postea sermo domini comminatur. Et sit eis dominus in testimonium: siue ut in Hebraico legitur, in testem, uel ut apertius interpretatus est Symmachus, testificans: & testificans non aliunde, nisi de domo sua, quæ est ecclesia: aut certe in filio, id est, in domino nostro Iesu Christo, qui uere templum est patris: Et de cuius ore loquitur pater, uiscera penetrans & medullas eorum qui attendere uoluerint & audire. *b* ¶ Quia ecce dominus egredietur de loco suo, & descendet & calcabit super excelsa terræ, & consumentur montes subtus eum, & ualles scindentur sicut cera à facie &c.] O Samaria & Hierusalem audite & diligenter attendite dominum uobis de templo suo testificantem, & prædicentem quæcunque facturus est. Ecce egredietur de loco suo. Qui enim mitis est & benignus, & cuius natura clementia est: uestri causa cogitur personam quam non habet crudelitatis assumere. Et descendet & calcabit super excelsa terræ. Descensio dei est: & maiestatis eius ad inferiora decursus. Calcare terram, & potentes quosque conterere. Et consumentur (ín quit) siue tabescent montes, & ualles sub eo, quos principes intelligamus & populos. Et quomodo uiciniam ignis cera non sustinet, & prono cur- C su aquæ feruntur in præceps: ita omnis impiorum superbia domino uenіente soluetur & defluet. Hoc autem totum fiet propter scelera decem tribuum, quas uocat Iacob & Israel, & propter

HEB. Auditẽ populi omnes: & attẽdat terra & plenitudo eius, et sit dominus deus uobis in testem: dominus de templo sancto suo. Quiã ecce dominus egredietur de loco suo, & descẽdet & calcabit super excelsa terræ, & consumentur montes subtus eum, & ualles scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ quę decurrunt in prę ceps: in scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel. Quod scelus Iacob, nónne Samaria? Et quæ excelsa Iudæ, nónne Hierusalem? Et po

SEP. Audite populi oẽs & auscultet terra, & oẽs qui sunt in ea, & sit dñs deus uobis in testimonium: dñs ex domo sancta sua. Ecce enim dñs egredietur de loco suo, & descẽdet & ascendet super excelsa terræ: & cõmouebuntur mõtes sub ter eũ & ualles tabescent sicut cera à facie ignis: & sicut aqua profluẽs in descẽsum: propter impietatẽ Iacob omnia hęc & propter peccatũ domꝰ Israel. Quæ est impietas domus Iacob, nónne Samaria? Et quod est peccatũ domus Iuda, nónne Hierusalem? Et po

præuaricationẽ Iuda: quia in decem tribubus Samaria metropolis fuit, & in regno Iudę, Hierusalem excelsorũ ídola fabricata est, hoc iuxta literam. Tropologice autem, egredietur dominus de loco suo quem uel filium, uel omnes sanctos intellígere possumus. Ipse enim fili- *Ioan.14.b* us ait: Ego in patre *Leuit.26.b* & pater in me. Et de sanctis: Habitabo & inambulabo in eis: et ero eorum deus, & ipsi erunt mihi populus: De his ergo egredietur, non quod dere D linquat eos: nam & de apostolis egrediebatur sermo domini ad audientes, & tamen non relinquebat eos: & huiusce modi loca, id est, ea quæ deum hospitem habere mereantur, quasi cum Christo resurgentia, & cum eo in cœlestibus sedentia, sursum posita sunt. Vnde & descendere dicitur ad eos qui doctrinam eius in monte audire non possunt. Cúmque descenderit, non ascendet in humílibus & in his qui deorsum positi sunt: sed qui terræ uocantur excelsa, & qui intelligentes ad uenientis domini maiestatem commouebuntur. Et quamuis montes sint, tamen ad talis aurigæ & ascensoris pauebunt præsentiam. Valles autem, id est animæ χοϊκοῖς insertæ corporibus: nec cum cœlesti homine resurgentes, præsentiam eius ferre non poterunt: sed quicquid in eis durum fuerit, resoluetur, & ita fluent, quomodo si aquæ plana non habeant, ferantur & præcipites in profundum. Veniet ergo dominus terribilis ad docendum, id est ad mouendos montes, & uallium humilia resoluenda: quia impietatem fecit Iacob, & peccatum Israel. Impietas enim Iacob conciliabula hæreticorum sunt, quæ uocantur Samaria. Et peccatum Iuda, id est eius qui dominum cõfitetur, non est aliud nisi Hierusalem in qua multa crimina reperiuntur. Quod autem domus Iuda referatur ad Christum, cuius ecclesia est, & sæpe diximus, & illud ponamus ad præsens: Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum. Potest quoq; *Gen.49.b* & sic intelligi: quod propter impietates Samariæ & scelera Iuda, egressus sit dominus de loco quondam

A dam ſuo, & dixerit ad Iudæos: Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. & deſcenderit de cœlis, & aſcenderit ſuper excelſa terræ, id eſt ſuper eos qui ex gentium humilitate credentes, excelſi eſſe meruerunt. Et commoti ſunt montes, philoſophorum dogmata, & regna ſublimia, & hi qui humiles permanſerunt, conſumpti ſunt & contriti ſaluatoris aduentu, et creſcente eccleſia, montibuſq; in ſublime ſurgentibus idola corruerunt in profundum. Egreſſus eſt ergo dominus de loco ſuo & de gentibus conſtructa eccleſia eſt: ut mouerẽtur mõtes ſub pedibus eius, & profunda uallium ſolueren/tur: quia impie egit Iacob, & peccauit Iſrael: & omnes tribus dominũ
B negauerũt. a ¶Et ponam Samariam quaſi aceruum lapidum in agro cum plantatur uinea, & detraham in uallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo, & omnia ſculptilia eius concidentur &c.] Secundum ordinem peccatorum, fit ordo pœnarũ. Primum peccauit Samaria, & fabricata eſt idola: & pro domino uitulos adorauit: prima ergo & pereat. Deſtruã eam uenientibus Aſſyriis & ponam quaſi aceruũ lapidum cum plantatur uinea, ut redigatur in tumulos: Et detraham in uallem lapides eius. Erat quippe in montibus ſita, ubi nunc Sebaſte eſt: in qua & ſancti Iohannis baptiſtæ oſſa ſunt condita. Et fundamenta eius reuelabo. Tanta quippe ruina erit, & tanta urbis ſubuerſio: ut non ſolum parietes & ædificia corruant: ſed fundamenta quoq; uſq; ad extremum lapidem reuelentur. Et omnia ſculptilia eius cunctæq; diuitiæ: quas diuerſi reges in eam comportauerant, concidentur & comburentur igni, & ad nihilum redigentur. Siquidem opes & multiplex ſupellex, quæ ex fornicatione (ut putabantur) idolorum fuerant congregata, ducentur ad aliam meretricem, id eſt ad Niniuen: ut quomodo in terra ſua fornicati ſunt cum idolis quæ fecerunt: ſic uadant ad aliam terram idolorum & fornicationis, id eſt ad Aſſyrios. Hucuſq; de Samaria. Et quia eadem plaga peruẽtura ſit ad Hieruſalem: & ipſa enim ſimili errore peccauit, derelinquens deum ſuum & idola fabricans: propter ea propheta facit quaſi προσωποποιίαν dei, & ſub perſona ſua inducit plangentis affectum, & dicit: Super hoc plangam & ululabo: uadam ſpoliatus & nudus: decẽ enim tribus perdidi, & faciam plan C
ctum uelut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum. Quomodo enim dracones terribili ſibilo perſonant, iuxta hiſtorias eorum qui de phyſicis conſcripſerunt, eo tempore quo uincuntur ab elephãtis: Et ſicut ſtruthiones immemores ſunt ouorum ſuorum, & quaſi non pepererint in arena calcãdos pedibus beſtiarũ fœtus relinquunt: de quo in Iob plenius ſcribitur: Ita & ego ſine filiis ſpoliatus & nudus incedam. Et hoc faciã: quia deſperata eſt plaga eius, id eſt Samariæ. Et idem peccatum, imò eadẽ pœna peccati, quæ euertit Samariã ueniet uſque ad Iudam, & uſque ad portam urbis meæ Hieruſalem. Vt enim Samaria ſub/ D
uerſa eſt ab Aſſyriis: ita Iuda & Hieruſalem ſubuertentur à Chaldæis. Quia uero Samariam, hæreticorum ſemel intelleximus eccleſiam: quæ ſeparata à deo populi facta eſt conciliabulum, ipſe dominus comminatur poſiturum ſe eam in pomorum cuſtodiã: in agrum & in plantationem uineæ. Multo enim melius eſt ſubuerti inutilem ciuitatem, & lapides eius quibus extructa fuerat in præceps detrahi, & præparari eam in pomarium plantationemq; uinearum, quàm in ędificatione peſſima permanere. Cum enim deſtructa fuerit & reuelata fuerint fundamenta eius, quibus ſua uidebatur cælare myſteria: & firma habere dogmata in quibus ſtabat, & omnia idola quæ ſpeciem uidebantur habere, & pulchritudinẽ artifici ſermone cõpoſitam, & à miniſtris dei fuerint cõciſa, id eſt à uiris eccleſiaſticis: tunc in loco ædificationis peſſimæ, uaria eccleſiæ poma naſcentur, & non ſolum naſcentur, uerumetiam cuſtodientur, & plantabitur uinea Sorech, de qua fiat uinum quod ſe dominus in regno patris bibiturum eſſe promiſit. Non ſolum autem fundamenta eius quæ prius terra premebantur, aperientur, & proferentur in medium, & idola quę ſibi finxerat, concidentur, ſed gloria quoq; & diuitiæ quas de fornicatiõe uidebatur habere & errore ſuo, igne meo cõſumentur: de quo dixi in euangelio: Ignem ueni mittere ſuper terram, & quàm Luc.12.f
uolo ut ardeat: atque comburentur & redigentur ad nihilum: quia non de ueritate contracta ſunt dogmatum, ſed de fornicatione animę, & errore hinc inde collecta ſunt. Hæretici quippe non habent

HEBRAEI, Et põnam Samariam quaſi aceruum lapidum in agro cum plantatur uinea, & detraham in uallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo, & omnia ſculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igni, & omnia idola eius ponam in perditionem: quia de meretricis congregata ſunt, & uſq; ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plangam & ululabo: uadam ſpoliatus & nudus, faciam planctum uelut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum.

SEP. Et ponam Samariam in pomorum cuſtodiam in agro, & in plantationem uineæ, & detraham in uoraginem lapides eius: & fundamenta eius reuelabo, & cuncta ſculptilia eius concident, & uniuerſæ mercedes eius comburentur igni, & cuncta idola eius ponam in perditionem: quia ex mercedibus fornicationis congregauit, & ex mercedibus fornicationis deſtruxit. Propter hoc planget atque lugebit: ibit diſcalciata & nuda: faciet planctum quaſi draconum, & luctum ſtruthionum: ita Iuda & Hieruſalem ſubuertentur à Chaldæis. Quia uero Samariam, hæreticorum ſemel intelleximus eccleſiam: quæ ſeparata à deo populi facta eſt conciliabulum, ipſe dominus comminatur poſiturum ſe eam in pomorum cuſtodiã: in agrum & in plantationem uineæ. Multo enim melius eſt ſubuerti inutilem ciuitatem, & lapides eius quibus extructa fuerat in præceps detrahi, & præparari eam in pomarium plantationemq; uinearum, quàm in ędificatione peſſima permanere. Cum enim deſtructa fuerit & reuelata fuerint fundamenta eius, quibus ſua uidebatur cælare myſteria: & firma habere dogmata in quibus ſtabat, & omnia idola quæ ſpeciem uidebantur habere, & pulchritudinẽ artifici ſermone cõpoſitam, & à miniſtris dei fuerint cõciſa, id eſt à uiris eccleſiaſticis: tunc in loco ædificationis peſſimæ, uaria eccleſiæ poma naſcentur, & non ſolum naſcentur, uerumetiam cuſtodientur, & plantabitur uinea Sorech, de qua fiat uinum quod ſe dominus in regno patris bibiturum eſſe promiſit. Non ſolum autem fundamenta eius quæ prius terra premebantur, aperientur, & proferentur in medium, & idola quę ſibi finxerat, concidentur, ſed gloria quoq; & diuitiæ quas de fornicatiõe uidebatur habere & errore ſuo, igne meo cõſumentur: de quo dixi in euangelio: Ignem ueni mittere ſuper terram, & quàm uolo ut ardeat: atque comburentur & redigentur ad nihilum: quia non de ueritate contracta ſunt dogmatum, ſed de fornicatione animę, & errore hinc inde collecta ſunt. Hæretici quippe non habent

A diuitias de paterna hæreditate uenientes, ſed quotidie quod colant reperiunt, & idola ſibi artifici manu, & curioſa mente confingunt. Propter hoc cum conuerſus fuerit ager eorum in pomorum cuſtodiam, & præparatus ad uineas, & lapides quibus ædificata erat ciuitas, detracti in profundum, & reuelata fuerint fundamenta eorum, & omnia ſculptilia conciſa & incenſa, & mercedes quas ſibi uana ſpe pollicebantur, & quicquid uelut deum colere uidebantur, redactum ad nihilum: quia de forni catione animæ, omne ſibi precium compararant. Tũc intelligentes errorem priſtinum, in ſemet reuerſi plangent in quibus ante ridebant: & lugebunt, in quibus prius fornicantes
B quodammodo lætabantur. Deponentq; de pedibus ſuis quicquid mortiferum habuerãt, & erunt diſcalciati: quia terra in qua ſtaturi ſunt, locus eſt ſanctus: & ueſtimenta fornicationis ſuæ uniuerſa proijcient: eruntq; nudi, ut poſſint Chriſti indui ueſtimento, & facient planctũ quaſi draconum. Plancturi quippe ſunt aliquãdo & dracones, quando uiderint draconẽ maximum captũ: & in hamo pendere piſcantis, & mare deſolatum. Et lugebunt quaſi filiæ Sirenarum: dulcia enim ſunt hæreticorum carmina, & ſuaui uoce populos decipientia. Nec poteſt eorũ cantica præterire, niſi qui obturauerit aurem ſuam & quaſi ſurdus euaſerit. Propterea autem hęc iſtiuſmodi Samaria planget atq; lugebit: quoniam ſagitta domini uulnerata, & plagã ſermonis accipiens, ſuum cognoſcet errorẽ. Non ſolum aũt ipſa peccauit, ſed iniquitatẽ et errorem ſuum in Iudæ quoq; portas uoluit introducere. Vnde dicitur de ea: Venit uſq; ad Iudam, & tetigit uſq; ad portas populi mei, uſq; ad Hieruſalẽ. Portas, inquit, tetigit, quas aures intelligimus. Cæterum urbẽ mediam intrare non potuit: quod ſi intraſſet, feciſſet de Hieruſalem Samariam. Quoties C uiderimus de eccleſia aliquos ad hæreticorum ſermones ſcandalizari, & quærere quomodo eorum reſpondeant quæſtionibus, nec tamẽ recedere de eccleſia, dicamus: uenit Samaria, ſiue plaga Samariæ uſque ad populum confitentem: uſque ad aures populi dei, uſque ad aures Hieruſalem. Hoc enim quod dicitur: tetigit uſque ad portas populi mei ἀπὸ κοινοῦ intelligendũ eſt, ut ſubaudiatur, tetigit etiam uſque ad portas Hieruſalẽ: Huc uſque contra Samariam & contra Hieruſalem: uideamus & cætera quę ſequuntur. a ¶ In Geth nolite annũciare lachrimis ne &c.] Multum Hebraicum à Septuaginta interpretatione diſcordat, & tantis tam mea quàm D illorum translatio difficultatibus inuoluta eſt, ut ſi quã do indiguimus ſpiritu dei (ſemper autem in exponẽdis ſcripturis ſanctis illius indigemus aduẽtu:) nunc uel maxime eũ adeſſe cupiamus, & quæ in prophetis locutus eſt, pandere: ut de nobis quoq; poſſit intelligi, quod ipſe alibi polliceri dignatur: Aperi os tuum & implebo illud. Geth, ut regnorũ quoq; teſtatur hiſtoria, una eſt de quinq; urbibus Palęſtinæ: uicina Iudęæ cõfinio, & de Eleutheropoli euntibus Gazã, nunc uſq; uicus uel maximus, unde fuit & Goliath ille Gethæus, quẽ Dauid occidit in prælio. Quia igitẽ propheta, imò per prophetã dominus dixerat: Plãgam & ululabo: uadam ſpoliatus & nudus: faciam planctum uelut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum: quia deſperata eſt & inſanabilis plaga Samariæ, & uenit uſque ad Iudam: tetigitq; portã populi mei Hieruſalem: propterea flentis adhuc uoce præcipio: Nolite annunciare in Geth, ne audiant & lætentur inimici: lachrymis ne ploretis: id eſt, ne dolor quidẽ in ſingultus erumpat: diſſimulate fletum, ne aduerſarij gratulentur: lachrymas ora

HEB. & luctũ quaſi ſtruthionum: quia deſperata eſt plaga eius: quia uenit uſq; ad Iudam: tetigit porta populi mei uſque ad Hieruſalem. In Gẽth nolite annunciare: lachrymis ne ploretis: in domo pulueris, puluere uos conſpergite: tranſit à uobis habitatio Saphir confuſa ignominia: non eſt egreſſa quæ habitat Sennan. Planctum domus Aſel accipiet ex uobis: quę ſicut ſibimet: quia infirmata eſt in bono quę habitat in Maroth: quia deſcendit malum à domino in portã Hieruſalẽ. Tumultus quadrigæ ſtuporis habitantis Lachis principium peccati eſt filiæ Sion: quia in te inuenta ſunt ſcelera Iſrael: Propterea dabit emiſſarios ſuper hæreditatem Geth: domos mendacij in deceptionem regibus Iſrael. Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Mareſa: uſque Odollam ueniet

SEP. & luctum quaſi filiæ Sirenarum: quia obtinuit plaga eius: quia uenit uſq; ad Iudam, & tetigit uſque ad portam populi mei uſque Hieruſalem. Qui in Geth nolite magnificari: qui in Bachim nolite reædificare ex domo deriſum: terra aſpergite deriſum ueſtrum: quæ habitas bene ciuitates eius: nõ eſt egreſſa habitatrix Sennan. Plãgite domum iuxta eam: accipiet ex uobis plagam doloris: quis cœpit in bonũ, quæ habitat in doloribus: quia deſcenderũt mala à domino ſuper portas Hieruſalem. Sonitus curruum & equitum habitatio Lachis princeps peccati eſt filiæ Sion: quia in te inuentæ ſunt iniquitates Iſrael. Ideo dabit emiſſarios uſq; ad hæreditatem Geth: domos uanas, fruſtra fuerũt regibus Iſrael: donec hæredes adducam tibi, quæ habitas Lachis: hæreditas uſq; Odollam ueniet

Pſal. 80. b
1. Reg. 17. f

A ora non habeant, cum dolorem pectus habeat: no-
lite exire foras, sed in domo puluerís & ruente ci-
nere uos conspergite ruinarum: Transit à uobis
habitatio שָׁפִיר quod Syro Hebreoq; sermone
dicitur pulchra: Samaria quippe in pulcherrimo
Iudææ & uberrimo sita loco, nunc quoque osten-
ditur. Dicitur ergo ad eam: ò tu quæ habitas in re-
gione uberrima: quia confusa es ignominia, sic trā-
si, sic ad captiuitatem deducere, ut præ malorum
magnitudine, ne uicinus quidē Allophylus audiat
uocem tuam. Porrò quod sequitur: Non est egres-
צַאנָן sa quæ habitat in Sennan, quæ interpretatur exi-
tus, siue ut Symmachus uertit: non est egressa ha-
bitatio abundans: de eadem Samaria dicitur: quæ
in ipsis Assyriæ captiuitatis est foribus, & statim
ut mota fuerit de finibus suis, hostilem terram in-
greditur. Nam habitatio abundans, iuxta illud ac-
cipiendum quod & supra iam diximus: habitatio
pulchra. Non est igitur egressa quæ habitat in exi-
tu uel in abundantia propria uoluntate, sed ui du-
cta est in Assyrios. Vnde domus uicina & ex late-
re quod interpretatur אֵצֶל, regnum uidelicet
Iuda, planctum accipiet ex uobis, quæ nunc in-
terim Samaria capta substitit & deum habuit de-
fensorem. Accepit autem planctum & percussa
formidine est, & infirmata bono suo, quæ ha-
bitat in Maroth, id est, in amaritudinibus: siue,
ut Symmachus uertit, habitatio ad amaritudinem
B prouocans, hoc est, ἡ κατοικία ἡ πικραίνουσα:
quod Hebraice dicitur יֹשֶׁבֶת מָרוֹת propter ca-
ptiuitatem uicinarum tribuum, quia descendit ma
lum à domino in portam Hierusalem. Assyrius
quippe uastata Samaria, uenit etiam ad Hierusa-
lem: eo tempore quo Rabsaces est missus insultās,
de quo & Regnorum quartus liber & Esaias ple-
4.Reg.18.a nius scribunt: Vbi dicitur quod rex Assyrius de
Esa.36.a Lachis miserit Hierusalem, & postea capta La-
chis ad oppugnandam trāsierit Lobnam. Veniet
igitur ò Lachis urbs idolis dedita, & ad te quadri-
ga & equites Assyriorum, quia & in te inuēta sunt
scelera Israel, & tu fuisti principium idolatriæ in
Iuda: per te enim quasi per portam impietas de-
cem tribuum migrauit in Hierusalem. Non solum
autem super Lachis tumultus ueniet & quadrigę,
sed & super Geth metropolim Palæstinæ, de qua
supra dixeram: In Geth nolite annunciare: mittet
enim Assyrius latrunculos suos quos uocat emis-
sarios, & possidebit domum idololatriæ urbem q;
mendacij, quæ in supplantatione fuit regibus Isra-
el. Quod autem sequitur: Adhuc hæredem ad-
ducam tibi quæ habitas in Maresa: pulchre allusit
ad nomen: quia enim מוֹרֶשֶׁת hæreditas dicitur:
aduentum in eam hostium pro hæredibus appel-
lauit, & usque Odolam urbem Iudæ ueniet Mare-
sa, id est hæreditas, quæ Odola glorioſa est in ur-
bibus suis Israel. Denique & Symmachus ita tran-
stulit: ἔτι κληρονόμον ἄξω καί σοι κατοικία μαρεῖσα,
ἕως ὀδολὰμ ἥξει ἡ δόξης ἰσραήλ: hoc est, adhuc hæ-
redem adducam & tibi habitatio Maresa, usque
Odolam ueniet gloriæ Israel: hoc est quæ glorio-
sa es in urbibus Israel. Et ubi dicitur gloriæ, geni-
tiuus casus sit numeri singularis, huius gloriæ: & C
non nominatiuus pluralis, hæ gloriæ. Vel certe ita
intelligamus: Captiuitas Israel quæ uenit Lachis
& Geth & Maresa, usq; Odolam quoque ueniet.
Et pressius legendum gloriæ Israel, ut ἡ ἀντίφρα-
σις ignominia uel uastitas sentiatur. Porrò quod
supra urbem prophetæ מוֹרַשְׁתִּי hæreditatem in-
terpretati sumus: sciat lector in eodem uersiculo
quem posuimus: Propterea dabit emissarios su-
per hæreditatem Geth: in Hebræo pro hæreditate
Geth: מוֹרֶשֶׁת גַּת positum. Huc usq; secundum
Hebraicum ut potuimus, & ut nobis uisum est:
certe ut ab Hebræis audiuimus: quasi inter saxa &
acutissimos scopulos nauiculam nostrā reximus:
quæ utrum intrauerit portum an adhuc in salo flu-
ctuet, lectoris erit prudentiæ iudicare. Nunc o-
rationibus uestris pergamus ad alios fluctus, &
imminente expositiōis hinc inde naufragio, si pos-
sumus euadamus. גַּת interpretatur torcular: qui
ergo in Geth, id est, in torculari sunt, putantes se
uindemiasse fructum uitæ & calcasse botrum de
uinea Sorech: extolluntur in superbiam, ignoran-
tes quod botrus terræ Iudææ in Allophylorum fi-
nibus non reperiatur. Nolite, inquit, extolli qui
estis in torcularibus: Quia de uinea Sodomorum
uinea uestra est, & propago uestra de Gomorris,
& uua uestra amaritudinis, & botrus fellis uobis,
& furor draconum uinum uestrum: furor aspidum
insanabilis. Nam si etiam feceritis fructum: quo-
niam uindemia uestra non solum de Sodoma & D
Gomorra, sed de Aegypto quoque est & cæteris
inimicis gentibus: dabit dominus erugini fructum
uestrum, & labores uestros locustæ, & occidet
in grandine uineas uestras, & moros uestros in
pruina. Non uos decipiat similitudo uini, nec di-
catis amarum dulce: gustate diligenter uinum ue-
strum, & inuenietis pro uino Sorech furorem dra
conum & uenenum aspidum. Vnde nolite super-
bire, sed magis humiliamini sub potenti manu do
mini, & ad illud transite torcular de quo ascendēs
ex Edom, & rubicundus ex Bosra, loquitur in
Esaia propheta: Torcular calcaui solus, & de gen-
tibus non est uir mecum. Rursum quia sunt de a- E Esa.63.a
lienigenis & alij: multas enim habet regiones &
urbes Allophylorum prouincia: qui per mala o-
pera & sensus contrarios deo loquuntur: destru-
cti sumus, sed reuertentes ædificemus quæ destru
cta sunt: unde & uocantur termini impietatis, &
populus cui iratus est dominus: dicit ad eos: Qui
in Bachim, nolite ædificare de domo derisum. Ba- בָּכִי
chim in lingua nostra planctum & fletū sonat. De-
nicq; exceptis Septuaginta omnes κλαυθμὸν, id est,
fletum transtulerūt. Qui estis igitur in huiuscemo-
di operibus atq; sententijs quæ fletu digna sunt,
nolite ædificationem pessimam instaurare: nec sen
sum uestrum extructionem dei arbitremini neq;
ædificetis super arenam: ne cum tempestas ue-
nerit domusq; uestra conciderit, cassus labor ri-
sum uidentibus præbeat. Quin potius intelligētes
ædificationem uestram dignam esse derisu: ruinis
eius & puluere conspergite capita uestra: & agite

pœni

A pœnitentiam, quod absque consilio casuram domum ædificare uoluistis. Sequitur: Quæ habitat bene in ciuitatibus suis: nō est egressa habitans in Sennan: Quod mihi uidetur hanc habere sententiam: Vos qui superbitis in Geth et in Bachim: frustra domum risu dignā ædificare conamini: aspergite uos puluere: agite pœnitentiā: quia uinū detestabile premere, & ædificationē deo contrariā construere uoluistis. Ecclesia aūt Christi quæ habitat bene, & in toto orbe ecclesias possidens, spiritus unitate cōiuncta est: & habet urbes legis, prophetarū, euangelij & apostolorū: non est egressa de finibus suis, id est de scripturis sanctis: sed cœptā retinet possessionē quia habitat in Sennan, quod interpretatus est, ut supra diximus, Symmachus abundantiā: habet enim patrē & filium et spiritum sanctum: cū quibus omnes spirituales gratię copiæq; uirtutū sunt. Vnde dicitur ad eā: Fiat pax in uirtute tua, & abundā-
Psal.121.b tia in turribus tuis. Vos uero qui habitatis iuxta Sennan, id est, iuxta abundantē ecclesiam: O hæretici, ò contraria dogmata: plangite uos: quia ædificastis uobis domum in derisum, & pressistis torcular in superbiā: nec in scripturis, sed in uicinia scripturarum domum uestram, iam non risu sed planctu dignā & lachrymis cōstruxistis. Vnde subiun-
B gitur: plangite domum quę est iuxta eā, id est, iuxta Sennan. Sed et hoc quod additur: accipiet ex uobis plagam doloris, ad eosdem hæreticos dicitur: quibus imperatur ut plangant domū uicinam ecclesiæ, quod inimicus & ultor diabolus cui traditi sunt in supplicium: ipse eis inferat plagas, & extorqueat pro ędificatione pessima, plagarum dolorem. Quæ propterea inferuntur, ut scientes peccata quæ fecerant, agant pœnitentiā, & dolorum habitatio sit eis bonorum occasio: Siue ecclesiæ indicatur dolor, quod plangat quondam filios suos, & ipsa sit causa salutis hæreticorum, si ad lugentem matrē reuerti uoluerint. Porrò quod infertur: quia descenderunt mala à domino super portas Hierusalem: & Marcionitæ ac Manichæi utuntur hoc scripto: eo quod legis deus, malorum sit conditor: Sic dicamus mala à domino descēdisse, quomodo
Luc.10.c & saluator loquitur in euāgelio: Videbā satanam quasi fulgur de cœlo cadentē. Quomodo enim ibi cecidit de cœlo lucifer qui mane oriebatur, & contritus est super terrā, qui mittebatur ad gentes: sic & hæc mala quæ à domino ceciderunt & uenerūt ad portas Hierusalē, antequàm caderent nō erant mala, sed quia à domino corruerunt, idcirco facta sunt mala. Et ut sciamus malorum insidias: uenerunt, inquit, ad portas Hierusalem, quæ quia firmę sunt & adamantinæ, & clauduntur ab apostolis: quibus Hierusalem claues cōmissæ sunt: ante eas uersantur inimici, & quos exire conspexerint interficiunt. Si quis igitur est de Hierusalem, quæ habitat bene in ciuitatibus suis: nō egreditur cum habitet in abundantia, sed semper intrinsecus manet:

HEBRAEI, ueniet gloria Israel. Decaluāre & detondere super filios delicia

SEPTVAG. ueniet. Gloria filiæ Israel decaluare & detondere super filios delica

nec egreditur portas eius, quas qui egressus fuerit occiditur: occiditur autem ab his qui se eleuant in Geth, & habitant in Bachim, & ædificant domum in derisum. Deniq; mala quæ descenderunt à domino ad portas Hierusalem strepitum tantum habēt curruum & equorum tumultū, confusumq; sonitum pro foribus Hierusalem: ut oris sui lancea quoscunque uagari uiderint interficiant. Post hæc scriptum est: Quæ habitas Lachis: princeps peccati est filiæ Sion. Lachis interpretatur προφεία ἵππων, id est, est ambulatio. Et hi igitur qui ascenderunt in curribus suis: & habuerunt equites, & strepitum tātum inanémque sonitum, quibus locuta est quæ habitat bene in ciuitatibus suis: Isti in curribus & isti in equis: nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus: quia mouerunt pedes suos, & circumulati sunt omni uento doctrinæ falsæ, & de ecclesia exire uoluerunt, quæ interpretatur specula, id est, Sion: principes peccati fuere filiæ Sion. Et in ipsa, hoc est in lachis, inuentę sunt impietates Israel, quæ à regno pristino dei populum separauerunt. Princeps ergo peccati est filiæ Sion quæ habitat in Lachis, id est, ambulatio pessima, gradu iugiter fluctuante: & impietas Israel in
D his est qui semper mouent pedes suos, & habitare dicuntur in Lachis. Dabuntur quoq; emissarij usq; ad hæreditatē Geth: Geth pessimam & torcular uenenorum, quod ædificatur contra domum dei: ubi sunt uanæ domus quę ædificatæ sunt in derisum. Et istæ uanæ domus, in uanū factæ sunt regibus Israel. Quantū ad historiā pertinet: his regibus quorū peccata in Regnorū & Paralipo. libris scripta sunt: quantū aūt ad Anagogē, principibus hęreticorū, ducibusq; peruersorū dogmatū: his enim domus uanę sunt & frustra extructæ, & tā diu perseuerātes: donec teneāt eas heredes qui à domino adducēdi sunt. Post hęc sequitur: Quæ habitas Lachis, hæreditas usq; Odollam ueniet. Odolla interpretatur testimonium haustus uel haurītionis eorum, quod in Græco significantius dicitur μαρτυρία ἀντλήσεως ἀυτῶ. Legimus in Prouerbijs: Si malus fueris solus hauries mala. Quę igitur habitat in Lachis, id est, in itinere pessimo, ueniet usq; ad testimonium exhaustionis suæ, quod exhauriet atq; ebibet iuxta operum suorum mensuram. Vel certe ita distinguendum, ut hoc quod dicitur: quæ habitas Lachis, ad superiora referatur, & sit ordo ac sensus: Adducam hæredes tibi de ecclesia quæ habitas Lachis: quia de hæreditate domini & tu eris cum hauseris & receperis quæ mereris. Obsecro in capituli fine lectorem ne necessitatem uoluntatem putet, & expositionem prolixam uerbositatem existimet: magisq; miretur in locis tam asperis me aliquid inuenire: quàm quicquàm eorum quæ dicenda sunt non prætermittere. a ¶ Decaluare & detondere super &c. ] Hoc quod dictū est à Septuaginta gloria filiæ Israel addētibus filia:

Prouer.9.c

Hebræi

A Hebræi in fine ſuperioris capituli legũt. Nobis autem quia ſic uoluiſtis, & ſemel ſuſcepimus: incumbit neceſſitas ita interpretari ſcripturas, quomodo leguntur in eccleſia, & nihilominus hebraicam nõ omittere ueritatem. Dicitur ergo ad Iſrael, interim ſecundum literam: ut uel decẽ tribus accipiamus in Samaria: uel in cõmune, omnem Iſrael quia captiuus ducũs eſt populus, & omnis Iudæa ab Aſſyrijs Babylonijſq; uaſtata eſt: aſſumant planctũ & plorẽt filios ſuos. Et quomodo aquila quæ regina eſt auiũ, certo tempore amittit pilos, & remanet iplumis: ſic etiam Iſrael deponat omnem gloriam ſuã qua ante fuerat circũdatus: & plãgat filios, hoſtium poteſtati ſubditos, peccatiſq; obB noxios. Quod autem aquila certo tẽpore ſoleat amittere plumas, & in pſalterio ſcriptum eſt: Innouabitur ut aquilę ſenectꝰ tua, Pſal.102,4 Et comicus ὡς ἔαν/ χὴ τιμωρσμλίω: uiſa eſt, inquit, uere qđ dici ſolet, aquilæ ſenectus. Si aũt uoluerimus hoc ipſum & de pręſenti tempore Iudaicę euerſionis accipere: uidebimus omnem gratiam qua quondã apud deum floruit ab eis penitus receſſiſſe. Vbi eſt enim prophe/ Iſa.33,c tæ: ubi doctor legis: ubi angelorũ præſidia: ubi cõ/ 1.Cor.1,c tra plures à paucis inſperata uictoria? Decaluata eſt Hieruſalẽ, quæ omnẽ comã priſtinæ gloriæ perdidit, & filij eius qui clamauerunt contra dominũ, crucifige, crucifige eum: in captiuitatem ducti ſunt. Legi in cuiuſdam cõmentarijs hoc quod dicitur, decaluare & detondere ſuper filios deliciarum tuarum: de conditione humana poſſe accipi: ut dei ad Adam, ſiue ad Hieruſalẽ cœleſtem dirigatur eloquium. O anima humana: O urbs quondam ſanctorũ mater, quæ prius eras in paradiſo, & frueba tis delicijs arborũ diuerſarum, & habebas ſpecioſiſſimam comam: nunc quia proiecta es de ſublimi C
bus & deducta in Babylonem, & ueniſti in locum captiuitatis & perdidiſti comam tuam: radere & aſſume habitum pœnitentis, & quæ prius quaſi aquila uolabas in excelſis: plange filios plange ſobolem tuam, quæ ex te deducta eſt captiua. Cap. II

HEB. deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum ſicut aquila: quoniã captiui ducti ſunt ex te. Cap. II

VÆ qui cogitatis inutile, & opamini malum in cubilibus ueſtris: in luce matutina faciũt illud: quoniam contra deum eſt manus eorum, & concupierunt agros & uiolenter tulerunt, & domos rapuerunt & calumniabantur uirum, & domum eius: uirum & hæreditatẽ eius. Idcirco hæc dicit dominus: Ecce ego cogito ſuper familiam iſtam malum, unde non auferetis colla ueſtra, & non ambulabitis ſuperbi: quoniã tẽpus peſſimũ eſt. In die illa ſuper uos ſumetur parabola, & cãtabitur cãticum cũ ſuauitate dicẽtium: Depopulatiõe uaſtati ſumus: Pars populi mei commutata eſt. Quomodo recedet à me, cum reuertatur qui regiones noſtras diuidat. Propter hoc non erit tibi mittens funiculum ſortis in cœtu domini.

SEP. delicatos tuos: dilata caluitium tuum ſicut aquila: quoniam captiui ducti ſunt ex te. Cap. II

FActi ſunt cogitãtes labores & operãtes mala in cubilibus ſuis, et ſimul in die conſummabunt ea: quia nõ leuauerũt ad deũ manus ſuas, & deſiderabant agros, & diripiebant pupillos, & domos opprimebant, & rapiebant uirũ & domũ eius: uirum & hæreditatem eius. Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego cogito ſuper tribũ iſtã mala, de quibus nõ auferetis colla ueſtra, & non ambuletis recti ſubito: quia tempus peſſimum eſt. In die illa ſumetur ſuper uos parabola: & plangetur planctus in cantico dicentium: Miſeria miſeri facti ſumus: pars populi mei dimenſa eſt in funiculo, & non erat qui prohiberet eum, ut auertereꝰ tur: Agri noſtri diuiſi ſunt: ꝓpter hoc nõ erit tibi mittens funiculum in hæreditate. In eccleſia domini nolite

VAe qui cogitatis inutile &c.] Quod in fine capituli iuxta Hebraicũ poſuimus: in cœtu domini: ꝓ quo Lxx. tranſtulerunt, in eccleſia domini: iuxta æditionem uulgatam ſequẽtis capituli prĩcipium eſt. Et ideo in illo ſi dñs iuſſerit differemus. Væ igitur uobis Iudæorum cœtus: qui et cogitatis malũ, & opere conſummatis. Et cubilia ad q/eſcendum data, ſtupris polluitis, & D
quicquid iniquitatis nocte tractatis: quaſi differre non liceat, ſtatim ut dies claruerit feſtinatis implere: nõ conſiderantes quod ad uerſum dominum fortis eſt manꝰ ueſtra. Et ut doceret ſcriptura quid eſſet quod in nocte cogitarẽt, & in die facerent, exponit in partibus. Cõcupierunt agros, inquit, & uiolenter tulerunt: et domos ſubauditur, cõcupierunt: & quas cõcupierant, diripuerũt. & nõ ſolũ calũniabantur homines, & domos eorũ, ſed poſteros quoq; qui miſericordiã propter ætatem paruulã merebantur, rabido ore uaſtabant. Quia igitur iſta feciſtis & cogitaſtis inutile, & ego dñs cogitabo ſuper familiam iſtã malum: nõ quod malum ſit quod ego cogito, ſed quod patientibus malum uideatur quod irrogo: quod ita uos premet, ut colla ueſtra non poſſitis leuare: nec ambuletis ſuperbi, ſcilicet quos tẽpus captiuitatis oppreſſerit. Tum dicetur ſuper uos parabola, & miſeriæ ueſtræ uertentur in canticum: Depopulatiõe uaſtati ſumus, pars populi mei: tẽplum, inquit, meũ, quod ſolum

inter

A inter gentes cæteras plus habebam: mutabitur in ruinam. Quomodo à me recedet Assyrius, cum reuertatur, ut agros meos sibi sorte distribuat? Propterea ò familia Israel: super quam malum ego cogito, non habebis partem in hæreditate iustorum. Sed & de extrema captiuitate hoc ipsum accipi potest, quod omnia eis euenerint quia dominum crucifixerunt, ita tamen ut Lxx. interpretum æditio differatur. Gloria nanq; filiæ Israel decaluata est, & attonsa super filijs quondã delicatissimis: & si quid deinceps renatum pilorum fuit, alia deinceps rasura & attonsione truncatum est. Tunc omnia cõsilia eorum uersa sunt in laborẽ, & quæ cogitauerunt mente & anima dormiente, attulerunt eis la-
Exod.17.c bores: quæq; operati sunt, statim ut lux Christi & ultio apparuit, conturbata sunt. Cum enim legissent uicisse Israel, quando Moyses manus leuauit ad dominum: superatum esse ab Amalech, quãdo Moyses lassa brachia deponebat: non leuauerunt ad dominum manus suas, sed omnia in pauperes & plebem domini scelera perpetrantes, desiderauerunt agros, et pupillorum domos diripiebãt, ac
B uirum pariter & uxorem liberosq; eius et substantiam depopulabantur. Propterea cogitabat dominus mala super tribum illam: nequaquam duodecim tribus, sed tribũ malicię & in scelere fœderatã: de quibus nõ potuerunt eleuare ceruicẽ, nec recte incedere. Denicq; usq; ad præsentem diem subditi sunt Romano imperio, & premuntur captiuitatis iugo, & colla non eleuant. Quod autem sequitur: ἐξαίφνης, id est subito: in Hebraicis uoluminibus non habetur, & tamen potest cũ præsenti loco ita congruere, ut dicamus: Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego cogito super tribum istã mala subito, de quibus nõ possunt eleuare ceruices suas, & ob id eleuare nõ poterũt quia tẽpus malum est. Sicut enim mala operati sunt contra dominũ Iesum: sic mala captiuitatis perpetuæ sustinebunt, & intantã uenient angustiam, ut omnia eorũ cãtica & psalmi uertantur in luctum: Nihilq; aliud nouerit populus loqui: nisi hoc: miseria miseri facti sumus. Terra quippe repromissionis, quæ prius duabus & semis tribubus sorte diuisa fuerat trans Iordanem: Moyse mittente funiculum, et postea ab Iesu Naue tribubus reliquis dispertita: hæc gentibus Romano mensore diuisa est, & nemo fuit qui prohiberet, quin potius cum uniuersas obtineant nationes, nullus est ex iudæis qui antiquum pristina libertate possideat solum. Quod si tertiam expositionem sequi uoluerimus, de qua supra dixeram: ad animam humanam sermonẽ dirigi quæ de paradiso corruens in captiuitatem huius mundi uenerit, uidebimus quod omnis cogitatio nostra labor & dolor sit: & cubilia nostra plena sint malis, & lux ipsa quæ uidetur mixta sit tenebris: quæq; nocte tractemus, in caligine compleamus. Quis enim nostrũ ad deum sanctas eleuat manus sine ira & cogitatione? Quis non desiderat uitas istius seculi, oblitus possessionum paradisi? Videas alios agros agris & terminos iungere terminis, & paruo hominis corpusculo rura urbium nõ sufficere. Propterea cogitat dominus super nos mala, de quibus nostras eleuare nequeamus cerHEB. Nẽ loquamini loquentes: nõ stillabit super istos: non comprehendet con
SEPT. nolite flere lachrymis, neque plorent super his: non enim abĳciet opro uices: nec ambulare recti, quia tẽpus pessimum est, iuxta Ioannis uerba dicentis Mundus in maligno positus est. Idipsum significat & illa in euangelio filia Abraham nobilis anima, quam satanas uinxerat & incuruauerat: & nisi ad aduentum domini in sublime erigi ante non potuit, nec suum suspicere creatorẽ. Vnde saluator ait: Hanc inquit, filiã Abrahæ quam alligauerat satanas, non oportuit solui de uinculo isto die sabbati? Quia ergo gloria nostra omnis attõsa est & dilatauimus rasuram uel nuditatem nostram: sic enim in quibusdam codicibus inuenitur: missi sunt qui nos plangerent cum Hieremia & sumerent super nos parabolam & dicerent cum Apostolo: Lugebo multos qui peccauerunt & nõ egerunt pœnitentiã. Quis enim non plangat uidens humanas animas quasi uariam supellectilem à dæmonibus et diuersis uitijs esse possessas? Alius dęmonũ mittit fornicationis funiculum, alius auariciæ: ille homicidij, hic periurij lineas tendit: pars populi dei
D diuisa est in funiculo: & agri quondã sanctitatis & paradisi quorũ odore delectabatur Isaac in Iacob filio suo: traditi sunt Assyrijs regiq; Babylonio: Et habentibus uulpibus foueas: et uolucribus cœli nidos: filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Exposui iuxta quod mei ingenioli patiebantur angustiæ, & primam ab Assyrijs Babylonijsq; populi captiuitatem, & secũdam à Romanis, quia dominum crucifixerunt: & tertiam spiritualẽ, qua unusquisq; nostrum cum Adam de paradiso cecidit: & in huius mundi captiuitate uersatur: de qua cum uenerit dominus, eriget elisos, & soluet compeditos, & captiuos quondam diaboli, reducet in possessionem suam, & complebitur sermo psalmistæ dicentis: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Iuxta quam expositionem potest & de ecclesia quarta captiuitas accipi, de qua unusquisque egreditur per peccatum, & postea ab Esdra qui interpretatur adiutor, id est sermõe dei, reducitur in Hierusalem. Si quis autem in lege domini die ac nocte meditatus maius habuit studiũ: maius ingenium: ocium, gratiamq;, & potest de præsenti capitulo probabilius aliquid dicere: non inuideo: non aspernor: quin potius cupio ab eo discere quod ignoro, & libenter me discipulum profitebor: dummodo doceat, & non detrahat. Nihil emtam facile, q; ociosum & dormientem, de aliorum labore & uigilijs disputare. a ¶ Ne loquamini loquentes &c.] Ne loquamini, inquit, loquẽtes: pro quo interpretatus est Aquila: ne stilletis stillantes: quodã idiomate Hebraico, eloquium ab eo quod fluat, & ad aures perueniat audientium, in similitudinem

C

Esai.9.d

Luc.13.d

2.Cor.11.g

Matth.8.c

Psal.67.b

1.Esdræ 7.a

עורא

A tudínem plúuiæ deſcendentis, ſtíllationem uocãs. Nolite uos decipere ò domus Iacob, & in conſolationem mutuam dícere: deus bonus eſt, nõ ueníet captíuitas quam tímemus. Num larga eius miſerícordia, & clementíſſimus ſpíritus, qui late & abundãter ortus eſt omnibus: tantũ ín nobis abbreuíabitur & ſeuerus erit? aut huiuſcemodí ſunt cogitatíones eius, quales in hominibus cernímus, ut antí quam teneat íracundiã, & ad uíndictam furore ſubito concitetur? Ad quæ reſpondit dominus: Bonus quídem ſum, & uerba mea ſonant clementiã, ſed ad eos qui recto itinere gradiũtur. Qui autem, nõ dico olím, ſed heſterno díe in contumeliã meã ueneratus eſt ídola, & quantum in ipſo fuit tyrãní ca aduerſum me arma corrípuit: qui infelícem pópulum expoliauit auxílio dei, & quaſi deſuper tunícam palliumq; tulit: qui ſímplices quoſq; credentium & acquieſcentes autoritatí malorum contra me uertit in bellum: nũquid nõ ſtillabit ſuper eum dominus, & apprehendet eum confuſio? Hoc autem quod nos uertimus, & ecõtrario populus meus in aduerſarium conſurrexit: quia uerbum מתל & contrariũ & díem heſternũ ſonat: Symmachus apertius tranſtulit ut díceret: ante unam díem pópulus meus quaſi ínimicus reſtitit: ut ſólueret quæſtionem, quod deus non præterita uítia imputaret populo, ſed recentia, & quæ quaſi die commiſſa uíderentur heſterno. Hæc iuxta Hebraícã intelligentiam: cæterũ Lxx. interpretes in hoc loco penitus ſibi non cohærẽt. Ad íd enim quod prẽmiſſum eſt, in eccleſia domini nolite flere, quę cõſequentia eſt
B ut inferatur: nõ enim abíjciet opprobría quæ dícit, domus Iacob prouocauit ſpíritũ domini? Sed & illud quod ſequitur: Si hæ adinuẽtiones eius ſunt, nónne ſermones eius ſunt boni cũ eo, & recti ambulauerunt: ad poſteriora quid pertinent quæ dícuntur? Et prius populus meus in aduerſarium reſtitit, cõtra pacem ſuam: pellem eius excoriauerũt ut auferrent cõtritionem belli? Vídetur autem mihi ut ín loco uel difficíllimo ſic poſſe ſenſus reddí, uel exprimi, ſi tamen prudens lector noſtræ ratióni acquieuerit. Præcípitur itaq; eccleſiæ, ut non habeat triſtíciam & ſolícitudínem ſuper rebus ſeculí, & damnís quę in hoc mũdo euenire conſueuerũt, & dícitur habitatorĩbus eius: ò uos qui eſtís in eccleſia domini ſemper gaudete, & quícqd uobís de dei iudícijs accíderit, gratulamíni, nec hoc dico ꝙd flere nõ debeatis: Beatí quippe flentes, quoniã ipſi ridebũt. Sed illud admoneo, ne ín hís quæ ſunt ſeculi lugeatis. Si quis mortuus fuerit propínquórum, ſi ſubſtãtiam fiſcus inuaſerit, ſi corpus uel pódagra, uel alíud quílibet morbus oppreſſerit, nolíte flere, nolíte lachrymas fundere: nec conſíderetis præſentia ſed futura, & aggrauamíni magís quod diutius ín hoc tabernaculo mortís habítetis. Quin potius illud cauete, ne ínſultetís cadentibus, & alienam ruínam ueſtram ędificatiõnem putetis: unuſquiſq; ſe ex ſuis uíríbus, non ex imbecíllitate alterius metiatur. Alióquí quæ eſt iſta iuſtícia, ramos oleaſtri inſultare ramís oliuæ, qui propter infidelitatẽ ſuam fracti fuerunt, & dícere: domus Iacob ad

Luc.6.d

íracundíam ſpíritũ domini prouocauit, interfícíẽs C
prophetas, ídola colens, dei filium crucifigẽs? Qui hoc facit non erit ab opprobrío alíenus, & ea mẽſura qua iudicauit iudicabítur de eo: & quomodo ípſe de peccatís loquítur corruentís: ita alíus ruínę illíus ínſultabit. Sequitur: Si hæ adinuẽtiones eius ſunt: nónne uerba eius bona ſunt cum eo, & recti ambulauerunt? Quod offendit, ait, Iudaícus pópulus, ut plenitudo gentium ſubintraret, díſpenſatiónis dei eſt, ut poſtea credẽte Iſrael, omnes ſalui fierent, & uniuerſi dei miſerícordia indígerent. Vnde et Apoſtolus ad huius loci ueníẽs quæſtionem: Rom.11.d
profundum ſapientíæ & ſcientíæ & iudicíorũ dei, & abyſſum inueſtígabílem eſſe proclamat. Si ergo adinuẽtiones & cogitationes dei ſunt: frangi príores ramos oliuæ, & inſeri alíos de oleaſtro: non debes ínſultare ſed tímere ne corruas: nec æſtímes in eo te placere deo ſi ſermões, id eſt, ſcripturas íllius legas. Tunc ſcripturæ proſunt legentí: ſi quod legítur opere cõpleatur. Sí loquens de ſcripturís poſſis dícere: An experimentum quæritis eius qui in 2.Cor.13.a
me loquítur Chriſtus? Dominus quippe dabit uer Pſal.67.c
bum euangelízãtibus uírtute multa, & ſuper mon Eſa.40.b
tem excelſum aſcende tu qui euangelízas Sion, & leua uocem in fortitudine qui euãgelízas Hieruſalem. Atque modo ſermones dei boni ſunt ſi ſecum ſint, hoc eſt, ſi deus nõ deſerat prædícantem, cuius cor labíaq; cõſentiunt. Cæterum qui confitetur labíjs, & cor eius longe eſt à deo: & narrat iuſtícias eius, & aſſumit teſtamentum per os ſuum, & peccatorum ſordibus ínquínatur, cum hoc nõ ſunt boni ſermones dei. Nec ſolum de peccatore, ſed de eo D
quoq; qui gratiam non habet ſpiritualem, íd eſt, prophetiæ ac doctrínæ, & interpretationis maiorumq; chariſmatum: hoc dicẽdum eſt, quod huiuſmodí homo ſi uoluerit elemẽtorum cauſas fideíq; ſui reddere rationem: & quare deus qui bonus & creator eſt omnium ad ſolos tantum Iudæos uenerit, & in ultímo iam ſeculo uocauerít nationes: nõ habeat ſecum bonos dei ſermones, ſed de propría ímperítia etiam ea quæ bona ſunt dei uerba contamínet, quæ uerba recte ambulant, & rectas aures requírũt. Et hæc quídem dominus præcípit populo ſucceſſorí, & eccleſiæ de gentibus cõgregatę, ne ínſultet generatiõni priſtinæ, & alíena nõ ſit ab opprobríjs inſultãdo. Refert autem ípſe qui uerus eſt iudex & ſine perturbatione loquítur, quomodo in paſſione ſua Iſrael ei cõtrarius fuerit: & hoc fecerit non quod ſuo nocere potuerít creatorí, ſed quod cõtra pacem ſuam omnia perpetrarit. Vnde & ad Hieruſalẽ ſermo eſt: Si ſcires ea quæ ad pacẽ ſunt Luc.19.f
tibi. Pace autã perdíta, pellem ſuam excoriauerũt, id eſt, tulerunt à ſe dei quo protegebantur auxilíũ: & quaſi nudas carnes abſque cute & tegmíne relíquerunt, ut quícquid uídebatur eſſe pulchrũ operiente deſuper miſerícordía dei, hoc illa recedente præberet uidentibus turpitudínem. Recedente autem pace & auxílio dei quía reſtiterãt domíno, de quo dícitur: Dominus cõterens bella, dominus nomen ei: aduerſaríjs ſuís reſíſtere non potuerũt, ſed ín omní certamíne uícti ſunt: nec fuit qui contere-

Iudith.16.a

A ret aduersum eos bella nascētia,iuxta utranq; per/ sonam hostium uel hominū qui eos duxere capti/ uos:uel aduersariatū fortitudinum qui animas eo/ rum quotidie iugulabāt blasphemando. a ¶ Mu lieres populi mei eiecistis &c.] Interpretatio Se/ ptuaginta:si tamen Lxx. est, Iosephus enim scribit,& He/ braei tradunt, quin que tantum libros legis Moysi ab eis translatos,& Ptole mæo regi contradi tos:tantum discor/ dat in presenti loco ab Hebraica uerita te:ut nec capita pos simus ex æquo po nere, nec eorum si/ mul sententias ex/ plicare. Quāobrē nostra primū trās/ latio differatur, & postea ad eosdē ue niemus.Adhuc cō/ tra populū dei ser/ mo est,cui supra iā dixerat: Econtra/ rio populus meus in aduersarium consurrexit: desuper tunicam pal/ lium sustulistis,quod non solū hoc egerint,sed mu

B lieres quoq;, id est,matronas quondā delicatas fe/ cerint captiuas ire: siue sub metaphora urbes Iu/

Esa.26.d deæ, quas & in Esaia filias Sion uocat,eo qd' Sion metropolis fuerit. A paruulis quoq; earū tulistis, inquit,laudem meam in perpetuum:nullus reman sit in populo, cunctis uel interfectis uel captis qui meos psalmos canerēt: sed & pauci qui in Babylo/

Psal.136.d ne supererant canere se non posse testantur:Quo/ modo,inquiunt, cantabimus canticū domini in ter ra aliena? Surgite itaq; & ite in captiuitatem,quia in hac terra requiem non habetis, quæ propter sce lera uestra polluta est:& mundari non poterit, nisi longum sabbatum antea celebrarit. Propterea au/ tem dico uobis,non habetis hic requiem,quia pol/ luta est terra uestra, & corrūpetur putredine pessi ma: captiuitate uidelicet uel Babylonica uel Ro/ mana, eo quod domini sanguinem hauserit: iuxta utramq; enim historiæ ueritatem intelligi potest. b ¶ Duces populi mei &c.] Potest hoc & genera liter de Iudaici populi principibus,sacerdotibus ac pharisæis accipi,qui post passionem domini proie cti sunt de urbe deliciarum suarum, in qua prius la sciuierāt propter malas adinuentiones suas: & spe/ cialiter de stirpe Dauid, quia statim ut natus est do minus,defecit princeps ex Iuda, & dux de fœmo/ ribus eius:ueniente cui repositum erat,& expecta/ tione gentium apparente. Sed & ecclesiæ quoque principes qui delicijs affluunt, & inter epulas atq; lasciuias pudicitiam seruare se credunt: propheti/ cus sermo describit, quod eijciēdi sint de spacioſis domibus, lautisq; conuiuijs, & multo labore epu/ lis cōquisitis:& eijciendi propter malas cogitatio/ nes & opera sua. Et si uis scire quò eijciendi sint, euāgelium lege:In tenebras scilicet exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. HEB. cōfusio, dicit domus Iacob:Nunquid abbreuia tus est spiritus dñi, aut ta/ les sunt cogitationes eius? nónne uerba mea bona sunt cum eo qui recte gra ditur? & econtrario popu lus meus in aduersarium consurrexit: desuper tuni/ cam pallium sustulistis, & eos qui transibant simpli/ citer,cōuertistis in bellum. Mulieres populi mei eie/ cistis de domo deliciarum suarum: à paruulis earum tulistis laudē meam in per petuū. Surgite & ite,quia non habetis hic requiem: propter SEP. probria, quæ dicit: domus Iacob prouocauit spiritū domini: si hæ sunt adinuentiones eius: nónе sermones eius boni sunt cum eo,& recti ambulaue rūt? & prius populus me/ us inimicitijs restitit cōtra pacem suam: pellem eius excoriauerūt, ut auferrent spem contritionem belli. Dūces populi mei proij/ ciētur de domibus delicia rum suarū: propter malas adinuentiones suas eiecti sunt. Propinquate mōtib. æternis.Surge & ambula: quia nō est tibi hic reqes. Propter dico pauperes, non dico fratres,& qui rursum in/ uitare non possint, ex quibus excepta gratia nihil aliud episcopalis speret manus: sed militātes & ac/ cinctos gladio, & iudices excubantibus ante fores suas centurionibus & turmis militum, Christi sa/ cerdos inuitat ad prandium. Tota clerici urbe di/ scursant, quærunt exhibere iudicibus, quæ illi in prætorijs suis aut inuenire non possunt, aut certe inuenta non coemunt. Nec uero arbitrandū quod generaliter ad omnes hæc dirigatur inuectio: sed quod eos qui tales sunt pulset sermo propheticus: & comminetur eis supplicia, & tenebras sempiter nas: ut qui pudore & uerecundia non tenentur, agant pœnitentiam saltem comminatione pœna/ rum. c ¶ Propinquate montibus æternis &c.] Aeternos mōtes uel angelos intelligere possumus uel prophetas, de quibus & in psalmo scriptū est: Fundamenta eius in montibus sanctis.Et in alio lo co:Leuaui oculos meos in montes,unde ueniet au xilium mihi. Appropinquat autem æternis mon/ tibus qui nō in peccatis suis à beatorū cōtubernio separat: quomodo Moyses appropinquabat deo, non loco, sed merito. Et ad eos qui appropinqua/ bant æternis montibus,ipse dominus loquebatur: Deus appropinquans ego, & non de longe. Mon tes autem æterni ad distinctionem eorum uocan/ tur qui non sunt æterni: principum scilicet huius seculi montium tenebrosorum,qui cum erecti fue/ rint uelut cedrus Libani,transeuntes cum mundo, locus eorū non poterit inueniri. d ¶ Surge & am bula,&c.] Iubemur in nullis mundi rebus putare nobis requiem, sed quasi à mortuis resurgentes ad sublime

Matth.22.b

C

Act.6.a

D

Psal.86.a

ibid.120.a

Hiere.15.g

A sublime tendere, & ambulare post dominum de/
Psal. 62.c um nostrum, & dicere: Adhæsit anima mea post
te. Quod si neglexerimus & noluerimus audire
Eph.5.d dicentem: Exurge qui dormis & eleuare, & illu/
minabit te Christus: dormitabimus quidem, sed de
cipiemur: & nō in/
ueniemus requiē, quia ubi Christus non illuminat resur gentem, quæ uide/ tur esse reges, tribu latio est. a ¶Pro/

HEB. propter immun/ diciam suam corrumpetur putredine pessima. Vti/ nam nō essem uir habens

SEPTVAGIN. Prōpter immundiciam consumpti estis corruptione. Fugi/ stis nemine persequente. Spiritus

pter immundiciam consumpti estis corruptione,] Pro eo quod nos diximus, consumpti estis, potest iuxta Græcam intelligentiam in Latino sonare ser mone, corrupti estis: ut sit ordo, propter immun/ diciam corrupti estis corruptione. Hoc autem ad eos dicitur, qui uoluptati corporis & libidini ser/ uientes, non solum animam, sed corpus quoque suum corrumpunt, uoluptatum amatores magis quàm amatores dei. Poterat quoque dicere: pro/ pter immundiciam corrupti estis: & sensus etiam absque corruptione fuisset expletus. Nunc autem quia ait: corrupti estis corruptione: ad distinctionē mihi uidetur corruptionis salutaris dixisse, iuxta
2.Cor.4.d quam & Apostolus loquitur: Et si is qui foris ho/ mo noster est corrumpitur, sed qui intus est reno/ uatur de die in diem. Qui semper mortificationem Iesu portat in corpore suo, & exteriorem corrūpit hominem, & carnem imperio animæ subijcit, iste
B corrumpitur quidem, sed non corruptione: quia corruptio illius salutaris est. b ¶Fugistis nemine persequente.] Ad eos dicitur, qui propter immun diciā corruptione corrupti sunt, quod conscientia
Deut.20.b peccatorū etiam absq; supplicijs resistere hostibus & dimicare non audeant. Vnde & formidolosi in sanctorum prælio ne terreant mentes fratrum suo/ rum ejciūtur è castris, & ex acie repelluntur, & in maledictis Leuitici ad huiuscemodi homines ser/
Leui.26.f mo dirigitur: Persequetur uos folij uox uolantis, & fugietis nullo persequēte. Scio me in cuiusdam commentarijs legisse, exponentis Ioannis euange listæ principiū: Omnia per ipsum facta sunt, & si/ ne ipso est nihil: hoc quod dicitur, nihil, ad malicia retulisse: rursumq; ipsam maliciam interpretatum esse diabolum: & isto quasi gradu, ipsum quod fa/ ctum est sine Christo nihil, diabolum intellexisse. Si igitur malicia uel diabolus nihil est, & fugerunt qui corruptione corrupti sunt: nullo, id est, nihil persequente, diabolus eos est persequutus in nihi/ li. Quod si cui uidetur nimis coactum, & cōtra scri pturæ simplicitatem artificio potius eloquij quàm uera interpretatione dissertū: uel priorē uel quam ipse reperit expositionem sequatur. c ¶Vtinam non essem uir habens spiritum, & mendacium po/ tius loquerer &c.] Et in hoc capite multum Lxx. interpretes ab Hebraico discrepāt. Vnde primum iuxta id quod nobis ab Hebræis est traditum expo namus: & postea si dominus uoluerit de eorū trās/ latione tractabimus. O populе Iudaice, ad quos re promissiones, quorum testamēta & lex, & ex qui/ bus Christus secūdū carnem: cui imminētibus Ba C
bylonijs uel Romanis dixi: Surgite & ite in capti/ uitatem, quoniam non est uobis in terra ista re/ quies, quæ propter immundiciam suam corrum/ petur populatione nouissima: non me putetis uo/ lentem loqui, præ/ dicare gaudentem, quod uenturum ui deo: optarē & ipse anathema esse pro fratribus meis, qui sunt Israelitæ. Vti/ nam de meo sensu loquerer, & sanctum spiritū nō haberem: & inter pseudoprophetas potius com/ putatus, solus perirem, & non essent uera quæ di/ co: & tāta multitudo crederet in filium dei, & non traderetur æternæ captiuitati. Verum quia pro/ pheta sum & dei spiritu loquor: & à diuinitate mis/ sus, prædico ueritatem: Propterea stillabo tibi ser monem meum in meracū uinum quod te inebrier, & corruere faciat. Me autem stillante & futuræ captiuitatis malum canente, populus iste meas su/ scipiet pluuias: hoc est, uult, non uult, sustinere ha bet quæ dico. Et ne me uatem tantorum malo/ rum arbitremini esse: nunc quidem ueniet prædi/ cta captiuitas, ut agnoscatis quia in me sermo dei loquitur, qui ad omnes prophetas fit: quo reti/ cente propheta non loquitur, & dicit: Veniam, & humanum corpus assumam: nascar de uirgine. Si/ ue ita: Quia in carnis humilitate ueni, & non cre/ didistis mihi: ueniam in consummatione mundi in D
maiestate mea cum angelis cęteris que uirtutibus, & tunc te totum congregabo Iacob: tunc in unum conducam reliquias Israel, & cum gentium popu lo in ouili meo pariter copulabo, tunc te muro fir/ missimo sepiam: & tanta erit credentium multitu/ do, et inter caulas positi gregis tumultuatio, ut uin catur numerus pecorum largitate. Ac ne forsitan putes quia dixi: Ponam illum quasi gregem in oui li, & quasi pecus in medio caularum, de ouibus me loqui: intellige quod oues istæ homines sint. Se/ quitur enim: Tumultuabūtur à multitudine homi num. Tumultus, uox plurimorum est, & nimiæ multitudinis clamor pariter emissus: ne æstime/ mus unius uocem esse, sed omnium communem, laudantium bonum pastorem: qui ardua quæque cōplanauerit, & suo æquauerit pede: dux itineris eorum ipse sit paradisi ianua, & dicat: ego sum por ta, quo iter diuidente & præcedente, & uiæ porta, transibit per eum credulum pecus. Pastor autem iste & rex est & dominus. Vnde sequitur: Et trāsi/ bit rex eorum coram eis, & dominus in capite eo/ rum. Quod si uoluerimus hęc omnia de primo ad/ uentu eius accipere: & totum Iacob & reliquias Israel ad apostolos & eam referre multitudinem, quæ in actibus apostolorum saluata est ex Iudæis, non abhorrebit à ueritate expositio tractatoris. Hos enim uere congregauit dominus in ouile su/ um: & posuit in medio caularum, & fecit iter ante eos & induxit eos in ecclesiam, & fuit rex eorum coram eis: & est dñs in capite eorū in perpetuum.

A a ¶ Spiritus ſtatuit mendacium &c.[ Non ut plerique æſtimant ſpiritus ſtetit mendax, ſed ſpiritus ſtatuit mendacium, legendum eſt, quod græce dicitur πνεῦμα ἔστησε ψευδές. hoc eſt, τὸ ψεῦδος. Quomodo enim in uulneribus putridis, ne cãcer ſerpat & emortuum corpus uiuas carnes depaſcatur: medici ſtatuunt uulnus & urũt cauterio, uel pulue re λαυσικῷ: ita ſpiritus dei finẽ poſuit mendacio, ne ultra populus dei pſeudoprophetarũ uocibus ſubuertatur. Quod autem ſpiritus tam in nouo q̃ in ueteri teſtamẽto ubicunq; ſine addi tamẽto ponitur in bonam partem intelligatur: & ſæpe diximus, & nunc ex parte ponemus, ne cui dubiũ ſit: Fructus autem ſpiritus, charitas, gaudium, pax. Et: Si ſpiritu uiuimus, ſpiritu & ambulemus. Et alibi: Si autẽ ſpiritu opera carnis mortificaueritis, uiuetis. Et in ueteri teſtamento dans flatum populo qui eſt in ea, & ſpiritum his, qui calcant eam: haud dubiũ ex præcedentibus quin terrã ſignificet. Qui B enim calcant terrena opera, & pedibus ſuis ſubijciunt ea: utiq; nõ malum, ſed bonum ſpiritum merentur accipere. Econtrario malus ſpiritus ſemper cum additamento legitur, ut ibi: Cum autem ſpiritus immũdus exierit ab homine. Et in alio loco: Increpauit ſpiritum immũdum. Et ſpiritus malus inuaſit Saul: & cætera his ſimilia. Spiritus ergo dei qui finẽ mendacio poſuit in pſeudoprophetis, ipſe tibi ſtillabit in uinum & ebrietatem. Vinum quod lætificat cor hominis: & ebrietatẽ qua inebriatus eſt Noe, & de qua dicitur: Comedite amici mei & inebriamini. Hæc autẽ omnis lætitia & ebrietas ad comparationem ſapientiæ dei, quæ ut fluuius cœleſtem irrigat Hieruſalem: ſtilla eſt, & gutta permodica. Nec dubitabunt ſapientiæ dei ſtillam in homi nibus dicere, qui lapidem abſciſſum de monte ſine manibus legerint: & fatuum dei ſapiẽtius homini bus, & apoſtolos quoq; ipſos ex parte cognouiſſe, & ex parte prophetaſſe. De hac igitur ſapientia, id eſt, de ſtilla Iudaici populi (non enim uenit niſi ad oues perditas domus Iſrael) cõgregatus eſt Iacob: omnis qui ſupplantat Eſau, & erit primitiua eius ad benedictionem: & antequam naſcatur adhuc in utero poſitus, plantã piloſi fratris inuadit. b ¶ Cũ omnibus &c.] Cum, inquit, crediderit gentiũ populus, & omnis orbis ad meã fuerit fidẽ adductus, & intrauerit gentiũ plenitudo, tunc etiam reliquiæ Iſrael ſaluabuntur: non illæ reliquiæ, de quibus eſt ſcriptũ in Regnorum libro: Dereliqui mihi ſeptem milia uirorum, qui non curuauerũt genua Baal. Et de quibus Paulus: Ergo & in iſto tempore reliquiæ ſecundũ electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt, de quibus ſuprà hic propheta teſtatur: Et erit de ſtilla populi huius, congregandus cõgregabitur Iacob. Sed illæ reliquiæ, quæ poſtquã omnes ſuſcepti fuerint, in fine ſuſcipiẽtur à deo. Et de quibus nunc dicitur: C

Matth.12.d
Luc.9.e
1.Reg.16.c
Cant.5.d
Dan.2.g
1.Cor.1.d
Ibid.13.e
1.Reg.19.d
Rom.11.

HEB. ſpiritum, & mendacium potius loquerer. Stilabo tibi in uinum & in ebrietatẽ: & erit ſuper quæ ſtillatur populus iſte. Congregãs cõgregabo Iacob, totum in te unum conducã reliquias Iſrael pariter. Ponã illum quaſi gregẽ in ouili, quaſi pecus in medio caularum: tumultuabũtur à multitudine hominum. Aſcẽdit enim pandẽs iter ante

SEPT. Spiritũs ſtatuit mendacium. Stillauit tibi in uinum & ebrietatem: & erit de ſtilla populi huius, congregandus congregabitur Iacob. Cũm omnibus ſuſcipiẽs ſuſcipiam reliquias de Iſrael. Ponam auerſionem eorũ ſicut oues in tribulatione. Quaſi gregẽ in medio cubilis eorũ exilient ex hominibus. Aſcende per diuiſionem. Ante

Cũ omnibus ſuſcipiens ſuſcipiam reliquias Iſrael, ut iuxta id q̃ ſuprà diximus: Concludens deus omẽs ſub peccato, omnibus miſereatur. c ¶ Ponam auerſionẽ eorum &c.] Reliqas de Iſrael quas poſt q̃ oẽs ſuſcepero ſuſcepturus ſum: nũc interim quia uerſi ſunt à me, ponã in tribulatione, & coanguſtabo: & faciã ſedere, ſine ſacerdote, ſine altari, & ſine propheta, ut quem per beneficia nõ ſenſerũt, intelligãt per ſupplicia. d ¶ Quaſi gregem in medio cubilis eorũ &c.] ſubaudítur ponam. Non ſolum, inquit, auerſio eorum, qua à me auerſi ſunt, ponetur quaſi grex in tribulatione, ſed poſtquã tribulati fuerint, & anguſtiæ tempus expleuerint, ponentur in requie, hoc eſt, in cubili ſuo. Et tunc de hominibus commigrabunt & tranſcendent humanæ cõditionis ſtatum, & implebũt quod ſequitur: Exilient ex hominibus. Non ſolum autẽ illi exilient & abibunt, ſed omnes ad quos ſit dei ſermo: & qui humana uitia relinquentes, conuerſationem diuinitatis imitantur, & audiunt: Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes: exiliẽt ex hominibus, & quaſi feruntur ad cœlũ. e ¶ Aſcende per diuiſionem &c.] Præſens locus quaſi propriũ habet exordiũ & apoſtrophen eloquij prophetalis, ad eum qui ſaluari cupit: cui imperatur ut aſcendat per diuiſionem. Quod quidem manifeſtius fiet, ſi de Geneſi ſumpſerimus exemplum: ubi naſcuntur gemini de Thamar, cum qua Iudas patriarcha concubuit. Factum eſt, inquit, cum pareret & haberet geminos in utero: in ipſo partu unus protulit manum, & tulit obſtetrix & ligauit in manu eius coccinum, dicens: Hic egredietur prior. Cum autẽ contraxiſſet manum, ſtatim egreſſus eſt frater eius, & illa ait: Quare diuiſa eſt propter te maceria? & uocauit nomen eius Phares, quod interpretatur diuiſio. Et poſt hæc egreſſus eſt frater eius, in cuius manu erat coccinũ: & uocauit nomen eius Zara, quod in lingua noſtra dicitur ſemen uel oriens. Oſtendit ergo ſenior populus, in quo erat ortus & ſemẽ antequã de gentibus eccleſia naſceretur manum ſuam in operibus, & poſtea contraxit eam, audiens per Eſaiam: Manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Cumq; ille contraxiſſet manum, & à iuſticiæ ceſſaret operibus, frater eius egreſſus eſt gentium populus. Et propter ipſum diuiſa eſt ſepes: & deſtruxit

Gen.38.g
פֶּרֶץ
זֶרַח
Eſa.1

A ſtruxit dominus atq; ſaluator, ut ille poſſet incedere, parietem qui erat in medio: & macerią duos populos ſeparantem: & fecit unum gregem, & duos creauit in ſemetipſo in uno nouo homine faciens pacem. Vnde & obſtetrix prophetice loquens dicit ad Phares populum iuniorẽ: ut qd diuiſa eſt propter te maceria? Si intellexiſtis exemplum de Geneſi, aſcende q ſaluari cupis: nequaquą per ueterẽ populum qui manũ cõtractą habet, ſed p nouũ in quo uia Chriſtus eſt, in quo porta Ieſus, p quem ad patrẽ incedimus: ipſe enim ſoluit medium parietem & macerią, id eſt, obſcuritatem ueterum prophetarum, & omnia antiquæ legis aperuit ſacramenta, & diſſipata incedendi difficultate, uiam oculis omnium reuelauit: ut qui uult pergere nullo inretiatur obice nec obſcuritatis caligine terreatur.

HEB. ante eos: diuidẽt & tranſibunt portam & egredientur per eam. Et tranſibit rex eorum coram eis, & dominus in capite eorum. Cap. III.

ET dixi: Audite ẽ principes Iacob, & duces domus Iſrael: Nunquid non ueſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malũ? qui uioleter tollitis pelles eorũ deſuper eis, & carnẽ eorum

SEP. Antẽ faciem eorum diuiſerũt & tranſierũt portą, & egreſſi ſunt per eam, & exiuit rex eorũ ante faciem eorũ: dñs autem princeps eorũ. Cap. III.

ET dicẽt: Audite hæc principes domus Iacob, & reliqui domus Iſrael: Nõn ueſtrũ eſt cognoſcere iudicium, qui odio habetis bouum & quæritis mala? Diripiẽtes pelles eorum ab eis, & carnes eorum

ſub metaphora leonum ſiue latronũ crudelitas eorum deſcribitur, quod ſpoliauerint pauperes, et interfecerint eos, & carnes eorũ oſſaq; contriuerint: & quaſi in medio ollæ, ſic in urbe Hieruſalem miſerabilem plebem afflixerint: et propter hæc infera tur eis poſtea ſupplicių in die captiuitatis, uel à Nabuchodonoſor, uel à Veſpaſiano & Tito. Et clamẽt ad dominum, & nõ exaudiat eos, & abſcondat faciem ſuam ab eis, quia nequiter egerit in ſceleribus ſuis. c ¶ Et dicet: Audite hæc principes &c.] Cũ ſuperioribus hæret ſententia. Suprà enim dixerat: Dñs autẽ princeps erit, & dicet: Audite principes domus Iacob, & reliqui domus Iſrael. Pro reliquis domus Iſrael, exceptis Lxx. omnes, duces domus Iſrael, tranſtulerũt. Dominus ergo qui uiã fecit populo ſuo, & egreſſus eſt ante faciem eorũ, et ipſe eſt princeps itineris ſimplicioris populi, quẽ gregem uocat: his qui nolunt ſe præuium ſequi, ſed ſuperbiunt: & quaſi iudices populi ueſtigia illius non ſequũtur, cõminatur & dicit: Audite principes domus Iacob, & duces domus Iſrael. Quid eſt autem quod eos cogit audire? d Nõ ueſtrum eſt, inquit, ſcire iudicium.] Id eſt, nõ meremini dei ſcire iudicium, quod eſt abyſſus multa: & profundum iuſticię eius mens praua nõ inuenit. Aut quomodo poteſtis ſcire iudicium dei, qui odiſtis bonũ & quæritis malum: qui deteſtamini ſanctos pauperes, & honoratis diuites peccatores? Simulq; cõſideremus uerborum ſignificãtiam: bona non amare peccati eſt, quanti ſceleris etiam odiſſe? & econtrario mala non fugere uitij eſt, quantæ impietatis eſt etiam diligenter inquirere? Poſt hæc deſcribitur ſæuitia iudicum & in ſubiectos crudelitas.

a ¶ Ante faciem eorum diuiſerunt &c.] Propterea dixi tibi: Aſcende per diuiſionem qui ſurrexiſti
B cũ Chriſto, & ea quæris quæ ſurſum ſunt, quia angeli ſiue pater & filius & ſpiritus ſanctus diuiſerũt quod uidebatur obſtare, & fecerunt uiam uolentibus ingredi, & quia aperto itinere inuaſerunt iter, non ſolum ingreſſi ſunt portam, ſed & tranſierunt per eam. Ingreſſi ſunt autem, quia & rex eorũ eandem ingreſſus eſt portã, & aperuit eis iter, ut abſq;
Ioan.10.b ulla difficultate graderentur. Ipſe enim dominus, et rex & paſtor, & uia eſt & porta, dicitq; : Ego ſum porta, per me qui fuerit ingreſſus, ſaluabitur: ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet. De qua
Pſal.117.c porta & alibi prophetatur: Hæc eſt porta domini, iuſti intrabunt per eam. Quicunq; autem ingreſſus fuerit, non debet in eo ſtatu in quo intrauerat permanere, ſed egrediatur ad paſcua, ut in intrãdo exordium ſit: in exeũdo & in paſcua reperiendo, uirtutũ perfectio. Qui ingreditur, adhuc in ſeculo eſt, & ex creaturis intelliget creatorem. Qui aũt egreditur, tranſcendit uniuerſam creaturam: & omnibus quæ uideri poſſunt pro nihilo computatis inueniet paſcua ſuper cœlos, & ſermone dei ueſce-
Pſal.22.a tur, & dicet: Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit. hoc ideo ut intelligeremus euangelicũ teſtimo-
Ioan.10.b niũ: Ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet. & quod nunc dicitur per prophetam: Et tranſierũt portã, & egreſſi ſunt per eam: qui tamen tranſitus & egreſſio abſq; Chriſto rege noſtro tribui nõ poteſt, qui rex & dominus eſt. Statim quippe conne ctitur: Dominus autem princeps erit Cap. III.

ET dixi: Audite principes Iacob &c.] Manifeſte aduerſum principes Iſrael ſermo eſt, &

c ¶ Diripientes pellem eorum ab eis, & car. &c.] Non ſuffecerat ſpoliaſſe ſubiectũ gregem, ſed corpora quoque eorum afflixerunt duro imperio, & oſſa eorum contriuerunt: ut quicquid in eis forte fuerat, frangerent atq; contererent. Quomodo ergo illi ſpoliauerunt populum meum & nudauerũt omni pulchritudine & decore cutis, & carnes & oſſa miſerunt in ollam feruentem, quam rex aſſyrius tradentes gregem meum diabolo, & angelis eius: ſic & ipſi cum uenerit dies ultionis, clamabũt ad dominum, & non exaudientur, quia nec ipſi rogantes audierant: & extendent manus ſuas ad dominum, & deus auertet faciem ſuam ab eis, quia & illi auerterant à precantibus uultum. Et hæc uniuerſa patientur, quia peſſime egerũt in ſtudijs & uoluptatibus ſuis: & non reges fuere, ſed ty

A ranni: nec præpoſiti, ſed leones: neq; magiſtri diſci pulorum, ſed lupi ouium: & ſatiauerũt ſe carnibus, & incraſſati ſunt, & ſicut pinguiſſima hoſtia inter fectionis & ſupplicijs domini præparati. Hucuſq; cõtra principes malos, ſequens uero ſermo aduer ſus pſeudoprophe tas eſt & doctores peſſimos, q̃ popu lum dei adulatione ſupplantant, polli centes ſcientiã ſcri pturarũ. 4 ¶Hæc dicit dominus ſup &c.] Legimus fuiſ ſe pſeudoprophe tas in Iſrael, q̃ pro pter dona pacem, quę eis data non e rat, prędicabant: & ſi quis munera non dediſſet, quãuis ſan ctus eſſet, iram dei nunciarent illi eſſe uẽturã. Vnde nũc dicit̃ ad eos quod loquantur menda cia, & ſermo eorũ non prophetia, ſed diuinatio ſit falſa: neque habeant lu

B men, ſed tenebras et errorem. Cumq; in contrarium uer ſa fuerint quæ pro miſerant, tunc ope rientur cõfuſione: quia non erat, in quit, reſpõſum dei: iam nec dæmones accipient poteſta tem, ut eos ſua frau de decipiant: muta erunt oracula, tace bit immundus ſpi ritus, & illudere nõ audebit. Hoc de pſeudoprophetis, rurſum oratio pro phetæ loquẽtis in ducit̃: illis falſa ua ticinãtibus, et oper tis cõfuſione & ignominia, ego quæ loquor, à ſan cto ſpiritu inſtitutus loquor, & loquor iudiciũ do mini & uirtutem. Cumq; pſeudoprophetæ mor deant dentibus, & prædicent pacem, ego abſque ulla formidine annũcio Iacob ſcelus ſuum & Iſrael peccatum ſuum: quia pro deo uel idola uenerati ſunt, uel dei filium crucifixerunt. Si autem iuxta Septuagínta quod dicit̃, de hæreticis uoluerimus accipere, qui uere pſeudoprophetæ ſunt: & dicũt, hæc dicit dominus: & dominus non miſit eos, non errabimus. Illi enim populum quondã dei errore C decipiunt: & hoc faciunt, ut comedant eos: uel ſim pliciter in accipiẽdis muneribus, uel myſtice in oc ciſione animarum eorum: & promittũt eis pacem & regna cœleſtia, & dicunt: non neceſſe eſt ut ui uas continenter & ſancte: habeto fi dẽ quã docemus, & omnia promiſſa domini conſequẽ ris: quę loquentes, magis aduersũ eos iram domini conci tant, & prælium in illos ſanctificant. Quamobrem ò hę retici q̃ putatis ha bere uos prophe tiam, & imitamini eccleſiam dei, ubi eſtimatis eſſe uiſio nem, ibi nox erit: & ubi iactatis uati cinium propheta le, ibi ſpiritus loque tur immundus. Oc cidet enim ſol iuſti ciæ ſuper huiuſce modi prophetas, et uidebunt tenebras ſuas & confunden D tur. Cumq; diuini magis quàm pro phetæ fuerint com probati, ridebũtur ſuper ſomnijs ſuis: et populi qui ab eis prius decepti fue rant, contra eos lo quentur. Tunc etiã ipſi magiſtri pœni tentiam agent, & nemo eos exaudi et, niſi ego quẽ of fenderant. Et quia clemens ſum, & no Ezech.18.g lo mortem peccato ris, ſed cupio ut re uertatur & uiuat: cũ exaudiero eos, dabo eis uirtutem

HEB. eorum deſuper oſſi bus eorũ: qui comederunt carnem populi mei, & pel lem eorum deſuper exco riauerunt: & oſſa eorũ con fregerunt, & conciderunt ſicut in lebete, & quaſi car nem in medio ollæ. Tunc clamabunt ad dominum, & non exaudiet eos: & ab ſcõdet faciem ſuam ab eis in tempore illo, ſicut ne quiter egerunt in adinuen tiõibus ſuis. Hæc dicit dõ minus ſuper prophetas q̃ ſeducũt populum meum, qui mordent dentibus ſu is, & prædicant pacem, & ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctifi cant ſuper eum prælium: propterea nox uobis pro uiſione erit, & tenebræ uo bis pro diuinatione, & oc cumbet ſol ſuper prophe tas, & obtenebrabi ur ſu per eos dies: & confunden tur qui uident uiſiones: & confundẽtur diuini: & ope rient uultus ſuos oẽs, quia non eſt reſponſum dei. ue rũtamẽ ego repletus ſum fortitudine ſpiritus domi ni, iudicio & uirtute: ut an nunciem Iacob ſcelus ſuũ, & Iſrael peccatum ſuum.

SEP. eorũ ab oſſibus eo rum. Sicut deuorauerunt carnes populi mei: & pel les ab eis excoriauerũt: & oſſa eorum confregerunt: & conciderũt ſicut carnes in lebete, & ſicut carnes in olla: ſic clamabunt ad do minũ & non exaudiet eos: & auertet faciem ſuam ab eis in tẽpore illo, eo quod peſſime egerunt in adin uentionibus ſuis. Hæc di cit dominus ſuper prophe tas, qui ſeducunt popu lum meũ: & mordent den tibus ſuis: & prædicant ſu per eum pacem: & non eſt data in ore eorum: ſancti ficauerunt ſuper eum prę lium: propterea nox uo bis erit pro uiſione: & te nebræ erunt uobis ex di uinatione: & occumbet ſol ſuper prophetas: & conte nebreſcet ſuper eos dies: & cõfundentur qui uident ſomnia: & irridebunt̃ ha rioli: & loquentur aduer ſum eos omnes iſti, quia non eſt qui exaudiat eos, niſi ego impleuero fortitu dinem in ſpiritu domini, & iudiciũ & potentiam ut annũciẽ Iacob impietates eius, & Iſrael peccata ſua.

Audite ſpiritus mei: & implebo eos iudicio meo & forti tudine: ut qui prius populum blandimentis deci piebant, poſtea uera annũciando deterreant: & ad rectam reuocent uiam: & qui cauſa erroris fuerãt, incipiãt mederi uulneribus quæ intulerant, & eſſe occaſio ſanitatis. Animaduerte in præſenti loco poſſe aliquem docere poſt peccatum, ſi tamen ui tia priſtina digna pœnitentia eluerit. Vnde & Da uid poſt adulteriũ & homicidium loquitur in Pſal mo: Aſperges me hyſopo, & mundabor: lauabis me

A me, & ſuper niuem dealbabor. Nec ſua tantum pu/ritate contentus eſt, ſed infert: Redde mihi lætici/am ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Cumq; hoc feceris: Docebo, ait, iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. a ¶ Audite hęc prin/cipes domus Iacob &c.] Nemo ambi/git Hieruſalē pro/pter ſcelera quæ in hoc capitulo deſcri/bũtur fuiſſe ſubuer/ſam: & quia ſupra uel ad iudices, uel ad pſeudoprophe/tas p̄ceſſerat cōmi/natio: Audite prin/cipes domus Iacob & duces dom⁹ Iſra/el, Et poſt paucos uerſiculos: Hæc di/cit dñs ſuper pro/phetas, q̨ ſeducunt populum meum, et reliqua. Nũc gene/raliter et aduerſum iudices, & aduersũ pſeudo,pphetas, & contra ſacerdotes, & cōtra eos qui ſi/bi dei pollicebātur B noticiam, prophe/talis ſermo texitur, & arguit eos quod propter ſcelera eorum Sion quaſi ager aranda ſit: & Hieruſalem uelut aceruus lapidum corruitura, & mōs tēpli futurus in excelſa ſyluarū. Videmus completa quæ dicta ſunt: oris eloquium oculi pro/bant: prophetiæ teſtis aſpectus eſt: hoc ipſum teſti/Hier.26.c monium & in Hieremię uolumine ſcribitur, ubi & Micheæ prophetæ fit mentio, & Hieruſalem uaſti/tas prædicatur. Iudices & principes domus Iacob, & domus Iſrael, id eſt, & duarū & decem tribuū: non ſolum iudiciū non faciebant, ſed abominaban/tur illud: Et omnia recta peruertebāt: ne ſaltem par/ua iuſtícia remaneret in ciuitate. Qui ædificauerūt Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate, rapinis pauperum, cæde inſontium, occiſione ſan/ctorum. Quod ſi quis de principibus uidebatur iu/dicare quod erat rectum: uendebat magis ſenten/tiam, & in muneribus iudicabat. Sacerdotes quoq; non docebāt populum, niſi accepto precio: & cum dicatur ad ſanctos, Gratis accepiſtis, gratis date: illi dei reſponſum accepta pecunia proferētes, gra/tiam domini auara mercede uendebāt. Et poſt hęc mala non intelligentes peccatum ſuum, quaſi ſcele/ribus redimerent charitatem dei, iudices ac ſacer/dotes & prophetas dei eſſe ſe memorabant: & ſe/cundū impœnitens cor ſuum dicebant: Dominus in medio noſtrum eſt, & nō uenient ſuper nos ma/la. Quia igitur nō egerant pœnitentiam: & omnis populus ſequutus eſt principū & ſacerdotū pro/phetarumq; uitia: Sion quaſi ager arabitur, & Hie/ C ruſalem ſicut aceruus lapidū erit: & templū quod prius auro argētoq; fulgebat, in ruinas ultimas col/labetur. Hæc cōtra populum Iudæorum, cuius ue/ra captiuitas & extremæ ruinæ: & propter ſupe/riora quidem ſcele/ra, ſed maxime pro/pter effuſionem do/minici ſanguinis ir/rogata ſunt. Vnde & Sion quaſi ager arata eſt: & Hieru/ſalē in tumulos ner/ſa ſaxorum: & tem/plum illud quondā nobile atque ſubli/me in extremos ci/neres cōminutum eſt. Si quis autem hæc quæ de Hieru/ſalem dicūtur, & de Sion ad eccleſiam transferat: ipſa eſt enim domus Iacob & domus Iſrael, ſe/cūdum illud quod in Eſaia ſcribit: Ia/Eſa.44.b cob puer meus ſu/ſcipiam eum, Et il/lud ad Timotheū: Vt ſcias quomodo D te oporteat in do/1.Timot.3.d mo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia: iſte liquido peruidebit, quod prin/cipes domus Iacob: & reliqui de domo Iſrael, ſiue ut melius in Hebræo ſcriptum eſt: Iudices domus Iſrael, non ſint alij niſi epiſcopi, presbyteri & diaco/ni: Qui niſi omni cuſtodia ſeruauerint cor ſuū, ab/ominantur iudicium & uniuerſa recta peruertunt: quando enim iuxta perſonam iudicant, & in diſce/ptatione negocij nō ualet cauſæ meritum, ſed reo/rum potentia, nonne abominātur iudiciū, et omnia recta peruertūt? Poteſt autē & aliter accipi, q̨ prin/cipes domus Iacob, & iudices domus Iſrael abo/minētur deteſtenturq; iudiciū, dei iudicis ſententiā declinātes: & omnē regulam ſcripturarū malis in/terpretationibus deprauantes: iſti ædificant Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate. Cum enim ſcriptura iubeat: Ne inducas impiū in taber/Pſal.5.b naculum iuſtorum, & uirum ſanguinū & doloſum abominetur dominus: hi quoſcūq; de aſſeclis ſuis ordinant clericos, & uitam eorum in ſcandalū po/pulis exponentes, rei ſunt infidelitatis eorum quī ſcandalizantur. Vnde dicitur expedire homini, ut Matth.18.a mola aſinaria ligetur in collo eius, & præcipitetur in profundum, quàm ut ſcandalizet unum de mini/mis eccleſiæ. Cūq; ſacerdotes Malachias prophe/Malach.2.b ta angelos uocet, & os eorum oraculū domini ſit, ſine munerum acceptione non iudicant, legentes: Munera excæcant oculos etiam ſapientiū: & qua/Deut.16.d ſi frenum in ore auertunt increpationem: & cum



SEPT. Audite hæc duces domus Iacob, & reliq do/mus Iſrael: qui abomina/mini iudicium et omnia re/cta peruertitis: qui ædifica/tis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalē in iniqtatibus. Duces eius in muneribus iudicabant: & ſacerdotes eius in mercede reſponde/bant: & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & ſu/per dominū requieſcebāt, dicētes: Nónne dominus in nobis eſt? non uenient ſup nos mala. Idcirco pro/pter uos Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem ut cuſtodia pomarij erit: & mons domini in lucum ſal/tus. Cap. IIII. Et

A dicatur ad apostolos: Nolite possidere aurum & argentum, neq; æs in zonis uestris sit: & excutiatur de sancti uiri manibus etiam labore parta pecunia, uoces domini uenditant, & de columbis mercãtur in tẽplo. Sed & prophetæ Hierusalem in pecunia diuinabãt, nescientes aliud esse ꝓphetiã, aliud diuinationem: nunquã enim diuinatio in scripturis in bonam partẽ

ET erit in nouissimo dierũ mons domus domini præparatus in uertice

accipitur. Non erit, ait, augurium in Iacob, neq; di- *Num.23.d*
uinatio in Israel. Videbantur sibi quidem esse prophetæ: sed quia pecuniam accipiebant, prophetia ipsorum facta est diuinatio. Petrus apostolus: Ar- *Act.3.a*
gentum, inquit, & aurum non habeo: poterat utiq; Simoni mago uendere, quod petebat: imò poterat *Ibid.8.d*
simulare uendentem: Spiritus enim sanctus nec uenundari, nec emi potest: sed oblatam pecuniã cum offerente damnauit. Nunc uideas prophetas Hierusalem non habere in ore prophetiam: & in domino requiescere, & dicere: Nõ ueniẽt super nos mala: quorum causa, speculatorium dei hostili aratro diuiditur: & locus quondã pacis, ruinis plenus sit, & templum domini in uepres spinasq; cõuertitur, & est habitaculum bestiarum. Nec quenquam mo- *1.Reg.9.d*
ueat illud quod in primo Regum libro legimus: Saul uolẽtem ire ad Samuelem dixisse puero suo, ad eum se ire non posse, quia preciũ quod offerret pro uaticinio nõ haberet, & puerum respondisse:
B ecce inuenta est in manu mea quarta pars sicli pecunię, & dabo uiro dei, & annunciabit nobis uiam nostram: non enim scriptum est, quod Samuel acceperit: aut quod illi obtulerint, quin potius à propheta pascuntur, & inuitantur ad prandium. Sed fac eum accepisse, stipes magis æstimandæ sunt tabernaculi, quam munera prophetiæ. Siclus enim uiginti obolos habet, & quarta pars sicli quinque sunt oboli. Et nostri igitur sacerdotes, si uolũt uendere prophetiã, & columbas in cathedris suis pro- *Ioan.2.c*
ponere, quas dominus flagello subuertit: qui utinam non precia uillarum, sed quinque obolos acciperent. Hoc ipsum sonat & in tertio Regnorum *3.Reg.14.a*
libro, quod uxor Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominem dei, & defert ei panes & uuas passas & uasculum mellis. Dicitur enim quid secum illa portauerit: & tamen propheta non scribitur accepisse, quippe cum & corripuerit eam, & uenturũ luctum prædixerit: licet potuerint hi qui ad hariolos ire consueuerant (quia multi diuini & harioli erant in Israel) mala consuetudine æstimasse idipsum etiam de prophetis: & uoluisse sanctis uiris offerre, quod diuinis offerre consueuerant: & tantummodo scripturam narrasse quid illi uoluerint: nec tamen intulisse quod ipsi aut offerre ausi fuerint, aut prophetæ acceperint. Apostolus Pau- *1.Cor.9.b*
lus: Qui altari, inquit, seruiunt, & de altari participant, & uiuunt. Permittitur tibi ò sacerdos, ut uiuas de altari, nõ ut luxuries. Boui triturãti os non clauditur. Scimus ista, & tamen licentia hac Apostolus non abutitur: & habens uictum uestimentumq; contentus est: nocte & die laborat manibus suis, ne cui grauis sit. Et iurat in epistolis, se sancte, *2.Thes.3.b*
& sine auaricia in Christi euangelio conuersatum: & non solum de se, sed de discipulis quoque suis hoc ipsum asserit: quod nullũ miserit, qui ab ecclesijs aut posset aliquid, aut uellet accipere. Si autẽ gratulat in quibusdã epistolis, & mittentium munera bene

ET erit in nouissimis dierum manifestus mós dñi ꝓparatus sup uertice

uolentiam dei appellat: non tam sibi congregat q̃ pauperibus sanctorum, qui erant in Hierusalem. Sancti autem pauperes, hi erãt in Hierusalem, qui primum in Christo crediderant de Iudæis: & proiecti à parentibus & cognatis atque affinibus suis, tam possessiones, quàm uniuersam supellectilem sacerdotibus templi ac populo uastante perdiderant. Si tales pauperes sunt, accipiant. Si autem sub occasione pauperum paucæ ditantur domus, & in uitro ac uase fictili aurum comedimus: aut cum thesauris mutemus & uestes: aut pauper habitus non quęrat diuitias senatorum. Quid prodest circa collum ad abstergendos sudores linteolum non habere? Quid iuuat esse μονοχίτωνας & præferre habitu paupertatem, cum marsupium nostrum uniuersa pauperum turba suspiret? Propter hoc, causa nostri qui tales sumus: qui Sion ædificamus in sanguine, & Hierusalem in iniquitate, qui iudicamus in muneribus, qui mercedibus
D respondemus, qui in pecunia diuinamus, & super hoc fictam nobis sanctimoniam uendicantes dicimus: non uenient super nos mala. Audiamus sententiam domini quæ sequatur: Sion & Hierusalem, & mons templi speculatorium, & uisio pacis, & templum Christi in consummatione & in fine: quando refrixerit charitas & rara fides fuerit: quasi ager arabitur & redigetur in tumulos: & erit in excelsa syluarum, siue in custodiam pomorum: ut ubi amplæ quondam domus erant, & absque numero acerui frugum: ibi uix parua sit casula seruans speciem ciborum, refectionem animæ non habentium. Cap. IIII.

ET erit in nouissimo dierũ mons domus &c.] Quia principes Iudæorum abominati sunt iudicium, & omnia recta peruerterant, & ædificauerant Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate: & non solum hæc fecerant, uerum in muneribus quoque iudicauerant: & sacerdotes Hierusalem in mercede responderãt, & prophetę eius in pecunia diuinauerãt: & propter eos Sion, quasi ager aratus erat: & Hierusalem in tumulos lapidum corruerat, & mons tẽpli dei desolatus in excelsa syluarum: Idcirco nunc derelicta domo eorum atq; deserta, quando filius dei egrediẽs de tem-
plo ait, Surgite eamus hinc, & relinquetur uobis *Mar.14.e*
domus uestra deserta, Angeli quoq; Iosepho refe- *Luc.13.b*
rente dixerũt: Trãseamus ex his sedibus: pro monte Sion mons dñi eleuatus est, de quo ad principẽ
Tyri dicitur: Et uulneratus es in mõte dñi. Iste aũt *Ezech.28*
mõs domini in nouissimo dierũ ostẽsus est, quãdo appro-

A appropinquabit regnũ cœlorũ. Siquidem in consummatione seculorum in reprobationem peccati, per hostiam suam saluator noster apparuit: & undecima hora ad conducendos operarios uenit. Et completa illius passione Ioannes loquitur: Nouissima hora est: in sex milibus eñ annis, si quingenti anni p horas diei singulas diuidãtur: nouissima hora consequẽter dicetur tempus fidei gentium. Et manifestus, inquit, erit mons domini p̃parat⁹ super uertices montium. Manifest⁹ erit, q̃ ante fuerat occultus: & p̃parat⁹ nõ solum in mõtibus, sed super uertices mõtium: Moysen et ꝓphetas, q̃ de eo uaticinati sunt. Licet eñ oñia sancta cõscripserint, tamẽ ad cõparationẽ ꝓphetię, in qua saluatoris aduentũ pro-
B phetauerunt, humilia sunt cętera: et ne quaquã usq; ad uerticem montiũ pertingẽtia. Et exaltabitur, inquit, super colles. Homo quidẽ apparuit, & formam serui accepit: humiliauit se usq; ad mortẽ, mortem autẽ crucis: sed exaltauit eũ pater, & dedit ei nomen q̃d̃ est super omne nomen: & ad conuersationem illius uniuersa uita hominũ comparata, campi dicuntur & ualles. Ad hunc ergo montem qui p̃parat⁹ est super uerticem montium, et exaltatus super colles, festinabũt: siue ut in Hebræo habetur: fluẽt omnes populi, id est, in morem fluuiorum turbæ innumerabiles cõgregabuntur. Festinabunt autem populi, quando in eum pa
Act.2.b riter crediderint Parthi & Medi & Elamitę et habitantes Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociã, Pontũ & Asiam, Phrygiam & Pamphyliã, Aegyptũ & partes Libyę, quæ est iuxta Cyrenen & aduenæ Romani, Iudæi & proselyti, Cretes & Arabes. Nonne uobis festinasse uidentur ad montem, quibus dictum est: Sequimini me, & faciam uos pi- Matth.4.c
1.Ioan.2.c scatores hominũ: & protinus sequuti sunt saluatorem? Rursumq; de Iacobo & Ioanne scriptura refert: q̃ relicta naui & patre & fluctibus seculi, festinauerint ad montem. Et Matthæus publicanus audiens: Sequere me, Matth.9.c statim cucurrerit. Sed et illud in euãgelio, quãdo sequutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & decapoli & Hierosolymis, & Iudęa et trans Iordanem, & curauit eas: festinãtes populos probat. Populis autem festinantibus gentes quoque pluri-
D mæ ibunt ad montẽ: totus scilicet orbis in eum credens & dicent ita, & ad auxilium se patibuli mutuo prouocantes: Venite ascẽdamus in mõtem domini. Ascensione opus est, ut quis ad Christũ ualeat peruenire: & ad domũ dei Iacob ecclesiã, quę est domus dei, columna & firmamentum ueritatis. Porrò quod Iacob saluatorem significet, & supra diximus: Iacob puer meus suscipiam eũ. Sed & hoc dicent ad eos quibus loquuti fuerant: Ve- Esa.2.a
nite ascẽdamus in mõtem domini, & in domum dei Iacob, & addent: Vt ostendat nobis uiam suam, quam uel in angelis intellige ecclesijs præsidentibus, uel in scripturis sanctis, quæ uiam domini præostendunt, & eum qui dicit: Ego sum uia. Et ambulemus in semitis eius; in apostolis scilicet

HEB. tice montiũ: & sublimis sup colles: & fluẽt ad eũ populi, & properabunt gẽtes multæ, & dicent: Venite ascendamus ad montem domini, & ad domũ dei Iacob: & docebit nos de uijs suis et ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & uerbũ domini de Hierusalem: & iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes usque in longinquum: & concident gladios suos in uomeres, & hastas suas in ligones: nõ sumet gens aduersum gentem gladium, & non discent ultra belligerare. & sedebit uir subtus uineam suã, & subtus ficum suam, & nõ erit qui exterreat, quia os domini exercituum loquutũ est: quia oñes populi ambulabunt, unusquisque in nomine dei sui. Nos autẽ ambulabimus in nomine domini dei nostri in æternum & ultra. In illa die, dicit dominus: congregabo claudicantẽ, & eam quam eieceram colligã, & quam afflixeram, & ponam claudicantem in reliquias, & eam quæ laborauerat in gentem robustã, & regnabit dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & usque in æternum.

SEP. ticem montiũ, & eleuabitur super colles, & festinabunt ad eum populi, & ibunt gentes multæ, & dicent: Venite ascẽdamus ad montem domini, & in domũ dei Iacob: & ostendet nobis uiam suã, & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exiet lex, & uerbum domini de Hierusalem: et iudicabit inter populos multos, & arguet gentes fortes usque in longinquum: et concident gladios suos in aratra, & hastas suas in falces, & ultra non tollet gens cõtra gentem gladium, & nequaquam discent belligerare: & requiescet unusquisque sub uite sua, & unusquisq; sub ficu sua, & nõ erit qui exterreat, quia os domini omnipotentis loquutum est hæc, quia omnes populi ibunt unusquisque uiam suam. Nos autem ibimus in nomine domini dei nostri in æternum & ultra. In die illa, dicit dominus, congregabo eam quæ contrita est: & quæ eiecta fuerat suscipiam, & quos repuleram: & ponam contritam in reliquias, & repulsam in gentem fortem, & regnabit dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & usq; in seculũ.

A ſcilícet per quos in Chriſtum credidímus. De Sion enim lex egreſſa eſt ſpiritualis, & ad gentes dei ſermo tranſibit de Hieruſalem, qui iudicauit inter populos multos: pater enim omne iudicium dedit filio. Et corripiet gẽtes multas uſq; in longinquum: domínus enim apprehendit ſapiẽtes in aſtutia eorum: & cognouit cogitationes ſapientiũ, quoniam uanæ ſunt. Dijudicat autem inter populos qui ſalute digni ſint, & qui indigni, & in eius aduẽtu omne bellandi ſtudium confertur ad pacem. In aratra gladíj mutabuntur, haſtæ cudentur in falces, gens bellare deſinet contra gentem. Nemo pugnare diſcet, pugnãdi neceſſitate depoſita. Tãtaq; erit requies, ut non ſolum in urbíbus, ſed in uiculis quoque & agris ſit unuſquiſq; ſecurus: & hoc fiet, quia os domíni loquutum eſt. Ac primum quídem iuxta literam antequam naſceretur nobis puer, cuius principatus in humero eius, totus orbis plenus erat ſanguíne, populi contra populos, reges contra reges, gentes dimicabant aduerſum gentes. Denicq; etiam ipſa Romana res publica bellis lacerabatur ciuilíbus, Cinna & Octauio & Carbone pugnantíbus, Sylla & Mario, Antonio & Catilina, Cæſare & Cneo Pompeio, Auguſto & Bruto, & eodem Auguſto & Antonio, in quorum prælijs uniuerſa ſanguinem regna fuderunt. Poſtquam autem ad ímperium Chriſti, ſingulare imperium Roma ſortita eſt: apoſtolorum itineri peruius factus eſt orbis, et apertæ ſunt eis portæ urbíũ: & ad prædicationem unius dei, ſingulare ímperium conſtitutum eſt. Po

B teſt quoque hoc quod dícitur: Concident gladios ſuos in aratra, & haſtas ſuas in falces, & tropologice accipi: ut dicamus ad fidẽ Chriſti, iram & effrenata conuícia eſſe depoſita, ut mittat unuſquiſque manum ſuper aratrum, & nõ reſpíciat poſt tergũ: & contumeliarum iacula haſtasq; cõfringens, fructus metere cupiat ſpirituales, ut laborãtibus alíjs nos intremus in labores eorũ, & dicat de nobis: Venientes autem uenient in exultatione, portantes manipulos ſuos. Nunc nemo pugnat aduerſus aliũ, quia legimus: Beati pacifici. Nemo diſcit contendere in ſubuerſionem audientium, ſed ponit ſilentiũ ori ſuo & tacet: quia tempus malum eſt. Et requieſcet unuſquiſque ſub uite ſua, ut premat uínum, quod exhilarat cor hominis: ſub uite illa, cuius agricola pater eſt: & ſub ficu ſua dulcia ſpíritus ſancti poma decerpens, charitatem, gaudium, pacem, & reliqua. Hæc autem omnia accident ſecundum utramque expoſitionem, quia domini uerba ſunt uera: & eius dixiſſe, feciſſe eſt. Omnes populi ibunt, unuſquiſq; in uia ſua: nos uero ambulabímus in nomine domini dei noſtri in ſeculum & ultra. Cũctis, inquiũt, nationibus eũtibus iuxta errorem ſuũ, nos ad montẽ domini feſtinauimus & dixímus: Venite aſcẽdamus in montẽ domini, & in domũ dei Iacob, & ambulabimus in nomine Chriſti domini noſtri, quia ipſe eſt mons qui deus eſt. In die illa in qua lucebit ſol iuſticiæ, cõgregabitur illa quæ fuerat ante cõtrita, & quæ expulſa erat ſuſcipietur: & ad hoc congregabitur contrita, ut ponatur in reliquias & derelicta in gentẽ fortem. Niſi enim domínus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemẽ, qua C ſi Sodoma eſſemus, et quaſi Gomorra ſímiles fuiſſemus. Sed iuxta Hebraícum pulchre: Congrega/bo, inquit, claudicantẽ & eam quæ male ambulauerat. & ad quã Helias dixerat: Vſq;quo claudica- 3.Reg.18.d
tis, cuius pes ſcãdalizatus fuerat abſciſſus. Quam Mar.9.g
eieceram, & cui dederã libellum repudíj, colligam: & quam afflixeram captiuitatíbus uarijs, uel tradideram díabolo & angelis eius. Ac ne ſtatim nobis díligens lector opponat, quomodo cõgregatã aſſeris claudicantẽ, & collectam eam quę fuerat eiecta, cum Iudæi in infidelitate permaneant? Audíat de príma Chriſti dici eccleſía quæ credidit ex Iudæis: de qua fuerũt & apoſtoli, ſup qua in Actíbus apo Act.2.g
ſtolorum Lucas deſcribit: q; in una die crediderint tria mília, etiã alibi quinq; mília: & de quibus Iacobus loquitur ad Paulũ: Vides frater Paule quanta Ibid.21.d
mília ſunt de Iudæis credentiũ, & omnes hi æmulatores legis ſunt. Sed & ſignificantiam conſidera prophetalem: non díxit, ponam claudicantẽ totam ſaluã, ſed ponam claudicantem in reliquías, ut reliquiæ & electio ſaluæ fiant: & eam quæ laboraueràt in gentem robuſtã, in nomen uidelícet Chriſtíanum: quod non gladius, non ignes, nõ tormenta ſuperabũt. Vide fidem & paſſionem martyrũ, & de robuſta gente non ambiges. Et regnabit dominus ſuper eos, id eſt, ſuper gentes multas, & ſuper reliquías claudícantis in monte Sion, in eccleſía, in ſpecula, in cõtemplatione uirtutum, à præſenti ſeculo, & uſq; in futurum. Si quis autẽ uoluerit hoc quod dícitur, congregabo eam quæ contrita fuit, & eie- D
ctam ſuſcipíam, & cętera: de anima humana intelligere, q; ante aduentum Chriſti uarijs paſſionibus uitijſq; ſeruierit: & quaſi erronea, & morbida ouis luporũ fuerit laniata morſibus, non errabit: dum tamen nouerit eam, quæ cõtrita fuerat & afflicta ſub domíni poſtea regno futurã, & uicturã in Sion, & ad priſtinũ montem boni paſtoris humeris reportandam. Sciendum quoque hoc capítulum quod nunc expoſuímus, & huic ſimile de Eſaia: Iudæos & eorum erroris hæredes ad mille annorũ referre ímperium Chriſti atq; ſanctorum. Et illud quod dicitur: Omnes populi ambulabũt, unuſquiſq; in nómine domini dei ſui: ita interpretari, unamquamq; gentem cum idolo ſuo torqueri, & mitti in ignem æterni ſupplicij. Sed ex cõſequentibus arguuntur, non de fine ſeculorũ hoc dici, ſed de primo aduentu Chriſti, in quo colliguntur reliquiæ claudícantis, & gentes ante ſaluantur. Igitur Eſaías huiuſcemodi poſuit teſtímonium: Sermo qui factus eſt ad Eſa.2.a
Eſaíam filium Amos de Iuda & Hieruſalem, quia erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons domíni, & domus dei ſuper ſummitatem montiũ, et exaltabitur ſuper colles: & uenient ad eũ omnes gentes, & ibũt nationes multæ, & dicẽt: Veníte aſcendamus in mõtem domini, & in domum dei Iacob: & annunciabit nobis uiam noſtram, & ambulabímus in ea: de Sion enim exiet lex, & uerbum domíni de Hieruſalem, & iudicabit ínter gentes multas, & arguet populum plurímum, & concident gladios ſuos in aratra, & zibynas ſuas in falces: & nõ

ſumet

Pſal.125.a

Matth.5.a

Eſa.2.a

A sumet gens cõtra gentem gladium, & non discent ultra belligerare. Significanter hic dicitur, quod sermo dei egrediens de Hierusalem, iudicet inter gentes multas, & arguat proprie populum Iudæorũ. Nos enim quasi peccatores iuxta operum nostrorum mensurã iudicabit: illos uero ut impios & negatores non iudicabit, sed arguet condemnatos. C

Commentarij primi in Micheam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM SVPER MIcheam prophetam ad Paulam & Eustochium prologus.

SEmper inuidis respondemus, quia non cessat inuidia, & librorum nostrorum exordia, æmulorũ maledicta confutant, qui uulgo iactant me sterilis ieiunicq; sermonis, quasdam ineptias scribere: & cum loqui nesciam, tacere nõ posse. Itaq; obsecro uos ò Paula & Eustochium, ut ad huiuscemodi latratus claudatis aures: & infantiã (ut dicunt) meam orationibus adiuuantes, impetretis mihi iuxta Apostolum adapertionẽ oris mei, Psal.97.c ut de scripturis loquenti adaptari possit: Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Moneo aũt tauros pingues, qui circũdederunt me, ut quiescãt & desinant maledicere, malefacta ne noscant sua: quæ proferentur post si pergant lædere. Nam quod dicunt: Origenis me uolumina cõpilare, & cõtaminari non decere ueterum scripta: quod illi maledictum uehemens esse existimant, eandem laudem ego maximam duco, cum illum imitari uolo quem cunctis prudentibus & uobis placere non dubito. Si enim criminis est Græcorum benedicta transferre, accusetur Ennius & Maro, Plautus, Cæcilius & Terentius, Tullius quoq; & cæteri eloquentes uiri, qui non solum uersus, sed multa capita & longissimos libros ac fabulas integras transtulerunt. Sed & Hilarius noster furti reus sit, quod in psalmos quadraginta fermè milia uersuum suprædicti Origenis ad sensum uerterit. Quorũ omnium æmulari exopto negligẽtiam potius quàm istorum obscuram diligentiam. Verum iam tempus est alterum in Micheam librum cudere, & nascentia hydræ capita ξοπάλῳ contundere prophetali.

### COMMENTARIORVM HIERONYMI in Micheam prophetam liber II

B ET tu turris gregis &c.] Turrem gregis nebulosam, siue squalentem: quod Hebraice dicitur עֵדֶר, nullam aliã debemus, nisi illam, de qua Esa.5.a Esaias ait: Et ædificauí turrem in medio eius, id est, uineæ. Vinea autem domini domus est Israel. Hæc turris quamdiu habet torcular, id est, altare, & incircũitu maceriam: auxilia uidelicet angelorum, & non ingreditur diabolus aper in uineam, non est squalida, non est tenebrosa, sed à domino lucẽte sortita uocabulum appella- Luc.10.b tur ciuitas, quæ in monte sita latere nõ potest. Turris igitur quondam gregis & populi dei, quia pessimi coloni interfecerunt patris familiæ filium: nunc squalida est & destituta, & sub nomine Israel clamat in Esaia de terra. Et hæc turris filiæ Sion: siue ut Symmachus uertit in Græcũ: Ipsa est filia Sion, & usque ad hanc ueniet deus, uel potestas prima: quę potestas regnũ est filiæ Hierusalem. Venit autem ad hãc turrim prima potestas, siue principatus Apoc.10.d primus, ille qui dixerat: Ego sum alpha & ω, principium & finis, primus et nouissimus. Et qui ex per- Prouer.8.c sona assumpti hominis ait in Prouerbijs: Dominus creauit me in principio uiarum suarum in opera sua. siue ut in Hebræo scribitur: Dominus possedit me. קָנָנִי enim nõ creauit me: sed possedit me, habuitq; significat. Et uenit potestas prima, & regnum filiæ Hierusalem, ut post primã fieret & secunda. sicut enim ipse loquitur confidenter: Ego D sum lux mundi, ita & discipulis suis donat, ut ipsi Ioan.8.b quoq; lumen uocentur mundi, dicitq; ad eos: Vos estis lux mundi. Sed & uineam ueram se in euãgelio uocans: de cre-

ET tu turris gregis caligosa filia Sion, ad te ueniet, & ingredietur principatus: primum regnũ de Babylone

dẽtibus per Hiere- Hier.2.d miã loquitur: Ego autem plãtaui te uineam frugiferã totam uerã. Et cum Ioan.6.e sit panis uiuus de cœlo descẽdens: discipulis dedit, ut appellentur panis. Vnde & apostolus Paulus loquitur confiden- 1.Cor.10.d ter: Omnes enim unus panis sumus. In hunc igitur modum ingreditur potestas prima & regnũ in Hierusalem: ut & credẽtes in ea, potestatẽ faciat & regnũ. Hoc quod in quibusdã libris legit: Et ingredietur principatus primus regnũ filiæ Sion, de Babylone sciamus additũ esse: quia nec in Hebræo, nec apud alios habetur interpretes. Et uidet mihi quidem de captiuitate sensisse Babylonia, & populus inde egrediẽs uenerit Hierusalẽ. Sequit: Et nũc quare mœrore cõtraheris: siue ut in Lxx. scriptum est: Et nũc quare cognouisti mala. ad quã uenturus est, inquit, dñs & potestas prima & regnũ, quare nũc mœrore cõtraheris, aut quare cognouisti mala: Statim respõdetur & dicit: Quia rex nõ est tibi, & cõsiliarius tuus perijt, quia cõprehẽdit te dolor sicut parturientẽ. Aut certe cũ hæc omnia habeas, uitio tuo nec regis, nec cõsiliarij mereris auxilium. Quod autẽ ait: Quare cognouisti mala: illo sensu accipiendum

A accipiendum est,quod omnis qui meretur & pati/
tur mala, dicitur nosse mala & ignorare bona. Iu/
xta illud quod in primo quoq; Regnorũ libro scri/
1.Reg.2.c ptum est:Filij Heli,filij pestilentiæ,nõ cognouerũt
Eccẽs.8.d deum.Et alibi: Qui custodit mandatũ,nesciet uer/
bum malum. Et ad
Psal.6.c peccatores: Rece/
dite à me,inquit do
minus, qui opera/
mini iniquitatẽ, qa
nescio uos.Ecõtra/
2.Cor.5.d rio de dño: Qui cũ
nõ cognouisset pec
catũ, p nobis pec/
catum fecit:subau/
dit deus pater: rex
autem & magni cõ
silij angelus, salua/
tor intelligitur, qui
perijt, p populo nõ
credente: quẽ com
prehenderũt dolo/
res sicut parturien/
tẽ: putãs em Israel
obtinere se imperi/
um, repente uasta/
tus est. Et quomodo pariẽs dolorẽ effugere nõ po
test: sic ille imminentem captiuitatem,& exercitũ
urbi circũdatum uitare & differre nõ potuit. Lega
mus scripturas & nunquã inueniemus sanctas mu
B lieres,excepta Rachel,cum dolore peperisse: quæ
Gen.5.b quia in uia erat, & in hippodromo, id est, equorũ
cursu, qui in Aegypto uenũdantur,filium peperit
doloris,quem postea uocauit pater filium dextræ.
Ibid.5.c Eua eiecta de paradiso & audiens:In doloribus pa
1.Reg.d ries, peperisse describit in dolore. Vxor Phinees
contracta,nec se erigens, sicut illa quam in euange
Luc.13.d lio diabolus alligauit:peperit postquam captam ar
cam dei populiq; cognouisset ruinam. Sara autem
quia sancta erat, & ei defecerant muliebria, nato
Gen.21.d Isaac dicit: Risum mihi fecit dominus, quicunque
enim audierit,cõgratulabitur mihi.Dolores igitur
qui obtinuerunt turrem gregis,dolores inferi sunt
& dolores mortis:qui circundederũt quidẽ, & ual
lauerunt etiam saluatorem:sed nequaquã eum ob/
tinere potuerunt,sicut ipse loquitur in psalmo deci
moseptimo:Circũdederunt me dolores mortis,&
torrentes iniquitatis conturbauerunt me, & dolo/
res inferi uallauerunt me. Quidam putant turrem
squalentem,siue tenebrosam et filiam Hierusalem:
de cœlesti Hierusalẽ intelligi,quæ sit mater sancto/
Heb.12.f rum, de qua & Apostolus ait: Accessistis ad Sion
montem & ciuitatem dei uiuentis,Hierusalem cœ
lestem:quæ tamdiu squalet, quamdiu filij sui nõ re
ducũtur ad eam, & rex & cõsiliarius non sit in ea:
& dolores sicut parturientem apprehendant eam,
quod frustra peperit uidẽs tãtos filios interfectos.
a ¶ Dole & satage filia Sion quasi parturiẽs, &c.] Cui præcipitur ut doleat siue parturiat: & postea
infertur,uiriliter age:non frustra præcipitur,sed ut
dolores patienter ferens, egrediatur de ciuitate, &
habitet in campo siue in regione, & ueniat usq; ad C
Babylonem:& cum pro peccato sustinens captiui/
tatem fortiter tulerit, quod illatum est, tunc liberet
eam dominus,et redimat deus suus de manu inimi
corum suorũ: ut postquã fuerit liberata, insultan/
tibus dicat: Noli in Infra 7.b
sultare mihi inimi/
ca mea quia cecidi,
resurgã: & si enim
ambulauero in te/
nebris,dñslux mea
est,irã domini susti
nebo, quoniã pec/
caui ei,donec iusti/
ficet causam meã,
& faciat iudicium
meũ, & educat me
in lucem:et uidebo
iustitiã eius,& aspi
ciet inimica mea,et
operietur ignomi/
nia. unde & in psal
mis congrua uoce
cãtatur: Nõ in per/ Psal.102.d
petuũ irascetur,ne/
que in æternũ com

HEB. Hierusalem.Nunc quare mœrore contrahe/
ris? nunquid rex non est ti
bi, aut consiliarius tuus pe
rijt,quia comprehendit te
dolor quasi parturientem.
Dole & satage filia Sion
quasi parturiens,quia nũc
egredieris de ciuitate, &
habitabis in regione: &
uenies usque ad Babylo/
nem, ibi liberaberis, ibi re
dimet te dominus de ma/
nu inimicorum tuorũ. Et
nũnc cougregatæ sunt su/
per

SEP. Babylone filiæ Hie
rusalem. Et nunc quare co
gnouisti mala: nunq̃d rex
nõ erat tibi, aut cõsiliũ tuũ
perijt:quia obtinuerunt te
dolores sicut parturientẽ?
Dole & uiriliter age filia
Sion, quasi pariẽs, qa nũc
egredieris de ciuitate, &
habitabis in campo:& ue/
nies usq; ad Babylonẽ:in/
de liberabit te, & inde re/
dimet te dñs deus tuus de
manu inimicorũ tuorũ. Et
nunc congregatæ sunt su/
per

minabitur dominus. Quod autẽ: Dole & uiriliter
age,ad salutem dolentis pertineat,& agentis uirili/
ter:Iesus quoq; filius Naue testis est, cui dominus Iosue.1.d
dicit:Cõfortare,& uiriliter age. Dolet autẽ & agit
uiriliter filia Sion, quia excalciata & nuda egressa D
est de ciuitate, & captiua ducenda est in campum
Sennaar,& futura in Babylone donec Zorobabel
ueniat,& Esdras qui interpretat adiutor: & de ma
nu Chaldæorum liberet eam.Quod cum iuxta lite
ram manifestũ sit,intelligere mihi uidetur,animam
propter peccatum de ecclesia pulsam,et inimico &
ultori contraditam in interitum carnis: ut spiritus
saluus fiat, exire de ciuitate, quam fluminis impe/
tus lætificat: & habitare non in monte, ubi prius
fuerat: sed in campo, in quo Assyriorum uagatur
exercitus, & esse in confusione uitiorum suorum:
& postquam habuerit compedes, & traxerit mo/
lam,farinam Babylonijs fecerit,in semet reuersam
dicere:Quanti mercenarij patris mei saturãtur pa/ Luc.15.d
nibus, & ego hic fame pereo, & ad paternam do/
mum postea reuertentẽ suscipi à clementissimo pa
tre,& redimi de manu durissimi domini.Ponamus
exemplum, ut quod imperatur filiæ Sion & dici/
tur:Dole & uiriliter age quasi pariens: non ad pœ
nam, sed ad utilitatem illius referamus. Loquitur
Paulus ad Galatas: Filioli mei quos iterum partu/ Galat.4.c
rio, donec Christus formetur in uobis. Et tamdiu
doluit quamdiu parturiuit, donec eos rursum per
pœnitentiã generaret, qui per delictum perierant.
Puta medicũ febricitãti, uel uulnerato dicere:Do/
le & uiriliter age, sustine sitim,porta cauterium,ut
certior sanitas consequatur. a ¶ Et nunc congre/
gatę sunt &c.] O Hierusalem,ò filia Sion,quæ ue
nies usque in Babylonem, & ibi liberaberis, & re/
dimet te dominus de manu inimicorum tuorum:
nunc

A nunc interim cõgregatæ ſunt ſuper te gentes multæ, quæ quaſi de adultera loquuntur, & dicunt: Lapidetur, & aſpiciat in eam oculus noſter. Siue ut in Lxx. ſcriptum eſt: inſultemus & gaudeamus, & deſpiciant ſuper Sion oculi noſtri: & non cognouerunt domini uoluntatem atq; conſiliũ: quia propterea aduerſum te congregatæ ſint nationes ut cõteras eas, quaſi fœnum uel ſtipulam areæ. Surge igitur filia Sion, & in cornibus ferreis, q̃ tibi dare me ſpondeo: atq; in ungulis æreis, quas acceptura es: uentila et contere populos, & interfice eos domino uniuerſæ terræ. Tali enim uictima & tali ſacrificio delectatur. Hæc Iudęi, nec dum expleta cernẽtes, in futuro ſibi Chriſti pollicentur aduentu: &
B dicũt uniuerſas nationes Iudaico populo ſeruituras: ipſumq; imperium Romanorum, quod ſub nomine interpretantur Edom, conterendum eſſe unguibus ſuis & cornibus uentilandum. Quod quàm ſtultum ſit, ex omnibus ſcripturis facile cõprobatur: ſed hoc alterius temporis eſt. Nos ergo qui nõ occidentem literam, ſed ſpiritum uiuificantem ſequimur, dicimus aduerſum filiam Sion quæ interpretatur eccleſia, multas nationes dæmonum cõgregari: & in præſenti ſeculo, quod in maligno poſitum eſt inſultare: & in occiſione filiorum eius gaudere, neſcientes cogitationes domini, nec eius conſilium agnoſcentes. Si enim cognouiſſent, nunquã
1.Cor.2.b dominum maieſtatis crucifixiſſent. Congregabit itaq; eos quaſi manipulos areæ: ut quicquid ſpinoſum habere uidebantur & aſperum, uacuumq; & leue, ungulis ſuis conterat, & cornibus uentilet: & purum remanens frumentum, in domini offeratur donaria. Quid autem in eo ſignificet quod ait: Et comminues populos multos, & conſecrabis domino multitudinem eorum, & robur eorum domino uniuerſæ terrę: Legamus Numeros & Ieſu Naue, & primum Regnorum librum: & uidebimus quo modo de ſubiectis gentibus, cum uniuerſa perierint in ore gladij, aurum & argentũ, & tam de hominibus, quàm de iumentis certus prædæ numerus domino conſecratus ſit. Deniq; & Achor qui
Ioſue 7.a de anathemate Hiericho aliquid eſt furatus conturbauit populum: & ex peccato uallí nomen imעֵמֶק עָכוֹר poſitum eſt Emek Achor: id eſt uallis tumultus ſi-

HEB. per te gentes multæ quæ dicunt: lapidetur & aſpiciat in Sion oculus noſter. Ipſi autem nõ cognouerunt cogitationes dñi, et non intellexerunt conſiliũ eius: quia cõgregauit eos, quaſi fœnũ areæ. Surge & tritura filia Sion: quia cornu tuum ponã ferreum: & ungulas tuas ponã æreas: & cõminues populos multos & interficies domino rapinas eorum: & fortitudinẽ eorum domino uniuerſæ terræ. Cap. v.

NVnc uaſtaberis filia latronis: obſidionẽ poſuerunt ſuper nos: in uirga percutiẽt maxillam iudicis

C ue turbarum. Vt autem ſcias iuxta Septuaginta interpretes: qui dixerunt: conſecrabis domino multitudinem eorum, & robur eorum domino uniuerſæ terræ: in bonam partem debere accipi conſecrationem: Theodotio pro multitudine, munera tranſtulit, id eſt δῶρα: quinta ædi-

SEP. per te gentes multæ dicentium, inſultemus: & uideant in Sion oculi noſtri: ipſi autem neſcierunt cogitatiões domini: & non intellexerunt conſiliũ eius: quia congregauit eos, ut manipulos areæ. Surge & tritura eos filia Sion: quia cornua tua ponam ferrea: & ungulas tuas ponam æreas: & cõminues populos multos: & uouebis domino multitudinem eorũ, & robur eorum domino uniuerſæ terræ. Cap. v.

NVnc obſtruet filia obſtructione: anguſtiã poſuit ſuper nos: in uirga percutiẽt ſuper maxillã tribus

tio, emolumentũ, id eſt, ὠφελειαν: Symmachus lucrũ eorum, id eſt τὸ κέρδος αὐτῶν.

Cap. v.

NVnc uaſtaberis filia latronis: obſidionẽ poſuerunt ſuper nos: in &c. tribus Iſrael &c.] Non quod una tribus percutiat maxillã alterius: ſed quod alij percutiant tribus Iſrael in maxillã. Pollicitus quidẽ tibi ſum ô filia Siõ: quod uenturum ſit tempus quo cornu tuum ponã ferreum: & ungulas D tuas æreas: & comminuta dęmonum multitudine offeras quicquid illi ante pnſſederant domino uniuerſæ terræ. Sed quia hoc tunc futurum eſt quando ſubintrauerit gentium plenitudo: Rom.11.d & omnis Iſrael ſaluatus fuerit: nũc interim pro meritis tuis uaſtare: ſiue ut in Hebræo habetur concidere. Nequaq; enim iuxta Apoſtolum uocaris circunciſio: ſed conciſio, nec te appello filiam meam, Philipp.3.a ſed latronis filiã: quod Hebraice dicitur בַּת גְּדוּד id eſt diaboli ad prædandum ſemper accincti. Feciſti enim domum meam ſpeluncam latronum: re- Matt.21.b pugnaſti aduerſum me: & filij tui obſidionem poſuerunt ſuper me: et ſuper filium, & ſpiritum meũ. An non contumelia trinitatis eſt, quando in uirga & calamo, te faciente, percuſſere Romani caput iudicis Iſrael, dicentes: Prophetiza nobis Chriſte: Matt.26.g quis eſt qui te percuſſit: ſiue quando unus de miniſtris tuis percuſſit eum in maxillam, dicens: Sic reſpondes pontifici? Hoc iuxta hebraicum: cui interpretationi Aquila & Symmachus & Theodotio, & æditio quinta conſentiunt. Iuxta Septuaginta autem multo aliter ſenſus eſt: & quaſi à proprio intelligitur exordio. Nunc obſtruitur ſynagoga obſtructione: & dicent qui in ea clauſi fuerint: Anguſtiam poſuit ſuper nos: & Romanis poteſtatibus ſubditæ, percutientur in maxilla tribus Iſrael. Abſtulit enim dominus de Iudæa & de Eſa.3.a Hieruſalem, fortem & ualidum, & ſapientem architectum, & intelligentem auditorem: & uiæ eius uſque hodie clauſæ ſunt & obſeptę: nec poteſt

A egredi de captiuitate: ſed duriſſimo premitur imperio. Si autem iuxta ſuperiorem ſenſum uolueri/mus de eccleſia dictum accipere: Nūc obſtruetur filia obſtructione: illud de Oſee proferamus ex/

Oſee.2.a emplum: in quo adultera loquitur: Vadam poſt amatores meos qui dabant mihi panes meos, & aquā meam, & ueſtimenta mea, & linteamina mea, oleū meum, & omnia quæ mihi proſunt. Et poſtea deus uolens impedire cogitationem peſſimam: nō eam facit quod deſiderat adimplere: ſed obſtruit uias eius, ne conſequatur amatores ſuos, & amplius fornicetur. Ait quippe: Propterea ecce ego obſtruam uias eius in ſudibus: & obſepiam uias eius: & ſemitam ſuam non inueniet: & perſequetur amatores ſuos, & nō apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam & reuertar ad uirum meum priorem: quia bene mihi erat. Animaduerte opus domini profeciſſe: Adultera enim non inueniens uiam ſuam, nec ualens pergere quò uolebat: neceſſitate obſtricta ad maritum reuertitur priorem: & confitetur, melius ſibi in do

B mo uiri eſſe prioris: quàm quondam apud amatores ſuos fuerat: tribulatiōibuſq; & plagis Iſrael eru

Pſal.88.e ditur. Vnde & ad Dauid ſub typo Chriſti myſtice dicitur: Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis nō ambulauerint: ſi iuſticias meas prophanauerint, & præcepta mea non cuſtodierint: uiſitabo in uirga iniquitates eorū, & in flagellis peccata eorum, miſericordiam autem meam nō diſpergam ab eo. Tribulationem ergo poſuit deus ſuper filiam Iſrael: & percutient eam angeli, qui plagis præpoſiti ſunt in maxilla. Ac ne forte neſcires quæ eſſet filia quæ obſtruitur obſtructione, & ponitur in anguſtia, ſtatim infertur, & dicitur, tribus Iſrael. Nos autem ſumus Iſrael qui mente cer-

1.Cor.10.d nimus deum, ad quorum diſtinctionem Apoſtolus loquitur: Videte Iſrael ſecundum carnem. nun quàm enim uocaret carneum Iſrael, niſi ſciret eſſe etiam ſpiritualem. b ¶ Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in mili. &c. ] In euangelio ſecundum

Matt.2.d Matthæū, cum Magi de oriente ueniſſent, & Herodes à ſcribis quæreret, ubi nam Chriſtus dominus naſceretur, reſpondiſſe narrantur: In Bethlehem terra Iuda: qui prophetæ teſtimonium addentes, dixerunt: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in ducibus Iuda, ex te enim egredietur dux, qui regat populum meū Iſrael. Quod teſtimonium, nec hebraico, nec Lxx interpretibus conuenire, me quoq; tacente perſpicuum eſt: & arbitror Matthæum uolentem arguere ſcribarum & ſacerdotum erga diuinæ ſcripturæ lectionem negligentiam, ſic etiam poſuiſſe, ut ab eis dictum eſt. Sunt autem qui aſſerant, in omnibus pene teſtimonijs quæ de ueteri teſtamēto ſumuntur,

HEBR. dicis Iſrael. Et tū Bethlehem Ephrata paruulus es in milibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Propter

SEPT. tribus Iſrael. Et tu Bethleē domus Ephrata nequaq̄ minima es ut ſis in milibus Iuda: ex te mihi egredietur, ut ſit in principem Iſrael: & egreſſus eius ab initio ex diebus ſeculi. Propter

iſtiuſmodi eſſe errorem, ut aut ordo mutetur, aut C
uerba, & interdum ſenſus quoq; ipſe diuerſus ſit, uel apoſtolis, uel euangeliſtis non ex libro carpentibus teſtimonia, ſed memoriæ credētibus quæ nō nunq̄ fallitur. Exponamus ergo hebraicum: Et tu Bethlehē, id eſt domus panis, quę uocaris Ephrata, minima quidē es in ciuitatibus Iuda, & tātis milibus comparata uix paruus es uiculus, ſed ex hoc paruo uiculo egredieī Chriſtus, qui eſt dominator in Iſrael. Ac ne putes eum de genere Dauid tantū eſſe, cui repromiſi, dicens: De fructu uentris tui po- Pſal.131.b
nam ſuper ſedem meam, carnis aſſumptio diuinā non impedit maieſtatem: de me enim natus eſt ante omnia ſecula, & temporum conditor, in tempore non tenetur. Ipſe eſt cui & in alio pſalmo dixi: Ante luciferū genui te. In principio enim erat uer- Ibi.109.d
bum & uerbum erat apud deum, & deus erat uer- Ioan.1
bum. Hoc erat in principio apud deum. Et idcirco egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Quod autem Bethlehem ipſa ſit Ephrata, liber Geneſeos oſtendit, in quo ſcriptura commemorat: Mortua Gen.35.e
eſt Rachel, & ſepulta in uia Ephrata, hæc eſt Bethlehem. Et in utroq; nomine ſignificat ſacramentū: D
Domus enim panis dicitur, propter panē uiuum, אֶפְרָתָה
qui de cœlo deſcendit. Et Ephrata, quod interpretatur furorem, propter Herodis inſaniam, quia illuſus à Magis iratus eſt ualde, & mittens uiuerſos occidit infantes in Bethlehem & in omnibus finibus eius à bimatu & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis, & propter plurimum ſanguinem audita eſt uox in excelſo, planctus & ululatus Rachel flentis liberos ſuos. Legimus iux- Hiere.31.e
ta Septuaginta duntaxat interpretes in Ieſu Naue, ubi tribus Iudæ urbes & oppida deſcribuntur, inter cætera etiam hoc ſcriptum, Thæco, & E- Ioſue.15
phrata, hęc eſt Bethlehem, & Phagor, & Aetham, & Culon, & Tami, et Soris, & Caræm, et Gallim, & Bæther, & Manocho ciuitates undecim, & uiculi earum, quod nec in Hebraico, nec apud alium inuenitur interpretem, & ſiue de ueteribus libris eraſum ſit malicia Iudęorum, ne Chriſtus de tribu Iuda ortus uideretur, ſiue à Septuaginta additum, nequaquàm liquido cognoſcentes, certum quid nouimus. Nihilominus & de libro Iudicum hoc Iudic.19.a
ipſum poſſumus approbare quod Bethlehem in tribu Iuda ſit, ſcriptum eſt enim: Et fuit uir Leuites habitans in lateribus domus Ephraim, & accepit ſibi mulierem concubinam de Bethlehem Iuda, & irata eſt ei concubina ſua, & abijt in domum patris ſui in Bethlehē Iuda. Pulchre autem dicitur in Bethlehem Iuda, ad diſtinctionem eius Bethleem quæ in Galilæa ſita eſt, ſicut in eodem Ieſu uolumine reperi. Poteſt Ephrata in lingua noſtra ſonare, καρποφόρον, uberem atq; frugiferam, & id ipſum

oſtendere

A ostendere in mysterio, quod & domus panis.
a ¶ Propter hoc dabit eos &c.] Quia de Bethlehẽ quæ est Ephrata egressus est Christus dominator in Israel, & egressus eius non eo tantũ fuerat tẽpore quo uisus in carne est, sed ab initio ęternitatis siue ab initio seculi: Quia semper ipse locutus est per prophetas, & sermo dei factus est in manu eorum: Ideo dabit Iudęos, eosq; regnare permittet usq; ad tempus parientis, quando cõpletur illud: Lętare sterilis quæ nõ paris, erumpe & clama quæ nõ partu/ris, quoniã multi filij desertę magis q̃ eius quæ habet uirum. Cũ enim sterilis pepererit septẽ, & quæ multos habuerat filios, fuerit infirmata, & deficto populi Iudaici, plenitudo gẽtiũ subintrauerit, tũc omnis Israel saluus fiet, & reliqæ fratrũ eius ad filios Israel cõuertẽtur, & adueniẽs Helias prophe
אֵלִיָּהוּ B ta quod interpretatur, deus dñs, conuertet corda patrum ad filios, & cor filiorum ad patres suos, & nouissimus populus iungetur antiquo, ut uere filij Abraham appellentur, cum in eum crediderint quẽ uidit Abraham, & lætatus est. Quod est autẽ tempus in quo sterilis pariet? Vt reor illud de quo Esaias loquitur: Tempore acceptabili exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tibi. Quod & Paulus intelligens de Christi tempore prędicatum ait: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hoc ipsum puto & illud mystice demonstrari, quod in Ecclesiaste scriptum est: Tempus pariẽdi, & tempus moriendi, quod eo tempore quo ex sterili natus est gentilium populus, filios amiserit synagoga. Potest autem & aliter intelligi: Dabit dominus templum & Hierosolymam, & Iudęos usq; ad illud tempus quo uirgo pariet: quæ postq̃ pepererit, & natus paruulus acceperit spolia Samariæ, & uirtutem Damasci, interfecto populo Iudæorum, reliquiæ Israel saluabuntur: & fratres Christi, id est apostoli conuertentur ad prophetarũ & patriarcharum fidem, qui uenturum Christum annunciauerunt: & complebitur psalmi uaticinium, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: & cætera quæ sequuntur. b ¶ Et stabit & pascet in &c.] Postq̃ sol iustitiæ egressus fuerit à summitate cœlorum, & peruenerit usq; ad terminos eorũ, & pepererit pariens, & reliquiæ fratrum eius cõuersæ fuerint ad filios Israel: tunc ipse dominus qui prius ambulabat, & cũ his qui in itinere erant positi, nec dum habebat fixum gradum: stabit & pascet eos in fortitudine domini, ut possint dicere: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ, ibi me collocauit: super aquas refectionis enutriuit me, animam meã conuertit. Pascet autẽ eos, non solum in fortitudine domini, sed in sublimitate nominis domini dei sui: quãdo dicit ad patrem: Pater sancte serua eos in nomine tuo q̃s dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos: quando eram cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, custodiui et nullus ex his perijt. Et cõuertentur, siue ut melius interpretatus est Symmachus, habitabunt. יָשֻׁבוּ enim uerbũ Hebraicũ utrunq; significat. Habitabunt aũt in ecclesia dñi, quia magnificatus est Christus usque ad terminũ terræ. Siue iuxta Lxx. quia magnificabuntur ipsi cũ pastore suo usq; ad extremũ terræ: ut in omnẽ terrã exeat sonus eorum, & in fines orbis terrę uerba eorum. c ¶ Et erit iste pax &c.] Quãdo uenerit diabolus, qui interpretat̃ ἐνδιάβολος: id est arguens atq; corripiẽs super terrã regionẽq; credẽtium, & eorũ quos pascet dñs in fortitudine, & in sublimitate nominis domini dei sui, & eos calcauerit tribulationibus uarijs, & domos animarũ nostrarum, id est corpora quasi superbus ascenderit atq; depresserit, et tamen nihil nos à Christi charitate separauerit: Tunc Christi pax, siue ipse Christus erit in nobis, & dicetur de sancto: Nihil proderit inimicus in eo. Ponamus exẽplum: ut quod dicimus possit manifestius fieri. Venit Assyrius super terram quondam Pauli: & ascendit super regionem eius, quando fuit in laboribus supra modum: in plagis abundantius: in carceribus nimis: in mortibus frequenter: quando à Iudæis quinquies quadragenas una minus accepit: ter uirgis cæsus est: semel lapidatus est: nocte & die in profundo maris fuit: in periculis latronum, periculis in falsis fratribus, periculis ex genere, periculis ex gentibus: sed in his omnibus uincebat propter illum qui dilexerat eum. Et ideo implebatur pace, quia impletus fuerat contumelijs. Iudæi in aduentu Christi, quem sibi simulant, hæc omnia iuxta literam futura esse contendunt. d ¶ Et suscitabimus super eum &c.] Vbi nos posuimus primates homines, & in Hebraico scriptum est אָדָם נְסִיכֵי Symmachus interpretatus est χοὶ ἄνθρωποι hominum: Theodotio & Quinta æditio, principes hominum: Aquila, graues uel constitutos homines: id est, πεπεισμένους. Rursum in eo ubi ego &

HEB. Propter hoc dabit eos usque ad tempus in quo parturiens pariet, & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel. Et stabit & pascet in fortitudine domini, in sublimitate nominis domini dei sui, & conuertentur, quia nunc magnificabitur usq; ad terminos terræ. Et erit iste pax: Assyrius cum uenerit in terram nostrã, & quando calcauerit in domibus nostris. Et suscitabimus super eũ septem

SEP. Propterea dabit eos usque ad tempus parientis, pariet & reliquiæ fratrum reuertentur ad filios Israel. Et stabit, & uidebit, & pascet gregem suum in fortitudine dominus, & in gloria nominis domini dei sui erunt, quia nũc magnificabũtur usq; ad terminos terræ. Et erit hæc pax: Assyrius quãdo superuenerit in terram uestram, & cũ ascenderit super regionẽ uestram, Et consurgent super eum septem

Esa.54.a Psal.22.a Ioan.17.b Psal.18.a 2.Cor.11.e Psal.44.d Esa.49.c 2.Cor.6.a Eccl.3.a Luc.1.b Ioan.8.g

A Aquila transtulimus, in lanceis eius, ut subaudiatur terræ Nēroth: Symmachus uertit, ἐν ταῖς πυλῶν αὐτῆς: id est, inter portas eius: Theodotio, in portis eorū: Quinta ædītio, ἐν πρόταξίφεσιν αὐτῶν: quod nos possumus dicere in ficis eorum: In Hebræo aūt positum est בְּפִתְחֶיהָ

Tunc igitur erit pax, cū reliqæ fratrū Christi conuersæ fuerint ad filios Israel: & uenerit Assyrius in terram nostram, et adiuti à domino, eū qui nostras domus calcare cupiebat, uelociter contriuerimus sub pedib9 nostris Ipse enim dñs ait: Suscitabim9 super eū septē pastores: & octo primates hominum, uel morsus hominū. Suscitabimus aūt ego et filius meus & spiritus sanctus, iuxta illud quod in Genesi scriptū est: Faciamus hominem ad

B imaginē & similitudinē nostram. Et in Abdiæ principio: Surgite & ascendamus aduersus eam in prælio. Septē pastores, omnes patriarchas & prophetas & sanctos uiros arbitror esse, qui hebdomadi, id est ueteri seruierint instrumēto. Octo aūt morsus hominū, siue octo primates homines, & ut Symmachus interpretatus est, χιλιοὺς: uniuersos noui testamenti, qui ab apostolis usq; ad hanc ætatē momorderint Assyriū & suis dentibus lacerauerint. Vnde & in ecclesiaste

E cc. 11. a præcipitur: ut demus partes septē, demus & octo.

E zech. 40 Et in tēplo Ezechiel, quod interpretatur ecclesia & cœlestis Hierusalē, septē & octo gradibus ascēdit. Et in psalterio quindecim gradus sunt quibus per Hebdomadē & ogdoadē ad canendas deo laudes scandimus. In octaua die celebratur circumcisio spiritualis, & in tēplo Iudæorum destruitur sabbatum, & quidā psalmi pro octaua inscribuntur. Isti igitur septē pastores & octo morsus hominum, pa

Heb. 4. b scent Assur in gladio. Viuēs enim & efficax sermo

Matt. 10. b dei, & acutus super omnē gladiū bicipitē: missus est ab eo qui uenit gladium mittere super terrā, ut diuidantur duo in tres. Et terrā Nemrod, qui interpretatur tentatio descēdens, pascent in fouea eius: gigantis enim & uenatoris & superbientis contra dominum terra nō est in montibus, sed in foueis. Iste cecidit quasi fulgur de cœlo, & semper uersat inter bestias, & quia uenator est, infructuosa ligna lustrat & syluas. Quantū ego possum in mea recolere memoria: nunc̄ uenatorē in bonam partē legi. Ismahel & Esau uenatores fuerunt, & præcesse C runt in typo populi Iudaici: quorū alter filius Aegyptiæ est ambulans iuxta carnem & iuxta carnē uiuens. Alter primitiua propter lenticulā perdidit, & benedictiōibus fratris inuidens, fugat eū in Mesopotamiā. Redacta ergo terra Nemrod in foueis suis: Qui enim fodit foueā, Prouer. 26. d incidet in eā: & qui Psal. 7. d lacū aperuit et effodit eū, incidet in foueā quam fecit: & reuertetur dolor eius in caput eius: & super uerticē eius iniquitas eius descendet. Et confosso Assyrio à septem pastoribus, & octo morsibus: liberauit nos Christus de manu Assur: qui uenerat super terrā nostram, et calcare cupiebat terminos Israel. D Quod autē Symmachus ait. Et pascent terram Assur in gladio & regio-

SEP. ptē pastores, & octo morsus hominum, & pascēt Assur in gladio, & terram Nemroth in fouea eius: & liberabit te Assur, cum uenerit super terrā uestrā, & cū ascenderit super terminos uestros. Et erunt reliquiæ Iacob in gētibus, in medio popluorū multorū, quasi ros à dño cadēs, & quasi agni super gramē, ut non congregetur quisquàm, neq; sit in filijs hominum. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus, in medio populorū multorum quasi leo in iumentis, in saltu: & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: quomō si pertranseat & diuidens rapiat, & nō sit qui eruat

HEB. ptē pastores & octo primates homines, & pascēt terrā Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Assur cum uenerit in terrā nostram, & cum calcauerit in finibus nostris. Et erūnt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum, quasi ros à domino: & quasi stillæ super herbā: quæ nō expectat uirū, & nō prestolatur filios hominū. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus, in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis syluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum transierit & conculcauerit & ceperit, & non est qui eruat

nem Nemrod intra portas eius, hoc sentiendū est, quod in domo sua alligetur fortis & uulneretur aduersarius, & iuxta Aquilā & quintam æditionē, scis & lanceis septē pastorum & octo christorū hominum confodiatur. 4 ¶ Et erunt reliquiæ Iacob in medio popu. &c.] Liberatis nobis de Assur quādo uenerit super terrā nostram, & ascenderit super terminos nostros, & liberatis à dño qui suscitauit super eū septem pastores & octo morsus hominū: reliquiæ Iacob, quos apostolos intelligimus, & primā de Iudæis ecclesiam: erunt in medio populorū multorum, quasi ros à dño cadens. Ardebāt enim ignitis diaboli iaculis corda populorū. Et omnes gentes adulterātes à deo habebant corda, quasi clibanus igne succēsus. Vnde ros à domino, cadens factus est sanitas infirmorum. Et quod in Anania, Dan. 3. e Azaria & Misael legimus, quod spiritus roris sibi fantis fornacē ignis extinxerit: hoc de omnibus generaliter sentiamus, quod in medio uniuersarū gētiū doctrina apostolorū, quasi ros à dño sit aspersa. Quod aūt sequitur: Et sicut agni super gramen, ut nō congregetur quisq; neq; sit in filijs hominū: de his accipiamus, qui de gentibus credere noluerūt: quod sint super eos apostoli & reliquiæ Iacob, sicut agni carpētes gramen, & herbā dētibus demetentes. Et hoc facient: ut qui angeli esse noluerunt, spiritualē accipiētes rorē; nequaq; inter homines congre

congregẽtur: neq; in parte rationabili deputẽtur: sed dicatur de eis: In labore hominũ nõ sunt, & cũ hominibus nõ flagellabuntur. Et erunt reliquiæ Iacob in medio gentiũ, quasi leo in iumentis in saltu: et quasi catulus leonis in gregibus ouiũ. Dñs enim Iesus de quo in Genesi prophetat: Catulus leonis Iuda: de germine fili mi ascẽdisti, accubãs dormisti ut leo & quasi catulus leonis, Et in alio loco: Accubans requieuit ut leo: & quasi catulus leonis, quis suscitauit eum? dedit & apostolis suis quibus dixerat: Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti: ut quomodo leoni nemo potest resistere in iumentis, & catulo leonis in ouibus: ita illi de manu Assyrij, & de manu diaboli liberati, raperẽt iumenta et pecora: homines quippe & iumenta saluos faciet dñs. Et raperent, nõ ut interficerent, sed ut diuiderent: hoc est ab infidelibus separarent: & nõ essent qui eis resisterent. Leone aũt & catulo leonis ita in iumentis et in ouibus peruagante: manus dei exaltat̃ super eos q uel deũ uel reliquias Israel ante tribulauerãt. Et omnes inimici eius dispercent̃: non q̃ pereant inimici et esse desistãt, sed quia in eo q̃ inimici sunt pereãt. Sicut Thessalonicẽsibus scribitur: Quẽ dñs Iesus interficiet spiritu oris sui. Hæc interfectio nõ abolitionẽ significat, sed cessationẽ pessimæ uitæ, qua male ante uiuebant. Denicq; infert: Et destruet illustratione aduentus sui. Nunq; aũt destrueret si interfectio abolitionẽ sonaret, cũ iam esse cessasset: Ita et hic inimicorum cõsumptio, iuxta prouerbia Salomonis accipitur, in quibus scriptum est: Interitus impijs
B hospitabitur: non erit perpetuus, non eos rediget ad nihilum: sed hospitabitur apud eos q̃diu quæ in illis est impietas consumatur. Deus enim creauit hominem, ne interiret, & mortẽ non fecit. Post hæc sequitur: Et erit in die illa, quando eleuata fuerit manus tua super hostes tuos ô Israel, & omnes inimici tui perierint: interficiam equos tuos de medio tui: id est, de principali cordis tui lasciuientes impetus, & equorum more ruptis uinculis proruentes: & currus tuos quibus tibi in uitijs tuis placebas, & peccata peccatis consocians, quasi triumphans in quadrigis ferebaris. Et disperdam ciuitates terræ tuæ: Non enim ædificasti urbem quã lætificat impetus fluminis dei: & quæ in montibus sita est, & cœlestem Hierusalẽ: sed quã ædificauerat Cain. Vnde dicuntur ciuitates terræ, operibus terrenis extructę. Et auferam, inquit, omnes munitiones tuas: diuitias scilicet & pompã seculi: & rhetorũ eloquentiã, dialecticorũq; tẽdiculas: in quibus tibi uelut in munitionibus cõfidebas. Et auferã maleficia tua de manibus tuis: quibus uel ipse decipiebaris ab alijs, uel deceptus alios decipiebas, & loquentes siue pronunciãtes non erunt tibi. Nunc loquentibus & pronunciantibus plenus est orbis: loquuntur quæ nescium, docent quæ nõ didicerũt: magistri sunt cum discipuli ante nõ fuerint. Cum ergo docuerit deus hominẽ scientiã, cessabũt falsæ præsumptiones, & peruersa doctrina tolletur. Et disperdã sculptilia tua et titulos tuos de medio tui. Sculptilia nostra sunt, quæ à loquẽtibus facta sunt: uel quæ ipsi fingimus nobis. Vnde præcipitur in C
lege, ne nobis sculptile faciamus: et ne titulos in ter Exo.20.d
ra nostra ponamus. Et nequaq; ultra adorabis o- Leuit.26.d
pera manuũ tuarum. Infelix humana cõditio & in- Deut.5.d
sipientiæ plena atq; erroris: scit de suo sensu dogmata esse composita: nõ ignorat à se esse idolum simulatum, & pro deo adorat opera manuum suarum, & curuatur homo, ut deceptus decipiat. Additur in promissione quæ dirigitur ad reliquias, id est ad ὑπόλειμμα Iacob: Et succidã lucos de medio tui: & disperdam ciuitates tuas: ut omnia ligna syluarum, & lucos quos in templo dei plantari prohibitum est, & ciuitates male extructas, quas antea uocauerat ciuitates terræ, destruat atq; consumat. Postq; autem hoc fecerit reliquijs Iacob: tunc conuertetur ad gentes quas depasti sunt apostoli quasi agni gramen. Et quia rorem sermonis recipere noluerunt: faciam, inquit, in ira & in furore ultionem in gẽtibus pro eo quod audire noluerunt. Vnde & propheta ait: Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Hoc iuxta Lxx. interpretes, quia intelligentia spiritualis est, & debuimus sensum cũ superioribus capitulis iungere, disputatum sit. Cæterum Hebræi istiusmodi deliramenta somniant: postq; septẽ quos fingunt, & quos uolunt pastores: & octo principes hominum Assyrium uicerint: & terram Nemrod in gladijs suis pauerint, & hoc factum fuerit cum in terram Iudæ ante Assyrius uenerit: Tunc ueniẽte, inquiunt, Christo: omnes reliquiæ Iacob quæ potuerint de gentibus supereſſe: erunt in benedictione, quasi ros à domino ueniens, & quasi pluuia super D
herbam: & nequaq; sperabunt in hominibus, & in filijs hominum, sed in deo. Et erunt in medio gentium atq; populorũ sanguinarij atq; crudeles, et de ueteribus quondam se dominis uindicantes, quasi leo in iumentis syluarum, et quasi catulus leonis in gregibus pecorum, & nullus erit qui possit eorum robori resistere: Tunc exaltabitur ô deus, uel ô Israel manus tua super Assyrios: & omnes hostes et inimici tui, qui nunc te possident interibunt. In illa uidelicet die quãdo de gẽtibus fueris liberatus, auferam equos & quadrigas tuas, quæ in medijs urbibus tuis sunt. Nõ quod equos & quadrigas tũc habuerit Israel, sed Assyriorum equos & quadrigas quæ in medio urbiũ tuarum uersantur: & disperdam omnes ciuitates tuas, & munitiones quas idolis dedicasti: Et auferã magos & hariolos de terra tua: & perire faciam omnia sculptilia & statuas tuas, & non adorabis ultra opera manuũ tuarum: Euellam quoq; atq; subuertam omnes lucos tuos, & ciuitates tuas quas idolis dedicaras. Cumq; hoc tibi fecero, & ita placatus fuero, ut quicquid in te mali est auferatur: tunc etiam in furore & in indignatiõe mea ulciscar te de uniuersis gentibus, quę meum noluerunt audire sermonem. Respondeat hoc loco carneus Israel: utrum facta dicat hæc an futura: Si facta cõmemorat, præbeat historiã: det autoritatem ueterum librorum: doceat cunctas gẽtes & Assyrium Israeli quondam fuisse subiectum. Si autem se uana spe ludens futurum putat esse

A quod dicitur: quando Christus uenerit, quæ tunc de Israel idola auferentur quæ modo nō colit? qui succidentur lucí, quos non habet? quæ urbes subruentur, quæ olim subrutæ sunt? qui tollentur harioli, quos cum nō habeat, nec habere se glorietur: tamen tanto tempore derelicta est filia Sion: & sedet sine altarí, & sine sacerdotibus, & alijs fruges eorum comedētibus: ipsi siccis faucibus sibi futura ꝓmittunt quę nesciūt. Cap. VI.

AVdite quæ dominus loquit̄ &c.] Pro fortibus fundamentis terræ quæ Septuaginta καὶ οἱ φάραγγες θεμέλια τῆς γῆς, id est, & ualles fundamēta terrę, interpretatí sunt: Symmachus & Theodotío transtulerūt: & antiqua fundamēta terrę. Quinta
B autē æditio ipsum Hebraicum posuit אֵיתָנִים fundamēta terræ. Prima igitur uox prophetæ est: Audite quæ dominus loquit̄. Deinde deus loquitur ad prophetā: Surge contende iudicío aduersum montes: & audiant colles uocē tuā. Rursum propheta, sicut ei fuerat imperatum, mōtibus loquitur: & non solum montibus, sed ad fortia quoq; fundamenta terræ, & dicit: Audite montes iudicium domini, & fortia fundamenta terræ. Causamq; reddit, quare eos cōpellat audire: Quia iudicium domini cum populo suo, & cum Israel dijudicabitur. Pro mōtibus ad quos propheta loquitur: & pro fortibus fundamētis terræ, colles & ualles Lxx. transtulerūt: id, ut mihi uidetur, intelligentes, quod populus nihil dignū montiū audítione fecerit, sed uel collibus qui inferiores sunt à sublimitate montium, uel uallibus in ima dimersis. Surge, inquit, iudicío cōtende apud mōtes, & audiant colles uocem tuam. Iubetur surgere qui uel
Ephe.5.c sedet, uel iacet, uel dormit, uel mortuus est, secundū illud quod Apostolus ait: Eleuare qui dormis, & surge à mortuis, & illuminabit te Christus. Surge à mortuis: ut in nouitate ambules uitæ, ut terrā deserens, ad altiora nitaris. Et iudicío cōtende aduersum montes: quos non alios significarí puto q̄ꝫ angelos quibus rerum humanarum commissa est procuratio: Deuteronomij cantico in idipsum congruente: Cum diuideret Deut.32.d excelsus gentes, cū dissemināret filios Adā: constituit terminos terræ, secundum numerū angelorum dei: Hi sunt Heb.1.d administratorij spiritus missi in ministeriū propter eos qui hereditatē salutis possessurí sunt. Et contende iudicio: ut siue montes, siue colles reperti fuerint non digne populos procurasse: uel meum uídeatur esse qui tales præposui: uel culpa tollatur à populo, & referatur ad
D príncipes. Legamus apocalypsim Ioannis apostoli: in qua laudātur accusanturq; angeli ecclesiarū pro uirtutibus uitijsq; eorū quibus præesse dicuntur. Sicut enim interdum episcopi culpa est, interdum plebis: & sæpe magister peccat, sæpe discipulus: et nōnunquam patris uitium est, nonnunq; filij: ut uel bene uel male erudiantur: Ita in iudicío dei uel ad angelos crimen referetur, si non egerint cuncta, quæ ad suum officium pertinebant: uel ad populum, si illis uniuersa facientibus, ipsi audire contēpserint. Sunt qui montes & colles & fortia fundamenta terræ, Abraham, Isaac & Iacob & patriarchas reliquos interpretentur: quibus quasi auditoribus, & ad iudicium conuocatis, populi Israel negocium uentilandum sit. Alij mōtes, colles & ualles, angelos sicut supra diximus, arbitrant̄: qui uel in cœlestibus seruiant deo, uel hominibus præsint super hanc terrā: uel apud inferos cōstituti, eorum qui suo uitío extitere terreni, fundamenta dicātur: De quibus terræ fundamētis & alibí scriptum in

HEBR. eruat: Exaltabitur manus tua super hostes tuos: & omnes inimici tui interibunt. Et erit in die illa, dicit dominus, auferam equos tuos de medio tui, & disperdā quadrigas tuas: & perdam ciuitates terræ tuæ: & destruam omnes munitiones tuas: & auferā maleficia de manu tua: & diuinationes non erunt in te: Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui, & non adorabis ultra opera manuū tuarum: Et euellam lucos tuos de medio tui, & conteram ciuitates tuas: & faciā in furore & in indigna-
C tione ultionē in cunctis gētibus, quæ nō audierunt.

Cap. VI.

AVdite ē quæ dominus loquitur: Surge contende iudicío aduersum montes, & audiant colles uocem tuam. Audite montes iudicium domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium domini cum populo suo: & cum Israel dijudicabitur.

SEP. eruat: Eleuabitur manus tua super eos qui tribulant te: & omnes inimici tui perdentur. Et erit in die illa, dicit dominus: interficiā equos tuos de medio tui, & disperdā currus tuos: & subuertam ciuitates terræ tuæ: & auferā omnes munitiōes tuas: Et auferam maleficia tua de manibus tuis: & qui loquuntur nō erunt in te: & disperdam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui, & ultra non adorabis opera manuum tuarum: & succidam lucos de medio tui, & demoliar ciuitates tuas, & faciam in ira, et in furore ultionē in gētibus, pro eo quod non audierunt.

Cap. VI.

AVdite quæ dominus locutus est: Surge iudicare apud montes, & audiant colles uocem tuam. Audite montes iudiciū domini & ualles fundamenta terræ: quia iudicium domini aduersus populum suum & cum Israel iudicabitur. Popu

A uenímus: Ignis accenſus eſt ex furore meo, & ar/
Deut.32.d debit uſq; ad inferos deorſum: deuorabit terram et
Hier.15.c fundamẽta eius, fortia & antiqua fundamenta ter/
ræ: quorum cauſa hucuſq; terra nõ præterit: & ſu/
per inane pendẽs, librata conſiſtit: iuſtorum merita
ſunt: de quibus A/
Ephe.2.b poſtolus loquitur:
Aedificauit ſuper
fundamẽta apoſto
lorum et propheta
rum. Sicut igitur a/
poſtoli & pphetæ
& uniuerſus mar/
tyrũ chorus fortia
fundamenta ſunt
terrę, ſic ſecundum
Lxx. ualles & præ
rupta quæ ſignifi/
cantius Græce φάρ/
αγγες appellantur,
eorum ſunt funda/
menta, qui χοϊκὸν i/
maginẽ receperũt.
Iudiciũ ergo domi
ni cũ populo ſuo,
& cũ Iſrael dijudi/
cabitur. Quí poterat quaſi deus pro ſceleribus po/
puli peccatoris inferre ſupplicia: nõ uult uideri po/
tens, ſed iuſtus: & ad iudicium prouocat peccato/
res, iuxta illud propheticũ: Venite & iudicemur,
B dicit dominus: etiã nunc populum Iſrael cogit præ
ſentibus angelis & omni creatura, ſi quid habeat
reſpõdere: ut iuſtificetur deus in ſermonibus ſuis,
& uincat cum iudicatur. a ¶Populе meus quid
feci tibi &c. ut cognoſceres iuſticias &c.] Pro iu/
ſticijs ſiue iuſticia, miſericordias interpretatus eſt
Symmachus: & ubi Lxx. ἀπὸ τῶν χοίνων, id eſt de
Schœnis: omnes שִׁטִּים ipſum Hebraicum tran/
ſtulerunt. Eſt autem locus in quo Balac rex Moa/
bitarum aduerſum Iſrael congregauit exercitum,
ὁμώνυμον arboribus: quæ per eremum montis Si
na hodie quoque gignuntur. Nam ubi in Lxx. uel
arca teſtamenti uel altare & tabernaculum cæte/
raq; quæ de lignis imputribilibus facta referũtur:
in Hebraico ponuntur ligna Sethim, quæ habent
ſimilitudinem arboris, quam nos uulgo ſpinam al
bam dicimus. Vnde arbitror & Septuaginta χίνον,
interpretatos eſſe, hoc eſt lentiſcum: ſed paulatim
librariorum errore factum eſſe, ut χοῖνοι, id eſt fu/
nes pro χίνοις, hoc eſt lentiſcis legerentur. Loqui/
tur igitur deus ad populum Iſrael, & ad iudicium
prouocat, & licentiam contra ſe tribuit diſputan/
di. Populе meus quid feci tibi, quod facere non
debui, uel quid contriſtaui te: licet hoc non habea
tur in Hebraico. Contriſtat autem pater filium fla
gellatum, & iniquitates ouium in uirga paſtor ui/
ſitat. Quid moleſtus fui tibi: uel ut ſignificantius
in Hebraico ſcriptum eſt: quo labore te preſſi? an
beneficia mea contumeliam interpretaberis: &
pepones carnesq; Aegyptias deſyderans, dolebis
te eductum de terra Aegypti: ac de domo ſeruitu/
tis meo auxilio liberatum: quia dedi ductores tibi C
Moyſen amicum meũ & Aaron ſacerdotem meũ,
et Mariam prophetã meam? Quod ſi hoc tibi par/
uum uidetur: recordare illius temporis quãdo Ba/
lac rex Moab, Balaam diuinum aduerſum te mer/
cede conduxit: &
uide quomodo cõ
tra uoluntatem ſuã
cupiens tibi male/
dicere, hariolus be
nedixerit: de Se/
thim uſque ad Gal
gal, totum exerci/
tũ Iſrael, oculis lu/
ſtrans, & mutans
loca, quaſi ego nõ
poſſem cum per/
gente pergere, &
cum trãſeunte trã/
ſire: & hoc feci ut
miſericordiæ meæ
& iuſticiæ noſcerẽ
tur tibi, tantum te
amantis, ut cum e/
go quotidie ore
blaſphemantiũ ma
ledicar: tibi ab inimico non permiſerim maledici.
Hebræi hunc locum in quo dicitur de Sethim uſq;
ad Galgal, ut cognoſceres iuſticias domini: ita ex
ponunt: Ab eo tempore quo fornicati eſtis in Ma
dian uſque ad tempus quo Saul apud Galgal eſt D
unctus in regem, repetite memoria quæ mala o/
perati eſtis, & quanta uobis bona fecerim, &
meam in uos miſericordiam cognoſcetis. Hoc iu/
xta hiſtoriam deus ad carnalem Iſrael locutus ſit:
Nos autem qui cupimus reuelata facie gloriam
domini contemplari, & uere habemus patrem A/
braham: audiamus cum peccauerimus aduerſum
nos diſputantem deum, & nos in beneficiorum
ſuorum magnitudine arguentem. Seruiuimus
quippe aliquando Pharaoni, & Aegyptio popu/
lo, lutum & lateres fabricati ſumus, & redemit
nos qui dedit ſemetipſum redemptionem pro o/
mnibus: ut diceremus qui redempti eramus à do/
mino, quos redemit de manu inimicorũ, & quos
de regionibus congregauit: Quia in æternum mi/
ſericordia eius. Emiſit quoq; ante faciem noſtram
Moyſen ſpiritualem legem & Aaron magnum ſa/
cerdotem, non typicum ephod ueritatemq; por/
tantem, ſed ſignaculum ſanctitatis in fronte haben
tem: quod deus pater ſignauit. Et miſit Mariam
uaticinium prophetarum, & non ſolum id nobis
præſtitit, ſed de inimicorum quoque nos mani/
bus liberauit. Recordemur enim quid cogitaue/
rit aduerſum nos qui deuorare uoluit, & noſtram
congregationem elingere uerus Balac diabolus.
Balac enim interpretatur, ἐκλείχων, id eſt elingens,
rex aquæ paternæ: Siquidem Moab iuxta aliam
etymologiam, aqua paterna dicitur. Cum igitur
inſidiaretur nobis Balac, et inſidiaretur per uanum
populum ſuum, quod interpretatur Balaam: non

בָּלָק מוֹאָב בִּלְעָם

Num.22.c

A permiſit nos deus maledictis illius ſubiacere: ſed e/ contrario benedixit nobis, rei ipſius ueritate com/ pulſus uanus populus gentium, natus de eo qui in בעור pelle eſt: Nam Beor interpretatur in pelle: ſemper carni & mortis operibus deditus: reſponditq; pro nobis uanus popu lus, ortus ex eo qui totus in pelle eſt, ſemper cōmutans loca, uel ſtās ſuper ſpinas, ſiue ſuper funiculos, ut uulga tæ quoq; æditionis ſequamur errorē. Spinæ autem iux/ta eloquium ſalua/toris: curæ huius ſe culi & diuitię et uo luptates ſunt, in q/ bus uanus eſt po/ pulus. Quod autē ſtet in funibus, in uinculis uidelicet peccatorū: funibus enim peccatorum ſuorū unuſquiſq; conſtringitur, et E/ ſaias teſtis eſt, di/ Eſa.5.c cens: Væ qui pro/ trahūt peccata ſua

HEB. cias domini. Quid dignum offeram domino: curuabo genu de excelſo? nunquid offeram ei holo/cauſtomata & uitulos an/niculos? Nunquid placari poteſt dominus in mili/bus arietum: aut in multis milibus hircorum pingui/um? Nunquid dabo pri/mogenitum meū pro ſce/lere meo: fructum uentris mei pro peccato animæ meæ? Indicābo tibi ò ho/mo quid ſit bonū: & quid dominus quærat à te: uti/que facere iudicium: & di/ligere miſericordiam & ſol licitū ambulare cū deo tuo.

Vox

B quaſi funem longum, & quaſi lorum iugi uitulæ i/niquitates. Si igitur ſtat, non ſtat niſi in ſpinis et in funibus: ſi autem uoluerit circuire, non habet ſta/bilem gradum, ſed ſemper fluctuans & uacillans, גלגל peruenit uſq; ad Galgal: quod interpretatur κυλισ μὸς, id eſt uolubilitas, uel uolutabrum. Si quan/do uiderimus conſurgere aliquos aduerſum nos, & auidis faucibus noſtrorum ſitire ſanguinem, & ex improuiſa diſpenſatione dei, pro nobis fieri eos qui contra nos uenerant: dicamus, Balaam de funi culis uenit uſq; ad Galgal, ut cognoſcatur iuſticia dei. a ¶ Quid dignum offeram domino: curuabo genu &c.] Deus populum ad iudicium prouoca/rat: ille ſciens peccatum ſuum non uult contende/re, ſed rogare: nec tamen in ipſis precibus habet fi/duciam, Nihil enim dignum eſt, quod pro peccato poſſit deo offerri, & nulla humilitas poteſt macu/ Hebr.10.d las eluere delictorum: quia impoſſibile eſt ſangui/nem taurorum & uitulorum & holocauſta medul/lata, & cruorem arietum, & hircorum pinguium, animæ ſordes lauare. Nunquid, ait, dabo primoge/ 4.Reg.3.d nitum meum pro ſcelere meo: ſicuti rex Moab fe/ciſſe deſcribitur? aut fructum uentris mei pro pec/cato animæ meæ: quod fecit Iepte pro temeritate uoti offerens filiam? Nos ergo qui ſumus de po/ Iudic.13.g pulo dei, ſcientes quia non iuſtificatur in conſpe/ctu eius omnis uiuens: Et dicentes: Iumentum fa/ Pſal.72.d ctus ſum apud te: agentes pœnitētiam pro pecca/tis, dubitamus & dicimus: In quo apprehendā do/minum: ſuſcipiā dominum meum excelſum? quo/modo eum potero tenere fugientē? quanta mundi cia ualebo præparare hoſpitium trinitati? An cō/ C prehēdam eum in holocauſtomatibus, ut totū me ei holocauſtū offerā, uel in uitulis anniculis, ut lac deſerens, & ad ſolidum ueniens cibum anno domi ni acceptabili dignus efficiar? Si mille obtulero ari/

SEPT. cia dñi. In quo ap/prehendam dominū: ſuſci/piam deum meum excel/ſum? Si apprehendā eum in holocauſtis, in uitulis anniculis? ſi ſuſcipiat domi nus in milibus arietum: uel in decem milibus hirco/rum pinguium? ſi dabo primogenita mea pro im/pietate: fructum uentris mei pro peccato animæ meæ. Annunciatum eſt tibi homo quid bonum, aut quid dominus quæ/rat à te: niſi ut facias iu/dicium & diligas miſeri/cordiam: & paratus ſis ambulare cum deo tuo.

Vox

etes: ſi decem milia hircorum, & totas Leuitici uictimas, ſpiritualiter intelli/gens in me exhibu ero, & cadant ex la tere meo mille, & decem milia à ſini/ſtris meis: tamē ni/hil dignū dare po/tero in quo appre/hendam, uel ſuſci/piam deum. Si de/dero primogenita mea pro impieta/te: & fructum uen/tris mei pro pecca/to animæ meæ: da/bo quidē quicquid in me primum eſt: ſed pro meo pecca to & impietate ni/hil dignum offerā deo. Vnde & Da/ Pſal.50.a uid precatur, & di/

cit: Magis magisq; laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo mūda me: Quoniā iniquitates meas D ego cognoſco, & delictum meum contra me eſt ſemper. Pro peccato animæ ſolus digne ſanguis offertur: Et ſanguis non uitulorum, non arietum, non hircorum, ſed proprius digne offertur, dicen/te atque quærente propheta: Quid retribuam do/ Pſal.115.a mino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et poſtea reſpondente: Calicem ſalutaris accipiam & nomē domini inuocabo: Precioſa in conſpectu domini, mors ſanctorum eius. Verum & ipſum ſanguinē non damus, ſed reddimus. Et quid ſimile? cum iu/ſtus pro peccatoribus, dei filius pro hominibus mortuus ſit: nos peccatores & homines pro nomi nis eius confeſſione moriamur? b ¶ Indicabo ti/bi ò homo quid ſit bonum &c.] Quia dubitas ò po pule Iſrael, imo uniuerſum hominum genus: ne/quaquàm enim loquor ad populum Iudæorū, ſed generaliter ad omnem hominem meus ſermo per/curret: quomodo pro peccatis tuis deum poſſis placare: ſi nec habes uictimas quibus tua compen ſetur impietas: Ego reſpondebo tibi quid quærat deus: imò iam ante in lege monſtraui. Scriptum eſt enim in Deuteronomio: Et nunc Iſrael quid do/ Deut.6.d.10 minus deus tuus quærit à te: niſi ut timeas domi/ 26.d num deum tuum: & ambules in omnibus uijs e/ius, & diligas eum, & ſeruias domino deo tuo, Ibidem 5.b de toto corde tuo, & de tota anima tua: & cuſto/dias mādata domini dei tui, & iuſtificationes eius: quæcunq; ego mandabo tibi hodie, ut bene ſit tibi. Quærit à nobis dominus, & neceſſariam habens noſtram

A nostram salutem, poscit accipere, quod danti prosit: ut faciamus iudiciũ, id est ut nihil absq; ratione & cõsilio faciamus: ut ante mẽs iudicet quid factura sit, & postea opere cõpleat: ut misericordiã diligamus, & non quasi cõpulsi, aut ex necessitate misericordes simus:

1.Cor.9.b quoniã hilarẽ datorẽ diligit deus. Nec dicamus: uade hodie, & cras reuertere, & dabo tibi.

HEB. Vox dñi ad ciuitatẽ clamat: & salus erit timẽtibus nomẽ tuum. Audite tribus

Cumq; fecerimus iudiciũ et dilexerimus misericordiam, quid accipiemus præmij? Ambulabimus cũ

Gen.5.d domino deo, sicut Enoch iuxta fidẽ Hebraicorum uoluminum ambulauit cũ deo: & placuit ei, & nõ

Eccl.44.c inueniebatur: quia transtulit illum deus. Tu enim dixisti, in quo consequar dominum, uel in quo apprehendã eum? Ego tibi amplius polliceor: fac iudicium, & dilige misericordiam, et ambulabis cum deo tuo. Vel certe ambulare cum deo non est præmium, sed præceptum. Sicut enim iubetur nobis, ut faciamus iudicium & misericordiã diligamus: Ita præcipitur ut præparati simus ambulare cum domino deo nostro. nulla hora dormire, nullo tẽpore securi esse debemus: sed semper expectare patrem familias uenientem, & diem formidare iudicij, & in nocte huius seculi dicere: Ego dormio, & cor meum uigilat. Verbum יָגֵעַ quod Lxx. trãstulerũt, paratum esse, id est ἕτοιμον εἶναι: & nos diximus, sollicitum ambulare: Theodotio significantius expressit

B μὴ ἀσφαλίζου τοῦ πορεύεσθαι μετὰ θεοῦ σου, id est, & caue diligenter, ut ambules cum deo tuo: Siue ut quinta æditio transtulit: καὶ φροντίζειν: agere scilicet sollicite, & hãc habere curam, ut ambules cum deo tuo. Qui enim dicit in Christo se credere, sic debet ambulare quomodo & ille ambulauit. Et Paulus apostolus: Imitatores mei estote inquit, sicut ego Christi.

1.Cor.4.d a ¶ Vox domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentibus &c.] In Hebraico alterius hoc capituli exordium est, apud Lxx. uero interpretes finis superioris: Et habet sensum: Nihil à te aliud ò homo quærit deus tuus, nisi ut facias iudicium, & misericordiam diligas, & paratus sis ambulare cum deo tuo. Vox enim domini auditur in ciuitate eius ecclesia, & in scripturis sanctis quotidie personat: quod non solum hi, qui diligunt misericordiam, sed & hi qui inferiores sunt, & timent adhuc nomen domini, ipsius doctrina clementiaq; saluentur. Si atuem sequentis capituli exordium est, referamus iuxta historiam quod dicitur ad Samariam metropolim decem tribuum: quæ prophetante Michea capta est: Et dicamus, Samariam corripit dominus: & illi plagas quæ uenturæ sunt comminatur: ut audiens populus Iuda, siue timentes nomen domini, alios supplicia pati: ipsi timore correpti adipiscantur salutem. Pestilente quippe flagellato, non solum sapiens, sed etiam stultus prudentior fiet. Et hoc ipsum referes ad peccatores generaliter & ad iu-

Luc.13.a stos: ut cruciatus aliorum cæteris fiat exemplum. Quod quidem & dominus in euangelio de his supra

C per quos turris in Siloa corruerat, interpretatur: quod non soli in uniuerso populo fuerint peccatores, sed ut illorum pœna cæteros ad pœnitentiam prouocaret. b ¶ Audite tribus: & quis approbabit &c.] Multũ in hoc capitulo Septuaginta ab Hebraica ueritate discordant in principio uel maxime: audi tribus, & quis ornabit ciuitatem, id est ἄκουε φυλή, καὶ τίς κοσμήσῃ πόλιν. Et dissipabuntur legitima populi mei, id est καὶ ἀφανισθήσεται νόμιμα λαοῦ μου: pro quo nos posuimus propter sermonis consequentiam: Et custodisti præcepta Amri: licet & in Hebræo scriptum sit, & custodita sunt præcepta Amri, & omnia opera domus Achab. Si enim scriptum esset in Hebræo עַמִּי recte Septuaginta transtulissent populi mei: Nunc uero cum scriptum sit עַמְרִי & ר litera addita: non populi nomen, sed patrẽ Achab sonat, de quo 2.Reg.16.f regũ narrat historia: errorem esse nulli ambiguum est. Denicq; post patris nomen ponitur filius: dicitur; & omnia opera domus Achab. Reuertamur ergo ad initium capituli: Et primum iuxta literam differentes, uobis orantibus nitamur sensum assequi spiritualem. Audite decem tribus Samariæ: quæ uobis dominus contestatur: adhuc ignis, id est iniquitas in domo impij est Amri, & thesauri impietatis in domo regia perseuerant. Vultis audire per singula quibus malis urbs uestra plena sit? Discite: mensura minor dei iram pro

D uocans, stathera fraudulenta & diuersa pondera, Prouer.11.d & in alio pondere uendentes, in alio ementes mer Deut.25.c cimonia. Et siquidem pauperes hoc facerent, poterat inopia scelus necessitate defendere: Nunc uero diuites eius, non tam diuitijs quam inquitate pleni sunt, quia omnes diuitiæ dum alios spoliant, iniquitate pariuntur. Congregationem diuitiarum sequitur mendacium, & manus assueta thesauros condere, fraudulentam linguam possidet. Veritas paupertatem, mendacium diuitias parit. Cum hoc facerent principes uestri, nolui uos statim subuertere: sed paulatim cœpi percutere, & plagis uarijs admonere: Misi in uos famem, misi sitim, misi morbos, & hostilem in circuitu uastitatem: seges frumenta non attulit: oleum pressa oliua non fecit: uinum steriles uindemiæ negauerunt. Aduersus iniquitates, & mensuras dolosas, & pondera fraudulenta, hæc intuli supplicia. Quia uero custodisti omnes ceremonias idolatriæ quæ Amri rex impius constituerat, & omne opus domus Achab & Hiezabel, pro mea lege seruasti: impulsus sum scelere tuo, ut darẽ te, & habitatores tuos in sibilum, & opprobriũ populi mei portares: dum capti ab Assyrijs, quasi populus dei uincimini, & propter uos nomen meũ blasphematur in gentibus. Notandum in præsenti loco, quod ubi legitur, & opprobrium mei populi portabitis: Siue ut Lxx. transtulerunt: καὶ ὀνειδη λαῶν λήψεσθε: id est, opprobria populorum accipietis: pro

populi

populi mei ממי in Hebræo ſcriptum ſit. Si ergo ammi populi mei ſonat: nulli dubium eſt male ſupra pro Amri populum meum eſſe translatum. Huc uſque iuxta Hebraicum quid nobis uidetur expreſſimus: Nunc ad translationem Septuaginta interpretũ reuertentes, de ſingulis ut poſſumus diſputemus. ¶ Audi tribus &c.] Tribus Samaritica uocatur ad audiendũ: quæ ſe abſcidit à populo dei. Et dicitur illi: fruſtra fabricaris idola, aureos uitulos artifici cõponis manu, & imitatiõe Hieruſalem uis aliam metropolim extruere: Quis enim ornare poterit ciuitatem? Nũ ignis qui ardentibus diaboli iaculis ſuccenditur: & domus iniqui, quæ ſecundum duritiam ſuam & cor impœnitẽs theſaurizat ſibi iram in die irę & reuelatiõis iuſti iudicij dei. Et iniquitatẽ auget iniuria: ut nõ ſolum de domo dei rapiat: quæ eſt eccleſia: ſed etiam cum ſuperbia et ſupercilio aliena deuaſtet. Nunquid iuſtificari poteſt q abſque ſtathera & pondere congregat fraudulẽter de teſtimonijs ſcripturarũ diuitias ſuas: quæ diuitiæ theſauri iniquitatis ſunt? Nam cum præcipiat dominus: Non erit in ſacculo tuo pondus grande & minus: hi turpis lucri gratia ſemper perſonam accipiunt in iudicio: & in eadem cauſa diuites ac pauperes non iuxta negocium, ſed iuxta facultatum diuerſitatem aliter atque aliter iudicant: & inhabitatores ciuitatis ſuæ, quã prauis dogmatibus perſuaſą doctrina à ſe ornari putant: loquuntur mẽdacium, & ponunt in excelſum os ſuũ, & ſimplicitatẽ eccleſiaſtici populi deſpiciunt. Vnde clemẽtiſſimus deus non eos pariter percutit: ſed paulatim per plagas nititur cõmonere dicẽs: Et ego incipiã te percutere perditione propter peccata tua, & eſt ſenſus: O ciuitas quã hæretici uolunt extruere per

Rom.2.d

B

HEBRAEI, tribus: & quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impĳ theſauri impietatis, & menſura minor iræ plena: Nunquid iuſtificabo ſtatheram impiam, & ſaccelli pondera doloſa: In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo cœpi percutere te perditione ſuper peccatis tuis. Tu comedes, & nõ ſaturaberis, & humiliatio tua in medio tui: & apprehendes & nõ ſaluabis, & quos ſaluaueris in gladium dabo. Tu ſeminabis & nõ metes: tu calcabis oliuã, & nõ ungueris oleo: & muſtum, & non bibes uinum. Et cuſtodiſti præcepta Amri, & omne opus domus Achab, & ambulaſti in uoluntatibus eorũ: ut darem te in perditionẽ, & habitantes in ea in ſibilum, & opprobrium populi mei portabitis.

Cap. VII.

Deut.25.c

C

SEPTVAG. tribũs: & quis ornabit ciuitatem: nunquid ignis & domus iniqui theſaurizans theſauros iniquos, & cum iniuria iniquitates: ſi iuſtificabitur in ſtathera iniquus, & in ſaccello pondera fraudulenta: de quibus diuitias impietatis ſuę repleuerunt: et qui habitãt in ea locuti ſunt iniqua, & lingua eorũ exaltata eſt in ore eorũ. Et ego cruciaui te perditiõe propter peccata tua: tu comedes. & non ſaturaberis, et eĳciam te in te metipſam, & apprehẽdes & nõ ſaluabis: & quicunq; ſaluati fuerint gladio tradẽtur. tu ſeminabis, & nõ metes: tu premes oliuã, & non ungueris oleo: & uuã, & non bibes uinum, & diſſipabuntur legitima populi mei, & omnia opera domus Achab: & ambulaſtis in cõſilĳs eorum, ut traderem te in perditionẽ, & habitatores eius in ſibilum, & opprobria populorum accipietis.

Cap. VII.

cutiam te, ut pereas non in abolitionem: ſed iuxta id quod peccatrix es. Sequitur: Comedes, & non ſaturaberis: Legunt enim, & non intelligunt: ueſcentesq; ſermonibus ſcripturarum ueritatis inopiam patiuntur. Et eĳciam, inquit te: & apprehendes, & non ſaluabis: & quicunque ſaluati fuerint, gladio tradẽtur. Tuo te, ait, iudicio derelinquam, & poſtq; multa quærens nihil repereris, intelligẽs errorem tuum, uidebis te ex uniuerſis dogmatibus tuis non poſſe ſaluari. Quicunq; autem ſe putauerint ſaturatos, & non eiecti fuerint à ſe, nec cõprehẽderint ueritatẽ, tradentur gladio & pœnis erudientur. Seminabis ergo, ò tribus, & ò peſſima ciuitas, quam igne, & iniquitate, & contumelĳs, & ſtathera doloſa, & ſacculo fraudulento hæretici extruunt, & nõ metes: premes oliuã & nõ ungueris oleo: & uuas, & non bibes uinum. Prodeſt quippe tibi errore cognito ne habeas diſcipulos: ne caput tuũ oleo unguas peccatorũ: ne uino Sodomorũ bibentes ineb ries: & diſperdentur legitima populi mei, ſiue Amri, et omnia opera domus Achab: eorũ qui in hęreſibus patriarchæ, & principes extiterunt: Quos poſſumus, uel ad cõtrarias referre uirtutes, uel ad hæreſiarchas, ut fuit Marcion & Baſilides, & nuper Arius & Eunomius. Et ambulaſtis in uolũtatibus eorum: Amri uidelicet & Achab. Pulchreq; ait in uolũtatibus eorũ. Doctrina enim magiſtrorũ nequã, nõ eſt doctrina dei: ſed adinuẽtiones cordis illorũ. Et tradã te in perditionẽ: ut pereas iuxta id quod hæretica es. Et habitatores tuos in ſibilũ: uel ut paſtoris boni iuxta Zachariã ſequaris ſibilũ dicẽtis: Sibilabo eis et cõgregabo eos, qa redemi eos. Vel certe in ſibilũ draconis: id eſt in interitũ carnis: ut ſpiritus ſaluus fiat, & correpti diſcant nõ blaſphemare

D

Zach.10.e

1.Cor.5.b
1.Tim.1.d

A mare. Et hoc totum patiẽtur, ut intelligant errorẽ ſuũ, quod omnium gentium multorumq; populorum opprobria et peccata portauerint. Scio quoſdam ad eccleſiã retuliſſe, quæ nos ſuper hęreſibus interpretati ſumus. Sed quomodo nomen Amri & Achab Samarię principum ad Hieruſalem & Iudam, ſub quorum nomi nibus interpretaẽ eccleſia, poſſit referri, nõ ſatis intelligo.

## Cap. VII.

VAe mihi qa factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos uindemiæ, non eſt botrus ad comedẽdum: primitiuas ficus deſyderauit anima mea. ] Prædicta captiuitate & decem tribuũ et duarum (Verbũ enim domini factũ eſt ad Micheã Morasthiten ſuper Samariam, & Hieruſalem) Plangit propheta quod nullus B e populo iuſtus inueniatur in terra, qui poſſit irę dei reſiſtere, & medium ſe quaſi murum opponere: Fruſtra, inquit, locutus ſum, fruſtra uolui iam uindemiatæ & perditæ ciuitatis quaſi extremos racemos requirere: & cum non ſit botrus ad comedendum, ſaltem immaturas ficus: quas Hebræi בִּכּוּרָה uocant, id eſt groſſos ficorum, in cibo ſumere: quaſi dicat, non inueniens panem præ famis magnitudine, quſquilias & furfures requiſiui. Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt: ubique inſidiæ, ubiq; fraudulentia: innoxius ſanguis effunditur: præ auaricia & libidine germanitas ignoratur: & non ſolum faciunt, ſed defendunt quoque mala, & nominibus commutatis, bonum dicunt eſſe quod malum eſt: Ipſi principes non ab offerentibus accipiunt munera: ſed cogunt dare ſubiectos et poſtulant: Et iudex in reddendo eſt: ſic alium iudicans, quomodo ipſe ab alio iudicatur, ut præſtent ſceleribus ſuis mutuum fauorem: et in alterius crimine ſe defendant. Quicunque magnus eſt, & quaſi in lege doctiſſimus: non dei, ſed ſuam loquitur uoluntatem: Et cõturbauerunt eam, uel urbem, uel ueritatem: ſiue terram: de qua ſupra dicitur: Perijt ſanctus de terra. Qui enim optimus inter eos eſt, quaſi paliurus pungens & retinens: uulnerans appropinquantem ſibi, & adunco dente comprehendens: & qui rectus fuerit inuentus, quaſi ſpina de ſepe: ut ibi inueniatur dolor, ubi putabatur auxilium.

Dies

VÆ mihi quia factus ſum ſicut qui cõgregat ſtipulã in meſſe, & ſicut racemos in uindemia: cũ non ſit botrus ad comedendũ, primitiua, q̃ paſſa eſt anima mea: Vę mihi anima qa perijt reuerẽs de terra, & qui corrigat in hominibus nõ eſt: oẽs in ſanguine iudicãtur: unuſquiſque proximũ ſuum tribulat tribulatione: in malum manus ſuas prępararãt: princeps poſtulat: & iudex uerba pacifica locutus eſt, deſyderium animæ ſuæ eſt. Et auferam bona eorum quaſi tinea comedens, & ambulans ſuper regulam in die ſpeculationis tuæ.

Hoc iuxta Hebraicum. Porrò ſecundum Septuaginta qui diſſentiunt in quibuſdam: in fine capituli omnino aliter tranſtulerunt: huiuſcemodi mihi ſenſus uidetur: Plangit ſermo propheticus, ſiue apoſtolicus, generaliter humanum genus, quod C

VÆ mihi quia factus ſum ſicut qui cõgregat ſtipulã in meſſe, & ſicut racemos in uindemia: cũ non ſit botrus ad comedendũ, primitiua, q̃ paſſa eſt anima mea: Vę mihi anima qa perijt reuerẽs de terra, & qui corrigat in hominibus nõ eſt: oẽs in ſanguine iudicãtur: unuſquiſque proximũ ſuum tribulat tribulatione: in malum manus ſuas prępararãt: princeps poſtulat: & iudex uerba pacifica locutus eſt, deſyderium animæ ſuæ eſt. Et auferam bona eorum quaſi tinea comedens, & ambulans ſuper regulam in die ſpeculationis tuæ.

fruſtra ſementem iecerit doctrinarum, & pro ſegetibus, & pro frumentis uix uacuas ſtipulas & inanes culmos ſerus meſſor inuenerit, & ne paruos quidem racemos in uinea potuerit reperire, et reliqua uſque ad finem capituli. Si enim beatus eſt q̃ in aures loquitur audientis, & auris auditoris deſyderium ſapientis eſt: lætitiaq; dicentis, auditor intelligẽs: Econtrario luctus doctoris eſt malus diſcipulus: Hieremiæ quoque uerbis huic quærelæ cõgruentibus: Nõ D profui, neq; pfuit mihi quiſq;. Sũt q̃ ex perſona ſaluatoris hoc dici putent: cauſantis ꝙ in tanta credentium multitudine, & in toto orbe generis humani uix ſuo ſanguine digna opera reperiat: qui & in uicesimonono pſalmo ait: Quæ utilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem? Licet aſſerant alij perſonæ illius hoc minime conuenire, ut dicat: Væ mihi quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe: qui in euangelio locutus eſt: Leuate oculos ueſtros & uidete regiones: quia iam candidæ ſunt ad metendum. Et alibi, Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Qui ergo ex perſona ſaluatoris uolunt intelligi: aiunt, non mirum eſſe ſi dicat: Væ mihi: qui & Hieruſalem fleuerit: & in Lazari morte lachrymatus ſit. Sed & illud: Factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe: ad conſummationem referunt ſeculi: quam & ſignificanter meſſem interpretantur: & dicunt illo tempore hanc prophetiam poſſe compleri: quando multiplicata iniquitate refrixerit charitas multorum, & ueniens filius hominis raram fidem inuenerit ſuper terram: Tũc enim quaſi poſt meſſem ſtipulã, & quaſi poſt uindemiã racemos uix in his reperiri qui fidẽ in omniũ uaſtitate ſeruauerint: uocẽq; hanc ex perſona aſſumpti hominis, putãt de ſequentibus approbari: Væ mihi anima: de qua loquebatur: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ. Perijt reuerens de terra: uel Antichriſto interficiẽte ſanctos, uel ad magni-

Ioan. 4. e

Matt. 9. d

tudinem

A tudinem ſcandalorum cunctis corruẽtibus. Et qui corrigat inter homines non eſt, omnes qui in ſanguine iudicantur, non in leuibus paruiſq; peccatis, ſed in maximis & ad ſanguinem pertinẽtibus, non uicinitas, non amicitia, nõ affinitas, ſcelus morabitur: cuncti manus leuabũt ad malum, ut etiã qui malum facere non potuerit, tamen dum manus præparat, uoluntate delinquat. Ipſe princeps petit, & iudex uerba pacifice loquit̃: accipit enim munera, deſyderium animæ ſuæ: Quod q̃ manifeſtum eſt, & inuidiã caueo principum iudicumq;, lectoris intellectui derelinquens: tantum illud adiungã:

Deu.16.d Munera excæcant oculos etiam ſapiẽtum: uiuificant quoq; animam quam uiuificare nõ debuerant, & interficiunt eam quæ merito ſuo & uirtutibus uiuit, & hoc faciunt propter dona quæ

B poſtulant impudenter & turpius accipiunt. Quibus dominus comminatur hæc dicẽs, & auferam bona eorum, quæ putant bona, quæ illis bona uidentur: Cæterum ueritate rei nunc̃q; bona appellabuntur, quæ & dantem ſpoliant, & accipientem interficiunt: licet non tam cõminatio ſit quàm benedictio auferre ab eis mala, & ipſum dominum diuinumq; ſermonem ingredi in cõſcientias eorum, & quaſi tineam comedere quodcunq; peruerſum eſt, & prædarum malarumq; cogitationum facere uaſtitatem, & ambulare ſuper normam & regulã ueritatis et eos ipſos ad rectũ retrahere, qui prauis opinionibus ducebantur: & hoc facere in lumine ueritatis, & in die illo quando qui ſancti ſunt, & electi de eccleſia aſcendent ad ſpeculam, & in ſublimitate doctrinarum atq; operum ſuorũ de rebus cœleſtibus diſputabunt. *a* ¶ Dies ſpeculationis tuæ uiſitatio &c.] Excepto principio capituli: in reliquis partibus ædítio utraq; concordat: & interim iuxta hiſtoriam diem ſpeculationis Samariæ, ſiue Hieruſalem, quam ſæpe expectauerat & timuerat eſſe uenturam, & uiſitationem eius, captiuitatem ſignificat dicẽs: Vaſtatio tua uenit: nunc erit uaſtitas eorũ, id eſt habitatorum, ſiue obſidio: מבוכה enim magis πολιορκίαν καὶ φρούρησιν id eſt, obſidionem & cuſtodiam, quàm uaſtitatem in Hebræo ſonat. Nullis ergo credatis uocibus prophetarum, nec accõmodetis aurem decipienti blanditiæ diuinorum: quia ſi inter chara nomina, & conſanguinitatis affectum rara eſt fides, quanto magis in his qui adulantes uobis mentiuntur pro præda ſua, & quaſi ægrotantibus, non quid utile ſit, ſed quid delectabile, & placens imperant. Nolite credere amico: & Achitophel quippe conſurrexit aduerſum Dauid, & uerus Achitophel Iudas aduerſus Chriſtum: Et nolite confidere in duce: Vt uiri Sichem in Abimeleck: ipſi enim eum fecerũt regem: & ab eo oppreſſi ſunt, Ab ea quæ dormit iu ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui: ne patiaris quod Sãſon à Dalila perpeſſus eſt. Quia filius contumeliam facit patri: Abſalon uidelicet Dauid: non ſolum regnum, ſed & concubinas patris inceſto coitu maculauit. Filia cõ ſurgit cõtra matrẽ ſuam: Cuius rei cũ interim de ſcripturis ſanctis teſtimonium non reperiamus, tanta exẽpla ſunt q̃tidianæ uitę,

C 2.Reg.15.f Matt.16.b Iudic 9.d Ibidem 16.d 2.Reg.16.d

ut magis lugere quod tanta ſint, quàm quærere debeamus. Nurus contra ſocrum ſuam: ut uxor Eſau conſurrexit contra Rebeccam. Inimici hominis uiri domeſtici eius. Hic exempla nõ quæro, cum plu

D ra ſint quam ut teſtimoniis indigeamus. Cum ergo hæc ita ſe habeant, nolite credere Samariæ & Hieruſalem pſeudoprophetis. Ego autem, inquit propheta, ad dominum aſpiciam: exultabo ad dominum ſaluatorẽ meum, ſiue Ieſum meum, & audiet me deus meus. Sequitur Lxx. expoſitio. Qui dixerunt, uæ uæ ultiones tuæ uenerunt, id eſt ſupplicia quæ pro ſceleribus inferenda ſunt. Mihi, in- Ezech.9.a quit, uindictam & ego retribuam, dicit dominus. Et in alio loco: Venerunt dies retributionis tuę. Fa- Oſee 9.b cit enim dominus ultionẽ uociferantium ad ſe die ac nocte: atq; dicentium: Vſquequo domine ſanctus & uerus, non iudicas & uindicas ſanguinem noſtrum, de his qui habitant in terra? Venerunt ergo ultiones, & nunc erunt fletus earum, id eſt ultionum: ut plangant qui ante riſerunt, & ſtatim exeuntes de ſeculo tormenta ſuſtineant: Quæ diues Luc.16.e ille quondam purpuratus, & delicijs affluens ſuſtinet in inferno, ubi eſt fletus & ſtridor dentium. Quod autẽ ſequitur: Nunc erunt, uel in fine uniuſcuiuſq; uitæ intellige, uel in cõſummatione rerum omnium, & in die iudicij: quando generales ſuper uniuerſos uenient ultiones. Nolite ergo credere a- Hier.9.b micis: quia omnis amicus ſupplantator: ſupplantat: & qui propter aliquid eſt amicus, non tam amicus eius eſt quẽ amare ſe ſimulat (ab amare quippe amicus dicitur) quàm eius rei quam diligit. Interrogatus quidã quid eſſet amicus, reſpondit: Alter ego. Quod ſi Pythagoræorum nobis opponitur exemplum, qui ſe uades inuicem tyranno dederunt, dicemus nõ generaliter aduerſum omnes

amicos

A amicos, & charitatis affectus, sentẽtiam à deo esse prolatam: nec cõtra omne tempus, sed de eo super
2.Tim.3.a quo Apostolus ait: In nouissimis diebus adueniẽt tempora periculosa: erunt enim homines seipsos amãtes, cupidi, fastidiosi, superbi, blasphemi, parẽtibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, pactum non custodientes, delatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, inflati, uoluptatũ amatores magis quam dei,
Matt.10.c & cætera. Tũc enim tradet frater fratrem, & pater filium, & mater filiam, & inimici hominis domesticieius. Sed & nũc rara fides est, cum aliud in labijs, aliud in corde uersatur, uenenum animi, linguæ mella tegunt: Amici diuitum multi: à pauperibus autem etiam qui uidentur esse, discedunt: Vnde
Eccl.6.a dicitur: Si habes amicum, in tentatione posside eũ. Legi in cuiusdam controuersia: Amicus diu quæritur, uix inuenitur, difficile seruatur. Scripsit Theophrastus tria de amicitia uolumina omni eam præferens charitati, & tamen raram in rebus humanis esse contestatus est. Est & Ciceronis de amicitia liber, quẽ Lelium inscripsit: in quo illud quod apud nostros pręcipitur: Vt sit nobis amicus, quasi uinũ uetus, & in suauitate bibamus illud, penè eisdem uerbis positum est: Amicitia pares aut accipit, aut facit: ubi inæqualitas est & alterius eminentia, alterius subiectio: ibi non tam amicitia, quam adulatio est. Vnde & alibi legimus: Sit amicus eadẽ anima. Et Lyricus pro amico precans: Serues, inquit, animæ dimidiũ meæ. Nolite ergo credere in ami-
B cis, id est, his hominibus, qui de amicitijs sectantur lucra. Si uis uera amicitia delectari, esto amicus
Exod.33.c dei: sicut Moyses qui loquebatur deo, quasi amicus ad amicũ. Esto amicus, ut Apostoli ad quos sal
Ioan.15.b uator ait: Iam nõ dicã uos seruos, quoniam seruus nescit quid uelit dominus suus: sed dicam uos amicos, quoniam perseueraſtis mecũ in omnibus tentationibus meis. Delicata est amicitia, quæ amicorum felicitates & diuitias sequitur. Istiusmodi homines non mihi uidentur amicos, sed se ipsos diligere. Consyderemus attentius uerba domini: Sed dicam uos, inquit, amicos: Redditq; causas quare illos amicos uocet. Quia perseueraſtis mecum in tentatione, & non hucusq; stetit: sed in omnibus, inquit, tentationibus meis. Euenit quippe interdũ, ut qui nobiscum perseuerauit in una tentatione, alijs uictus recedat. Secundo præcipitur: Neq; speHier.17.a retis in ducibus: Maledictus enim est omnis homo qui spem habet in homine. In homine spes uana, &
Act.20.f uera in deo est: Vnde & Paulus loquitur: Et ex uobis ipsis consurgent uiri loquẽtes peruersa. Et ipse
Hier.4.f dominus per prophetam: Duces populi mei me nescierunt, filij stulti sunt, & non intelligentes: sapientes sunt, ut faciant mala: bene autem facere nescierunt. Dũces quidem ait mei uocabantur, & duces populi mei: sed quia nescierunt me, & opere uocabulum destruxerunt: propterea filij stulti sunt, & non intelligentes prudentiam, ob hoc tantum habent, ut subijciant sibi simplicem gregem & proterant pedibus suis: bene autem facere & regere populum nescierunt. Nolite credere in ducibus, non in episcopo, nõ in presbytero, nõ in diacono, non C
in qualibet hominũ dignitate. Nec hoc dico: quod istiusmodi gradibus in ecclesia non debeatis esse subiecti: Quicunq; enim maledixerit patri, aut ma- Leuit.20.b
tri, morte morietur, et Apostolus docet præpositis 1.Pet.3.c
in ecclesia obediendum: sed quod aliud sit honorare duces, aliud spem habere in ducibus. Honoremus episcopum, presbytero deferamus, assurgamus diacono: & tamen non speremus in eis, quia hominis uana, & certa spes est in domino. Tertiũ mandatum: Ab ea quæ tecum cubat custodi te ne credas ei. Vnde & Apostolus mulieres uas infir- 1.Thes.4.a
mum uocat, & eis à maritis suis exhiberi honorem Eph.5.c
iubet: Non enim creatus est uir propter mulierem, 1.Cor.11.b
sed mulier propter uirum: Et uxor, inquit, ut timeat uirum. Vxorum timere est, & cũ timore uirum diligere: Viri tantum diligere, quia dilectio perfectorum est: Viri, ait, diligite uxores uestras, & no- Eph.5.e.
lite amari esse ad eas: licet illæ ad iracundiam prouocent, & talia faciant, per quæ mereantur amaritudinem sustinere. Hoc enim significat παροξυντικὰ νεύρα: tamen uos nolite eis in amaritudine uicẽ reddere. Sed & Salomon in ecclesiaste: Et hominem, Eccles.7.d
inquit, unũ de mille inueni, & mulierẽ in his omnibus non inueni, forsitan suo doctus exemplo mulieribus non credendum, per quas offenderat deũ. Sed & Poeta sublimis: non Homerus alter, ut Lucilius de Ennio suspicatur, sed primus Homerus apud Latinos: Variũ, inquit, & mutabile semper Fœmina. Plenæ sunt historiæ Græcæ & Latinæ: quanti uiri ab uxoribus suis decepti sint, eorumq; D
uita sit prodita. De scripturis autẽ & Dalilæ, cuius suprà fecimus mẽtionem, & alterius ante Dalilam testantur exempla, quæ arcanum Samson septem dierũ expressit lachrymis, & amore simulato quod latebat inuenit, Vnde Samson postea loquit: Nisi Iudic.15.d
domuissetis uitulam meam, nõ inuenissetis propositionem meam. Hactenus pręcipitur, ne amicis, ne uxoribus facile credamus: Causaq; redditur nõ satis respondens ad propositionem, ait enim: Quia filius inhonorat patrẽ, filia surgit aduersus matrẽ, nurus contra socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Nam quid pertinet ad amicum, ad ducem, ad uxorem: si filius & filia & nurus, cõtra patrem, ac matrem, socrumq; cõsurgant? Videtur ergo mihi sic cum superioribus posse coniungi: Nolite credere amicis & ducibus & uxoribus, quæ mutari possunt, & esse pro tempore: cum filius quoq; & filia obliti educationis & infantiæ, aduersum autores uitæ suæ corporumq; consurgant: & illis faciunt contumeliam, quos uultu quoq; lædere scelus est. Sed hæc expositio nequaq; conuenit nurui aduersus socrũ consurgenti, & homini cui inimici domestici eius. Terẽtius in hecyra: Quid est hoc, inquit, omnes socrus oderũt nurus: quod quanq; ambiguum sit tamẽ prope modum naturale est, ut nurus socrum, & socrus oderit nurũ. Hæc de consummatione & fine mundi, qualis aduentum antichristi generatio præcessura sit, propheticus sermo descripserit: Nunc disputandum secundum superiorem interpretationem, in qua de hæreticis dixi-

A mus: Audi tribus et quis ornauit ciuitatẽ nunquid ignis & domus impij? Et rursum de ecclesia: Væ mihi quia factus sum, sicut qui colligit stipulam in messe. Et iterum: Væ mihi anima, perijt reuerens à terra, & qui corrigat inter homines nõ est. Et deinceps: Princeps postulat & iudex uerba pacifica locutus est, desiderium animæ suæ. Vnde duplex maledictio sequitur: Væ uæ, ultiões tuę uenerũt, nunc erũt ploratus earum. Et dicamus scriptum de hæreticis: Nolite credere in amicis, ô populi simplices, et in ducibus prauis qui se amicos & principes hæreseon esse promittunt: non enim uestram salutẽ, sed sua quærunt lucra, et deceptũ gregem pedibus suis conterunt, & ei quę tecũ dormit caue ne qc/ q̃ crediderís, quam
B non possum aliam intelligere, nisi carnẽ: ut nõ facile credamus carnis blanditijs, ne animi duritia uirilisq; constantia illius edomita molleſcat illecebris. Filius enim qui natus à deo est, neglecto creatore suo blasphemat eũ à quo cõ/
Malach.2.b ditus est, dicente scriptura: Nonne deus unus creauit uos? nonne pater unus omnium uestrũ? & anima cœlestem despicit Hierusalem, matremq; contemnit ecclesiã, quam qui contempserit, morte morietur. Et nurus consurgit aduersus socrum suam. Quod iuxta tropologiam intellectu uidetur difficile, sed qui legerit canticum canticorum: & sponsum animæ, dei sermonem intellexerit, crediderit/q; euangelio quod secundum Hebræos æditum nuper transtulimus, in quo ex persona saluatoris dici
Matth.10.c tur: Modo tulit me mater mea, sanctus spiritus in uno capillorum meorum: non dubitabit dicere sermonem dei ortum esse de spiritu, & animam quæ sponsa sermonis est, habere socrum sanctum spiritum, qui apud Hebræos genere dicitur fœminino רוח. Hæretici ergo cũ ante crediderint in scripturis, quæ à spiritu sancto conscriptæ sunt & æditæ: transferũt se ad nouas doctrinas & fermentũ pharisæorum & mãdata hominum: dumq; sermonem dei contemnunt, socrui suæ faciunt iniuriam. Et ne forte dubites, uerbum & filium dei nasci de spiritu
Luc.1.b sancto, Gabrielis ad Mariam uerba considera: Spiritus sanctus, ait, ueniet super te, & uirtus altissimi C obũbrabit tibi: propterea quod nascetur ex te, uocabitur filius dei. Post hæc sequitur: Inimici hominis uiri domestici eius. Quod sic nobis iuxta tropologiã exponendũ uidet: Omnis uiri caput Chri 1.Cor.9.g stus est, et Christus caput ecclesiæ: huius sępe inimici sũt qui putantur in domo eius esse, id est, in ecclesia: & à capite quidem nõ recedunt, sed contra sum sentiunt caput, qui absque magistro, & gratia domini, sciẽtiam scripturarum suo iudicio promittẽtes, inflati sunt, & nihil sciunt: & languent circa quæstiones, & cõtentiones pugnasq; uerborum: qui uere consistentes in domo, inimici sunt ueritatis. Scire autem debemus quod in euangelio prope eadẽ uerba sint, quæ nunc legi D mus in propheta: & iuxa contextum illius loci alterũ habere sensum, quæ utrũ assumpta sint de ꝓpheta an pro/

HEB. deus meus. Nẽ lætetis inimica mea super me, quia cecidi cõsurgam: Cũ sedero in tenebris, dominus lux mea est, iram domini portabo, quoniã peccaui ei donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum: & educet me in lucem, & uidebo iustitiam eius: & aspiciet inimica mea, & operietur confusiõe, quæ dicit ad me: Vbi est dominus deus tuus? Oculi mei uidebunt eam: non erit in conculcatione, ut lutum platearum: dies ut ædificẽtur maceriæ tuę: In die illa longe fiiet lex: In die illa usque ad te uenient de Assur: & usque ad ciuitates munitas: & à ciuitatibus munitis, usque ad flumen: & ad mare, de

SEP. deus meus. Ne insultes mihi inimica mea, quia cecidi, & resurgam: quia si ambulauero in tenebris, dñs illuminabit me: Iram dñi sustinebo, quia peccaui ei, donec iustificet causam meã, & faciat iudiciũ meũ: & educat me in lucẽ: & uidebo iusticiã eius: & uidebit me inimica mea, & operiet eam confusio, quę dicit ad me: ubi est dominus deus tuus? Oculi mei uidebunt eam: nunc erit in conculcationẽ, sicut lutum in uijs: dies lituræ lateris deletio tua: & repellet legitima tua dies illa & urbes tuæ uenient in conclusionem & in diuisionẽ Assyriorũ: & ciuitates tuæ munitæ in diuisionẽ à Tyro usq; ad flumẽ: et à mari usq; de

pria autoritate præcepta, nosse domini est, qui & in prophetis, & in euãgelijs locutus est. Ait autem illic dominus: Veni diuidere uirũ aduersus patrẽ Matt.10.d suum, & filiam contra matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. His itaq; edissertis: si tamẽ potuimus sensum attingere scripturarum: sanctus refrigeratam intelligens charitatem, & homines in consummatione mundi nõ esse amatores dei, sed amatores sui: alijs credentibus amicis & ducibus & uxoribus, filioq; & filia, & nuru aduersus patrem & matrem & socrum consurgentibus, & inimici hominis domestici eius: ipse credit in domino, & omnis contemplatio eius est in deo suo: & quanq; tribulationibus & pressuris mundi prematur, tamen præter eum qui dicit: Nolite timere, ego uici mundum, in nullo fiducià habens, expectat deum saluatorem suum, & credens in eo oculosq; suos ad eũ semper dirigens, sperat se exaudiendum quotiens eum inuocauerit. a ¶Ne læteris inimica mea &c] Videtur mihi iuxta literam Hierusalem contra Babylonem & cæteras gentes loqui, quæ sibi insultauerant: Ne lę temini in ruina mea, quia domino miserante cõsurgam: postquã sedero in captiuitate, educet me ille de tene

A de tenebris & erit lux mea. Irã domini sustinebo, quia me scio meruisse quod passa sum, donec ulciscar de gẽtibus, & fiat iudicium meum. Nouí quippe quod me sit educturus in lucem & uidebo iusticiam eius: & inspiciet inimica mea Babylon, & cæteræ gentes in circũitu, & operietur cõfusione, quę nũc dicit insultãs: ubi est dominus deus tuus? Oculi mei uidebunt eam: & nõ longo post tẽpore, sed nunc & in præsentiarum cõculcatam, quasi lutum platearũ. Hactenus Hierusalem, siue propheta ex persona populi sit locutus. Nunc deus ad Hierusalem respondens inducitur: O Hierusalem, uenerũt dies, ut ædificentur maceriæ tuæ, quæ erãt à Babylonio uastatæ & destructę: In die illa longe fiet lex, siue præceptũ & iussio, ut Symmachus & Theodotio interpretati sunt, dicentes ἐπιταγὴν καὶ πρόσταγμα. & est sensus: nequaquam Babyloniorũ imperio subiacebis: In die illa qua ædificabuntur maceriæ tuæ, uenient ad te de Assur, & de ciuitatibus munitis à ciuitatibus inquam munitis usq; ad Iordanem, per quẽ et ante transiuit populus: & a mari rubro, & cunctis gentibus usq; ad mare mortuum, quod uicinum est terræ tuæ: & ad montem Sion, de montibus Persarũ atq; Medorũ, in quos translati prius fuerant: & erit terra reliqua Chaldæorũ, & eorũ qui te uastauerãt in desolationẽ, propter habitatores suos, et ꝓpter mala opera eorũ. Hoc sibi Iudæi usq; hodie pollicẽtur: & in eo loco, in quo nos exposuimus, in die illa longe fiet lex, sicut nobis uisum est, & sicut prudentiores eorum dísserunt: alí-

B qui friuole mentiũtur, & aiũt: In die illa qua à Christo ædificatæ fuerint maceriæ Hierusalem, scripturas sanctas legis & prophetarum, quæ nunc tenentur à nobis, tolli de manibus nostris, & tradi populo Iudæorum. Nam quod dicitur iuxta Lxx. ἡμέρα ἀλοιφῆς πλίνθου, id est, dies lituræ lateris, deletio tua: non ad Hierusalem, ut iuxta Hebraicum exposuimus, sed adhuc ad Babylonẽ dici intelligamus, quod & ipsa delenda sit, & in morem lateris cõculcãda. Et repellet legitima dies illa: nõ legitima dei, sed ea legitima quæ aduersum legem dei, ò Babylon iusseras obseruari: Et ciuitates tuæ uenient in conclusionem, siue in diuisionem, Assyrijs te impugnantibus: Siquidem Babylon Chaldæorum fuit ciuitas, nõ Assyriorum. Et urbes tuæ munitæ erũt in diuisionem hostilis exercitus, à Tyro usq; ad flumen Tygrim, quo circũiris, & à mari magno usq; ad mare rubrũ, quod ex latere pergentibus Indiã, tangit regiones tuas. Et de monte usq; ad montem: de montibus scilicet Iudææ usq; ad montes Medię atq; Persarum, tota Mesopotamia & uniuersa regio, quæ nũc à te tenetur in medio, aduersariorum imperio subiugabitur. Et erit terra in desolationẽ propter pessimos fructus studiorũ uestrorũ. Vbi Lxx. interpretati sunt de Tyro: sciamus in Hebraico scriptũ esse, בְּצוֹר quod uerbum si in præpositionem בְּ & nomẽ צוֹר, diuidatur, de Tyro intelligitur: sin autem unus sermo sit, munitionem sonat. Denicq; omnes περιοχὴν καὶ περίφραγμα καὶ πολιορκίαν, non de Tyro, ut Lxx. sed munitionem & ambitũ muratæ urbis transtulerunt. Hoc iuxta Hebraicũ, & uota carnei Israel & populi concisionis, C quasi ex superfluo ociosus sermo præluserit. Nũc ueniamus ad intelligentiam spiritualem, & ipso spiritu sancto exponente quo scripta sunt, in locis uel difficillimis desudemus. Videtur mihi omnis anima Hierusalem, in qua ædificatũ fuit templum domini, & uisio pacis, & noticia scripturarum: & postea superata à peccatis, ducta est in captiuitatem, tormentisq; tradita: dicere contra Babylonem, id est, confusionem huius mundi, & aduersus contrariam fortitudinem quæ huic mundo præsidet: Noli insultare mihi inimica mea, quia cecidi & resurgam: Dominus enim alleuat elisos, & loquitur per prophetam: Nunquid qui cadit nõ resurget? Et non mortem peccatoris, tantum ut reuertatur, & uiuat. Si autem ideo me despicis, quia tormenta sustineo, disce per Ezechiel, pœnas primum sanctiori-

*Psal.144.c*
*Hier.8.b*
*Ezech.33.c*

bus irrogari, & dici à domino: A sanctis meis incipite, Quia si ambulauero in tenebris, dominus lux mea est. Licet enim rectores tenebrarum istarũ me deceperint, & sedeã in tenebris, & umbra mortis, & pedes mei impegerint in montes tenebrosos: tamen sedẽtibus in tenebris, & in umbra mortis lux orta est, & lux lucet in tenebris: Et dominus illumi-

*Ibid.9.c*
*Esa.9.a*
*Psal.26.a*

natio mea & salus mea, quem timebo: et loquar ad eum & dicam: Lucerna pedibus meis uerbũ tuum domine, & lumen semitis meis. Ipse quippe mihi præcepit in tenebris huius seculi constituto: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Sequitur: Irã domini sustinebo, quo D niam peccaui ei, donec iustificet causam meam, & faciat iudicium meũ, & educat me in lucem, & uidebo iusticiam eius. Omnis correptio ad præsens non uidetur esse gaudij, sed mœroris: et postea fructum pacificum iusticię reddet his qui per eam fuerint eruditi. Sentiens igitur anima se peccasse & habere uulnera peccatorum, & in mortuis carnibus uiuere, & indigere cauterio, cõstanter dicit ad medicum: ure carnes meas, reseca uulnera, humores omnes & ῥεῦμα noxium dura hellebori potione constringe. Mei uitij fuit, ut uulnerarer: mei doloris sit, ut tot tormenta sustineam, & postea sanitatem recipiam. Verusq; medicus iam sospiti atque securę ostendit causam medicaminis, & recte se docet fecisse quod fecit. Denique post cruciatus atq; supplicia: educta de tenebris exterioribus anima, & reddito nouissimo quadrante dicit: Videbo iusticiam eius & loquar: Iustificata sunt iudicia tua deus. Si autem Christus factus est nobis à deo sa-

*1.Cor.1.b*

pientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, qui iusticiam post iram dei uidere se dicit: Christi sibi repromittit aspectum. Et hæc duntaxat de pœnitentibus. Cæterum multo melius est, non habere uulnera, & medico non egere. Curatio non beatitudo sanatorum est, sed solatium post dolorem. Igitur qui curatus est caueat, ne iterum peccet, & rursum ei aliquid deterius fiat. Legimus in Leuitico, si tamẽ oculis apertis legimus, & uelamẽ quod in lege positum est interioris oculi nõ excludit intuitum, in uibice & cicatrice combustura leprã solere generari, & mutare colorẽ pili, & ad priorem

*Leuit.13*

A deformationem cicatricis nouellam accedere fœditatem. Hoc propterea, ne quis ſecurus de pœnitentia, eo quod poſt peccatũ poſſit dicere: iram dei ſuſtinebo, quoniã peccaui ei, donec iuſtificet cauſam meam: peccet & cauterio indigeat, & ſanatus iterũ uulneretur. Cũ autẽ eduxerit nos dominus in lucẽ & uiderimus iuſticiam eius: tũc uidebit inimica noſtra Babylon, & operiet̃ confuſione, quæ prius loquebatur ad nos: ubi eſt deus tuus, exiſtimans Hieruſalem poſt uulnera nõ poſſe ſanari. Et reſpicient eam oculi noſtri: & erit in conculcationem ut lutum platearũ. Et quia omnis pœnarũ finis bonorũ exordiũ eſt, & dolor proficit ad ſanitatem: de luto illius lateres fient, & erit formatio laterum litura eius. Et in die
B illa ueteres abijciet errores, ciuitatesq; illius quæ male munitæ fuerãt, ueniẽt in concluſionẽ ſiue in diuiſionem, & diצור uidentur ab Aſſyrijs. de Tyro quoq; quæ interpretatur στωχια, id eſt, anguſtia: cõſurgent aliæ fortitudines, & erit ſeditio uſq; ad eos q̃ ſeculi huius reumate delectãtur & libidines generãt in hominibus. Et de mari uſq; ad mare, & de monte uſq; ad montem inuicem bella conſurgent, ut amaritudo pugnet contra amaritudinem, & erigens ſe humilianda ſublimitas contra aliam dimicet altitudinem, & tunc uere cõpleaGen.11.a tur: Venite deſcẽdamus & confundamus linguas eorum, ne audiat unuſquiſque uocem proximi ſui: prodeſt quippe fortitudines peſſimas inter ſe non Matt.12.b habere concordiam. Et cum ſatanas aduerſus ſatanam diuiſus fuerit, tunc demum omne regnum illius deſtruetur. Et quod frequẽter in magnis exercitibus euenire ſolet: ut interfecto tyranno, ſatellites eius regnum inter ſe diuidant, contra ſeq; conſurgant, & inteſtinum inter eos bellum ſit: hoc & in cõſummatione mundi fiet, quando Hieruſalem maceriæ fuerint ædificatæ: & Babylon corruerit, Aſſyrijq; & Tyrij de flumine et de mari, et de montibus, id eſt, uniuerſæ inter ſe pugnabunt dæmonũ nationes, & diſſipato regno illorum fiet regnũ domino Ieſu, & omne genu flectetur cœleſtiũ & terreſtrium & infernorum: & uniuerſa lingua confitebitur, quia dominus Ieſus in gloria eſt dei patris. C Vt autẽ ſciatis finem huius ſeditionis profectum eſſe uirtutum: erit tunc terra Babylonia in diſſipationẽ cum omnibus habitatoribus ſuis, & nequaquam fructus faciet Babylonios. a ¶ Paſce populum tuũ &c. [ Hoc quod dicitur: Paſce populũ tuũ in uirga tua: deus pater loquitur ad filium, id eſt, ad dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ: ut quia paſtor Ioan.10.b bonus eſt, & ponit animam ſuam pro ouibus ſuis: paſcat populum in uirga ſua, & oues hæreditatis ſuæ. Ac ne putemus eoſdem eſſe populos quos & oues: in alio loco legimus, Nos autem Pſal.78.a populus tuus, & oues paſcuæ tuę. Populus refert̃ ad rationabiles quoſq;: oues autem ad eos qui nec dum ratione uiuẽtes, tantum ſimplicitate contenti ſunt, & appellant̃ D de hæreditate dei. Tã populus aũt q̃ oues indigẽt uirga paſtorali, de qua loquitur & Apoſto-
1.Cor.4.d lus: Quid uultis, in uirga ueniã ad uos, an in charitate & ſpiritu mãſuetudinis: Ob hãc puto cauſam, quia populus Iſrael duræ ceruicis erat, & ſemper carnes Aegyptias ſuſpirabat: uſum eſſe Moyſen non ſolũ aduerſum Aegyptios, quos percuſſit decem plagis, ſed aduerſus populum in ſolitudine, uirga legali, uirga percutiente, & omnia uaſa teſtea & fragilia confringente: Apoſtolis autem domini ſaluatoris qui ſapientiam loquebantur inter perfectos, uirgam excuſſam eſſe de manibus, quia perfecta dilectio foras mittit timorem. Quod ſi quis no 1.Ioan.4.d bis oppoſuerit, quomodo nũc dicatur ad Chriſtũ, hoc eſt, ad bonũ paſtorem, qui utiq; maior apoſtolis & melior eſt, ut utatur uirga: cũ maioris profectus ſit uirgam non habere, quàm uirga populos ouesq; corripere: Reſpondebimus eis ſecundum illud quod dominus pollicetur apoſtolis ſuis: maioIoan.14.b ra eos ſigna in populis eſſe facturos, quàm ipſe fecerit. Et quia adhuc dominus loquebatur ad carneum Iſrael, & necdum ad eum qui perfecte poterat noſſe myſteria: idcirco dictum eſſe de eo, ut paſcat in uirga populum & gregem ſuum: Apoſtolis autem uirgam excuſſam eſſe de manibus, & ſeueritatem legis, euangelij clementia temperatã. Porrò hi

A hi populi & iſtæ oues propterea percutientur & paſcentur in uirga, quia habitauerant ſoli in ſaltu. Quod quidem poſſumus & de his accipere qui ſe de eccleſia ſeparantes, conuiuijs dedũt amicitijſq; gentilium. Nec non de his qui odio generis humani uitã appetunt ſolitariam, qualẽ Timonẽ fuiſſe Athenis legimus: non quod ſolitaria uita & prophetica quã habuerũt Helias et Ioãnes condẽnanda ſit: ſed quia ſi cæteros deſpiciẽs ipſe ſuperbiat, & habitet in ſaltu uitiorũ, uirga corripiendus ſit. Qui ſolus habitat & nõ habitat in ſaltu, iſte in laude uirtutũ eſt: qui autem ſolus eſt, & nõ facit opera iuſticiæ & quietis: tantum fruitur uoluptate, & non in Chriſti opere & labore deſudat, nec proprijs manibus quęrit cibũ quod Apoſtolus iubet, & in ſuperbiã erigitur: hic habitat in ſaltu, & inter infructuoſa ligna uerſatur. Sed tamen quia bonus paſtor eſt, & uirga eius ob hoc
B percutit ut emendet, meliora ſermo propheticus pollicetur, & dicit: In medio Carmeli paſcentur Baſanitidem & Galaaditin, iuxta dies æternitatis, & iuxta dies egreſſionis tuæ ex Aegypto. Carmelus interpretatur ſcientia circũciſionis: Baſanitis cõfuſio, & Galaad trãſmigratio teſtimonij. Populus ergo dei & oues paſcuæ eius quæ prius paſcebantur abſq; grege domini, et extra eccleſiam eius, in ſaltu uerſabantur errorũ, poſtea transferũtur ad noticiã ueræ circũciſionis, & ſeruient deo in ſpiritu, & gloriabuntur in domino & non in carne confident, & erunt uera circũciſio & non conciſio. Cumq; paſti fuerint ſpirituali circũciſione, intelligẽtes peccata priſtina, cõfundentur in uitijs ſuis, & erubeſcẽt, & erũt in cõfuſione quæ ducit ad uitã: quia eſt & alia cõfuſio quæ ducit ad mortẽ, in qua habitauit quondã Og rex Baſan: ſiquidẽ Baſan interpretatur cõfuſio, de qua cõfuſione peſſima & dominus repro-
Pſal.67.e mittit liberaturũ ſe populũ ſuũ: Dixit dominus, ex Baſan conuertã, cõuertã de profundo maris. Cũq; ſcierimus uerã circũciſionem, et cõfuſi fuerimus ſuper peccatis noſtris: tũc erimus in Galaad, quæ interpretatur tranſmigratio teſtimonij: in eccleſia Chriſti, ad quã teſtimonia legis & prophetarũ eloquia tranſcẽderunt: & hoc fiet nobis ſecundũ dies antiquos, ſecundũ dies quando egreſſi ſumus de terra Aegypti, de quibus Moyſes dicit: Recordamini dies æternitatis, nõ dies huius ſeculi: qui appellant mali, ſed dies perpetuos. Recordatur autẽ dierum æternitatis qui non aſpicit præſentia, ſurrexitq; cũ Chriſto & ſedet cũ eo in cœleſtibus, iã mente præ-

HEB. Quis deus ſimilis tui? qui aufers iniquitatẽ, & tranſis peccatũ reliquiarum hęreditatis tuæ. Non immittet ultrà furorem ſuum, quoniam uolens miſericordiã eſt. Reuertetur & miſerebitur noſtri, deponet iniquitates noſtras: & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra, dabit ueritatem in Iacob, miſericordiam Abraham quã iuraſti patribus noſtris à diebus antiquis.

SEP. Quis deus ſicut tu auferens iniquitates, & tranſcendẽs iniuſticias his qui reliqui ſunt de hæreditate tua. Non tenuit in teſtimonium iram ſuam, quia uolens miſericordias eſt. Reuertetur & miſerebitur noſtri, demerget peccata noſtra, & proijciẽtur in profundum maris omnia peccata noſtra. Dabit ueritatẽ Iacob, miſericordiã Abraham: ſicut iuraſti patribus noſtris iuxta dies priores.

ſumens ſe de diebus præſentis ſeculi liberatũ. Pro- C
mittit quoq; ſermo diuinus quod oſtẽdat populo ſuo, & ouibus hæreditatis ſuæ mirabilia. Tunc inquit, uidebũt gentes & cõfundentur in omni fortitudine ſua qua uaſtauerãt quondã & prævaluerãt aduerſus populum dei, & cõfuſio earũ habebit profectum cũ ſua intellexerint mala. Ponent enim manus ſuas ſup os ſuũ: malaq; opera omnẽ eis loquendi auferẽt libertatem. Quomodo aũt im piarũ gentium manus claudũt ora eorum, ſic iuſtorũ manus eorũ ora reſerabũt, ex opere bono loquẽdi cũ deo accipientiũ facultatẽ. Aures q̃q; eorũ obſurdeſcent, quia malicia non ſolum oculorum obcæcauit intuitũ, ſed & aures fecit ſurdeſcere: noluerũt enim audire uocẽ incantantiũ & ueneficiincãtantis ſapienter. Et iuxta Eſaiam: auri Eſa.33.c
bus ſuis grauiter audierũt, quanq; multo minus ſit grauiter audire, q̃ penitus nõ audire, & ſurdũ fieri, ut uerbũ non audiat ueritatis. Poſt tanta mala dici D
tur de eis, quod lingent humũ quaſi ſerpẽtes, quæ trahunt terram ambulantes in uentre ſuo, & comedentes terram omnibus diebus uitę ſuæ. Et carnis, id eſt, terrena opera facientes & trahentes ſecum uſq; ad diem ultionis & uiſitationis domini, nõ puluerem, non terræ parua ueſtigia, ſed totam humũ. Quod cum fecerint & ad iudicium dei uenerint et cõcluſi fuerint atq; turbati: tamdiu turbabuntur & concluſi erunt, quãdiu terra quam traxerant quaſi ſerpentes, permanſerit in eis. Cum autẽ illa defecerit, obſtupeſcent & admirabuntur, non in domino deo ſuo: necdum enim merebuntur, ut dicatur dominus deus eorum, ſed in domino deo noſtro. Et ſubito fit ἀποστροφὴ ad Chriſtum, diciturq; ad eum: Et timebũt à te, Principiũ enim ſapientiæ timor do Prouer.1.a
mini. Et hæc fient ut uideant gentes & confundantur in omni mala fortitudine ſua, & ponant manus ſuper os ſuũ, & auribus obſurdeſcãt, & lingant terram uelut ſerpentes qui trahunt humũ: ut primum cõcludantur cõcluſiq; turbentur, inde territi obſtupeſcant ad dñm deũ ſanctorũ, & ad extremũ ipſi quoq; timeant illũ. Hoc iuxta Lxx. Porrò quia non multũ ab eis in p̃ſenti duntaxat loco noſtra diſcordat ædition, quod in illis dictũ eſt, etiã in hac dictũ exiſtimemus. a ¶ Quis deus ſimilis &c.] Intelligens propheta gentiũ multitudinẽ ꝓpterea in cõcluſiõe ſua eſſe turbatã, ut obſtupeſceret & timeret deũ: et idcirco dñm deſæuire, ut peccata auferat & donet ſalutẽ, laudat dominũ atq; miratur, & dicit: Quis deus ſicut tu? auferens iniquitates, & tranſcendens

A ſcendens iniuſtícias,ut quomodo exterminator in
פסח Aegypto tranſcendit populum Iſrael,& non uaſta
uit eũ: Vnde à tranſitu phaſe,,id eſt paſcha nomen
accepit:Sic tu parcas gentibus,nequaꝯ illis impu/
tans iniquitates ſuas.Porrò quod ſequitur:His qui
reliqui ſunt de hæreditate eius,non tenuit in teſti/
monium iram ſuã,hic eſt ſenſus:Sí gentibus peper
cit quæ legi eius credere noluerunt, & qui ſuper/
flui & reliqui de populo ſunt relicti,iniquitates ſu/
as eis noluit imputare, nec in teſtimoniũ iuſti ſup/
plicij eorum intulit iram ſuam:quid faciet de grege
ſuo, qui paſcitur in medio Carmeli & in Baſaniti/
de & in Galaad? Volens enim miſericordiã eſt,&
reuertens miſerebitur noſtri,& grauia peccata no/
ſtra, & iniquitates quæ ſedent ſuper talentũ plum
bi,ipſe portabit,& demerget in mare & parere nõ
faciet. Dabit ueritatẽ Iacob & miſericordiã Abra/
ham:ut ſupplãtatori populo & nouello,& ſemper
in lucta poſito,reddat in Chriſto ueritatẽ ſuam,&
multitudini gentiũ (Abraham quippe uocatur pa/
Gen.15.a ter multarum gentium) tribuat miſericordiam , ſi/
cut iurauit eis , qui patres extiterunt fidei noſtræ
ſecundũ dies antiquos,quod de tota hominũ mul/
titudine alios ſaluet in ueritate , alios in miſericor/
dia.Porrò ubi nos interpretati ſumus, nõ immittet
ultra furorem ſuum,pro ultra, Symmachus trãſtu
lit in ſempiternũ: Theodotío in finẽ,Lxx. & quín/ C
ta ædítio εἰς μαρτύριον, id eſt, in teſtimonium,pro
quo poſitũ eſt in Hebræo עֵדִי, & tam ultra quã
ſempiternum & teſtimoniũ intelligi poteſt.Dícam
& ego in fine uoluminis,laborẽ opuſculí mei , do/
mini inuocatione conſignans: Deus quis ſimílis tí/
bi? auſer iniquitatẽ ſerui tui,tranſí peccatũ reliquia
rum animæ meæ , ne immittas in me furorẽ tuum,
neꝯ in ira tua corripias me:Quoniã miſericors es
& multæ miſerationes tuæ.Reuertere & miſerere
mei,præcipita iniqtates meas, & mitte eas in pro/
fundũ maris,ut ſalſugo & amaritudo uitiorũ in ſal
ſa regione diſpereat.Da ueritatẽ quã promiſiſti ſer
uo tuo Iacob,& miſericordiã quã pollicitus es ami
co tuo Abraham, & libera animã meã à perſecuto
ribus prophetarũ tuorũ,Achab & Hiezabel, ſicut
iuraſti patribus meis in diebus antiquis,dicẽs: Ví/ Ezech.18.g
uo ego,dicit dñs:Nolo mortẽ peccatoris,tantũ ut
reuertatur & uiuat.Et alibi: Statim ut cõuerſus in/
gemueris,ſaluus eris . Tũc uidebit inimica mea &
operietur cõfuſione, quæ nũc dicit ad me: Vbi eſt
dominus deus tuus? Videbo in ea ultionẽ tuã, &
erit quaſi lutũ platearũ, atꝯ calcabitur ne amplius
de luto & paleis Aegyptias extruat ciuitates.

Commentariorum in Micheam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NAHVM prophetam ad Paulam & Euſtochium procœmium.

B IVxta ſeptuaginta interpretes in ordine prophetarũ duodecim, poſt Ionam Nahũ
ponitur,quia uidentur de eadem urbe prophetare.Scriptum ſiquidem eſt in Iona: D
Factus eſt ſermo domini ad Ionam filium Amathi,dicens:Surge & uade in Nini
uen ciuitatem magnã & prædica in ea.In Nahum uero iſtud exordiũ eſt: Aſſum/
ptio Niniue,liber uiſionis Nahum Helkeſæi. Igitur uterꝯ de Niniue Aſſyriorum metropoli,
quæ nunc uocatur Ninus,texunt uaticiniũ:Porrò in Hebraico poſt Ionam Micheas ponitur, &
Micheam ſequitur Nahũ,qui interpretatur conſolator. Iam enim decem tribus ab Aſſyrijs de/ נחום
ductæ fuerant in captiuitatem ſub Ezechia rege Iuda,ſub quo etiam nunc in conſolationem po
puli tranſmigrati, aduerſum Niniuen uiſio cernitur. Nec erat parua conſolatio,tam his qui iam
Aſſyrijs ſeruiebant, quàm reliquis qui ſub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab ijſdem hoſti/
bus obſidebantur,ut audirent Aſſyrios quoꝯ à Chaldæis eſſe capiendos:ſicut in conſequenti/
bus huius libri demonſtrabitur.Sciendum autem eſt quoniam Niniue in noſtra lingua de He/ נינוה
bræo ſpecioſam ſonat: ſpecioſus autem mũdus hic dicitur,unde & apud Græcos κόσμος ab or/
natu nomen accepit,quicquid nunc aduerſum Niniuen dicitur,de mundo figuraliter prædicari.
Quam ob cauſam,aſſumptio quam Lxx.interpretãtur λῆμμα, & Aquila ἄρμα interpretatus
eſt:apud Hebræos מַשָּׂא ponitur,id eſt,graue onus,eo quod eam aduerſus quam uidetur pre
mat, nec ſinat eleuare ceruicẽ.Porrò quod additur:Nahũ Helkeſæi,quidã putant Helkeſæũ pa
trem eſſe Nahum:& ſecundũ Hebręã traditionẽ etiam ipſum prophetã fuiſſe, cũ Helkeſæi uſqꝯ
hodie in Galilea uiculus ſit,paruus quidẽ & uix ruinis ueterũ ædificiorũ indicans ueſtigia:ſed ta
men notus Iudæis, & mihi quoꝯ à circũducente monſtratus. Simul & hoc attendendum quod
hæc ipſa uel aſſumptio,uel onus,uel pondus,prophetæ uiſio ſit.Nõ enim loquitur in ἐκστάσει,
ut Montanus & Priſca Maximillaꝯ delirant, ſed quod prophetat, liber eſt uiſionis intelligẽtis
uniuerſa quæ loquitur,& pondus hoſtium facientis in ſuo populo uiſionem.De conſummatio/
ne itaqꝯ mundi ſecũdum ἀναγωγὴν, ò Paula & Euſtochium, in conſolatione ſanctorum pro/
phetia texitur,ut quæcunqꝯ in mundo uident,quaſi prætereuntia & caduca cõtemnant, & præ/
parent ſe ad iudicij diem,ubi ultor aduerſus ueros Aſſyrios futurus dominus eſt.

A COMMENTARIVM HIERONYMI in Nahum prophetam.

DEus æmulator & ulciſcẽs &c.] Vox prophetæ laudantis deũ, quod de Aſſyrijs populi ſui ſit ultus iniuriam. Si/ue iu/xta al/tiorẽ intelligẽtiam, quod audiat gemi/tum ſanctorũ ſuo/rum, & in conſum/matione mũdi faci/at aduerſarios ſen/tire ſupplicia. Qđ autẽ zelus in bonã partẽ accipiatur & Paulus apoſt. oſtẽ 1.Cor.12.d dit, dicens: Zelami/ni χαρίσματα maio/ra. Et in alio loco: 2.Cor.11.d Zelor eñ uos dei/ zelo. Et ipſe domi/ Pſal.68.b nus in pſalmo: Ze/lus domus tuæ co/medit me. Et Heli/ 3.Reg.19.b as: Zelans, inquit, zelatus ſum domi/no omnipotẽti deo Num.25.c Iſrael. Phinees quoq; zelum, & Matathiæ legimus: 1.Mach.2.c Et Simonẽ zelotẽ apoſtolũ Ieſu Chriſti, quẽ Mar/B cus euangeliſta Simonẽ Chananeum uocat. Zela Act.1.b tur aũt dñs in ſalutẽ eorũ quos zelatur, ut quos nõ Mar.3.c potuit eius ſeruare clemẽtia, ſeruet æmulatio. Vn/de & ad Hieruſalẽ quæ propter peccata nimia uiſi/tationẽ zeli & furoris eius nõ merebatur, in Eze/Ezech.16.e chiele loquit̃ deus: Zelus meus recedat à te, & non iraſcar ultra tibi. Quãdiu itaq; agebat pœnitẽtiam mũdus, cõſummatio illius nõ fiebat: poſtquã uero multiplicata iniquitate refrixerit charitas multo/rum: ita ut tentẽtur etiã electi dei, tũc zelator domi/nus uenit in ultionẽ: nõ quod ipſe ſit inimicus & ul/tor, quod de diabolo dicitur, ſed quod inimica ſit eius ultio, & quaſi ignis, ligna, fœnũ, ſtipulamq; cõ/Prouer.3.b ſumat, ut purũ aurũ remaneat & argentũ. b ¶ Vl/ciſcens dominus & habens &c.] Secundũ utrãq; intelligentiã, quia diligit dñs quẽ corripit, & caſti/gat omnẽ filiũ quem recipit: ideo iraſcitur ut quod aduerſariũ & inimicũ ſibi eſt, tollat ex hoſtibus, & cõtrarijs cogitationibus fractis, ſermonibusq; ſub/latis, in antiquũ redeant ſtatũ. Denicq; in cõſequen/tibus, ait: Dominus patiẽs & longa fortitudo eius. Sed quia ſemel & hiſtoriã exponere ꝓpoſuimus, inimicos & hoſtes dei intelligamus Aſſyrios, in quos cũ diu patiens fuerit, poſtea cũ furore & ira/cundia ultor exiſtet. c ¶ Dominus patiens & ma/gnus &c.] Quod ſignificãtius in Græco dicitur: κύριος μακρόθυμος καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ καὶ ἀθῳῶν οὐκ ἀθῳώσει. Et eſt ſenſus: diu quidẽ ſceleris Aſſyriorũ patiens fuit, & magnanimitatis ſuæ fortitudine ini/Rom.2.a quitates eorũ ſuſtinuit, prouocãs eos ad pœniten/tiam: ſed quia cõtempta bonitate dei, ſecũdum cor impœnitens theſaurizauerũt ſibi irã in die iræ, qui C ante patiens fuit, nequaq; eos tanq; mũdos & in/nocẽtes inultos abire patiet̃. Vel certe ita: quoniã in bonã partẽ ſimul uolumus accipere quę dicunt̃, patiens eſt qui ſuſtẽtat oẽs ruẽtes, & erigit eliſos, Pſal.146.a q ſanat tribulatos corde, & allígat cõ/tritiones eorũ, et ma/gna uirtus eius ſol/uẽs inimicitiam in carne, & nocẽtem non faciẽs innocen/tẽ: cũ etiã q nimiũ ſibi applaudet qđ argutus fuerit, nõ merito proprio ſed miſericordia dei ſit ſaluatus. Licet eñ dicat: Ecce ego tot Luc.15.g annos ſeruio tibi, & nunq; pręceptũ tuũ ꝓteriui: tamen quoniã bonus eſt dñs oñibus, & mi/ſericordiæ illius ſu/per oĩa opera eius, & oẽs peccauerũt, & indigent gloria dei, iuſtificatus ab eo gratis audiet: An oculus tuus Matth.20.b nequã eſt, quia ego bonus ſum? Atq; ita fiet, ut in D eo ipſo quod arguit & ignoſcit, nullum innoxium abire patiatur. d ¶ Dominus in tempeſtate &c.] Pro tempeſtate & turbine σωſτελείαν καὶ συσεισμόν, id eſt, cõſummationem & cõmotionem, Lxx. tran/ſtulerũt: licet in eo ubi nos poſuimus, in tempeſta/te, & in Hebræo ſcribitur בְּסוּפָה, in commotione quoq; poſſit intelligi. Hoc aũt ſignificat quod in fi/ne mũdi uniuerſa moueantur, iuxta illud quod ſcri/ptum eſt in Aggeo: Adhuc ſemel & ego mouebo Aggei.2.b cœlum & terram, mare & aridam: & cum fuerint cuncta cõmota, ut credant uiæ domini qui in euan/gelio dicit: Ego ſum uia & uita & ueritas. Et: Cum Ioan.14.a uenerit filius hominis in nubibus. Quibus manda/ Mar.13.c tur in Eſaia: ne pluant ſuper uineam imbrem, & ad Eſa.5.b quas peruenit ueritas dei, dicente pſalmographo: Pſal.35.b Veritas tua uſq; ad nubes. Tunc etiam ipſę nubes, prophetæ uidelicet, animæq; ſanctorũ, quæ prius coniunctione carnis fuerant prægrauatæ, eleuatæ in ſublime, tenuioris ſubſtantiæ fient: & in ſcabel/lum pedum dei redactæ, in extremis quibuſq; in/ter angelos officijs miniſtrabunt. Priora quippe & antiqua quæ ad caput pertinent, noſſe non po/terunt. Alius uero nubes in contrariam partem ac/cipiet, quod ſemper ſerena conturbent, & clarum ſolis ſtellarumq; lumen ſua caligine nitantur præ/texere: & quod ſubiectæ poſtea domínicæ poteſta/ti, in puluerem redigantur & in nihilum, & ter/ra in eis quæ pinguis eſt diſſoluatur. e ¶ Increpans mare & exiccans illud, & omnia &c.] Iuxta literam, dei potentia deſcribitur, qui uindicaturus eſt de aduerſarijs Iſraelem, quod non grande ſit

# IONAHVM

NAhum Niniue, liber uiſionis Nahum Helkeſæi.

ASſũptio Niniue, liber uiſionis Nahũ Helkeſæi.

Deus æmulator & ulciſcens dominus.

HEB. Vlciſcẽs dominus & habens furorẽ, Vlciſcẽs dominus in hoſtes ſuos et iraſcens ipſe inimicis ſuis. Dominũs patiens & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem.

SEP. Vlciſcens dominus cum furore, ulciſcens dñs in aduerſarios ſuos, & tol/lens ipſe inimicos ſuos.

HEB. Dominus in tẽpẽſta/te & in turbine uiæ eius, & nebulæ puluis pedũ eius. Increpans mare & exiccans illud, & omnia flumina ad deſertum perducens.

SEP. Dñs in cõſummatiõe & in cõmotiõe uia eius, & nũbes puluis pedum eius.

Infir/

A ei Assyrios destruere, cuius maiestatis sit etiam ele menta mutare. Vel certe quia semel de consumma tione mundi esse diximus prophetiam: & hoc sim/ pliciter accipite, cum uenerit mundi consummatio & pertrãsierit cœlum & terra, mare quoq; & fluui os siccari. Sed mihi legenti in psalmis:

Psal.130.c Hoc mare magnũ & spacioſum, ibi re ptilia quorum non est numerus, ani/ malia parua cũ ma/ gnis, ibi naues per/ ambulant: Draco iste quem formasti ad illudẽdum ei: di/ gnũ uidet bonita/ te et clementia dei, omnem amaritudi nem & salsuginem maris sua cõmina/ tione destruere. Et regnãtem in aquis humiliare draconem, et maliciæ exiccare gurgites, in quibus parua natant reptilia, quorum nõ est nu merus: neq; enim digna sunt numero quę cum dra cone uersantur. Flumina quoq; ad desertum perdu cens, omnem falsi nominis scientiam quæ se cõtra deum erigens, flumine eloquentiæ utitur, & uolu/ bilitate uerborum, & tumentes contorquens gur/

B gites cum miraculo spectãtium fertur in pronum. Vide Platonẽ, specta Demosthenem, Tulliũ quo/ que philosophũ pariter & oratorem, & hæretico/ rum principes intuere, de quibus fuit Valentinus, Marcion, Bardesanes, Tatianus, & de fluminibus non ambiges. Sed hæc omnia consumet dominus Iesus spiritu oris sui, & destruet illuminatione ad/ uentus sui, & ad deserta perducet. Simulq; cerne q iuxta titulum qui inscribitur: Assumptio Niniue, li ber uisionis Nahum Helkesei, recte & in Niniue mundus figuraliter intelligitur, & mare eius, elo/ quẽtię flumina in cõsummatione siccãtur. a ¶ In/ firmatus est Basan & Carm. &c.] μεταφορικῶς per Basan & Carmelum & Libanũ regionem uberem & montes cõsitos, Assyrij uastitas demonstratur, quod ille potens quondam & florens & plurimis gentibus imperans, domino irascente populandus sit. Sed & de cõsummatione mundi possumus in/ telligere, quod potentes quiq; & nobiles & nimijs opibus abũdantes repente pereant, & dicatur eis:

Luc.12.c Stulte hac nocte auferetur anima tua à te, quæ au/ בָּשָׁן tem præparasti cuius erunt? Porrò secũdum inter/ pretationem nominum, quia Basan confusionem & ignominiam sonat, in consummatione mundi, omnia quæ ignominia & rubore digna sunt, asseri mus cum dominus uenerit infirmari, & nõ solum peccata redigi in nihilũ, sed Carmelum quoq;, qui

בַּרְמֶל interpretatur sciẽtia circũcisionis, & eos qui sibi ui dentur in bonis operibus uberes & florentes Chri sto ueniẽte trepidare, & impleri illud quod dicitur

Luc.18.b in euãgelio: Cum uenerit filius hominis, putas in/ ueniet fidẽ super terrã? Increscẽte quippe iniquita C te, refrigescet charitas plurimorũ, propter quæ ue niet ira dei. b ¶ Mõtes cõmoti sunt &c.] Potest & simpliciter accipi quod in cõsummatione mũdi, cũ in maiestate sua saluator uenerit, et mõtes et col

SEPTVA. Imminuta est Basanitis & Carmelus, & quæ florebant Libani de/ fecerunt. Montes commo ti sunt ab eo, & colles con/ cussi sunt, & contracta est terra à facie eius, uniuersi/ tas & omnes qui habitant in ea. A facie iræ eius quis sustinebit, & qs resistet in ira furoris eius? Furor eius consumit principatus, & petræ contritæ sunt ab eo.

les, & orbis et terra & cũcta moueãt. Si em in passiõe eius sol fugit, saxa scissa sunt, terra contre/ muit, multo magis in claritate eius oĩa turbabũtur. Sed & figuraliter montes & colles, sublimes quique & potẽtes intelligẽdi sunt, qui in aduentu domini prosternent humi, ac de solio suo de/ positi pauimẽto co hærebunt. Facies enim domini super

Suauis facientes mala, ut perdat de terra memoriã eorum. Tunc & terra cõtremiscit & orbis atq; uniuersitas faciẽ domini formidabũt: hoc pro summo cruciatu pœnaq; ducentia, quod uultũ eius respicere nõ au debũt. c ¶ Ante faciem indig. &c.] Pro eo quod nos posuimus: Et quis resistet in ira furoris eius, apertius interpretatus est Symmachus: & quis su/ stinebit iram furoris eius? Aut rarus igitur aut nul D lus poterit inueniri, qui ira corripiente nõ dignus sit: Nec erit ulla anima quæ non paueat ad iudiciũ dei, cũ astra quoq; nõ sint munda in cõspectu eius. Porrò uerbũ Hebraicũ רָצִים, quod & Aquila & Lxx. similiter transtulerunt ἀντισήσεται, id est resi stet, ad illam intelligentiã transferamus, de qua in secũdo Regnorum libro, & in primo Paralipome nõ dicitur, super ira dei, genere masculino. Nullq; dubiũ quin ibi ira dei diabolus intelligatur, & an/ geli pessimi qui mittuntur ad plectendos eos qui ira digni sunt. Difficile itaq; reperietur in consum/ matione mundi qui immaculatus & purus audeat

Ioan.14.d dicere: Ecce uenit princeps mundi istius & inue/ nit in me nihil, & libera aduersus eum fronte con sistat. Contra Assyrios autem sic sentiendum, quia cum uenerit dominus in tempestate & turbine: sic/ cãs Babylonis imperiũ, quod interpretatur mare, & omnia eius regna subuertens, quæ intelligũtur flumina, & potẽtiam ubertatemq; eius ad nihilum redigens, quæ μεταφορικῶς Basan & Carmelus & flos Libani & montes collesq; dicuntur, ac latitu/ dinem imperij concutiens, quæ orbis terrarum ap pellatur, tunc nulla potentia resistere poterit ira/ scenti deo, & populum suum uindicanti. d ¶ In/ dignatio eius effusa est ut ignis &c.] Pro eo quod nos posuimus, effusa est: Aquila interpretatus est συνεχωνεύθη, id est, conflata est. Symmachus & Theodotio ἔσαξεν, hoc est, stillauit. Siue igitur con flata est indignatio dei quasi ignis, siue furor eius in similitudinem stillauit incendij, ut dura corda

hominum

A hominũ quæ petræ uocantur cõtererentur & diſ-
ſoluerẽtur:utilis eſt indignatio dei, q̃ diu p patien-
tiã noſtra peccata ſuſtẽtans,uix aliquãdo conflata
eſt:& tamẽ nõ tota prorũpit in pœnã, ſed modico
ad nos ſtillabit ardore. Si autẽ ſtilla indignationis
eius conſumit prin
cipatus, aduerſum
quos nobis eſt pu-
gnę colluctatio:qd
ſieret ſi tota in nos
ira dei funderetur?
Preſtet Ieſus ut au
ferat cor lapideũ,
& mutet in nobis
cor carneum, duri-
tiaq; mollita poſſit
in ſe p̃cepta dñi ſu-
ſcipere quę ſcribũ-
Pſal.50. tur:Sacrificiũ enim
deo ſpiritus contri
bulatus, cor cõtritũ & humiliatũ deus nõ ſpernit.
Et ut ſciatis clementiã dei ſonare quę dicta ſunt nõ
ſeueritatem,in cõſequentibus diſcite. a ¶ Bonus
dñs &c.] Cũ iraſci cœperit gẽtibus & quondã po
tẽtiſſima regna uaſtare, ſciet eos qui ſui ſunt,& nõ
una tẽpeſtate opprimet nauigãtes. Diẽ autẽ tribula
tionis ſecundũ ἀναγωγὴν, diẽ intelligamus iudicij,
Eſa.13.b de quo ſcripſit Eſaias:Ecce dies domini inſanabilis
uenit furoris & iræ,ponere orbẽ terræ deſertũ, &
B peccatores perdere ex eo.Speremus in domino &
C per patientiã eius expectemus aduentũ: ut cũ ue-
nerit,bonũ eũ,non iudicẽ ſentiamus,& cognoſcat
1.Tim.2.c uel ſperãtes uel timentes ſe.Scit enim dñs eos qui
eius ſunt. b ¶ Et in diluuio &c.] Dñs patiens &
multæ miſerationis, & nõ iraſcetur in finẽ, neq; in
æternũ indignabitur, ſed cũ creuerit malicia ſuper
terram,& omnis caro corruperit uiam ſuam:indu-
cet diluuium quod pertranſeat, non quod perma-
neat in æternũ. Cõſummationem autẽ ſiue finẽ fa
ciet loci eius, id eſt diluuij: ut quomodo de impio-
Pſal.36.c dicitur:Et pertranſiui,& nõ eſt inuẽtus locus eius:
Pſal.1.b Et iter impiorum peribit:ſic diluuij iter pereat poſt
Hiſtoria iram domini,ſola apparente clementia.Quod qui-
dem & ſecundũ hiſtoriã intelligi poteſt, quia cum
uaſtauerit Iſrael & quaſi diluuio terrã repromiſſio-
nis inundauerit, finem faciet captiuitatis, ad ſedes
eum priſtinas reuocando:At econtrario inimicos
eius Aſſyrios qui populũ duxerunt in captiuitatẽ,
tenebræ perſequẽtur. Quod aũt diximus de Iſrael
& Aſſyrijs,intelligi de cõſumatione mũdi et de ſan
ctis ac de perſecutoribus ſiue contrarijs uirtutibus
poteſt: quod ſanctorũ deus poſt iram miſereatur:
perſecutores uero & inimicos eorũ qui elegerunt
tenebras & non lucẽ, ipſæ quas elegerũt tenebræ
cõprehendant.mittẽtur enim in tenebras exterio-
res,ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Verbũ מִקֹּמָתֹו
quod nos interpretati ſumus, loci eius: omnes in
duas orationis partes diuiſerũt,ut מ in prępoſitio
nem de,uerterent,id eſt ἀπὸ, קוֹמִיּוֹת ſurgentes in-
terpretarentur.Deniq; Aquila ἀπὸ τῶν ἀνιστάμενων,
inquit,id eſt,à cõſurgentibus:Lxx.cõſurgentes,id
eſt, τὸς ἐπαγειρομένους: Theodotio,cõſurgẽtibus ei. C
Quinta æditio,à cõſurgentibus illi.Solus Symma-
chus cũ noſtra interpretatione cõſentiens ait:Et in
diluuio tranſeũte cõſummationem faciet loci eius.
Quidã de noſtris,conſurgentes & inimicos,Mar
cionẽ & omnes ue-
teres hæreticos in-
terpretant, qui ad-
uerſum creatorẽ di
ſputãt. c ¶ Quid
cogitatis etc.] Sym
machus aptius:Nõ
ſuſtinebũt impetũ
ſecundæ anguſtiæ.
Theodotio: Non
cõſurget ſecũda tri
bulatio.Loquit aũt
iuxta tropologiam Tropologia
aduerſum Marcio-
nem, de quo ſuprà
diximus,& omnes ueteres hereticos, qui bonũ ne
ſcio quẽ cõfingentes deũ,ipſum dicunt cõſumma-
tionẽ mũdi eſſe facturũ:& arguunt legis deũ quaſi
crudelitatis,quod multos puniat,et pro peccatis ir
roget cruciatus.Quid ergo ait cõtra dominũ cogi-
tatis:ipſe qui creauit mundũ, & cõſummationem
eius faciet. Quod ſi uobis uidet crudelis, rigidus Gen.7.d.19.e
& cruentus, quod in diluuio genus deleuit huma-
num,ſuper Sodomã & Gomorrã ignẽ & ſulphu- Exod.14
rem pluit,Aegyptios ſubmerſit fluctibus,Iſraelita- Num.32.g
rum cadauera pſtrauit in eremo:ſcitote eũ ideo ad D
præſens reddidiſſe ſupplicia ne in æternũ puniret.
Certe aut uera ſunt quę pphetę loquũtur aut falſa.
Si uera ſunt quę de ſeueritate eius uidẽtur dicere,
ipſi dixerũt: Non uindicabit dñs bis in idipſum in
tribulatione. Sin aũt falſa ſunt,& falſum eſt hoc q̃
dicitur: Nõ cõſurget duplex tribulatio,falſa eſt er-
go & crudelitas quæ in lege deſcripta eſt. Quod ſi
uerũ eſt,ut negare nõ poterũt,dicẽte,ppheta:Non
uindicabit dñs bis in idipſum in tribulatione, ergo
q̃ puniti ſunt poſtea non punient. Si aũt illi poſtea
puniẽtur, ſcriptura mẽtitur, quod dicere nefas eſt.
Receperũt ergo & qui in diluuio perierãt & Sodo
mitæ & Aegyptij & Iſraelitæ in ſolitudine, mala
ſua in uita ſua. Quęrat hic aliquis:ſi fidelis dẽphen
ſus in adulterio decolletur, quid de eo poſtea fiat.
Aut enim puniet, & falſum eſt hoc quod dicitur:
Non uindicabit dñs bis in idipſum in tribulatione.
Aut nõ puniet,& optandũ eſt adulteris,ut in p̃ſen
tiarũ breui & cita pœna cruciatus fruſtrẽtur æter
nos.Ad qd̃ reſpondebimus: Deũ ut omniũ rerũ,
ita & ſuppliciorũ q̃q; ſcire menſuras,& nõ p̃uenire
ſentẽtia iudicis:nec illi in peccatorẽ exercendæ de-
hinc pœnę auferri poteſtatẽ,et magnũ peccatũ ma
gnis diuturniſq; elui cruciatibus. Si aũt quis puni-
tus ſit, ut ille in lege qui Iſraeliticis maledixerat:&
q̃ in ſabbato ligna collegerat,tales poſtea nõ puni-
ri,quia culpa leuis præſenti ſupplicio compenſa-
ta ſit. Hebræus hunc locum ita expoſuit:Quid pu
tatis ò Aſſyrij iniquitatem cõtra dominũ cogitan-
tes, quod populum Iſrael, id eſt, duodecim tribus

uſq;

SEP. Suauis dñs expectan
tibus eum in die tribulatio
nis:& cognoſcens timẽtes
ſe.Et in diluuio tranſeunte
conſumationẽ faciet:cõſur
gẽtes & inimicos eius per-
ſequent tenebræ. Quid co
gitatis cõtra dñm: cõſum-
mationẽ ipſe faciet:nõ uin
dicabit bis in idip̃m in tri-
bulatio

A usq; ad internecionem ipse consumat? Non cõsur
get duplex tribulatio, id est, non uobis tradet Iudã
& Hierusalem, sicut tradidit decem tribus & Sama
Matth.13.a ria. a ¶ Quia sicut spinæ &c.] Tres differen/
tias quas dominus in parabola semẽtis posuit, ex/
cepta terra bona q̃
affert tricesimũ &
sexagesimũ & cen
tesimum fructũ: ui/
detur mihi prophe
ta replicare: unam
quæ iuxta uiam ce
ciderit, & aliã quæ
inter lapides, & ter
tiam quæ inter spi/
nas: quod quidẽ &
1.Cor.3.c Apostolus de his q̃
super fundamentũ
Christi non bene
ædificabant, subo/
stendit quosdã esse
qui ædificãt lignũ,
fœnũ, stipulã. Igit̃

HEB. tio. Quia sicut spinæ seinuicẽ cõplectuntur: sic conuiuiũ eorũ pariter po/ tantium cõsumetur: quasi stipula ariditate plena. Ex tẽ enim exibit cogitãs con tra dominũ maliciã, men/ te pertractans præuarica/ tionẽ. Hæc dicit dñs: si pẽr fecti fuerint, & ita plures, sic quoq; attondẽtur & p/ trãsibit: afflixi te & nõ af/ fligã te ultra, & nunc cõte/ ram

ligna referamus ad id quod dicitur: Quia usque ad fundamenta sua redigentur ad uepres. Fœnum ue ro ad id quod sequitur: Et sicut uoluola quæ circũ/ datur comedetur. Porrò stipula manifeste refertur ad stipulam, de qua dicitur: Et sicut stipula ariditate plena. Propterea ergo nõ uindicabit dominus bis in idipsum, quia malicia quę in autoribus hęreseos
B orta fuerat, usq; ad fundamentũ & ad radices suas consumetur. Sed & si quis in eis uidebatur pompã habere uerborũ, id est, folia inania, tantum aspectu delectantia, sicut uoluola quę græce dicitur σμίλαξ, deuorabitur & cõsumetur in nihilũ. Voluola autẽ herba est similis hederæ, quæ uitibus & uirgultis circũdari solet, & in longũ serpere. Quicquid etiã in eis uidetur habere pompã segetis, sed nõ habet spicas & grana frumẽti, quasi stipula ariditate ple/ na tradetur incendio. Hoc secundũ Lxx. Cæterum iuxta Hebraicũ uere hæreticorũ fœdera & necessi tudines quasi spinę sunt seinuicem cõplectentes: et cõuiuium eorũ atq; mysteria, quia & ipsi mensam dominicã habere se dicũt, spinarũ fœdus est, simul uescentiũ pariterq; potantium. Cum enim ebrij de uinea Sodomorũ aduersus cõditorem rabido ore blasphemãt, nónne conuiuiũ sentium est? quod ta men cũ suis cõsumetur autoribus quasi stipula ari/ ditate plena. b ¶ Ex te enim exibit cogitans &c.] Vere ab hęreticis exibit aduersus dominũ inimica cogitatio. An non uidetur esse aduersus deum ma/ licia & præuaricatio dicere, quod Valẽtinus, qua/ si abortiuũ errantis sapientiæ extremũ æditũ crea torem? Nónne contra deum cogitatio est Basilidis impudica: & portentosum ἄβραξας nomen quod præfertur domino conditori? Porrò quia docti ab Hebræis uolumus eorũ quoq; traditionẽ sequi, & nostris, id est Christianis, explanationem historiæ demonstrare, dicendum est: Non cõsurget duplex tribulatio, id est, non capientur ab Assyrijs duæ tri bus, sicut captę sunt decem. Siquidẽ dum adhuc in terra Iuda sunt Assyrij & quasi spinæ seinuicem C complectuntur, lætantes atq; gaudentes, ab ange/ lo cõsumentur, quãdo una nocte centum octogin taquinq; milia cæsa sunt hostiũ. Pulchre q̃q; exerci tus eorũ multitudinẽ, ebriorũ conuiuio cõparauit,

SEPT. & ipsum cõuiuium nõ rosarũ, nõ lilio/ rũ dixit esse, nõ flo rũ, sed simile spina/ rum seinuicẽ cõple ctẽtiũ, quæ semper tradũt̃ igni, et qua/ si stipula ariditate plena leuĩ cõburun tur ardore. Quod aũt sequit̃: Ex te ex ibit cogitãs contra dñm malicią, mẽte pertractãs præuari cationẽ: de Rabsa/ ce intelligi uolũt q̃ 4.Reg.18.d
de Assyrijs egres/ Esa.36.a
sus, blasphemaue/

bulatione. Quia usque ad fundamenta sua redigentur in uepres, & quasi uoluola circumdata comedetur, & quasi sti/ pula ariditate plena. Ex te exibit cogitatio contra do minum pessima cogitans contraria. Hæc dicit do/ minus regnans aquis mul tis: & sic diuidentur & au/ ditus tuus non audietur amplius: & nunc conte/ ram

rit dñm, & populo p̃suadere uoluerit, ut desperãs de auxilio domini, se Assyrijs traderet, nõ deo sed idolis seruiturus. c ¶ Hæc dicit do. &c.] Iuxta li teram manifestus est sensus: Licet, inquit, robusti sint Assyrij, & fortitudo eorum numero augeatur cunctarũ gentiũ: sic quoq; angelo uastante tonden tur. Quomodo enim numerus capillorum acutæ forcipi non repugnat: ita & numerus aduersariorũ D dei, facili succisione tolletur: & pertransibit Assur uel esse desistet, siue uastato exercitu suo reuerte/ tur ad patriam, te sospitem derelinquẽs. Rursumq; ad Iudam & Hierusalem sermo dirigitur: Afflixi te & non affligam te ultra: non quod perpetuã securi tatem polliceatur, sed illius tantũ tẽporis & ab il/ lis hostibus à quibus tunc obsidebatur. Deniq; in/ fert: Et nunc conterã uirgam eius, id est, Assyrij, de dorso tuo, & uincula tua disrũpam. Vel per meta/ phoram potestatem eius significans: uel certe uir/ gam qua percutere conabatur, & uincula quæ ca/ ptiuis parabat: quanq; possit & obsidio clausę mul titudinis pro uinculis accipi. Porrò iuxta Lxx. mul to aliter est sensus. Adhuc enim uidetur aduersus eos loqui quibus suprà dixerat: Quid cogitatis cõ/ tra dominum. Et: Ex te exibit cogitatio contra do/ minum pessima cogitans contraria. Hæc ergo dicit dominus regnãs aquis multis: siue uirtutibus, quę dicũtur aquæ super cœlos: & præcipitur eis, ut lau dent dominũ: uel certe intellectibus & sapiẽtiæ & doctrinis dei. Sicut enim flumina de uẽtre iusti flu/ ent, & fontes uberes in uitam æternam, per uarias multiplicesq; sentẽtias quibus imperat sermo dñi: ita habent & hæresiarchę aquas suas, quibus impe rãt, & quæ ex eorũ primũ fonte manarunt. Quod aũt sequitur, Et sic diuidentẽ: uel de cœlestibus quæ in supernis deo seruiunt uirtutibus intelligi potest, quod unaquæq; in suo officio sit & ministerio: uel de multiplici uarietate sapiẽtię: Ne quia dixerat re gnans aquis multis, cõfusus & indiscretus sensuũ

numerus

A numerus putaretur: sed quod unaquæq; sententia diuisos habeat inter se sensus & separatas materias propriasq; ὑποθέσεις. Nam quod dicitur: Auditus tuus non audiet amplius: increpatio est in eos, qui aduersus deũ cõtraria cogitauerãt: quod ostẽsis sophismatibus & decipulis q̃bus dei populus irretiebatur, sermo eorum ultra nõ currat, nec suscipiat à populis. Sed & hoc quod infert: Et nunc conteram uirgam eius à te, & uincula tua disrumpam: pro ipsis dicitur quibus fit comi natio, ut nequaquã cædãtur à diabolo, & ei subiecti sint q̃ autore tanta excogitauerãt atq; confinxerãt. Conteretur ergo imperiũ eius in eos: & uincula quibus peccantium animæ ligabantur, disrumpentur à sermone dei: dicẽte his qui in uinculis sunt, exite. a ¶ Et præcipiet contra te dominus, non &c.] Ideo plus posui de Lxx. interpretibus, quoniam secũda πρὸς κοπὴ à priori nõ poterat separari. In eo enim quod dicitur: quia inhonoratus es, pro quo Quinta ædi-
B tio posuit, ὅτι ὑβρίσθης, Lxx. transtulerunt, quia ueloces, id est, ὅτι ταχεῖς, quod in Hebraico legitur בִּי קַלּוֹת. Veloces autem nisi ad inferioris capituli pedes retuleris, pendet sententia. Itaq; iuxta cõsuetudinem meam primum historiam, & postea uulgatæ editionis sententiam uentilabo. Præcipiet, inquit, contra te dominus, ò Assur: ut quod passurus es, non fortuitu & absque aliquo iudice ueniat, sed deo pronũciante patiaris. Non seminabitur ex nomine tuo amplius: statim quippe Niniuen reuer-
Esa.37.8 sus Sennacherib à filijs suis occisus est. Lege Esaiã, & occisus in domo dei sui quam adoraturus intrauerat. Hoc est enim quod ait: de domo dei tui interficiam, inde punieris unde sperabas auxilium. Erit sculptile & conflatile sepulchrũ tuum, ut inter aras & puluinaria adorantis idola sanguis nefarius effundatur. Iuxta Lxx. autem interpretes cum superioribus iunge quod sequit: Nõ seminabit, inquit, ex nomine tuo amplius. Nequaq; ò hæretici animæ deceptorũ ex dogmatibus uestris suscipiẽt nomina, quæ prius inuocauerãt super terras suas: sicut in quadragesimo octauo psalmo figuraliter canitur. Et proderit uobis hæc ipsa cessatio sationis quę prius animã seminãtis: deinde eius in quo seminabat interficere consueuerat. Moriẽtur ergo tibi errorũ dogmata, sed & tu qui prius tibi uiuere uidebaris, morieris errori: & bono tuo mortuus, idola quæ colebas habebis sepulchrũ. Atq; ita fiet ut de pectore tuo, quod ante templũ dei tui quẽ simulaueras fuerat, oẽs auferant errores. Hęc aũt eueniẽt tibi q̃ quondã aduersus dñm contraria cogitabas:

HEB. ram uirgam eius de dorso tuo, & uincula tua disrumpam. Et præcipiẽt contra te dñs: nõ seminabitur ex nomine tuo amplius, de domo dei tui interficiã sculptile & conflatile, ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es. Eccẽ super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Celebra Iuda festiuitates tuas, &

cũ sermo q̃ semp ascẽdit in mõtes, in animas uide C licet excelsas atq; sublimes, ad te uelociter uenerit: calcatisq; priorũ errorũ fluctibus, & in tranquillũ redactis, pacẽ tibi fidei sensumq; reddiderit. Ignoscite prolixitati: nõ enim possum & historiã & tropologiam sequens breuiter utrũq; cõprehendere: maxime cũ & interp̃tationis uarietate torquear, & aduersus cõscientiam meam cogar interdũ uulgatæ æditionis consequẽtiam texere.

SEPTVAGINTA ram uirgam eius à te, & uincula eius disrumpam. Et præcipiet de te dominus: non seminabitur ex nomine tuo amplius, de domo dei tui disperdã sculptilia & conflatilia, ponam sepulchrum tuum: quia ueloces, ecce super montes pedes euãgelizantis & annunciantis pacem. Cẽlebra Iuda festiuitates tuas, redde

*b* ¶ Ecce sup montes &c.] Paulisper Lxx. interp̃tes differam, quia & ipsa capitula apud eos interpretatiõis uarietate cõfusa sunt. Cũq; historiã breuiter exposuero, æditionẽ eorũ, meo eloquio tẽperabo. In Paralipomenon scribitur libro: quod obsi- 2.Para.32.a
dente Sennacherib Hierusalem, in primo mẽse pascha facere non potuerunt. Cæso aũt per angelum exercitu eius, & fuga & morte eius annunciata, in secũdo mẽse summa festiuitate paschæ diẽ celebrarint. Quod ergo dicit tale est: O Iuda qui regnas in Hierusalẽ noli esse sollicitus, interfecto hoste tuo D
in tẽplo dei sui: Ecce uenit tibi nũcius, montes colles q̃ trãscurrẽs, & quasi de sublimi specula procul nuncians Sennacherib mortuũ, urbẽ eius imperio liberatã. Celebra festa, redde uota pro nece inimici, quæ pollicitus es deo: nequaq; ultra pertrãsibit per te præuaricator & ἀποστάτης, hoc enim interpretat̃ בְּלִיַּעַל. Totus interijt, id est, exercitus & rex & imperiũ Assyriorũ penitus conciderunt. Et *Allegoria*
hoc quidẽ iuxta literã: cęterũ secundũ ἀναγωγὴν dicit̃ ad ecclesiã, dicit̃ ad animas dñm cõfitentes, quia diabolus q̃ te prius popũlabat̃ & grauissimo p̃mebat iugo: in idolis & cũ idolis quæ fabricatus fuerat perijt: celebra festiuitates tuas & redde deo uota tua, canẽs cũ angelis iugiter: nequaq; enim ultra p̃ te trãsibit Belial, de quo dicit et Apostolus: Quæ 2.Cor.6.e
cõmunicato Christi & Belial: quia subuersa Niniue totus interijt. Si quando grauissima persecutio fuerit, qualis sub Valeriano & Decio & Maximiano: & domini ultio apparuerit aduersarijs eius, dicamus ad ecclesiam: Celebra Iuda festiuitates tuas & redde uota tua &c. *c* ¶ Celebra Iuda &c.] Sæpe mel dixi, iuxta interpretationis uarietatem capitula quoq; ipsa aliter diffiniri, & nõ posse cum capitulis Hebraicæ interpretationis cõuenire. Itaq; quod nunc dicitur, huiuscemodi est: O ecclesia stice quia de aduersariorum tuorum nomine ultra non seminabitur, & uirga eorum cõtrita est, & uincula dissipata sunt, & uenit qui tibi annunciaret pacem: celebra festiuitates tuas, non in uino & epulis, ut carnei ludæi existimãt: sed in spiritualibus delicijs & uoluptate

A & uoluptate torrẽtis. O Iuda redde uota tua: quia nequaquam ultra pertranſient inimici qui te adducant in uetuſtatem, hoc eſt qui te uolunt imaginem portare ueteris hominis. Quoniam quod uetus eſt ſeneſcit: & quod ſeneſcit, perditioni proximũ eſt. cõpletus eſt mundus, cõſumptus eſt aduerſarius: uenit Sap.15.c tibi Chriſtus q̃ prius inſufflauerat in faciem tuã cum te de limo fingeret: & poſt reſurrectionẽ quoq; inſufflans in faciem apoſtolorũ ait: Accipite ſpiritũ Ioan.20.c ſanctũ: ipſe eſt qui te liberat de tribulatione. Vaſtata eñ Niniue & tranſeunte mũdo, tribulatio q̃q; ptrãſiet. Ca. II.

HEB. & redde uota tua, quia non adiiciet ultra ut pertrãſeat in te Belial, uniuerſus periit. Cap. II.

AScendit qui diſpergat in facie tua cuſtodiens obſidionem: contemplare uiam, conforta lumbos, robora uirtutem ualde: quoniã ſicut reddidit dñs ſuperbiæ Iacob: ſic reddet ſuperbiæ Iſrael, quia uaſtatores diſſipauerunt eos: & propagines eorum

ASCendit q̃ diſpergat in facie tua cuſtodiẽs &c.] Neceſſitate cõpellor quaſi inter ſaxa & ſcopulos imminente naufragio: ſic inter hiſtoriam & allegoriam orationis meæ curſum flectere, & ne ſubito impingat attẽdere. Siquidem iuxta fabulas poetarum: Dextrum Scylla latus, læuũ implacata charybdis, obſidet. Si ſaxa fugimus,
B incurrimus in profundũ: ſi cõtortos uertices euitamus, in ſaxa deferimur. Teſtis eſt mihi dominus: me omnia quæ ſecũdum Hebraicum diſſero, non de proprio ſenſu loqui, quod arguitur in pſeudoprophetis: ſed Hebræorum ſequi expoſitionem, à quibus nõ modico tempore eruditus, debeo meis ſimpliciter indicare quę didici. Certe in lectoris erit arbitrio cum utrumq; percurrerit, quid magis ſequi debeat iudicare. Ad Niniuen igitur nunc ſermo conuertitur: & hinc uel maxime obſcuri ſunt prophetę, quod repente dum aliud agitur, ad alios perſona mutatur, & dicitur ei: Aſcendit ad te Nabuchodonoſor qui te obſideat, qui ante os tuum uaſtet agros, perſequatur agricolas, rura populetur, qui te quoque ipſam clauſam teneat. Quia itaque ibi imminet bellũ: ecce gaudens propheta nũc præcino: cõtemplare diligẽter & conſpice, & quid tibi eueniat intuere. Conforta lumbos, id eſt, accingere: robora uirtutem ualde, hoc eſt, exercitus cõgrega: Quia ſicut ultus eſt dominus Iudã de ſuper
Eſa.37.g bia Sennacherib, interfecto exercitu eius in Iudęa: & ipſo quoq; à filiis ſuis iugulato: ſic ulciſcitur Iſrael, id eſt, decem tribus quæ à Niniue poſſidentur. Vtrumq; enim & Iudam & Iſrael uaſtauerunt & euerterunt Aſſyrij, & ſub metaphora uitis, amborum propagines corruperunt. b ¶ Contemplare uiam, tene lumbũ, cõfortare, robore uehe. &c.] Tria præcipiuntur Iudæ: Primum ut contempletur uiam, & iter per quod ambulaturus eſt, diligen
Hier.6.d ter aſpiciat, iuxta illud quod in Hieremia ſcriptum eſt: State in uiis & interrogate ſemitas æternas, &

uidete quæ ſit uia bona & ambulate in ea: ut cum C
ſteterimus in uiis multis, ueniamus ad eam uiam
quæ dicit: Ego ſum uia. Deinde dicitur ei, ut teneat Ioan.14.a
lumbum, id eſt, ut poſt electionem uiæ mortificet 1.Cor.9.g
corpus ſuum, & ſeruituti ſubiiciat: ne quaſi rex & magiſter aliis prædicans, ipſe reprobus inueniat̃. Longum eſt nunc dicere quod uirtus diaboli uel maxime ſit in lumbis: & q̃ ad Dauid repromiſſio fiat: De fructu lum Pſal.131.b bi tui ponam ſuper thronum tuum. Et illud apoſtoli: Ad Heb.7.b huc eñ in lũbo patris ſui erat Abrahæ Leui, quando iuit in occurſũ Abraham Melchiſedech. Et quod Ioan Matt.3.a nes zona pellicea cingitur: & quod à ſaluatore diſcipulis imperatur: Sint lumbi ueſtri præcincti. Et Apoſtolus ad Ephe Luc.12.e ſios: State ergo accincti lumbos ueſtros in ueritate. Eph.6.c licet enim ἄσκησις plurimum præſtet, & uitæ continentia ſuper mortificatione lumborũ: tamen nihil eos ita mortificat ut cognitio ueritatis. Vnde dicitur: accingite lũbos ueſtros in ueritate. Si enim D ueritas eſt Chriſtus, qui tota in Chriſto mente credidit, lumbos ſuos mortificauit in Chriſto. Tertio præcipit̃, confortare uirtute nimis. elegiſti, inquit, uiam, tenuiſti lumbum, aſſume uirtutem ut poſſis pugnare cum hoſtibus. Et ne forte diffidas, datur tibi cauſa cur ſperes: Auertit, inquit, dominus contumeliam Iacob, ſicut cõtumeliam Iſrael: quod ambiguum eſt. aut enim ipſius Iacob contumeliã quã cęteris faciebat iniuriam auertit: aut contumeliam quã ab aliis ſuſtinebat Iacob, auertit dominus. Sed mihi uidetur melius eſſe ut cõtumelia quam Iacob ſolebat cæteris facere, à domino ſit auerſa. Non enim tantæ uirtutis eſt, ab aliis factam iniuriam ſuſtinere: quãtæ gratiæ domini eſt, placidum, mitem, atq; tranquillum iniuriam facere non poſſe. Quæritur, quomodo auerſa eſt iniuria Iacob: ſicut auerſa fuerat & Iſrael? Poſtquam luctatus eſt Iacob cũ Gen.32.f angelo, Iſraelis nomen meruit accipere: & quia uidit deum, iniuriam facere ceſſauit. Sicut ergo Iſrael ſenſus uel uir uidens deum, & ſemper de deo cogitans, facere neſcit iniuriam, ſic omnis procacitas & contumelia auerſa eſt à Iacob: hoc eſt, à ſupplantatore: ab eo qui adhuc in certamine poſitus ſupplantat inimicos. Vt autem ſciamus quomodo iniuria in malam partem accipiatur, Salomon teſtis eſt, di Prouer.17 cens: Oculus contumelioſi, lingua iniqua. Quomodo autẽ ſecundum utrãq; intelligẽtiam iniuria auerſa ſit ab Iacob: quæ prius auerſa fuerat ab Iſrael, ſequens ſermo declarat: Quia excutientes excuſſerunt eos, & flagella eorum demoliti ſunt, ſiue corrupérunt

Matt.18.d Aruerunt. Angeli, inquit, singulorum qui quotidie uident faciem patris, quicquid in Iacob & Israel ad
Ioan.13.a hæserat puluerís excusserunt. Vnde & Petro lauã
Esa.52.d tur pedes. Et per prophetam dicitur: Excute pul/
Matt.10.b uerem, & exurge Hierusalem. Discipulis quoq; à saluatore præcipi/ tur: Excutite pulue rem pedum uestro rum. Et in psalmis scriptum est: Sicut
Psal.16.d sagittę in manu po tentis ita filij excus sorum. Auersa est itaq; mens ad con tumeliam promp/ ta, à uero Iacob & à uero Israel: quia quicquid in eis ter renũ fuerat, & de inferiori fece con/ cretum: hoc mini/ stris angelis siue monitoribꝰ ac ma/ gistris excussum est atq; mũdatum: qui non solum ex/ cusserunt eos, sed uitia quoque quæ ad præsens tantum
B sensus uoluptate demulcẽt, & in mo dum flagellorũ ac propaginum quæ absque fructu fo/ lijs plena sunt, dissi
Matt.15.b pauerunt: dicente domino: Omnem propaginem quę in me manet et fructum affert, pater meus mũ dat ut fructum magis afferat: quod autẽ in me non manet, & fructum non affert, pater meus præci/ det & in ignem mittet. a ¶ Clypeus fortium eius ignitus &c.] Secundum historiam aduersum Nini uen ordo sequitur, & describitur Babyloniorum exercitus contra eam ueniens. Quod autem ait: Igneæ habenæ curruum in ardentibus loris, uelo/ citatẽ præparantium significat, & quasi ἐπισκλωσις præparantium se ad prælium pompa narratur. Commixtimq; nunc de Israel quæ olim passus sit: Nunc de Assyrio quid fecerit: nunc de Babylonijs quæ exerceant in Assyrios, scriptura contexitur. Non est ergo, ait, mirum si tam uelociter ad uastã/ dum ueniant: cum agitatores & fortes uel Israel ante, uel postea Assyriorum fuerint cõsopiti. Rur/ sumq; ad descriptionis ordinem rediens: Tanta est (inquit) multitudo ueniẽtium, ut commixtum ag/ men sit in itinere, & discerni nequeat. Ipse quoque quadrigæ dum uiam non reperiunt, præ multitu/ dine inter se colliduntur in plateis. Aspectus Ba/ byloniorum quasi lampades, quasi fulgura discur/ rentia: ut ante uisu aduersarios terreant quàm mu/ crone prosternant. Tunc recordabitur Assur for/ tium suorum, & quæret eos qui in itineribus cor/

HEB. eorum corruperunt. Clypeus fortium eius i/ gnitus: uiri exercitus in coccineis: igneæ habenæ currus in die præparatio/ nis eius, & agitatores con/ sopiti sunt, in itineribus conturbati sunt: quadri/ gæ collisæ sunt in plateis. Aspectus earum quasi lampades, quasi fulgu/ ra discurrentia. Recorda/ bitur fortium suorum: ru/ ent in itineribus suis: uelo/ citer ascendent muros e/ ius, & præparabitur um/ braculum. Portæ fluuio/ rum apertæ sunt, & tem/ plum ad solum dirutum est, & miles captiuus ab/ ductus est: & ancillæ eius minabantur, gementes ut columbę, murmurantes in cordi

SEP. eorũ demoliti sunt. Arma potẽtiæ eius ex ho/ minibus: uiros fortes illu/ dẽtes in igne: habenæ cur ruum in die præparatio/ nis eius, & equites time/ bũt in exitibus & cõfundẽ tur currus & collidẽtur in plateis. Aspectus eorum quasi lampades ignis, & quasi fulgura discurrentia: & commemorabuntur o/ ptimates eorum & fugiẽt in diebus, & infirmabun/ tur in itinere suo: & festina bunt ad muros: & præ/ parabunt propugnacula sua: portæ ciuitatum aper tæ sunt, & regalia conci/ derunt, & substantia reue lata est, & ipsa ascendebat, & ancillæ eius ducebantur sicut columbæ loquẽtes in cordi

ruerunt, & ascendet uelociter muros Niniue: ac C propter obsidionem longissimam ad depellendos æstus prępparabit umbracula. Sed quid prodest æ/ dificare domũ nisi dominus ædificauerit? Quid iu uat claudere portas, quas dominus reserat? Aper/ tæ sunt portæ Ni/ niue quæ ad instar fluminum habe/ bat ciuium multi/ tudinem, & tem/ plum, id est regnũ eius destructũ est, & miles captiuus abductus est, hoc est, oẽs ducti sunt in Babylonẽ. An/ cillas uero Niniue per metaphoram minores urbes & uiculos & castella intellige. Vel certe captiuæ mulieres minabuntur ante ora uictorum: tan/ tusq; terror erit, ut ne in singultus qui dem & ululatum erumpat dolor: sed intra se tacite ge/ mant, & obscuro murmure deuorẽt D lachrymas in mo/ rem mussitantium columbarum. Hæc iuxta Hebraicã tra

ditionem. Nunc ueniamus ad Septuaginta trans/ latores: Excutientes qui excusserunt &c. Iacob & Israel, & flagella eorum dissipauerunt: arma quo/ que quæ dum contumelioſi essent habere consue/ uerant, & quibus infirmos quosque oppresserant confregerunt, & hoc non solum fecerunt, uerum etiam uiros fortes qui illudebant in igne disperdi/ derunt. Consydera an possis uiros fortes dicere il/ ludentes in igne, fortitudines contrarias quæ mi/ nistrant ardentibus iaculis diaboli, qui fortes & il/ ludentes quondam in igne Iacob & Israel habe/ bant currus & equos, quibus cõciti ferebantur in bellum in die præparationis suæ. Horum igitur curruum habenæ & equites conturbabuntur in iti neribus, & collidentur in plateis: quando illustra/ tione domini Iacob & Israel illustrato, tam dæmo/ nes q̃ hi qui eorum seruiunt uoluntati, à domino subuertentur. Possumus hæc & de primo eius ad/ uentu intelligere, quando uiri fortes & agitatores curruum & equites loquebantur: Quid nobis & Matt.8.d tibi fili Dauid, ueniſti ante tempus torquere nos? Sed quoniam semel prophetiam contra Niniuen de consummatione mundi accepimus, melius est ut dicamus, arma potẽtiæ diaboli tunc tolli ab ho/ minibus, & ministros eius fortes qui illudebant hominibus in igne. Omnes enim adulterãtes qua/

A si clibanus corda eorum: uincula quoq; quibus captiui ducebantur in uitia, & ascensores curruum relaxari. Timebunt enim equites in exitibus: hoc est in consummatione mundi, & confundentur & collidentur currus in plateis: quamuis enim lata & spacioſa uia ſit, quę ducit ad mortem: tamen preſſura tẽporis coartati, rectum iter inuenire non poterunt: ſed in ſeinuicem collidentur, & nihilominus ſpirabunt ueterem furorem, & quaſi fulgura huc illucq; diſcurrent. Videbam (inquit dominus) ſatanam quaſi fulgur de cœlo cadentẽ. Quod cum diabolus & omnes optimates eius intellexerint, recordabuntur conſummationis quæ olim fuerat prædicta, & fugient in diebus: Nequaquàm enim uerſabuntur in noctibus, ſed clareſcente die, tenebræ fugabuntur: & infirmabuntur itinere non proficient s nec explentes conatus ſuos, & feſtinabunt ad muros. Tantus quippe eos uenientis domini terror inuadet, & tam imbecilles ad repugnandum erunt, ut ad terminos mundi fugiant, quibus quaſi muris mundus includitur & ambitur, & præparabunt ſe ad reſiſtendum. Quomodo ſi quis inimicum fugiat, non audens ei reſiſtere, cum ad ſolitudinem uenerit: ſi forte hoſtis ſequatur, neceſſitate cogitur repugnare. Verum illis hoc cogitantibus, uniuerſa quæ ab eis obtenta fuerant & poſſeſſa, proferentur in medium, & aperientur portæ quas clauſerant, & regna eorum cadent, & ſubſtantia, id eſt diuitiæ reuelabuntur. Ipſa autem mũdi ſubſtantia & omnes ancillæ eius poſtquàm ſe Chriſto ſubiecerint, & ei ſeruire cœperint: ducentur lætæ atque gaudentes, & ex intimo confeſſionis corde credentes: ita ut columbarum mundiciæ comparentur, murmurabunt ſeu loquentur in cordibus ſuis: Et tunc adimplebitur quod in ſexageſimoſeptimo pſalmo de uictoria dicitur ſaluatoris: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. a ¶Et Niniue quaſi piſcina aquarum aquę eius: ipſi uero fugerunt: State, &c] Manifeſtum eſt quod ciuitatibus Niniue (quas filias eius ſcriptura cognominat) in captiuitatem deductis: ipſa Niniue quæ tantos nutrierat populos, ut piſcinarum aquis compararentur, inutilem habeat multitudinem: dum nullus eſt qui reſiſtat & irruẽtium Babyloniorum impetum ferat. Habebat enim populos qui tantummodo fugerent, & clamãte matre: State, ſtate: claudite portas, muros aſcendite: hoſtibus repugnate: nullus eſſet qui reuerteretur: nemo qui reſpiceret ad matrem: ſed omnes terga uertentes, prædæ inimicorũ deſererent ciuitatem. Vnde dicitur ad Babylonios: quia illi fugerunt, diripite argentum, & tanto tẽpore congregatas opes ſubita uaſtatione prædamini. Non enim eſt finis diuitiarum, ſupellectilis & uaſorum, quæ in Niniue condita ſunt: nec poteſtis tantum rapere, quantũ ad diripiẽdum illa ſe præbet. Sed quia Niniuem ſpecioſam, id eſt mundum ſemel diximus, uideamus quę piſcina ſit mundi. Non ait ſcriptura: quod aquæ Niniue ſint quaſi aquæ maris, nec quaſi aquæ fluminum, nec quaſi aquæ fontium, nec quaſi aquæ puteorum: ſed quaſi aquæ piſcinæ: Vt quomodo in Hieremia populus arguitur: qui dereliquit fontẽ aquæ uiuæ, & fodit ſibi lacus contritos qui non poſſunt aquã continere: ſic & Niniue omnes aquæ illę ſint quæ de cœlo ceciderint, & antiquam altitudinem relinquentes, in ima lapſę ſint. Omnia enim dogmata mundi huius quæ extra fontem ſunt eccleſiæ, hortumq; ſignatum: nec poſſunt dicere: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: Nec de illis aquis ſunt quæ ſuper cœlos laudent nomen domini: quanuis magna uideãtur, tamen parua ſunt & anguſto fine concluſa. Nec moueat quempiam quia piſcinam in malam partem accepimus: illa piſcina ad quam Eſaias filius Amos prophetæ iubetur aſcendere: Ibi enim cum additamento dicitur: Piſcina aquæductus, & piſcina fullonis: quæ ſordes lauare conſueuit, & maculas ueſtium eluere. Quæ quia in ſublimi poſita eſt: ideo ad eam propheta iubetur aſcendere, & in occurſum regis de duobus ambuſtis torribus uictoriam polliceri. Sequitur: Fugientes non ſteterunt: habitatores uidelicet Niniue. Primum quidem deum fugere non debuerant: deinde etiam ſi fugerant, aliquando ſtare debebant: Magna enim differentia eſt inter eum qui fugit & ſtetit, & qui fugiens nunquàm ſtetit. Qui enim ſtat, fugere ceſſauit: qui non ſtat, ſemper in fuga profectus eſt. In tanta ergo turba fugientium nullus erat qui reſpiceret, & ageret pœnitentiam, & audiret loquentem dominum: Reuertimini ad me filij reuertentes: et ſanabo contritiones ueſtras Vnde & ſanctus loquitur in pſalmis: Periit fuga à me. Hoc ipſum puto & lepræ ſignificare myſterium, ſuper qua in Leuitico dicitur: Cum leproſus à ſacerdote extra caſtra fuerit ſeparatus: ſi ſteterit lepra, purum eſſe hominem, & mundari eum qui quaſi leproſus fuerat abiectus, & redire ad caſtra, & habitare in populo. Sin autem (inquit) diffuſa fuerit lepra, id eſt non ſteterit, ſed creuerit, & in malo habuerit profectum, & mutauerit colorem priſtinæ ſanitatis: tunc lepra manifeſtiſſime comprobatur ab eo, qui habet ſcientiam inſpiciendæ & purgandæ lepræ. Sed & nobis præcipitur à uero Salomone ut habitemus in Hieruſalem, nec unquàm egrediamur ex ea. Quod ſi fugerit nos, id quod ante nobis fuerat ſubiectum, & ierit ad Allophylos: non egrediamur muros ciuitatis noſtrę: nec ſequamur fugitiuorum ueſtigia: ne dum uolumus ſaluare fugientes, ipſi pereamus: quin potius dimittamus, ut mortui ſepeliant mortuos ſuos: & ſcandalizantem oculum, manum, et pedem:

HEB. cordibus ſuis. Et Niniũe quaſi piſcina aquarum aquæ eius: Ipſi uero fugerunt: State, ſtate, & non eſt qui reuertatur: diri

SEP. cordibus ſuis. Et Niniue ſicut piſcina aquarum aquæ eius: & ipſi fugientes non ſteterunt: & non erat qui reſpiceret: diri

B

C

D

Luc. 10. c

Hiere. 2. d

Pſal. 45. a

Eſa. 7. & 36. a

Hiere. 3. g

Pſal. 14. b

Leu. 13. & 14

dum

Adum licet eruamus & abscidámus à nobis. Quod autem dicitur: Diripiebant argentum, diripiebant aurum, & non erat finis ornamenti eius: aggrauata est super omnia uasa concupiscentiæ suæ: de aquis dicitur Niniue, & de fugientibus qui fugerãt & nõ steterũt, neq; erat qui respiceret, & qui non solum fugisse & non respexisse contenti, insuper diripiebãt argentũ: quicquid in mundo uidebatur eloquij, diripiebant aurum, quicquid præclarũ sententiarum erat in doctrina seculi, ut ornarent Niniuen: ut dogmata sua omni sensuum uerborumq; flore componerẽt. Propter quod aggrauata est Niniue super omnia uasa cõcupiscentiæ suæ: quanto enim plus habebat multam auri & argenti possessionẽ, & uariam suppellectilẽ, quæ erat grauis: tanto magis ipsa aggrauabatur, quę grauia diligebat. Vnde & iniquitas in Zacharia super talentũ plumbi sedet, & Aegyptij qui erant peccatis graues, dimersi sunt in mare ut plumbum. Et ex persona peccatoris dicitur in Psalmo: Quasi onus graue aggrauatę sunt super me. Et Petrus qui ante leuis pẽdulo gressu calcabat undas: postq; infidelitate aggrauatus, uorabatur à fluctibus, manu domini subleuatur.

HEB. diripite argentum: diripite aurum, & non est finis diuitiarum ex omnibus uasis desyderabilibus. Dissipãta est & scissa & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio genuum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium sicut nigredo ollę. Vbi èst habitaculum leonum, & pascua catulorũ leonum: ad quam iuit leo ut ingrederetur illuc catulus leonis

SEP. diripiebãt argentũ: diripiebãt aurũ, & nõ erat finis ornamenti eius: aggrauata est super omnia uasa cõcupiscẽtiæ suę. Excussio, rediscussio, & ebulitio, & cordis cõfractio, & dissolutio genuũ, & dolores super omnem lumbum, & facies omniũ sicut adustio ollæ.

Zach.5.c

B

Psal.37.a
Matth.14.d

a ¶Dissipata est & scissa & dilacerata &c.] Sub metaphora captiuæ mulieris, Niniue dissipata, scissa, lacerata describitur: tabescente corde, dissolutis genibus, renibusq; cõfractis, & quod omniũ habitatorũ eius præ terrore hostium, & magnitudine metus, facies in ollarũ similitudine uideantur exustæ, tabidæ, & pallore deformes. Porrò iuxta Lxx. altius intelligẽdum est, quid significet excussio, rediscussio. Qui de populo dei est, & quasi homo aliquando peccauit, & reuertitur ad pristinum statum, quasi Hierusalẽ dicitur ei: Excute puluerẽ

Esa.52.a

pedum tuorum, & cõsurge Hierusalẽ. Et qui talis est ut postẽ fuerit excussus, in sagittas dei transire mereatur, & à domino contra inimicos tendi, canitur de eo: Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij

Psal.126.a

excussorum. Cumq; uestigia eius quasi ingredientis super terram aspersa fuerint puluere, audiet à saluatore: Excutite puluerẽ pedum uestrorum in

Mar.6.b

testimonium illis: haud dubium quin eos dicat, qui recipere noluerunt prædicantes. Qui uero de Niniue est, quæ aggrauata est super omnia uasa concupiscentię suæ: iste nõ semel excutitur, sed frequẽter. Et postẽ rursus fuerit excussus, & superficies illius emundata: ne quid intrinsecus sordium maneat: fit etiam ei ebulitio quæ significãtius in Græco dicitur ἐκβρασμὸς: proprie siquidem ἐκβρασμὸς in istiusmodi rebus ponitur: cum quod latebat intrinsecus, erumpit in faciem. Vnde papulæ quoq; quæ post ægrotationem nascuntur in labijs, uocantur ἐκβράσματα: & sanitatis uidetur indicium, morbum in superficiem prorupisse. Non solum autem hoc remedium adhibetur Niniue, ut excutiatur crebro & de uitalibus eius ægrotatio latens cogatur exire: sed etiam cordis confractio & dissolutio genuum prædicatur: ut quomodo Pharaonis durum & lapideũ cor confractum est: quod q; diu habuit, dei populum non dimisit: Sic & Niniue fractum cor emolliatur & mutetur in carneum: ut

C

rigida genua quæ prius deo non curuabantur, dissoluantur, & flectantur deo: ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur: Et in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestriũ, & infernorum: Vt postquàm cognouerint creatorem suum, audiant: Confortamini manus dissolutæ, & genua debilia roborate. Et dolores, inquit, super omnem lumbum. Iam supra diximus in lumbo coitum significari, & quod omnia opera quæ ad commixtionem pertineant, renum appellatione monstrentur. Grandes igitur in consummatione dolores erunt in renibus: quia draco

Philip.2.b
Esa.35.b

D

Iob.40.b

nis omnis uirtus in lumbo est, & pro his omnibus propter quæ præcessit excussio, rediscussio, ebulitio, & cordis confractio, dissolutio genuum, dolores renum, erit facies omnium quasi adustio ollæ: ut uel igni ardoriq; sit proxima, uel nitorem amittens olei, nigrescat in carbonum similitudinem, & confusione operiatur æterna: à qua sanctus procul est dicens: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Reuelata enim facie gloriam dei contemplatur. Et puto, quomodo alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarum, & stella à stella differt in claritate: sic in resurrectione mortuorum, et claritatis inter sanctos, & nigredinis inter peccatores, magnam futuram esse distantiam.

Psal.4.b
2.Cor.3.b
1.Cor.15.c

b ¶ Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum: ad quam iuit leo ut ingrederetur &c.] Pro speluncis & leænis, κατοικητήριον καὶ σκύμνους, id est, nidos & catulos, Lxx. transtulerunt, in cæteris idem sensus est. Adhuc autem de Niniue dicitur: quod habitaculum fuerit regum, & aula nobilium: ad quam perrexit leo rex Babylonius, id est Nabuchodonosor, & catulus leonis subreguli quoq; eius, & non fuit qui eis resisteret. Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leęnis suis. Idẽ uidelicet Nabuchodonosor uictoriæ cuncta iure possedit, & liberis urbibusq; suis, uel certe uxoribus in seruitutẽ captiuos tradidit, & imple-

A uit præda ſpeluncas ſuas: ſiue ut in Hebræo habe/tur, foueas ſuas, & cubile ſuum rapina: tam theſau/ros quàm ciuitates, auro argento, ueſtibuſq́, om/nicq́ ornatu cõplens: ut quod Niniue habuerat, Ba/bylon quę uicerat, poſſideret. Quia uero ſecũdum ἀναγωγήν & in Io/na, & in hoc pro/pheta Niniuen mũ/dum iſtũ interpre/tati ſumus: Et iux/ta Ioannẽ: Totus 1.Ioan.5.d mũdus in maligno poſitus eſt: Poſtq́ mundus pertran/ſierit habitaculum beſtiarũ, & in quo paſcebãtur leones: tunc admirãtes ex/ultãtesq́ dicemus: Vbi eſt habitaculũ leonum, ad quod i/uit leo diabolus: de quo loquitur et Pe/trus: Aduerſarius 1.Pet.5.b ueſter diabolus, quaſi leo rugiẽs cir/cumit quærẽs quẽ deuoret. Et catulus leonis, antichriſtus: & omnes doctrinæ peruerſæ, ſermo contrarius. Audiſtis (in B quit Ioannes) quia Antichriſtus ueniet: nunc autẽ 1.Ioan.2.c Antichriſti multi ſunt: tot enim Antichriſti ſunt, quot dogmata falſa. Et ante aduentum Chriſti nõ fuit qui exterreret: Sed poſtquàm dominus noſter תמנתה uenit in mundum & Niniuen ingreſſus eſt, uidit Luc.10.c quaſi fulgur ſathanam de cœlo cadentem: Et ce/ Eſa.14.a cidit de cœlo lucifer qui mane oriebatur. Venit e/ Iudic 14.a nim uerum Samſon ad Allophyllos: & dum per/git in Thamnas, quod interpretatur conſumma/tio eius: ut pauperculam de gentibus duceret Da/lilam, interfecit leonem cui uenerat conſummatio: & illo mortuo, comedit mella dulcedinis. Sed & 1.Reg.17.d uerus Dauid ſeruans oues patris ſui, apprehendit leonem, & interfecit eum: & Baneas, qui interpre/ בניה tatur ædificator dominus: deſcendit in lacum ſecu/li iſtius: qui calentes aquas refrigerare conſueuit, & interfecit leonem. Et in uiſione Eſaiæ, quæ ad/ uerſum quadrupedes cernitur, primum de angu/ Eſa.35.d ſtia harum dicitur beſtiarum: In tribulatione & an guſtia leo & catulus leonis. Iſte leo antequàm in/terficeretur à Chriſto, plurimos cœpit in prædam catulorum ſuorum: & necauit leunculis ſuis, ſatelli/tibus ſuis uidelicet dæmonijs. Vide hæreticorum conuenticula, & captos multos à leone non quæ/res. Conſydera mortuos qui reliquere uitam, & eccleſias eorum non uocabis ouile paſtoris, ſed leonis ſpeluncas quas impleuit cadaueribus et san guine mortuorum: Poſuiſti (ait Dauid) tenebras, Pſal.103.e & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes be/ſtiæ ſaltus: Catuli leonum rapere & quærere à deo eſcam ſibi. Difficile leo inuenitur in die, ſed ſem/per in noctibus circuit: ut de eccleſia Chriſti ra/piat: ut eſcis iuxta Abacuk ſaturetur electis. De/nique Iudas de ouili Chriſti fuit, & raptus à leo/ne ſuſpẽdio ſuffocatus eſt. Sed & ille propheta cui præceperat dominus, ne comederet panes in re/gione ea, ubi uitulí aurei erant, & mentita religio: C Abac.1.d quia comedit, à leo/ne percuſſus eſt. Hieremias quoq́ Hier.5.b de peccatoribus lo/quitur: Percuſſit e/os leo de ſylua, & lupus uſque ad do/mos diſperdit eos, & pardus uigilauit ſup ciuitates eorũ. Omẽs qui egredi/untur ex eis, capi/entur. In quo ani/maduerte quod ne/mo capiatur, niſi qui de ciuitatibus dei fuerit egreſſus. in quarto etiam re/gnorum libro, ha/ 4.Reg.17.c bitantes in ciuita/tibus Samariæ, & neſcientes iudiciũ dei terræ, interficiebantur à leonibus: donec didi/cerunt colere deum, & à leonibus liberati ſunt. Ob D hanc cauſam reor, & quodcunque à beſtijs ca/ptum eſt, in dei ſacrificijs non offerri, & à prophe/ta dici: Immundum, & captum à beſtia, non eſt in/greſſum in os meum. Interfectus eſt ergo leo, & Iudic.14.a falſis dogmatibus confutatis, de comedente exiuit eſca, & de forti egreſſum eſt dulce. a ¶ Ecce e/go ad te, dicit dominus &c. ] O Niniue, uniuerſa quæ dicta ſunt, me autore patieris. Ego dñs ſuccẽ/dam uſq; ad fumũ & conſumptionẽ currus tuos, et nobiles quoſq; atq; ſubregulos gladio faciã deuora/ri. Nequaq́ terras ultra uaſtabis, nec tributa exi/ges: nec audiẽtur per prouincias tuas emiſſarij tui. Siue non audiam angelos, qui præſides tui ſunt, pro te deinceps deprecantes. Sed & ad mundum hæc ipſa dicuntur: in quo eſt multitudo quæ per la/tam & ſpacioſam uiã pergit ad mortẽ, quã cõmina/tur dominus igne ſuccẽſam, fumo ſuæ maliciæ ſuf/focari ex uanitate eius nimia. Leones quoq́ come/det gladius, uiuẽs ſermo dei & acutus, & ex omni parte elimatus: nec non pollicẽ auferre ſe de terra prædã eius, ut nemo exinde capiatur in Niniue, & quaſi clemens tollit mala opera & cõprimit ea, ne uox & ſonitus eorũ ultra poſſit audiri. Vnde ait: Et non audiẽtur ultra opera tua. Cap. III.

HEBRAEI, nis, & non eſt qui exterreatur. Leo ce/pit ſufficienter catulis ſuis: & necauit leænis ſuis, & im/pleuit præda ſpeluncas ſuas, & cubile ſuum rapina.

HEB. Eccè ego ad te, dicit dominus exercituum: & ſuccendam uſq; ad fumũ quadrigas eius, & catulos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra præ/dã tuã: & non audietur ul/tra uox nunciorũ tuorum.

Cap. III.

VÆ ciuitas ſanguinũ uniuerſa mẽdacij di/laceratione plena: non re/cedet à te rapina, uox fla/gelli

SEPT. Ecce ego ad te, di/cit dominus omnipotens: & ſuccẽdam in fumo mul/titudinem tuam, & leones tuos comedet gladius, & auferam de terra prædam tuam, & non audientur ultra opera tua.

Cap. III.

OCiuitas ſanguinum tota mendax, iniqui/tate plena: non contrecta/bitur uenatio: uox flagel/lorum

VÆ ciuitas ſanguinũ uni. &c. ] Vbi nos po/ſuimus, laceratione plena: in Hebræo habet מלאה פרק quod interpretatus eſt Aquila ἐξαγχι/νισμοῦ πλήρης, id eſt exceruicatiõe plena: Symma/chus aũt ἀποτομίας πλήρης, quod poſſumus dice/re, crudelitate uel ſeueritate plena. In altera eius æ/ditione reperi μελοκοπίας πλήρης, id eſt ſectionibus carniũ & fruſtis per membra cõciſſis: deniq́ ſtatim ſubiecit

A subiecit ubi indesinens præda est. Porrò Hebræus בֶּרֶק non excerui cationem: pro qua in Aquilæ æditione reperimus ἐξαυχενισμὸν, sed gubernaculum, id est κυβερνισμὸν interpretatus est: ut ostenderet & urbem fuisse regalem, & uelut in naui cunctarum gentium tenuisse gubernaculum. Describitur autem potentia eius, id est Niniue, & sub lamentatione crudelitatis arguitur. Væ ciuitas sanguinũ in qua nulla ueritas, sed omne mendacium, plena rapina, & laceratione prædarum. Vox flagelli crudelis semper & sæuientis imperij, & uox impetus rotę. Vocẽ pro sonitu accipiamus: rotã feruentem per diuersa discursum: & equi frementis & quadrigæ feruẽtis, subauditur in omnibus, uox. Tam pulchra autẽ iuxta Hebraicum, & picturæ similis ad prælium se præparantis exercitus descriptio est: ut omnis meus sermo sit uilior. Nam quod ait: Et grauis ruinæ, nec est finis cadauerum: de aduersarijs intelligamus qui ab eis sunt interfecti. Et corruent in corporibus suis, uel cadent à sua multitudine, dum à se inuicem constipantur: uel in cadaueribus corruent interfectorum: ἀντῶν enim & suis & eorum utrunq; significat. Propter multitudinẽ, inquit, fornicationum meretricis: quia cum multis gentibus fornicata est, & totius orbis quem subiecerat sibi colebat idola: speciosæ & gratæ, & habentis maleficia, magos significat: quę uendidit gẽtes in fornicationibus suis: & familias in maleficijs
B suis, id est quæ in cunctas gentes habuit potestatem. Hæc de Niniue sint dicta simpliciter. Cæterũ si rationabiliter propter pulchritudinis nomẽ mũdum intelleximus Niniuen: recte mundus qui in malo positus est, propter multitudinem sagittariorum: & eorum qui uelut gladijs homines linguis suis interficiunt, ciuitas sanguinum dicta est. Vnde & consequenter tota mendax, quod ad peruersitatem doctrinarum refertur, non habente sermone dei ubi caput in ea reclinet, cum peruersa dogmata cuncta possideant. Non est qui intelligat aut
Psal.13.4 requirat deum: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum: non est usque ad unum. Quæ quamq; & nunc ex parte fiant tamen in consummatione magis complentur: quã do multiplicata iniquitate refrixerit charitas multorum. Quanti capiuntur à Nemroth gigante, & uenatore sæuissimo, qui aduersum deum superbiens: plures de saltu eius suis pedicis innexuit: cuius attractabitur à multis præda siue uenatio. Multos enim habet satellites, & secum pariter uenatores: qui in eius uenatione lætantur, & captiuorũ morte se iactant. Sed & uox flagellorum auditur in mũdo: quia multæ sunt tribulationes iustorũ: quibus qui flagellantur, clamitant: & doloris magnitudinem flebili uoce testantur: quando alius dæmone, alius ira, quæ furori similis est, alius libidine, odio, inuidia, superbia corripiuntur: flagellum in eis Assyrij regis sonat. Sed & in corporis malis, flagellũ
Psal.90.b diaboli intelligimus, de quo ad iustum dicitur: Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, quando uiderimus hunc morbo regio computruisse, & supereſſe cadaueri suo: Alium intercuti aqua, & tumenti natare corpore: crescentibusq; mẽbris, formam pristini hominis decrescere, quod nuper in hac terra uidimus: Illũ purulentias quasdam, & uulnerati damna pulmonis egerere: Istũ humore in lapides desiccato, urinæ amaritudinem & uesicæ tormenta sentire: non dubitemus dicere uocem flagellorum esse Niniue: licet nonnulli hæc uel ex corrupto aere, uel ex escarum & corporum diuersitate accidere suspicentur. Nos qui legimus & febrem increpatam, & mulierem quæ
Luc.4.f per decem & octo annos à diabolo fuerat ligata, domino medicante curatam: sciamus hæc omnia flagella esse Niniue. Vnde sequitur: Et uox commotionis rotarum: dum huc atq; illuc genus raptatur humanum, & incertis per cuncta discursibus, ubi periculum, ubi salus sit ignoramus: de qua rota & in principio Ezechielis scriptum est: Et in
Ezech.1.d psalmo Lxxvi. legimus: Vox tonitrui tui in rota. Habet autem Niniue & equum persequentem, cuius hinnitus, & ungula terram fodiẽs, & pectus æstuans, semper bella desyderat: loquente domino cõtra diabolum: De longe odoratur bellum: Cum
Iob.39.c saltu & clamore nõ parcit fugientibus: nec sinit abire terga uertẽtes: sed persequitur ut prosternat, interficiat, cõculcet, illudat. Est quoq; in Niniue & uox quadrigæ feruentis, quales puto habuisse Pharaonẽ, quę à domino submersæ sunt. Ad hanc quadrigam quatuor iunguntur equi, quatuor scilicet
D perturbationes: de quibus & philosophi disputãt, & Maro non tacet, dicens: Hi cupiunt metuuntq;, dolent gaudentq;. His equis & hac quadriga Niniue cuncta perturbat. Sed & equitis ascendentis uox in ea personat: qui arte quadam & gyro præparatus ad bellum non absq; periculo contra se pugnantis incedit. Habet hic eques sermonis gladiũ, exacutum cote dialecticę, & Rhetoricæ artis oleo leuigatum: habet arma fulgentia, transfigurante se sathana in angelum lucis, quæ arma apostolicæ armaturæ contraria sunt. Nec mirũ si in Niniue uulneratorum multitudo sit, cum multitudo sit sagittarum. Et quomodo quatuor quibus pugnamus & tegimur, sunt scuta uirtutũ, prudentia, iustitia, temperãtia, fortitudo: ita ecõtrario quatuor uitia sunt: stultitia, iniquitas, luxuria, formido: quibus ab hoste percutimur: Quorum singula pululantes habent in se, ac multiplices species sagittarum, quibus inferuntur uulnera: quæ nisi statim medicina curauerit, fit grauis ruina: atq; utinam tanti essent in Niniue, & leuiter cadentes & leuiter uulnerati: quanti sunt pro ruinæ pondere, usq; ad inferna demersi. Nec est finis gentibus eius: malitia eius finem non habet: & quanta species peccatorum, tot gentes sunt Niniue: quæ infirmabuntur in coporibus suis à multitudine fornicationis. Quod licet possit & de eis accipi: qui propter res Venerias etiam corpore debilitati sunt, et cum perditione animæ carnem quoque frangunt cui seruiunt: Tamen gentes istæ de quibus diximus, non cadunt, iuxta Hebraicum nisi in corporibus suis, & non offendunt (ut interpretatus est Symmachus) nisi in cadaueribus mortuorum: quæ fornicario-

A nis multiplicatiõe proſtrata ſunt. In hoc loco Lxx. interpretes: cum ſecundum Hebraicum poſuerimus, propter multitudinẽ fornicationum meretricis, quaſi aliud uoluerunt eſſe principiũ: ut dicerẽt: Præ multitudine fornicationis: & hucuſque finita ſententia: poſtea inciperent, meretrix ſpecioſa & grata, dux maleficiorũ. Pro duce maleficiorũ, Aquila & Symmachus tranſtulerunt: habens maleficia. Nec mirabitur Niniuen ſcortorum iam eſſe gratiſſimam: quí tantã hominum multitudinem cum ea uiderit fornicari, & maleficijs illius & quibuſdam incantationibus ad amorem eius penè cunctos trahi. Hæc uendidit gentes in fornicatiõibus ſuis, quę tollũt mẽbra Chriſti, & faciunt men-
B bra meretricis, & tribus in maleficijs ſuis: Facit enim amare eas, quę odiſſe debuerant, & deteſtari quæ amare debebant, ut cũ deceptę fuerint: iuxta illud qd̃ ſcriptũ eſt:
1.Cor.15.a Corrũpunt mores bonos cõfabulationes peſſimæ: etiam alios maleſica arte ſupplantẽt.
Pſal.57.a Legi in ſcripturis ſanctis in bonam quoq; partem maleficos accipi: Et malefici incantantis ſapienter. Sed ad hoc incantat talis maleficus, ut meretricis Niniue amore deuinctos, ad mentis ſanitatem retrahat. a ¶ Ecce ego ad te, dicit &c.] Quia uendidiſti ò Niniue gentes in fornicationibus tuis: & familias in maleficijs tuis, & quaſi publicum proſtibulum cunctis diuaricaſti pedes tuos: propterea ego ipſe ad te ueniam ſubuertendã: nõ mittam angelũ, non credã alijs iudicium tuũ. Diſcooperiã pudenda tua in facie tua, ut quæ prius nõ uidebas, ante tuũ ponãtur aſpectum. Oſtendã gentibus nuditatem tuã, & regnis ignominiã tuam, ut qui tecum fornicati ſunt, ipſi te deſpiciant, irrideant, contumelijs afficiant, & eris exemplum uniuerſis uidentibus. Hęc aũt omnia ſub metaphora mulieris narrãtur adulteræ, quę cum fuerit deprehenſa producitur in medium, & ante oculos omniũ depompatur. Quod quidẽ per translationẽ etiam ſuper Hieruſalẽ pleniſſime in Ezechiele prophetalis ſermo deſcribit. Verius tamen & utilius dicuntur ad C mundũ: ad quẽ ſecandũ pariter & curandũ uerus medicus uenit è cœlo. Ecce ego ad te, dicit dñs omnipotẽs: qa omnipotẽs ſum, poſſum uniuerſos ſanare morbos: & qd̃ eſt alijs impoſſibile, mihi poſſibile eſt. Reuelabo poſteriora tua in facie tua, id eſt uirtutes meas, p̃cepta, atq; ſermones, quæ proieciſti poſt tertum tuum, licet nõ merearis, faciam te uidere. Ego enim mandauerã tibi de ſermonibus meis: ut ſemper ante oculos tuos mouerẽtur, ligati eſſent atque penderẽt: Tu autem contẽpto iubẽtis imperio, poſt tua eos ueſtigia reliquiſti: ut nõ ſolũ nõ faceres, ſed nec dignareris quidem uidere quod iuſſerã. Vel certe faciã te uidere & intelligere errores tuos: D quos ante cũ cæca ferreris & p̃ceps, rebaris eſſe uirtutes. Poſt hęc etiam gentibus quas uendidiſti in fornicatione tua, oſtendã nuditatẽ tuam, ut nequaquam tui amore capiãtur: ſed

HEB. gelli, & uox impetus rotæ, & equi fremẽtis, & quadrigæ feruentis, & equitis aſcendentis, & micantis gladij, & fulgurantis haſtæ, & multitudinis interfectæ & grauis ruinæ: nec eſt finis cadaue-rum, & corruent in corporibus ſuis propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ, & gratæ, & habentis maleficia: quæ uendidit gentes in fornicationibus ſuis, & familias in maleficijs ſuis. Eccè ego ad te dicit dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in faciem tuam, & oſtendam gentibus nuditatẽ tuam, & regnis ignominiam tuam: & proijciã ſuper te abominationes, & contumelijs te afficiam: & ponam te in exemplũ. Et ẽrit omnis qui uiderit te, reſiliet à te, & dicet: Vaſta

SEP. lotũ, & uox cõmotionis rotarum, & equi perſequẽtis, & currus feruentis, equitis aſcendentis, & ſplẽdẽtis gladij & fulgentium armorum, & multitudinis uulneratorum, & grauis ruinæ: & non erit finis gentibus eius, & infirmabuntur in corporibus eorum à multitudine fornicationis. Meretrix ſpecioſa & grata, dux maleficiorum, quæ uendit gentes in fornicatione ſua: & tribus in maleficijs ſuis. Ecce ego ad te, dicit dominus omnipotens, & diſcooperiã poſteriora tua ſuper faciẽ tuam, & oſtendã gẽtibus cõfuſionẽ tuã, & regnis ignominiã tuã: & proijciã ſuper te abominationem ſecundum immundicias tuas: & ponam te in exemplum. Et ẽrit omnis qui uiderit te, deſcendet à te, & dicet: Miſera uidentes ſordidum & turpe corpus intrinſecus, cuius primum ſuperficie ducebantur, tecum deſinãt fornicari. Regnis quoq; quæ maiora ſunt quàm gentes, oſtendam ignominiam tuã: quam ut haberes, ipſa feciſti. Et proijciam ſuper te abominationem ſecundum immũdicias tuas: ut quomodo immunda es, ſic immunda uidearis, nec decipias plurimos, qui tibi ante cohærentes, unum tecum corpus efficiebantur. Et ponam te in exemplum, ut ſimilitudo formidatæ pœnæ, ſimilitudinem prohibeat delinquendi. b Et erit omnis qui uiderit te &c. ſuper te caput &c.] In Hebrẽo non habetur caput, ſed nos appoſuimus, ut ſenſus manifeſtior fieret. Denique Symmachus ita interpretatus eſt: Et omnis qui uiderit te, recedet à te, & dicet. Diſſipata eſt Niniue: quis lugebit cũ ea? Porrò Septuaginta. c ¶ Et erit omnis qui &c.] Qui ruinas uiderit Niniue, & poſitam eam omnibus in exemplum, expaueſcet atq; mirabitur & dicet: Diſſipata eſt Niniue: quis commouebit ſuper te caput? hoc eſt, quis dolebit ſuper te: quis tuus eſſe poterit conſo

A consolator, quæ quandiu potens fuisti, quasi crudelis domina, nõ miserebaris senis: nec paruulum respiciebas: nec præparasti luctus tui socium, quæ noluisti consortem habere regnandi. Qui autem hæc terrena contemnit, & ueneficæ Niniue maleficia despexerit: nec falsa pulchritudine eius fuerit irretitus, cum omnem illius turpitudinem intrinsecus uiderit, & cœperit odisse quod cæteri diligunt, refugiet & resiliet ab ea, siue ut à Septuaginta dicitur κατα βήσεται ἀπὸ σοῦ: id est descendet à te: Quandiu enim terrena honoramus & putamus esse sublimia: uelut in q̃dam superbiæ culmine sumus, & miramur pulchritudinem Niniue. Cũ autem considerauerimus naturam
B eius: & omnia corporalia bona, quasi humilia despexerimus, subijcientes nos potentiæ manus dei: tunc miserebimur Niniuitis: & omnia terrena bona digna planctu iudicabimus, dicemusq; Misera Niniue quãti tuis laqueis irretiti sunt: quantos alligatos uinculis tuis tenes: quisputas resiliet à te? & descendet de superbia tua, & te miseram iudicabit? Quod autem ait, quis: non tam pro difficili, quàm pro raro debemus accipere, ut sæpe diximus: Quisputas est fidelis & prudens dispensator? Et: Quis sapiens, & intelliget hæc? Et: Quis ascendet in montem domini? Quis ergo gemet super Niniue? Quis poterit inueniri, qui hoc tabernaculo prægrauatus cum Paulo dicat: Miser ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? Videmus quotidie si cui uicina mors uenerit: & intellexerit se uel febre, uel uulnere, uel quolibet genere morborum, de hoc mundo subtrahi, pauere, trepidare: & toto corpore tremescentem in Niniue hærere complexibus, & à speciosæ meretricis corporeuix auelli. Quod autem sequitur: Vnde quæram consolationem uel consolatorem tibi qui aptet chordam: adhuc ex persona eius dicitur: qui resiliet uel descendet à Niniue, & dicet: Misera Niniue, quis gemet eam? de confusa seculi huius conuersione disputans: in quo nihil cuiquam potest placere perpetuum: sed quod placuit, displicet: C & quod displicuerat, rursum placet. Quis itaq; poterit talis inueniri cõsolator: & ut ita dicã, scriptor lyricus & citharœdus: qui possit dissonantes chordas eius in unam harmoniã contrahere: & uocalẽ in laudes dei efficere cõcentum? Hoc quod exposuimus: qui aptet chordam uel aptantem chordam, & Græce dicitur, ἁρμόσαι χορδὴν: nec in Hebraico, nec in cæteris inuenimus translatoribus, sed pro eo alterius sermonis exordium: Nunquid melior es ab Amon, quæ habitat in fluminibus? Vnde uidetur mihi magis cum posterioribus copulãdum. a ¶ Nũquid melior es ab Amõ quæ habitat in flu. &c.] Pro eo quod in Septuaginta legitur: Apta chordã D pars Ammõ, & cæteri interpretes trãstulerũt: Nunquid meliores ab Amõ? Hebræus qui me in scripturis erudiuit, ita legi posse asseruit: Nũquid melior es quam No Amon, & ait נוֹא Hebraice dici Alexandriam אמון autem multitudinem, siue populos, & esse ordinem lectionis: Nunquid melior es ab Alexandria populosa siue populorum, quę habitat in fluminibus: aqua in circumitu eius. Non quod eo tẽpore Alexandria uocaretur, quippe quæ longo post tempore ab Alexandro Magno Macedone nomen accepit. Sed quia sub nomine primo, id est No, semper Aegypti metropolis fuerit, & abundantissima populis. Denique & qui res gestas Alexandri memoriæ tradiderunt, principem eam fuisse Aegypti autumant. Sed & propheta Hieremias Amon siue No, Alexandriam intelligens in uisione cõtra Aegyptum ad quam dicit: Vitula formosa Aegyptus, stimulator ab aquilone ueniet ei: hæc quoque manifestius addidit: Confusa est filia Aegypti: tradita est in manu populi aquilonis, ait dominus uirtutum deus Israel. Ecce ego uisitabo super אמון מנוא id est, super tumultum de Alexandria אמון enim, ut diximus, populos מ præpositionem de, significat: נוא autem Alexandriam. Et uisitabo, inquit, super Pharaonem & super Aegyptum,

Matth. 26. d
Osee 14. d
Psal. 25. d
Rom. 7. d
Hiere. 46. e



HEB. Vastata est Niniue: quis commouebit super te caput? Vnde quærã cõsolatorẽ tibi? Nũnquid melior es ab Amon, quæ habitat in fluminibus? aqua in circumitu eius: cuius diuitiæ mare: aquæ muri eius: Aethiopia fortitudo eius & Aegyptus: & nõ est finis: Aphrica & Libyes fuerũt in auxilio tuo. Sed & ipsa in transmigratione ducitur in captiuitatẽ: paruuli eius elidẽtur in capite omnium uiarum: & super inclytos eius sortem mittent, & omnes optimates eius affigentur compedibus: & tu ergo inebriaberis: eris despecta: & tu quæres auxilium tuum ab inimico: omnes munitiones tuæ sicut ficus cũ grossis suis: si cõcussæ fuerint, cadent

SEP. Misera Niniue quis gemet eã? Vnde quærã cõsolationẽ illi, aptantẽ chordam? Apta chordam pars Ammõ, quę habitas in fluminibus: aquæ in circuitu eius: cuius principiũ mare est, & aqua muri eius: Aethiopia fortitudo eius & Aegyptus: & non est finis fugæ tuæ: Phut & Libyes facti sunt auxiliatores illius, & ipsa in trãsmigratione ẽ ibit captiua: & paruulos illius allidẽt in principio uiarum eius, & super omnia inclyta eius mittent sortẽ: & uniuersi optimates eius alligabuntur compedibus: & tu inebriaberis, & eris despecta: & tu quæres tibi ut stes ab inimicis tuis: omnes munitiões tuæ ut ficus, quæ grossos habent: si commotæ fuerint, cadent

A & ſuper deos eius, & ſuper reges eius, & ſuper Pharaonem, & ſuper eos qui in eo ſperant: & dabo in manus quærentium animas eorum, & in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manu ſeruorum eius. Dicitur itaq; ad Niniuen: Nunquid populoſior es, aut potentior Alexandria? Et deſcribitur ſitus Alexãdriæ quod ſit ſuper Nilum & ſuper mare poſita, hincinde aquis & fluminibus ambiatur. Aqua in circuitu eius: cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius: hinc enim riuulo Nili, inde lacu Mareotico, ex alia parte mari cingitur. Quod aũt Aethiopia & Aegyptus, & Aphrica pro quo in Hebræo ponitur פוט & Libyes in præſidio eius ſint, ipſe ſitus prouinciarũ & urbis oſtẽdit. Et hæc igitur quã meus, inquit, propheta ſermo deſcribit: capietur à rege Babylonio, & idẽ tuus atq; illius uaſtator erit. Quæ Ioſephus quoq; Iudaicę ſcriptor hiſtoriæ in libris ſuis refert: Paruuli eius allidentur in cõpitis: nobiles eius diuidentur ſorte uictorum, & potentiſſimi quondam principes captiui ducentur in catenis. Cum ergo hæc paſſura ſit Alexandria: & tu ò Niniue de eodem bibes calice, & inebriaberis, & cõſopita iacens deſpicieris: & in tantam uenies neceſſitatem, ut à Babylonijs ſiue contra Babylonios ab inimicis tuis auxilium roges. Omnia firmamenta tua & muri in ſublime porrecti: & altitudines turrium, quas nunc inexpugnabiles putas: & uiri fortes bellatores q; tui, primitiuis ficubus comparabuntur, quæ ſi concuſſæ fue-

B rint leui tactu, in os cadent deuorantis. Nam quod apud Lxx. legitur: Apta ſiue compone chordã, ad hucad Niniuen dicitur. Et eſt ſenſus: inordinatum & incompoſitum tuum, & in diuerſa diſcrepans, in chordarum ſimilitudinem apta Niniue: quia nihil tibi proderit ſpecies & magnitudo tua, quę prę cipua habere te credis, niſi te aptaueris ad canendum. Conſidera enim omnẽ partem ſortis filiorũ Ammon, & quæcunq; æſtimantur poſſidere bona quomodo eos non defenderint ne irent in captiuitatem, & ne paruuli eorum allíderentur in uijs: Quid eis profuerunt flumina, iuxta quæ poſita eſt urbs Ammon? Quid exceptis fluminibus tãta puteorum & fontiũ multitudo: incipiens à mari mortuo & uallãs regionẽ eius? Quid ei præbuere præſidij Aethiopia & Aegyptus quondam fœderati eius? Quomodo ergo illam non iuuit auxilium ſociorum: ſic nec tuus ò Niniue fugiẽdi finis erit, ſed huc atq; illuc uaſtaberis. Quid loquar de Aethiopibus & de Aegyptijs qui prę ſules fuerunt filiorum Ammon, cum etiam Libyes ei fuerint fœderati? Et hęc igitur ducetur in captiuitatẽ, paruuli eius quia ingredi non ualebunt, interficientur in uijs ante patentũ ora proſtrati, & omnes opes eius ſorte à uictoribus diuidentur. Nec quiſq; de principibus euadet, quin ferro & cõpedibus uincientur. Et tu ergo ò Niniue inebriaberis, & dies quondam atq; ſpecioſa, quæ tantos amatores habebas deſpicieris ab omnibus, & inimicis perſequentibus quæres requiẽ & non inuenies: Omnes bellatores tui & uniuerſa auxilia prædæ hoſtibus erunt, & ſine ullo labore capientur in ſimilitudinem groſſorum ficus, quæ concuſſæ non in terram: ne ſaltem par- C tuus labor ſit colligentium, ſed ſtatim in os deuorãtis cadent. Hæc dicta ſint παραφρασικῶς iuxta Lxx. interpretes: ſemel enim propoſitum nobis eſt, & uulgatam æditionem ſequi, ne aliquam Sardanapalo reprehendendi occaſionem præbuiſſe uideamur: Cæterum non ſatis mihi uidetur congruere exemplum euerſionis Niniue cum filijs Lot, qui Lxx. filios Lot ἀμμῶν appellant. uocantur Amman. Primum enim Ammon dicitur, & non Amman: deinde Ammana, quæ nunc uocatur Philadelphia: non eſt ſita ſuper flumina: nec opes illius de mari congregantur: quippe quę mediterranea ſit: nec aquæ ſunt muri eius: nec habet Aethiopiam & Aegyptum & Aphricã, & Libyes fœderatos, cum hęc omnia & iuxta potentiã & iuxta exemplũ, & iuxta deſcriptionẽ loci & regionis, & amicarũ gentiũ, magis Alexandriæ coaptanda ſint, et nunq; potentiſſima ciuitas Niniue minori Philadelphię cõparata, audiret à propheta: Nunquid melior es? Cui autem dicitur: Nunquid melior es, oſtẽditur minor eſſe ea cui comparatur, & non debere eam indigne ferre ſi capta ſit, cum & maior & firmior & potentior tam natura loci, q; uiris fortibus ab eodem ſit hoſte ſuperata. Quia uero Niniuen et mundum iſtũ interpretati ſumus, præcipitur ei ut aptet & cõponat chordas ſuas; & ſe ad lugubre carmen paret: pars enim filiorũ Ammon quæ multo melior fuerat q; Niniue, & habitauerat ſuper flumina: quia in errore deprehenſa eſt, pœnas eã ſui ſceleris pependiſſe. Ac primũ iux D ta hiſtoriã Alexandriæ dicendũ, quod Ammõ in- Allegor. terpretẽtur populi, & ſit ſenſus iuxta leges Allegoriæ: Cõſidera populos eccleſiæ, quæ habitat ſuper omnes prophetas, & habet doctores in circumitu ſuo, quorũ de uentre manant flumina: cuius initiũ eſt mare: A lectione quippe legis, quæ ſine ligno Chriſti amara eſt, in ſimilitudinem myrrhę adeius myſteriũ peruenitur, quæ habet Aethiopiã in fortitudine: Aethiopia quippe prę ueniet manus eius deo, & Aegyptũ in quã dñs uenit in nube leui, & Libyes qui ante habitabãt in arẽtibus: & poſtea facti ſunt in auxilio eius. Et hæc ergo ſi nõ ſe attenderit, & omni diligẽtia cuſtodierit cor ſuũ, captiua ducetur, & planget filios ſuos. Paruuli quoq; eius qui adhuc in principijs uiarũ ſunt, nec ad medium itineris peruenerunt, elidentur in ipſis principijs uijs, & hoſtes ſæuiſſimi præclara quæq; eius ſorte ſibi diuidere feſtinabunt, & optimates quos principes & prępoſitos intelligere poſſumus, uinctos catenis, & grauiſſimo compedum pondere præpeditos, trahent in captiuitatẽ. Et tu ergo Niniue, homines uidelicet infideles, homines mũdo penitus inhærentes, ſenties ſupplicia: & conſopieris calice meo, cũ illi quoq; biberint qui de mea parte fuerant, & ſuo uitio corruerũt. Et deſpicieris à me, & quæres finem inter uitia & perturbationes quæ te premunt, & nihilominus ſtationem & finem malorum reperire non poteris, ſed & omnes uoluptates tuæ & dulcedines, & potentiæ ſeculares, & dogmata quæ tibi uidebaris habere firmiſſima, deuorabuntur a comedente, de quo per parabolam

dicit

A dicit Samson: De comedẽte exiuit cibus, & de fortiegressum est dulce: tunc enim fortia quæq; tua, & quæ dulces fructus spectantiũ oculis promittebant, ad primã arboris concussionẽ ruent in os diaboli deuorãtis, à quo semper Niniue tenta fuerat & possessa. Porrò quod prætermisimus: Et nõ est finis fugæ tuæ, quia ad Niniuẽ dicitur, & inter ea q̃ de Ammõ scripta sunt positũ est, & uidetur extraordinarie in alieno loco insertũ quasi per ὑπέρβατον referamus ad Niniuen, ut sit ordo: Et tu inebriaberis & nõ est finis fugæ tuæ, & eris despecta, & cætera q̃ dicũtur ad Niniuẽ: Et interp̃tabimur nõ esse finem fugæ Niniue à deo, quia semper profectum habeat in fugiẽdo, & nunq̃ uelit consistere secundũ illud quod supra

B diximus: Et ipsi fugiẽtes nõ steterũt, & nõ erat qui respiceret. Et dicemus ideo scripturã sanctã his difficultatibus esse cõtextam, & maxime prophetas qui ænigmatibus pleni sunt, ut difficultatẽ sensuũ, difficultas quoq; sermonis inuoluat, ut nõ facile pateat sanctum canibus, & margaritæ porcis, & prophanis sancta sanctorũ. Quod si uoluerimus Ammon interpretari super filij Lot, dicamus Lot habuisse ex duabus filiabus duos filios, Moab et Ammon, quorũ senior Moab interpretatur ex patre, siue aqua paterna: iunior uero Ammõ, uel filius generis mei, uel populus noster. Et arbitror quõ qui ex Iuda natus fuerat, ꝓpter peccatũ, dicitur ad eũ: Semẽ Chanaan & nõ Iuda. Et in Ezechiel ad Hierusalẽ peccatricẽ: Radix tua et generatio tua de terra Chanaã, pater tuus Amorrꝛus, & mater tua Cethæa: Sic eos quicũq; fuerũt de priori populo, hoc est de Iudæis, & de iuniori, id est de nostris, Moabitas & Ammonitas figuraliter appellari. Et quia declinauerunt à patre suo, Lot quippe declinatio interpretatur, pœnæ subijciẽdos & passuros omnia quæ supra exposuimus. Si autem ab his qui sancti quõdã fuerãt, dei seueritas incipit, & illa quæ habitabat inter flumina gehẽnæ, igne purgabitur: quãto magis Niniue quæ ante non habuit legẽ, nec recepit iugũ prꝛceptorũ dei, propter superbiã suam ad extremũ in os corruet deuorãtis? a ¶ Ecce populus tuus &c. ] Adhuc ad Niniuẽ texitur dicẽtis eloquiũ: non mirũ si fortes & pugnatores tui in similitudinẽ grossorũ ficus, statim in os decidãt deuorãtis, cũ populus tuus effœminatus sit, et resistere nequeat. Pandentur ergo portæ tuæ, & patebit

Gen. 19. g

עַמּוֹן

Ezech. 16. d
Dan. 13. f

HEBR. cadent in os comedentis. Eccè populus tuus, mulieres in medio tui, inimicis tuis adapertione pandentur portæ terræ tuꝛ, deuorabit ignis uectes tuos. Aquam propter obsidionem hauri tibi: extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca: subigens tene laterem: Ibi comedet te ignis, peribis gladio: deuorabit te ut bruchus: congregare ergo ut bruchus, multiplicare ut locusta. Plures fecisti negociationes tuas, & stellæ sint cœli

SEP. cadent in os comedentis. Ecce populus tuus quasi mulieres in te, inimicis tuis aperiendo aperientur portæ terræ tuæ, comedit ignis uectes tuos. Aquam obsidionis hauri tibi: obtine munitiones tuas: ingredere lutũ, & cõculcare in paleis: obtine superlaterem: Ibi comedet te ignis: dispdet te gladius: & comedet te quasi locusta: aggrauaberis quasi bruchus: multiplicare ut bruchus: multiplicasti negociationes tuas sicut stellas cœli

C ciuitas hostibus: robustissimos uectes quibus claudebantur portæ, cõsumet ignis. Hauri igitur aquã, & cura ne potus desit obsessꝛ munitioni: lateres cõfice, ut interrupta murorũ struas: propè est enim obsidio, Et cum hæc omnia feceris, quasi à brucho humus, ita à gladio deuoraberis. Sed & cũ multiplicata fueris ut bruchus: et ut locusta in unũ pariter cõgregata, & congregaueris sicut astra cœli diuitias tuas, sicut locusta & bruchus & parua genimina locustarũ, quæ uocãtur attelabus: sole incalescẽte auolãt, nec reperiũtur: sic tu dispergeris et fugies. Natura enim hæc locustarũ est, ut in frigore torpẽtes per calorẽ uolitent. Porrò attelabus quẽ significantius comestorẽ in-

D terp̃tatus est Aqla, parua locusta est inter locustã & bruchũ: et modicis pẽnis reptãs potius q̃ uolãs: semperq; subsiliẽs, & ob hãc causam ubicũq; orta fuerit, usq; ad puluerẽ cũcta cõsumit: qa donec crescãt pẽnæ abire nõ potest. Hęc iuxta hebraicũ propter lectoris faciliorẽ intelligẽtiã, ipsa scripturꝛ calcãs uestigia, manifestius explanaui. Dicã aũt et iuxta Lxx. cœptã προπολογίαν sequẽs primũ breuiter, id est quasi in Epitome, et postea latius de singulis differẽs: Populus tuus ὁ Niniue, homines uidelicet seculares qui ꝓprie uocant populus urbis Assyriꝛ: ita passiõibus eneruati sunt, & uitijs elanguerũt: ut imbecilitati mulierũ comparent̃: nihil em̃ in animabus suis forte, nihil robustũ possident & uirile. Vnde inimici prꝛualentes aduersum eos, aperuerũt omnes sensus eorũ, & per corporales ianuas introgressi sunt. Et signãter sensus corporũ, ostia Niniuiticæ terræ appellantur. Habent aũt ex prima dei cõditione etiã hi qui se uitijs mãciparũt occasionẽ cognoscẽdi deum: quasi robustissimos uectes quibus oppilẽt & claudãt portas sensuũ. Sed & ipsos cõsumet ignis: qui à sagittis est allatus ardentibus: quãobrem dicitur ad Niniuen: Hauri tibi aquã, & asperge te sermone: atq; ratiõe & occasionibus intelligendi deũ, exercendarumq; uirtutum, quꝛ tibi insitæ sunt, abutere ad præliandũ. Verũ tu dissolutis manibus, id est operibus uoluptatis; quicquid in te habueras roboris, perdidisti: quamobrẽ conuertere & age pœnitentiã: & rursum obtine munitiones tuas. Et quia semel ingressa es lutum, & clausa es corpore, quod quasi terra et paleis et aqua, ita carnibus, sanguine, uenis, neruis, ossibusq; cõpactum est: sustine iniuriã & necessitates corporis: &

concul

A cõculcare ab inimicis,& omnia ad conficiendã carnẽ,quę pœnitentia digna sunt patere. Semel enim assumens lutum,& paleas & inanibus huius seculi negocijs inuoluta: debes per iniuriam sponte calcari,& tamen noli salutem penitus desperare: esto cõfidẽs: & corpus, id est, laterẽ tuum propter assumptũ sermonem quasi aquã in seruitutẽ redige,& subijce tibi ut domineris lateri tuo: alioquin nisi hoc feceris, uiuax te postea flamma cõsumet, uel in pœnam per gehennã, uel ardentibus inimici iaculis suscitata,& non solum igni uastaberis, sed gladius quoq; te comedet quasi locusta terræ uirentia. Et hoc patieris si nõ fueris super laterem, tuoq; pondere prægrauata, & omnẽ perdens uolatum, tota detraheris in terram: sicut bruchus repente in terram cadit, cum lasso uolatu ultra ire nõ quiuerit. Habeto itaq; uirtutes tam innumerabiles, ut bruchus: ne ita pondere tuo ad terram detraharis, ut bruchus. Quæ uniuersa perpessa es, quoniã multiplicasti tibi diuitias & negociationes diuersorum dogmatum: putans eas clariores esse stellis, et
B magis fulgere q̃ cœli sidera. Hæc (ut dixi) ad comprehẽdendum sensum à nobis dicta sunt breuiter: nunc ad exordium capituli reuertentes, singula ut possumus explicemus. Quis non dicat speciosam Niniuen: animam natura pulchram: luxuria & uoluptatibus huius seculi delinitam, in muliebres delicias peruenisse, & uirilitate perdita elanguisse in fœminam? Si enim iusti anima in perfectum uirũ ueniens,& cõditionis suæ seruans rigorem, adhærensq; deo unus cum eo efficitur spiritus: Cur nõ econtrario anima quæ amat mundum, unum cum mundo fiat,& in mollitiem redacta fœmineã, uirilem perdiderit rigorem? Ego puto ob hãc causam in Exodo præcipere Pharaonem: ut omne masculinum quod natum est Hebræis, mittatur in fluuiũ: & omne fœmineum uiuificetur. Neq; enim poterat rex Aegyptius qui dicit alibi: Mea sunt flumina, & ego feci ea: quicq; aliud nisi hoc iubere: ut quodcunq; est Hebrẽorum,& eorum qui per seculum istud transeunt, forte & uirile mittatur in aquas,& per fluenta earum deferatur in mare. Et econtrario quicquid fœmineum, et molle formosum uideretur in seculo, hoc uiuificetur, adolescat & generet. Simulq; considera quod Aegyptius imperator uiros Hebræorum nõ possit occidere: nec eos qui iam egressi sunt de infantia: sed quorum ætas adhuc tenera est,& molle corpus,& profectus incipiens: scit non posse nutriri fœminas, nisi interfecti fuerint masculi. Vult itaq; in Hebræis quicquid forte est et uirile, hoc gurgite sui fluminis suffocare: ut quæ fœminea sunt, liberius sola succrescant. Quod autem sequitur: Inimicis tuis apertio-

Exod.1.c

Ezech.29.a

ne aperientur portæ terræ tuæ: intelligere poteris, C assumens de Hieremia testimonium, in quo scriptum est: Ascendit mors per fenestras uestras. Quodq; p Hieremiã in fenestris, hic in portis asseres demõstrari,& has ipsas ad sensus referes. Sciẽs

SEPTVAGINTA, cœli. Brũchus irruit & euolauit: exiliuit quasi attelabus commixtus tuus: sicut locusta quæ ascendit super sepem in die gelus: sol ortus & exiliuit, & non cognouit locum suum. Væ illis: Dor

HEB. cœli: Bruchus expãsus est & auolauit. Custodes tui quasi locusta, & paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ considunt in sepibus in die frigoris: Sol ortus est,& auolauerũt, & nõ est cognitus locus earum ubi fuerint. Dor

em̃ sermo diuinus duplices esse sensus: ad distinctionẽ malorum sensuum in Prouerbijs ait: Sensum diuinũ in- Hier.9.f uenies. Sensum autẽ hic non accipias p animo & mente, quæ Græce νοῦς dicitur, sed pro αἰσθήσει à qua & quinq; sensus nũcupati sunt: uisus, odoratus, gustus, tactus, auditus. Portæ itaque terræ Niniue, corporales sensus intelligantur: Portę autem Hierusalem cœlestis, omnis sensus diuinus & de supernis ueniens. Has portas Niniue aperit populus eius per uisum et auditum, & omnes reliquos sensus quasi per latã & spaciosam uiam quæ ducit ad mortẽ: corporales quærẽs capere uoluptates: quibus claudunt homines dei portas suas, obturantes aures ne audiant iudicium sanguinis claudentes oculos suos, ne uideant iniquitatem: obturantes nares, ne unguenta prima in
D effœminationem animæ suæ odore suscipiãt: claudentes os gulæ,& uentri auido: & à tactu molli retrahentes manus suas, ne ad libidinem uenter exæstuans, in fœmineos ardentẽ animam cogat amplexus. Qui autem homines dei sunt, aperiunt sensus suos: id est portas cœlestis Hierusalem: ut ad eos ingrediatur sermo dei. Malarum portarum illud exemplum est: Qui exaltas me de portis mortis. Bonarum hoc: Vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. Quando uideris amatorem uoluptatum magis q̃ amatorem dei, & luxuriæ deditum: statim de eo dicito: Inimicis suis aperuit portas terræ suæ: non enim amicis animę suę, sed inimicis aperiunt portas terræ Niniue. Quod si & hi qui principes putantur in populo eadem fecerint, de his quoque dicere non timebis: Duces populi mei de domo deliciarũ suarum eiecti sunt. Si autem uideris eos uoluptatibus & hincinde ambiente luxuria præpeditos, nullam habere misericordiam in pauperes: nec de populo dei esse solicitos, aptabis eis quod sequitur: Qui dormiunt Amos 6.b super lectos eburneos,& fluunt uoluptate in stratis suis: qui comedunt hœdos de gregibus, & uitulos lactentes de armẽtis: qui bibunt defecatũ uinum: & primis unguentis delibuti sunt, & non patiebantur quicquàm super cõtritionem Ioseph. Porrò quod dicitur: Comedit ignis uectes tuos: huiusce modi est. Si quid naturalis boni in anima tua uidebatur esse, quod in similitudinem uectium hostes, qui per portas sensuum tuorũ conabantur irrũpere, prohibere posset et repellere, hoc Babylonio igni succensum est. Nec non aquã munitionis

attrahe

A attrahi: tibi:de sermone dei dicitur:ut circundet sibi quasi murum firmissimum,scripturarum doctrinam atq; rationem: ne ad interiora eius possit hostis irrumpere. Obtine, inquit, munitiones tuas. Quicquid habes in te per naturam bonum, & optimi conditoris in te seruat exordium: hoc infelix anima Niniue in defensionem tui tene: nec patiaris de principali cordis effluere. Quod autem post hæc additur: Incede in lutum,& cõculcare in paleis: alius forsitan æstimet dici de anima: quæ infixa in luto corporis & paleis huius mundi, uacuis scilicet & caducis tota se uersans conculcetur à dæmonibus. Mihi aũt uidetur hoc ad eã dici:sustine tentationes:iniurias, quibus tradita es: pœnas quas merito tuo pateris: quia si super uacua huius mundi & fragilia graderis negocia,scias te pro remedio sustinere:si tamẽ obtinueris super laterẽ,& carnem animæ imperio subiugaueris. Denicq; sequitur:Ibi comedet te ignis. Si non fueris super laterem,& dominationem non habueris in carnem, sed manseris in latere,& amaueris paleas:& in carne iuxta carnẽ uixeris:nõ solum ardẽtia inimici iacula te uorabunt, sed & gladius eius interficiet:& in similitudinem locustarum,quicquid in te uirens uidebatur,& naturæ bono sponte germinans, auaro dente consumet:& quasi bruchus uolatu perdito,& grauatus pondere suo,ita & tu grauata onere peccatorum,detraheris in terram. Igitur ne talia & tanta patiaris,multiplicare ut bruchus,& quan
B tum ille habet numerum, tantas tu habeto uirtutes. Quæ enim multiplicasti negociationes tuas: & omni genere quasi cœlestia cuperes possidere, per fas & nefas perituras tibi diuitias congregasti: debes multitudinem peccatorum multitudine exæquare uirtutum. Supra iuxta Hebraicum usq; ad illum locum ueneram, ubi dicitur: Sol ortus est, & auolauerunt: & non est cognitus locus earum ubi fuerint: Et quid mihi uideretur in contextu ipsius sermonis dixi: Nunc quia Lxx. proprij sensus uidentur habere principiũ: posito eorũ testimonio, cœptæ explanationis ordinem sequar. a ¶Bruchus irruit & euolauit &c.] Videtur mihi multitudo Niniue absq; rectore, sine ordine hinc inde cõmixta, & quacunq; impetus tulerit ruens,brucho comparari, paruo animali & innumerabili: & qui modicum quidem se uideatur eleuare à terra. Sed & alius qui Græce dicitur ὁ συμμικτὸς, & Latine trãslatus est in commixtum: quem nos possumus uulgus ignobile, & de diuersis gentibus hincinde populum congregatum intelligere,id est nõ ciues, sed peregrinos. Vnde & populus Israel qui egrediebatur ex Aegypto πολὼ συμμικτὸν, hoc est Aegyptiorum & Aethiopum, & uariarum gentium, habuisse narratur. Et hic ergo(ut ita dicã)mixtitius Niniue,cõfertur exilienti attelabo & locustæ,quę in die frigoris, eo quo auolare non possit, resideat in sepe, & postea orto sole & illius ardore calefacta exiliat: & ad alias regiones auolans, nequaq; meminerit sepis, in qua tempore frigoris federat. Hæc παραφρασικῶς,ut ipse prophetæ sermo facilius possit intelligi,dicta sint. Cæterũ dubitare non poteris, multitudinem hominum quæ per latam uiã C
pergens,uersatur in mundo,bruchum dicere,cum uideris eos totos terræ deditos,sententiæ leuitate, huc illucq; discurrere,& ad sublimiora uolare non posse. Cerne Romã & Cõstantinopolim cũ priori nomine inopiã pristinã cõmutantem. Vide Alexandriã Aegypti caput, & cũ fuerit uel pro penuria annonę:uel(quod pudori sit et ruborí)propter aurigas & mimos & histriões seditio cõcitata, ruere populũ in similitudinẽ bruchi,& totum uitijs inhærentẽ,leuitate sua,& per momẽta mutatiõe sententiæ huc illucq; uolitare, tũc uere poteris dicere: Bruchus impetu abijt & auolauit. Porrò quod sequitur: Exiliuit attelabus, & mixtitius tuus quasi locusta. Mixtitiũ puto in hoc differre à brucho, qd bruchus imperitæ multitudini & innumerabili cõparatur: Mixtitius aũt de cunctis gentibus hincinde collectus. Et quomõ alij sunt in urbibus ciues,alij peregrini,quibus placet habitare in urbe nõ sua, Sic mixtitium puto qui habitat in Niniue,eos esse qui uidentur sibi iuxta opinionẽ suam aliqua sequi dogmata ueritatis, & in eo meliores esse brucho, quod bruchus nihil aliud faciat,nisi semper in terra sit,& absq; alis cibo & uentri seruiat:attelabus aũt saltem modicas assumat alas,& cũ in altum uolare non possit, tamẽ de terra exilire nitatur:& tandem perueniens in locustam, uolitat quidem, sed non est perpetuus uolatus eius:deficientibus enim pẽnulis,& contractis frigore,etiam locusta considet: D
& considet nõ in frugifera arbore,& in uirentibus foliis, sed in sepe, sentibus uirgultisq; cõtexta:siue in maceria fortuito hinc inde lapide cõposita. Consideremus sapientes Græciæ & Aegyptiorum atque Persarum,Indorumq; Gymnosophistas,et Samaritanos: & uarias inter ipsos sententias, & Iudæos pharisæosq; eorum & Sadducæos, & ecclesiæ multiplices hæreses:& uidebimus attelabum à terra se paululum subleuantem, & locustam uolantem quidem, sed non pleno cursu: & quia non habeat calorem solis iusticię,frigente in deum charitate,sedere in spinosis sepibus:Omnia enim dogmata eorum cum frigeant, & uolare non possint, sedem sibi & requiem inter Aristotelis & Chrysippi spineta reperiunt. Inde Eunomius profert: Quod natum est, non fuit antequam nasceretur. Inde Manichæus ut deum à conditione malorũ liberet, alterũ mali inducit autorem. Inde Nouatus subtrahit ueniam, ut tollat pœnitentiã. Et ut simul breui cuncta concludam sermone:de illis fontibus uniuersa dogmata argumẽtationum suarũ riuulos trahunt,ita ut loca quoq; ipsa de quibus argumenta sumuntur τοπικὰ superscripserint. Hæc igitur locusta quæ nunc sedet in sepibus: cum iudicij tẽpus aduenerit, & mundus ad ortum solis incaluerit:dimittet sedẽ & loca sua,in quibus tempore frigoris inhærebat: & ad meliora conuersa,prioris sedis nõ recordabitur. Quod aũt generaliter de iudicij tempore diximus,& nunc ex parte intelligi potest, ut per eruditos & doctos uiros huiuscemodi locustis solis iusticiæ lumen oriatur:et relinquẽtes spinas suas, in purum & liberũ trãseant uolatum.

¶Dor

A 4 ¶Dormitauerunt paſtores tui &c.] Nõ mirum eſt ſi dormitauerũt paſtores tui ò rex Aſſur qui dominatus es in Niniue, & ſepeliantur uel uagentur principes tui: reguli ſcilicet & omnium gẽtium duces, qui tibi antea ſeruiebant: cũ populus tuus mulieres fuerint in medio ciuitatis tuę: & inimicis tuis apertæ ſint portæ eius, & omnis multitudo ſuper murũ ſedens locuſtæ ſit cõparata: quæ quaſi incaleſcẽte ſole, ſic ad aduentum Nabuchodonoſor fugerit de propugnaculis: & inimicis terga uerterit: nec inuentus ſit locus eius. Irato itaque deo: quia populũ eius uaſtaueras ò Aſſur, et ſublimaueras uſq; in cœlum nidum tuum, unde & magnus ſenſus diceris, deſtructa eſt ciuitas tua. Et cunctis principibus interfectis qui reſiſtere poterãt aduerſarijs: reliquus populus tuus imbellis & ignobilis, diſperſus eſt in montibus, & nemo de ducibus inueniri poteſt qui

B congreget eos, & de collectis rurſum cogat exercitum. Non eſt obſcurũ uulnus tuum: nec talis plaga quæ medici poſſit curari manu. Omnes qui Niniuen ſubrutam & Aſſyrium regem ſuperatum audierint: & potentiſſimam urbem, & regem dominatorem quondam urbis uulneratum, & iacere ſeminecem, & in ſuo ſanguine uolutari: uel ſtupebunt propter rei magnitudinem, & inſperatum nũcium, & compriment manus ſuas: uel certe præ magnitudine gaudij inſultantes tibi applaudẽt manibus, & quodam gaudij ſtrepitu concrepabunt. Nullus enim eſt qui poſſit ſuper te dolere, & euerſioni & uulneri tuo donare lachrymas: quia nullus eſt ſuper quem tua malicia non ſemper tranſierit. Et pulchre tranſierit: non enim poteſt malicia regis Aſſyrij in hoſtibus eius iugiter permanere. Hucuſq; hiſtoriæ ordo ſit textus. Debemus autem & iuxta Hebraicum anteq; æditionem Lxx. diſſeramus (in illis enim longe alius & diuerſus eſt ſenſus) paululum ab hiſtoria in ſublime conſcendere, & docere quod in ultima prophetia Nahum ἀποσροφὴ ad diabolum fiat. Et eſt ſenſus: Magnũ principem Aſſyriorum, qui quondam gloriabundus dixerat: fortitudinem faciam: & ſapientia intellectus, auferam terminos gentium, & uires earũ depaſcar: & commouebo ciuitates quæ habitantur,

Eſa.14.e & dicatur ei: O lucifer qui mane oriebaris: qui mittebas igniculos tuos ad cunctas gentes: quomodo cecidiſti in terrã et cõtritus es? Deſtructa eſt Niniue ciuitas tua ſpecioſa & potens: in qua tantum tibi imperium præſumebas, ut filio quoq; dei auderes dicere: Hæc omnia tradita ſunt mihi: ſi procí-

Matt.4.b dens adoraueris me, dabo tibi ea. Dormitauerunt paſtores & reguli tui: qui non paſcebant homines C in ſalutem, ſed nutriebant eos interfectioni tuæ: ut ſaginatiores hoſtias deuorares. Omnis populus tuus: & turba populorum quæ te quondam colebat, deſeruit te & urbem tuam, & confugit ad montes, & ſe ſub apoſtolorũ Chriſti atque doctorum latibulis collocauit, & interim nullus tuorum ducũ eſt, qui turbam tuã quondam ad ſe reuocet. Plaga tua & uulnus tuũ toto orbe perſonuit, omnes inſultauerunt tibi, qui tua quondam fuerant ſupplantatione decepti: aut nullus enim aut rarus eſt, quem non tu aliquando deceperis, & per quem non tranſierit malicia tua. Et notandum quod in quocunq; ſterit malicia diaboli, non poſſit inſultare ruinæ eius & uulneri, cum ſit de paſtoribus & populo regis Aſſyrij: ſed in quocunq; pertranſierit, ille inſultet ei, & bonis operibus atq; directis, quaſi manus ſuper eum concrepet. Et congrue iuxta Hebraicũ D quidem hucuſq; de mundi ruina dictum eſt: nouiſſime de ipſius quoq; diaboli, qui princeps mundi fuit (Mundus enim in maligno poſitus eſt) plaga & uulnere prædicatur. Apud Lxx. autem adhuc 1.Ioan.5.d ad σύμμικτον, id eſt ad mixticium mundi dicitur, quod paſtores eius dormierint: & ut dormirent, à rege ſint Aſſyrio cõſopiti: atq; ita fit, ut dum apud eos deſcribitur, quid Aſſyrius exercuerit inter alteros, & nõ quid ipſe patiatur, de diaboli uulnere & plaga & interfectione ſit tacitum. Væ itaq; his qui peruerſarum doctrinarũ magiſtri ſunt in Niniue. Et congrue ad eos dicitur: Dormitauerunt paſtores tui: dederunt enim ſomnũ oculis ſuis, & palpe- Pſal.131.a bris ſuis dormitationẽ. Et propterea nõ inuenerũt locum domino, neq; tabernaculũ deo Iacob. Nec audierunt de Ephrata, id eſt frugifera eccleſia, nec inuenerunt eã in condenſis ſyluarum. Non ſolum autem paſtores mixticij huius & locuſtæ, quæ imminẽte glacie ſedet in ſepibus, dormitauerunt, ſed à rege quoq; ſunt Aſſyriorum conſopiti. Scit enim rex Aſſyrius non poſſe ſe oues decipere, niſi paſtores ante conſopierit. Semper diaboli ſtudium eſt, uigilantes animas conſopire. Deniq; & in paſſione domini apoſtolorum oculos graui ſopore premit, quos ſaluator ſuſcitans ait: Vigilate & orate ne in Mar.14.d tretis in tẽtationem. Et rurſum: Quod uobis dico, Ibi.13.d omnibus dico, uigilate. Et quia non ceſſat ſemper conſopire uigilantes: quoſcunq; ille deceperit, & quaſi ſuaui & pernicioſo carmine Sirenarum illexerit ad dormiendum, excitat ſermo diuinus & dicit: Surge qui dormis, & eleuare, & illuminabit te Chriſtus. In aduentu ergo Chriſti & ſermonis

dei

A dei,& doctrinæ eccleſiaſticæ, & conſummationis Niniue ſpecioſiſſimæ quondã meretricis, eleuabit & properabit populus,qui ſub magiſtris ante fuerat conſopitus, & ibit ad montes ſcripturarũ, ibiq; inueniet mõtes Moyſen & Ieſum filiũ Naue, montes,prophetas:montes noui teſtamenti,apoſtolos & euangeliſtas: & cum ad tales montes confugerit,& in huiuſcemodi montiũ fuerit lectione uerſatus,ſi non inuenerit qui eum doceat: Meſſis enim multa, operarij aũt pauci:tunc & illius ſtudiũ comprobabitur, quia cõfugerit ad montes,& magiſtrorum deſidia coarguetur: infert enim,& nõ erat qui ſuſciperet. Sequitur:Nõ eſt ſanitas cõtritioni tuæ, tumet plaga tua. Propterea mixticius Niniue ſanari nõ poteſt, quia ſuperbiã non deponit, & recens ſemper uulnus eſt,& quotidie diabolo feriẽte percutitur,Et poſt hæc omnia nõ eſt ſanitas cõtritioni eius: licet enim ſibi ſanus eſſe uideatur,tamen anima eius fracta eſt & contrita, percutiente deſuper malleo totius terrę:& nõ ſanatur,quia ſemper erecta eſt. Si autem humilietur,& ſe Chriſto ſubijciat: Cor contritũ & humiliatũ deus nõ deſpicit. Et:Sacrificiũ deo ſpiritus contribulatus. In fine ponitur:

Matth.9.d

Pſal.50.d

Omnes qui audierũt nunciũ tuum plaudent manibus ſuper te. Super quẽ enim nõ irruit malicia tua ſemper? Cũ cœperis ὦ σύμμικτε ſupplicia ſuſtinere: omnes qui audierint nunciũ, cõſono crepitu & uocali(ut ita dicam)operũ ſono atq; cõcentu,inſultabunt tibi atq; gaudebũt. Nullus enim eſt,aut certe rarus in quem nõ irruerit ſiue ſuperuenerit malicia tua ſemper. Si enim συμμίκτος urbs Niniue paſtores habet & fortes,& omnis falſa doctrina & mẽdax opinatio ſcientiæ à ſymmicto uenit, timendum eſt,ne forte nullus ſit ſuper quem non malicia συμμίκτου uenerit.Et diligenter obſerua,quia nõ dixerit:In quẽ non intrauit malicia tua σύμμικτε, ſed in quem non ſuperuenerit.Sæpe enim nobis falſorum dogmatum iacula ſuperueniunt,& quaſi in arcanum animæ intrare deſiderant,ſed claudentibus nobis portas,ſuperuenit quidẽ σύμμικτος: & quantum in ſe eſt,irruit,et ſemper hoc facit:ſed auxiliante Chriſto domino, & omni cuſtodia ſeruãtes cor noſtrum,irruit quidem,ſed ingredi non poteſt.

C

Commentarij in Nahum finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM PRIMVM Habacuc ad Chromatium epiſcopum prologus.

PRimum Chromati epiſcoporũ doctiſſime, ſcire nos conuenit,corrupte apud Græcos & Latinos nomen ἀβακοὺμ prophetæ legi, qui apud Hebræos dicitur חבקוק & interpretatur amplexus:ſiue ut ſignificantius uertamus in Græcum, περίλημψις id eſt,amplexatio.Deinde ubi Lxx.trãſlatores & Symmachus & Theodotio λῆμμα, id eſt,aſſumptionem interpretati ſunt:in Hebræo poni מַשָּׂא, quod Aquila uertit in pondus,ſuper quo in Nahum propheta plenius diſputauimus. Maſſa autẽ nunq; præfertur in titulo,niſi cum graue,& ponderis laboriſq; plenũ eſt quod uidetur. Vnde neceſſe eſt & præſentem prophetiã habere aliquid auſteritatis, ut ſicut in Nahũ pondus quod uidebatur aduerſus Niniuen Aſſyriorũ urbẽ,graue erat: ita & in hoc quæratur,cui pondus ſit quod prophetæ reuelatur aſpectui.Quatuor aũt prophetæ in duodecim prophetarũ uolumine ſunt: è quibus tres in principio λῆμμα, id eſt põdus,titulũ habẽt:Nahũ,Abacuc, & Malachias.Porrò Zacharias in medio & circa finẽ duos huiuſcemodi ponit titulos,è quibus unus eſt:Onus uerbi dñi in terra Hadrach & Damaſci requiei eius,alter in fine:Onus uerbi domini ſuper Iſrael. De Nahũ,orationibus tuis iam liber æditus eſt,de Zacharia & Malachia,ſi uita comes fuerit,differetur.Nunc Habacuc habemus in manibus,qui uel ex eo q; amabilis domini eſt,uocatur amplexatio:uel quod in certamen & luctam,& ut ita dicã,amplexũ cum deo congreditur:amplexantis,id eſt,luctãtis ſortitus eſt nomen.Nullus enim tam audaci uoce auſus eſt deum ad diſceptationẽ iuſticiæ prouocare & dicere ei:Cur in rebus humanis,& in mũdi iſtius πολιτείᾳ tanta rerũ uerſatur iniquitas? Vociferabor ad te uim patiens,& non ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem uidere? Lacerata eſt lex, & non peruenit ad finem uſq; iudicium,quia impius prævalet aduerſus iuſtũ:ideo egreditur iudicium peruerſum. Vides quod temeraria uox ſit, & quodãmodo blaſphemãtis,creatorem ſuum ad iudiciũ prouocare, & uas fragile aduerſum figulũ,cur tale uel tale factũ ſit,diſputare? Necnon hoc animaduertendũ,quod aſſumptio uel pondus,quę grauia eſſe iam diximus,prophetæ uiſio eſt: & aduerſum Montani dogma peruerſum intelligit quod uidet:nec ut amens loquitur,nec in morem inſanientium fœminarũ dat ſine mente ſonum. Vnde & Apoſtolus iubet:ut ſi prophetantibus alijs,alij fuerit reuelatũ,taceant qui prius loquebantur.Et ſtatim:Nõ eſt enim,inquit,deus diſſenſionis,ſed pacis.Ex quo intelligitur,cũ quis uoluntate reticet,& alteri locũ dat ad loquendũ,poſſe & loqui & tacere cum uelit. Qui autẽ in ecſtaſi,

B

D

1.Cor.14.

A id eſt,inuitus loquitur,nec tacere nec loqui in ſua poteſtate habet.Illud quoq; diſce (quia ſemel C
à me uiolenter exigis, ut quaſi gradus quoſdam & ſcalas ad altiora nitenti,hiſtoriam tibi interpreter) prophetiam eſſe cõtra Babylonem & Nabuchodonoſor regem Chaldæorum:ut quomodo prior propheta Nahum quem Habacuc ſequitur,uaticinium habuit contra Niniuen & Aſſyrios,qui uaſtauerunt decem tribus,quæ uocabantur Iſrael: ita Habacuc prophetiã habeat aduerſus Babylonem & Nabuchodonoſor, à quibus Iuda & Hieruſalem,templumq; ſubuerſa ſunt.Et ut ſcias eo tempore fuiſſe Habacuc,quo iam duæ tribus quæ uocabantur Iudas, du-
Dan.17.f ctæ erant in captiuitatem: Daniel docere te poterit,ad quem in lacum leonũ Habacuc cũ prandio mittitur, quamq; apud Hebræos hæc ipſa non legatur hiſtoria. Igitur ſiue quis recipit ſcripturam illam,ſiue non recipit,utrunq; pro nobis eſt:aut enim recipit,& iam poſt factam rem liber Habacuc texitur:aut non recipit,& quaſi propheta ſcribit quæ uentura cognoſcit.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Habacuc prophetam liber primus.

## HABACVC

ONus quod uidit Habacuc propheta. &c.] Interim ſecũdum literam cauſatur aduerſum deum propheta cur Nabuchodonoſor tẽplũ uaſtet & Iudã, cur Hieruſalẽ quõdam urbs dñi deſtruaẽ? Quare clamet populus & non exaudiatur, uociferetur ad dñm oppreſſus
B à Chaldæis,& non ſaluet? Quare etiã ꝓpheta uel populus ex cuius perſona nũc loquitur:ad hoc uixerit,& huc uſq; perductus ſit, ut iniquitatem hoſtium & ſuũ uideat laborem.Cur iniuſticia prꝫualeat aduerſum ſe?Et hoc dicit præ mẽtis anguſtia,neſciẽs aurum in igne conflari, & tres pueros de camino puriores exiſſe,quàm intrauerunt.Sed & generaliter accipere poſſumus, quod ex perſona humanæ impatientiæ uidens propheta peccatores abũdantes,& in ſeculo poſſidere diuitias, filios eorũ quaſi nouellam plantationem in aduleſcentia ſua, & filias ornatas quaſi ſimilitudinẽ templi,cellaria eorũ plena eructantia ex hoc in illud,oues eorum fœtoſas & multiplicatas in uijs ſuis, & cætera quæ in cxliij. pſalmo plenius ſcribuntur,in querulam uocem & plenã doloris erũpat. Quare reſpicis contemptores,& taces: conculcante impio iuſtiorem ſe,& facies homines quaſi piſces maris,& quaſi reptilia non habentia ducem? Tale quid & in ſeptuageſimo ſecundo pſalmo legimus: Mei autem penè moti ſunt pedes,penè effuſi ſunt greſſus mei,et re-
Pſal.72.a liqua.Et rurſum in eodem pſalmo: Et ſi eſt ſcientia in excelſo: Ecce ipſi peccatores & abũdantes in ſeculo obtinuerunt diuitias,& reliqua uſque,manus meas. Hæc autem loquũtur neſcientes iudicia dei inueſtigabilia, & profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ eius,quod non ita uideat deus, ut uidet homo. Homo tantum præſentia reſpicit,deus futura & æterna cognoſcit. Et quomodo ſi ægrotus & æſtuãs febribus aquã frigidã poſtulet, & dicat ad medicũ: Vim patior, crucior,uror,exanimor uſquequo medice clamabo et nõ exaudies? Et reſpõdeat ei ſapientiſſimus & clementiſſimus medicus:Scio D
quo tempore debeam dare quod poſtulas: nõ miſereor modo,quia miſericordia iſta crudelitas eſt,& uoluntas tua contra te petit. Ita & dominus noſter ſciens clementiæ ſuę põdera atq;

ONus quã uidit Habacuc propheta. Vſq;quo domine clamabo,& non exaudies, uociferabor ad te uim patiens, & non ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatẽ & dolorem, uidere prædam & iniuſticiam cõtra me?Et factũm eſt iudicium & contradictio potẽtior,propter hoc lacerata

ASſumptio quã uidit Abacũ ꝓpheta. Vſq;quo domine clamabo, & nõn exaudies? uociferabor ad te uim patiens, & non ſaluabis? Quare mihi oſtendiſti labores & dolores, uidere miſeriam & impietatem? Contra me factum eſt iudicium, & iudex accipit, propterea lacerata

menſuras, interdum nõ exaudit clamantẽ ut eum probet, & magis prouocet ad rogandum, & quaſi igne excoctũ,iuſtiorem & puriorem faciat. Quod intelligens Apoſtolus ſecundũ id quod miſericordiam eſt conſequutus à domino, ait: Non deficia- Eph.3.e
mus in tribulationibus, & benedicit deũ omni tẽ- Pſal.33.a
pore:& ſcit, quia qui perſeuerauerit uſq; in finem, Matth.10.c
hic ſaluus erit. Et gloriatur in labore & dolore.Et cum Hieremia dicit: Tribulationem & miſeriã inuocabo. Vt quomodo alius inuocat deum,ſic ſanctus uir & bellator inuictus ad exercendum ſe & probandum,tribulationem & miſeriam uenire deſideret. b ¶ Et factum eſt iudiciũ & contra. &c.] Adhuc propheta uel populus loquitur ad dñm, q nõ ueritate aduerſus ſe, ſed potẽtia iudicatũ ſit,& nihil ex lege & iuſticia ſuſtinuerit. Vnde & ipſum iudicium nõ habuerit finem ſuum.Finis autem iudicij eſt iudicare iuſte. Et hoc quare loquí audeat, in conſequentibus monſtrat,dicens: Quia impius Nabuchodonoſor prævaluit aduerſus iuſtum Iudam

A dam, & hanc esse causam, quod dixerit iudicíū nō peruenisse ad finem, quia iniquū sit & peruersum
4.Reg.22.f ut Iosías rex iustus à rege Aegyptio trucídetur, ut
Dan.3.b Daniel, Ananías, Misael, & Azarías seruiāt, & imperet Babylonius impator: Et inter scorta & cōcubinas suas, Baltha
Ibi.5.d.e sar potet in phialis dei. Hæc propheta de suorum temporū statu: sequimur enim qa semel uoluisti & hístoriæ ulitatem. Cæterū iuxta Lxx. cōmunís ad deū querela sanctorū est, quare cōtra eos iniustum iudícium fiat, et innoxiū in persecutionibus sanguinē fundant: at sí quādo ante tribunal steterint iudícum secularíum, iudex acceptís muneribus, cōdemnet insontem, & reum liberet. Quod quidem non solum de iudicibus seculi, sed interdum de ecclesiarum quoq; príncipibus dící potest, quod propter munera lacerent legē, & non perducant usq; ad finem iudicium, & impius prævaleat aduersus iustum, & magís in iudício peccatum diuítis quam pauperís ueritas defendatur. Vnde querimonía est, iudícium exire peruersum,
B sed non debemus super hac rerū inæqualitate turbari uidentes & in príncipio mūdi ab impio Cain interfectum Abel iustum, & postea exulāte Iacob regnare in domo patris Esau, & Aegyptíj luto & latere affligunt filios Ísrael. Et dominus cōtra quē nūc querela dirígitur, crucifigitur à Iudæís, & Barrabbas latro elígitur. Díes me deficiet, sí uoluero enumerare quomodo ín ísto seculo impíjs prævalentíbus opprímantur iusti. a ¶ Aspícite in gentibus &c.] Symmachus pro eo quod díximus, quia opus factū est in díebus uestrís, interpretatus est: quía opus fiet ín díebus uestrís, cætera símíliter. Rursum in príncípio capituli, ubí in Hebraíco scríptum est רְאוּ בַגּוֹיִם & nos transtulímus, aspícite in gentíbus, & Lxx. posuerunt, uídete contemptores, excepto Aquila & Symmacho & Theodotione, qui cum nostra interpretatione concordant: in alia quadā æditione ἀνώνυμα reperi, uidebítis calumníatores, & in alia símíliter absq; autorís título, uídebítis declínantes. Igitur ad superíores querelas causantís prophetæ & dicentís: Vsququo domine clamabo, & non exaudíes, & relíqua usq; ad finem huius exordíj, uox domíni respondentís inducitur: ut hanc iníquitatē quam ín solo Ísrael fieri putat, cernat in gentíbus. Et quod Chaldæís non ut propheta arbitrabatur, Iudas tantū & Hierusalem traditi sínt, sed omnes per circūitum natíones: & tantum eum esse ualíturum ruíturumq; postea, ut sí quis prædíxerit quod futurum est, pro rei magnitudíne uídeatur incredulum. Sed & hoc quod Lxx. & cæteri interpretes ædíderunt: Vídete con-

HEB. lacerata est lex, & non peruenit usq; ad finē iudíciū, quia impius prævalet aduersus iustū, propterea egreditur iudícium peruersum. Aspícitē in gētibus & uídete, & admiramíni & obstupescite, quia opus factum est in díebus uestrís, quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego

SEP. lacerata est lex, & nō peruenit ad finē iudícium, quia impius p̄ualet aduersus iustū, propterea egreditur iudíciū puersum. Vídete contēptores et respícite, & admiramíni mirabília & dispdimíni, quia opus ego operor in díebus uestrís, q̄d non credidístis sí quis narrauerit. Quia ecce ego

tēptores, síue uídebítis calumníatores & declínan C
tes, cum sensu huius locí cōgruit, & ex ipso sermone arguuntur audacíæ, & contēptus in dominum: ex quorum persona propheta clamauerat, quare ausí sint dei contemnere maiestatē, & temerarie loqui, & quantum in se est, dei prouidentíam calumníarí, & declínare à dño cōarguentes eum iníquitatís. Videbítis ergo cōtemptores, & tūc admírabímíní, & omnē uestrā querelā pro níhilo computabítis, cum pspexerítis me facere in díebus uestrís, ne forte dícatís, quíd ad nos pertínet de futuro? opus quod tam grande erit, & uestrā omnem opprímet causationē, ut sí quis nūc futurū esse prædixerit, fidē non facile accōmodetís. Quod autem hoc opus sit, in cōsequentíbus demonstrat. b ¶ Quia ecce ego &c.] Quod uobís díxeram: Aspícite in gentíbus, & uídete & admíramíní & obstupescite, quia opus fiet in díebus uestrís, quod nemo credet cum narrabitur: hoc est quod sequēs sermo descríbit: Ecce ego suscítabo Nabuchodonosor, & Chaldæos gentē pugnacíssimā & uelocem, cuius robo- D
rís & ad bellandū audacíæ, omnes penè Græci qui barbaras hístorias conscripserunt, testes sunt. Hęc non est contenta finibus suís, sed huc illucq; díscurrens super terræ latitudinē peruagatur. Et hoc est opus eius, non ut terrā uomere exerceat, sed ut rapto uíuat & gladío, & possídeat urbes nō suas, antecq; manū inferat, antecq; prorūpat ad bellū, terrorem portat ín uultu. Quod autē ait: Ex semetipsa iudíciū, & onus eíus egredíetur: pro quo interpretatus est Symmachus, ipsa sibi iudícabit, & decreto suo egredíetur: uel ita intelligendum est, de sua gente constítuet príncipes, & potestas eíus & gladíus aliarū gentium satellites nō habebit: uel certe quomodo fecit, fiet ei, & sic uastabitur, ut ipsa uastauit. Equí quoq; & equítes qui de longe uenient, tam perníces ad persequendū, & cūcta populāda erunt, ut pardos superēt & lupos uespertínos. Sí quidē lupi sæuíores esse dicūtur nocte uicína, & tota die fame ad rabiē cōcítatí. Volabūt ergo equítes nō ad pugnandū: quía nullus resístet, sed ad díscurrendū ut aquíla, cui ín uolatilibus omnia subíacent festínans ad deuorandū. Et quomodo ad flatū uenti urentís uirentía cūcta arescunt, ita ad aspectū eorum omnia uastabūtur tantusq; erit numerus captiuorū & prædæ, ut per ὑπερβολὴν etiam arenæ possít æquarí. Ipse quoq;, id est, Nabuchodonosor ín uniuerso orbe regnabit, et ante currum suū triūphans de regibus, eos habebit irrísui, & inter delícias cōputabit, tantæq; potētiæ & superbiæ erit, ut naturā superare contendat, & urbes munitíssimas

A robore ſui exercitus capere. Veniet enim Tyrum & iacto in mari aggere, peninſulam faciet de inſula: & introitum inter fluctus maris in urbem terra præbebit. Quam ob cauſam & ſuper omnem munitionem ridebit, & cõportabit aggerem, & capiet eam, id eſt, munitionem, ſiue Tyrũ: quod quidẽ in Ezechiel perſpicue demonſtratur, ubi dicitur: Nabuchodonoſor rex Babylonis ſubiugauit exercitũ ſuum opere magno aduerſum Tyrum. Omne caput caluũ, & oẽis humerus depilat⁹: & merces nõ data eſt ei, & exercitui eius cõtra Tyrum, & opere in quo ſeruiuit aduerſum eã. Cum autẽ cõporta uerit aggerẽ & nihil uiribus eius obuiũ fuerit, tunc mutabit̃ ſpiritus eius in ſuperbiã: & deũ eſſe ſe credens, imaginem auream ſta-
B tuet in Babylone, quã uniuerſas gentes adorare cõpellet. Quod cũ fecerit, trãſibit in beſtię figuram, & poſtea corruet. Pro quo Aquila & Symmachus tranſtulerũt, καὶ παλιμπελήσει, id eſt, & delinquet, hanc habente ſcriptura ſancta conſuetudinẽ, ut אָשַׁם, id eſt, delinquet, ponat pro eo quod eſt deſinet eſſe quod fuerat. Tale quid & nos habemus in linguæ noſtræ idiomate, dicẽtes: uapulauit exercitus, pro eo quod eſt, interfectus & cęſus eſt: & peccauit uinea & ager, pro eo quod eſt, uindemia & fruges nõ habuere prouentũ. Quod autẽ in fine capituli dicitur: Hæc eſt fortitudo eius dei ſui, ἐξωνιχῶς eſt legendũ, ut ſit ſenſus: Hęc eſt fortitudo eius quam dedit ei Bel deus ſuus. Ad cuius cultũ omnes nationes etiã per ſcripturã & cõminationẽ mortis ſęuiſſimo imperio compellebat. Hæc iuxta Hebraicum: nunc ueniamus ad Lxx. ut præpoſitis ſingulis ſententijs, interpretationẽ allegoricã coaptemus. a ¶ Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentẽ amaram & uelocẽ, &c.] Comminatur deus aduerſum cõtemptores & calumniãtes prouidentiã ſuã
בַּשְּׂדִים ſuſcitaturũ ſe Chaldæos, qui interpretantur quaſi dæmonia: uel angelos peſſimos ſignificans, qui miniſtrant furori eius & irę, & tribulationi quã infert in peccatores; uel animas hominũ peſſimorũ, per quas mœrentes cruciat. Hi aũt Chaldæi, gens amara C eſt & uelox, nõ parcẽs, et cito explens quod ſibi fuerit imperatũ. Et ambulat ſuper latitudinẽ terræ. Lata enim & ſpacioſa uia eſt quę ducit ad mortem, Matt.7.b per quam ambulabat & ille diues in euãgelio, qui Luc.16.d fulgebat in purpura, & illi de quibus dicit̃: Qui dormiũt Amos.6.b ſup lectos eburneos, & delicijs affluunt in ſtratis ſuis. Qui comedunt uitulos de armẽtis lactentes, & bibunt defecatum uinum, & primis unguẽtis unguẽtis: qui qa in lata ambulãt uia, latitudo terræ appellant̃, quæ Chaldæorum ueſtigijs premitur. Noluerunt enim ambulare per artam & anguſtam uiam, quæ ducit ad uitam, et per quam ambulabat Paulus 2.Cor.6.d glorians in tribula- et 11.c tione & anguſtia. Ambulant autem Chaldæi ſuper lati- D tudinẽ terrę, ut poſſideant tabernacula non ſua. Omnis enim ratiõabilis anima licet per uitium & culpã ſuam hoſpitium facta ſit Chaldæorũ, tamen per naturam tabernaculum dei eſt. Et quãquam in euangelio peſſimus dæmon loquatur: Vadã in domum meam unde exiui, nõ eſt ei credendũ: ſiquidẽ Matt.12.d nulla rationabilis creatura ad hoc facta eſt, ut habitaculũ dæmonis ſit. Sequitur: Terribilis & illuſtris eſt, ex ipſo iudicium eius erit, & aſſumptio eius ab eo egredietur. Terribilis eſt Chaldæus propter multa uariaq; ſupplicia quæ infert in contemptores: Illuſtris, quia aſſumit ſibi diuinitatis gloriam. Et per oracula ſua & falſa reſponſa, & curationes morborum, quos ipſe immiſerat, apud imperitos & contemptores dei uidetur illuſtris. Erit enim contemptoris iudiciũ atq; ſupplicium ex eo: hoc eſt, ex ſemetipſo ſiue ex Chaldæo. Ipſi enim ſecundũ Apo 1.Tim.1.d ſtolum tradentur ad pugnã, ut diſcant non blaſphemare: à quo qui egerit pœnitentiam, & ad deum cõuerſus fuerit, egredietur: cum prius manibus illius teneretur, & eſſet Chaldæi aſſumptio. Si quando uiderimus multo aliquem tempore ſeruiſſe diabolo, & poſtea ad deum eſſe conuerſum, dicamus de eo: Et aſſumptio eius egreſſa eſt ab eo. Quicunque enim egerint pœnitentiã & dereliquerint dæmones

HEB. ego ſuſcitabo Chaldæos gentẽ amaram & uelocẽ, ambulantẽ ſuper latitudinẽ terræ, ut poſſideat tabernacula non ſua: horribilis & terribilis eſt, ex ſe metipſa iudicium, & onus eius egredietur. Leuiores pardis equi eius, & uelociores lupis ueſpertinis, & diffundẽtur equites eius: equites nãq; eius de lõge ueniẽt, uolabũt quaſi aquila feſtinans ad comedendum: omnes ad prædã uenient, facies eorum uentus urens: & congregabit quaſi arenam captiuitatem, & ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipſe ſuper omnem munitionẽ ridebit, & comportabit aggerẽ, & capiet eã: tũc mutabit̃ ſpiritus, & pertrãſibit & corruet: hæc eſt fortitudo eius dei ſui.

SPE. egõ ſuſcitabo Chaldęos gentem amarã & uelocẽ, quę ambulat ſuper latitudinẽ terrę, ut poſſideat tabernacula nõ ſua: terribilis & illuſtris eſt ex ſemetipſa iudiciũ eius erit, & aſſumptio eius ex ſe egreditur. Et exilient ſup pardos eq eius, & uelociores erũt lupis Arabię, & equitabũt eqtes eius: & impetu uenient de longinquo: & uolabũt quaſi aqla prõpta ad comedendũ: cõſummatio in impios ueniet reſiſtẽtes faciebus eorũ ex aduerſo: & cõgregabit quaſi arenã captiuitatẽ, & ipſe in regibus delectabitur, & tyrãni ludibria eius: & ipſe in omnẽ munitionẽ illudet, & mittet aggerẽ, & obtinebit eam: tũc mutabit ſpiritũ, & pertranſiet, & propiciabit̃: hæc eſt fortitudo dei mei.

Nunquid

Nónne

per naturam tabernaculum dei eſt. Et quãquam in euangelio peſſimus dæmon loquatur: Vadã in domum meam unde exiui, nõ eſt ei credendũ: ſiquidẽ nulla rationabilis creatura ad hoc facta eſt, ut habitaculũ dæmonis ſit. Sequitur: Terribilis & illuſtris eſt, ex ipſo iudicium eius erit, & aſſumptio eius ab eo egredietur. Terribilis eſt Chaldæus propter multa uariaq; ſupplicia quæ infert in contemptores: Illuſtris, quia aſſumit ſibi diuinitatis gloriam. Et per oracula ſua & falſa reſponſa, & curationes morborum, quos ipſe immiſerat, apud imperitos & contemptores dei uidetur illuſtris. Erit enim contemptoris iudiciũ atq; ſupplicium ex eo: hoc eſt, ex ſemetipſo ſiue ex Chaldæo. Ipſi enim ſecundũ Apoſtolum tradentur ad pugnã, ut diſcant non blaſphemare: à quo qui egerit pœnitentiam, & ad deum cõuerſus fuerit, egredietur: cum prius manibus illius teneretur, & eſſet Chaldæi aſſumptio. Si quando uiderimus multo aliquem tempore ſeruiſſe diabolo, & poſtea ad deum eſſe conuerſum, dicamus de eo: Et aſſumptio eius egreſſa eſt ab eo. Quicunque enim egerint pœnitentiã & dereliquerint dæmones

A mones, quibus quasi equi prius ad sedẽdum terga prębebant: & uelocitate pardorum & luporum ue spere equites suos abiecerint & eliserint, & uacuo leuiq; dorso ad eum portandũ uenerint, qui super pullũ asinæ mansuetus & pauper ascẽdit: hi quasi de lõge properantes, & non cõtenti cursu et impetu, assumẽt uolatum: & uenient quasi aquila, ut sermonis dei uescãtur carnibus, & famem tanti temporis saturẽt. In eo enim quod dicitur:

HEB. Nũnqd nõ tu à principio domine deus meus, sancte meus & non moriemur? domine in iudicium posuisti eum: & fortem ut corriperes fundasti eum.

καὶ ἐξιππάζονται οἱ ἵπποις αὐτῆς. nosq; trãstulimus: Et equitabuntur equites eius, iuxta sensum quem supra posuimus, interpretatus est Symmachus: effundentur equites eius, id est, corruent, & allidentur in terram. Lupi autem Arabiæ, id est, uesperæ & occidentis hi recte uocantur, quibus conuersatio pessima occubuit: & ante in caligine constituti, toto gradu uesperam derelinquunt: quam cum reliquerint & uolauerint prompti, ut comedant carnes uerbi dei, tunc consummatio ueniet in impios, idest, in Chaldæos qui resistebant uultibus pœnitentium ne reuerterentur ad dominũ suum. Quamobrem consummatio in impios ueniet, resistentes uultibus eorum ex aduerso. Cum autem illi fuerint consummati, & de manibus eorum erepta captiuitas, tunc sermo diuinus congregabit quasi arenam
B Chaldaicæ captiuitatis, & delectabitur in regibus, & tyranni ludicra eius erũt, uidens potentissimum quondam diabolum, & regna eius quæ saluatori
Matt. 4.a quoque ostẽdens ait: Hæc omnia dabo tibi, si procidens adoraueris me, eius aduẽtu esse destructa: Deliciæ prudentiæ sunt, & uoluptas sapiẽtiæ cum stultitia destruitur, & tyrãnorum quondam potentia superata atq; deiecta, uertitur in derisum. Neq; enim solus draco formatus est ut lusui haberetur à domino, qui est principium plasmationis eius, factus est angelis ludicrum. Neq; illum solum dabit deus, quasi passerẽ paruulum: sed si quis etiã alius crudelis, & mentis tyrãnicæ fuerit, tradetur sermoni dei in derisum. Et ipse, ait, in omnẽ munitionem illudet. Quæ autem est alia munitio, nisi illa de qua
2.Cor.10.d loquit Apostolus: Arma enim militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionem munitionum, cogitationes destruentia, omnem altitudinem eleuantem se aduersus scientiam dei. Si quæ igitur fuerint uel in sermonibus, qui promittunt altitudinem & magnitudinem se habere contrariam ueritati, munitiones, uel in omni gloria atque diuitijs & fortitudine, quæ laudatur in seculo: omnia destruentur, & sermo dei uniuersæ munitioni illudet. Et mittet aggerem & obtinebit eam per aggerem & terrena quæ profert, arguens eam fragilitatis in his quibus sibi uidebatur prius aliquid habere fortitudinis. Cum autem hoc fuerit expletum, tunc spiritus conuertetur: & nequaquam puniet ut ante punierat, sed pertrãsiens peccatores rogabit pro eis, & recõciliabit eos pristino domino: C in quibus omnibus ostenditur fortitudo, qui tanta perfecerit, dei nostri. Cernitis quàm confragosa loca sint, & aduersa historiæ ueritati. Et quomodo ea quæ secũdum literam super Chaldæis interpretati sumus, nunc iuxta tropologiã uideantur sonare clementiam & libertatem eorum qui de Chaldęorum manibus euaserint. Hi-

SEP. Nõnẽ tu à principio domine deus meus, sancte meus & non moriamur: dñe in iudiciũ posuisti eũ, & plasmauit me ut arguam in disciplina eius.

storia stricta est, & euagandi nõ habet facultatem. Tropologia libera, & his tantum legibus circũscripta, ut pietatem sequatur intelligentię sermonisq; cõtextum: nec in rebus multum inter se cõtrarijs uiolẽta sit copulandis. a ¶ Nonne tu à principio domine deus meus sancte meus & non moriamur: domine in iudiciũ posuisti eum, & plasmasti me ut arguã in disciplina eius.] Symmachus manifestius: Nonne tu à principio domine deus meus sancte meus ut non moreremur: domine ad iudicandum posuisti eum, fortem ad corripiendum cõstituisti illum. b ¶ Nũquid non tu à principio &c.] Ad prophetæ querimoniam dicẽtis: Vsq; quo domine clamabo, & non exaudies: respondet deus, dicẽs: Aspicite in gentibus & uidete. Et post præfationem intulerat: Ecce ego suscitabo Chaldęos gentem amaram & uelocem: Omniq; descriptione completa, uel de Nabuchodonosor, uel de diabolo in fine me D morat: Tunc mutabitur spiritus & pertransibit & corruet, hæc est fortitudo eius dei sui. Quod propheta audiens & intelligens: idcirco Nabuchodonosor contra Iudam siue diabolum, contra credentes accipere potestatẽ, ut corripiat eos: & post correptionem ipse quoq; puniatur in fine, respõdit domino: Ergone tu es domine deus meus, sancte meus? Hæc autem loquitur blandientis & pœnitentis affectu, qui à principio nos creasti, cuius misericordia hucusq; subsistimus. Non enim sciebam tantũ posse aduersarios nostros: nec noueram Nabuchodonosor, uel diabolum mundi huius, & cunctarum accepisse gentium potestatem. Quantum igitur ad uires eius nullus nostrum potest resistere, Quantum autem ad misericordiam tuam, tuum est omne quod uiuimus: quod nõ ab eo interfecti sumus, & ad mortis opera perducti. Tu enim domine ad iudicandum posuisti eum, ut ipse sit inimicus & ultor: & ut per illum corripias quicũq; peccauerit tibi. Sed quia semel Chaldæos super demonibus interpretati sumus, & Nabuchodonosor super regem eorum diabolum: debemus descriptionem diaboli & potentiam eius breuiter perstringere, ut iuste propheta dicat: Domine in iudicium posuisti eum, & fortem ut corriperes fundasti eum. Suscitatur aduersum incredulos & contemptores natio dæmonum, amara ad puniendum, & ubique præsens. Ambulat quoq; ubicunq; terrarum est latitudo, ut possideat homines in quibus Christus

habitare debuerat. Horribilis atq; terribilis est, & difficile ab aliquo superari potest: nec ante frangit, nisi cũ magnitudine peccatorũ, & iniquitatis suæ põdere prægrauata ad cõsummationẽ uenerit. E/ qui eius & equites in similitudinẽ pardorum & lu porum semper san guinẽ sitient: & de/ siderabũt prædas, simulabunt absen/ tiam: & dũ non spe rantur, cito de lon/ ge uenięt. Volabũt quasi aquila, quæ exaltans uolatum ponere uult inter sydera cœli nidum suum: & semper fe stinat ad prædã. Et in Ezechiele sub fi/ gura Nabuchodonosor regis Aegyptij super dia/ bolo describitur. Nullus est dæmonũ qui parcat, o/ mnes ad prædã festini uenięt: ante faciẽ eorum uẽ/ tus urẽs: quicquid aspexerint, quicquid uultui eo/ rũ obuium fuerit, urere desiderabunt & perdere. Rex aũt potentissimus erit in medio captiuorũ & eorũ numerum quasi arenã maris à satellitibus suis hincinde suscipiet: & ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erũt. Multos enim sanctos sua supplantatione decipiet: & eos qui sibi uidebã/ tur potẽtissimi, & tyrannidẽ exercere cõtra dæmo nes, et eijcere illos de corporibus obsessis: subijciet seruituti suæ, & risui deputabit. Ipse uero fortissi/ mus coacta manu & perditorum exercitu congre gato, de omni munitione ridebit: & quicquid for/ te fuerit, nitetur euertere. Cõportabit enim agge/ rem, id est circundabit opera terrena: & cum terra fuerit aggerata, facile omnem capiet munitionem. Post tãtam aũt uictoriam mutabitur spiritus eius: & pertransibit os eius usq; ad cœlum: & deũ se fa/ ciens, blasphemare incipiet creatorẽ suum. Quod cum fecerit, corruet: & ruina eius ostendet q̃ for/ tis diuinitas illius fuerit, & idolorũ simulatio: sub quorũ imaginibus suo cultui homines subiugabat. Audiens igitur hæc propheta quod tãtus talisq; sit rex mundi huius, ut congreget captiuitatẽ quasi a/ renã maris: & triumphet de regibus, & tyrãni ridi/ culi eius sint: & de omni munitiõe rideat, & cõpor/ tet primũ aggerẽ, & postea capiat eam: & tantæ su perbię sit, ut contra creatorem suum audeat resiste re & se facere quasi deũ: qui prius audacter loque batur ad dominum, & se uel suum populum, siue eos ex quorũ persona querebatur iustos esse me/ morat: nunc in blandimentorum uerba prorũpit et ait: Ergo ne tu à principio es domine deus meus, sancte meus? quodq; non morimur nec capimur à tanto hoste, tuæ clemẽtiæ est. Tu enim domine cõ stituisti eum quasi carnificem, & fortẽ fecisti eum: ita ut aut nullus aut rarus eius possit resistere for/ titudini. Porrò secundum Lxx. hoc quod in fine di citur: Et plasmauit me ut arguerem in disciplina e/ ius, ad personam prophetæ referri potest: ut sit sen sus: Ego autem propterea inspiratus sum in pro/ phetam, ut arguam delinquentes, & doceam do/ mini disciplinam. Quidam de domino dici putant, qui à patre idcirco plasmatus sit, & corpus assum/ pserit, ut doctrina dei patris homines erudiat. Sed hoc q̃ discordet à contextu superio/ rum, & totius loci continentia: non tã mei erit iudicij, q̃ lectoris. a ¶ Mũ/ di sunt oculi tui, ne &c.] Tale quid & Hieremias ad deũ loquitur: Iustus es domine, cõtendam tecum loquar ad te: Quid est quod uia impio rum prosperatur: abundãt omnes qui præuaricantur & delinquunt. Plantasti eos & radicati sunt: ge nuerunt filios & fecerunt fructum: prope es tu ori eorum & lõge à renibus eorum. Ergo & Habacuc in eadem sententia: Mundi sunt, inquit, domine o/ culi tui: & scio quoniam malum iniustumq; non li/ benter aspicias, nec potest quisq; de tua dubitare iustitia. Verumtamen cur pateris Babylonios tan ta crudelitate iactari, & ab impio Nabuchodono/ sor iustum opprimi Israel: non quod perfectus sit qui opprimitur, sed quod opprimente se iustior sit. Et quomodo pisces qui non habent principem: & irrationabilia iumenta & multitudo reptiliũ absq; prouidentia subiacet fortiori: & quicunq; plus ua/ luerit uiribus, dominatur in alterum: sic inter ho/ mines animal rationale, & ad similitudinem tuam conditum, non ualebit ratio, non merita, sed uires corporis, & irrationabilis fortitudo. Si autẽ uolue rimus generaliter intelligere super prouidẽtia quę rente propheta: Cur diabolus tantum ualeat in se/ culo: & dominãte deo alter exercet tyrannidem? Istiusmodi sensus erit, & cum superioribus hæc expositio iungetur: Noui domine deus meus, san/ cte meus: quia te prouidente & defendente non morimur: & scio quia propterea posuisti aduersa/ rium, ut ipso quasi carnifice corriperes, & non oc/ cideres peccatores. Noui quia nihil tibi placeat in/ iustũ, & oculi tui ab omni iniquitate sint puri: nec uidere possis dolores eorũ, qui iniusticiæ sunt sub/ iecti. Veruntamen causam inuenire non possum, cur Abel iustum, Cain occidat iniustus, & taceas? Cur sæuiente ceto & omnia deuorante non solum minores piscículi, sed ipse quoq; tuus deuoretur Jo nas? Quare impius uincit, & iustus uincitur? Nec hoc dico quod nouerim quẽquam iustificari in cõ/ spectu tuo, & absq; peccato esse: & humanæ fragi/ litatis ignarus sim. Sed quomodo Sodoma & Go morra comparatione Hierusalem iustæ sunt: & pu blicanus in euangelio pharisæi collatione fit iu/ stior: ita & iste qui opprimitur à diabolo, pecca/ tor quidem est, sed opprimente se iustior est. Qua/ re igitur non est mensura, nec pondus: ut si semel iustus

HEB. Mũdi sunt oculi tui, ne uideas malũ, et respi cere ad iniquitatẽ nõ pote ris. Quare non respicis su/ per iniqua agẽtes, & taces deuorãte impio iustiorem se: & facies homines quasi pisces maris, & quasi repti le non habens principem?

SEP. Mũdus oculus, ne ui deat mala: & aspicere su/ per dolorem non poteris. Quare nõ aspicis super cõ temptores: tacebis cum de uorauerit impius iustiorẽ se? Et facies homines qua/ si pisces maris, & quasi re/ ptilia nõ habentia ducem. Consum

Hiere.12.d

Gen.4.b
Ione.2.d

A iustus opprimitur & subijcitur, non impio, sed iu-
stiori se subijciatur? Dicam quicquam sine te fie-
ri, & te nolente tantum posse impium? hoc senti-
re blasphemum est. Cum itaque tu sis uniuersita-
tis rector & dominus, tu necesse est facias quod si-
ne te fieri non po-
test. Et hæc dicit
non quod ipse pro
pheta sic sentiat, ut
supra testatus sum,
sed quod impatien
tiam humanam in
sua persona expri-
mat: sicut frequen-
ter uidimus Apo-
stolum uarias ho-
minum in se recipe
re sententias: &
nunc dicere: Vi-
Rom.7.d deo autē aliam le-
gem in membris
meis, repugnantē
legi mentis meæ,
& captiuantem me in lege peccati, quæ est in mē-
bris meis. Et quasi incipiens sit: Fratres ego non ar
Philipp.3.c bitror me comprehendisse: & ex parte cognosci-
mus, & ex parte prophetamus. Ac rursus quasi
1.Cor.13.c perfectus sit: Quotquot ergo perfecti hoc sapia-
mus, cum utiq; non sit unius atq; eiusdem, dicere
se ex parte cognoscere, & esse perfectum. Ac ne
B forsitan putes non apostolicæ consuetudinis, sed
nostræ: hoc est argumentum quod ipse loquitur
1.Cor.4.a ad Corinthios: Hęc autem fratres transfiguraui in
me & Apollo propter uos, ut in nobis discatis. A-
lioquin quomodo potest sic habere deus homines
quasi pisces maris, & uelut reptilia quæ non ha-
Matt.18.b bent principem: cum angeli singulorum quotidie
uideant faciem patris qui in cœlis est: & circundet
angelus domini in circumitu timentium eum & e-
ripiat eos. Sicut igitur in hominibus etiam per sin-
gulos dei currit prouidentia, sic in cæteris anima-
libus generalem quidem dispositionem & ordinē,
cursumq; rerum intelligere possumus. Verbi gra-
tia quomodo nascatur piscium multitudo, & uiuat
in aquis: quomodo reptilia & quadrupedia orian-
tur in terra, & quibus alantur cibis? Cæterum ab-
surdum est ad hoc dei deducere maiestatē, ut sciat
per momenta singula quot nascātur culices, quot
ue moriantur: quæ cimicum & pulicum, & musca
rum sit in terra multitudo: quanti pisces in aqua na
tent & qui de minoribus maiorū prędę cedere de-
beāt. Non simus tā fatui adulatores dei: ut dum po
tentiā eius etiā ad ima detrahimus, in nosipsos iniu
riosi simus: eandē rationabiliū quā irrationabiliū
prouidentiā esse dicentes: ex quo liber ille apocry-
phus stulticiæ condēnandus est: in quo scriptū est,
quendā angelum nomine Tyri præesse reptilibus.
Et in hanc similitudinem piscibus quoq; & arbori-
bus & bestijs uniuersis proprios in custodiam an-
gelos assignatos. a ¶ Totū in hamo &c.] Quia
supra pisces nominauerat, dicens: Et facies homi-

HEBR. Tōtum in hamo subleuauit: traxit illud in sagena sua: & congregauit in rete suum: super hoc lætabitur & exultabit: propterea immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius: & cibus eius electus: propter hoc ergo expandit sagenā suā, & semper interficere gentes non cessat.

Cap. II.

Super

nes quasi pisces maris, & quasi reptile: quod significantius dicitur in Hebræo רֶמֶשׂ id est, κινούμενον omne uidelicet quod moueri potest: idcirco μετὰ φορᾶς piscium seruat in cæteris: ut quomodo piscator mittit hamum, & rete & sagenam: ut quod C

SEP. Consummationē in hamo subleuauit, & attraxit eū in reti suo: & congregauit eū in sagenis suis: propter hoc lætabitur & gaudebit: propterea immolabit sagenæ suæ, & incēdet reti suo quia in ipsis incrassauit partem suam: & escæ eius electę: propterea expādit rete suum, & semper interficere gentes non cessat.

Cap. II.

Super

hamus nō potuit, rete cōprehendat: quod euaserit rete, sagenis latioribus circundetur: Ita & rex Babylonius cūcta uastauerit: & uniuersum hominū genus suam prædā fecerit. Porrò quod ait: Lætabitur atq; Dan.3.d gaudebit, & immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: Idolum significat quod fecit in cāpo Dura: & simulachrū Belis: cui quasi grādi sagenæ immolauit pinguissimas uictimas, totas quas uicerat nationes ad cultū eius cogens. In ipsis quippe, hoc est in idolis suis, incrassatū esse se credens: & suam partē, id est omnes se habere diuitias, quasi grādes pisces etiam principes quosq; atq; reges suo subiugauit imperio: quas escas electas uocat. Et quia semel piscatione opulentissima D saturatus est, & sagenam suā, id est suum repleuit exercitum: propterea gentes interficere, id est semper pugnare et iugulare non cessat. Porrò secundū Lxx. impius diabolus qui opprimit iustum: & habet homines quasi pisces maris: & uastat cuncta quasi reptilia non habētia ducē: misit hamum suū cōtrarium ei hamo, à quo per apostolum Petrum primus captus est piscis, in cuius ore inuentus est Matt.17.d stater. Et adhęsit hamo eius Adā, & attraxit eum foras de paradiso rete suo: & cooperuit illum sagenis suis, uarijs & multiplicibus dolis atq; fallacijs. Idcirco lætabitur, & decipulas suas plus arbitrabitur esse q̄ præceptum domini. Et immolabit non hamo, qui peruersus sermo intelligit, & adhuc in principio constitutus, sed reti suo: quia pinguissimas in ipso hostias cōprehendit. Et per unū hominem peccatores cōstituti sunt plurimi, & in Adam Rom.5.d omnes mortui sumus, & uniuersi deinceps sancti 1.Cor.15.c cum illo pariter de paradiso eiecti. Vnde & cibi eius electi sunt: ut secundum Psalmistam quærat à deo escam sibi, prophetas subuertere uolens & apostolos. Et quia primum decepit hominē, quotidie uniuersum humanū genus interficere non cessat. Potest autē & de hæreticorum accipi peruersa multiplicique doctrina, quod et ipsi hamo suo et rete suo, & sagenis suis plurimos pisces capiāt, & multa reptilia cōprehendant: & idcirco lętentur, & sermonem suum quo decipere & persuadere potuerunt, quasi deum adorēt, & illum colant, illū expoliant: ipsi omni arte deseruiant, per quem sciant à se tātas uictimas interfectas, & tantos potentium

A atq; ſanctorum eſſe deceptos, quos pinguem partem & electas eſcas ſcriptura nunc nominat. Propterea in ſimilitudinem beſtiarũ, quæ guſtatum ſemel ſanguinem ſemper ſitiunt, expandũt rete ſuũ: et hoc omne eorum ſtudiũ eſt, ut non paucos, ſicut in principio, ſed plures interficiant. Nõ ambigit de interfectione multarũ gẽtium, qui tantã hæreſeõn & peruerſarũ doctrinarũ multitudinẽ diaboli uiderit hamo, rete, ſagenisq; cõprehenſam, & tamẽ captuꝛæ eorũ finis interitus eſt. Cap. II.

SVper cuſtodiã meam ſtabo, et aſcendam ſuper petram: & cõtemplabor ut uideã quid loquatur in me, & quid reſpondeã ad correptionẽ meã.] Symmachus manifeſtius eſt, pſequutus: Quaſi cuſtos ſuper ſpeculã ſtabo, & ſtabo uelut incluſus: & con

B templabor ut uideam quid dicatur mihi: & quid reſpondeam, & contradicã aduerſum arguẽtem me. *b* ¶ Super cuſtodiã meam ſtabo, & figã gra. &c.] Pro munitione & petra, in cuius locum Symmachus interpretatus eſt, cõcluſum: in Hebræo ponitur מצור, quod Theodotio, gyrum: Aquila & Quinta æditio, circinũ tranſtulerunt. Primę cauſa-

*Supra.1.b* tioni reſponderat dominus: Aſpicite in gẽtibus & uidete & admiramini & obſtupeſcite. Ad quã prophęta quaſi ſuperioris dicti agens pœnitentiã, temperauerat quidẽ quæſtionẽ dicens: Domine deus meus ſancte meus, & non moriemur. Sed nihilominus cum ueneratione & laudibus dei ipſum fuerit ſciſcitatus: Mundi ſunt oculi tui ut non uideas malum, & reſpicere ad iniquitatẽ neſcis. Quare nõ reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? Et quæ eſſet iuſti deuoratio, exequutus in partibus eſt: ut fierent homines quaſi pisces maris, & quaſi reptilia. Et quod hamo & sagena & rete ſuo omnes ad interitum traherentur: & non eſſet finis interfectionis eorum. Itaq; quia prophęta eſt, & propterea quærit, & dubitare ſe dicit: ut quod illi reſpõderetur, reſpondeatur omnibus: Stabo, inqt, in ſpecula mea, id eſt, in pphetiæ meæ ſublimitate: & uidebo poſt captiuitatem populi, & euerſionẽ ciuitatis & tẽpli, & deinceps quid ſequatur. Vel certe ita: Cuſtodiam omni diligentia cor meũ, & ſtabo ſuper Chriſtum petram. Et hoc gyro & circino quaſi muro ſepiar, ne ad me leo rugiens poſſit irrumpere, & uidebo quid mihi poſt ſecundam quæſtionem reſpondeat deus: & poſtq; mihi reſponderit & me corripuerit male fuiſſe conqueſtum: quid ego quoq; ei debeam reſpõdere. Elegan

C ter autẽ & miro ſenſu humanã deſcribit impatientiã, quam in diſceptationibus ſemper habere cõſueuimus: ut antecę nobis ex aduerſo aliquis reſpondeat: & ſciamus in quo nos arguerit, ad reſpondendum paremur. Ex quo oſtenditur reſponſionem nõ rationis eſſe, ſed contentionis. Si enim eſſet ratio, reſpõſio debuerat expectari: & ſic uidere utrũ reſponderet deberet, an cõ ſentire ratiõabili reſponſioni. Sed & hoc notandũ ex eo qd dixerat: Vt uideã quid loquatur in me, prophetica uiſionẽ & eloquiũ dei nõ extrinſecus ad prophetas fieri, ſed intrinſecus & interiori homini reſpondere. Vnde &

SVper cuſtodiã meam ſtabo, & aſcendam ſuper petrã, & cõtemplabor ut uideam quid loquatur in me, & quid reſpondeam ad correptionem meam. Et reſpõdit ad me dominus, & dixit: Scribe uiſionem & manifeſte in buxum ut perſequatur qui legit ea: quia adhuc uiſio in tempus, & orietur in finẽ, & non in uacuum. Si defecerit, ſuſtine eum: quia ueniẽs ueniet, & nõ tardabit: ſi retraxerit ſe, nõ placebit animæ meæ in eo. Iuſtus autem ex fide mea uiuet. Qui

Zacharias: Et angelus, inquit, qui loquebat in me. *Zach.1.c*
Et in pſalmis: Audiam quid loquatur in me dominus. *c* ¶ Et reſpondit mihi dominus & dixit: Scribe uiſionem & manifeſte in buxum ut perſ. &c.] *Pſal.84.b*
Pro tabulis & buxo, quod Hebraice dicitur חלחלה: Symmachus interpretatus eſt paginas. Et ubi Lxx. poſuerunt, iuſtus autem ex fide mea uiuet omnes æqualiter tranſtulerunt: ex fide ſua uiuet. Denique Symmachus ſignificantius interpretans ait: Iuſtus autem per fidem propriam ſuam uiuet: quod græce dicitur, ὁ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσεται: בֶּאֱמוּנָתוֹ quippe, quod interpretatur in fide ſua: ſi ו & non ר literam haberet in fine, ut Lxx. putauerũt, & legeretur בֶּאֱמוּנָתִי recte trãſtuliſſent in fide mea. Nunc autem ſimilitudo literæ ו & ר, quæ menſura tantum inter ſe diſtant, cauſa erroris fuit. Hoc quare dictum ſit, ſequens diſputatio comprehendit, iuxta repromiſſionem quæ ad ſanctum uirum in Eſaia fit, dicens: Adhuc loquente te, dicam ecce *Eſa.65.d*
adſum. Nunc quoque prophetæ reſpondit dominus, & pręcepit ut ſcribat uiſionem: & dirigat eam ſuper tabulas, id eſt, manifeſtius ſcribat. Tabulas autem puto illas, de quibus & Apoſtolus loquitur ad Corinthios: Epiſtola noſtra uos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ cognoſcitur & legitur ab omnibus hominibus manifeſtati: quoniam eſtis epiſtola Chriſti manifeſtata à nobis: et ſcripta *2.Cor.3.d*
non atramento, ſed ſpiritu dei uiuentis: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Sed & Salomon tale quid ſignificat in Prouerbijs dicens: Deſcribe eam ſuper latitudinem cordis tui. *Prouer.3.c*
Scribere autem iubetur planius, ut poſſit lector currere

A currere,& nullo impedimento uelocitas eius,& legẽdi cupido teneaẽ.Et hoc præcipit,quia adhuc uisio procul est,& in tẽpore cõstituto. Et cũ finis rerum aduenerit,tũc etiã ille ueniet,& probabit̃ prophetia uera opere cõpleta. Quod si forte pro cupiditate tua ò lector & uidendæ uisionis ardore,paululum tibi uisum fuerit morã facere quod promissum est: noli desperare uenturum,sed expecta patienter: me enim habes, qui tibi polliceor & dico: Veniens ueniet & non tardabit. Si quis autem incredulus est huius sponsionis meæ,& me dicente, ueniens ueniet & nõ tardabit, cœperit ambigere, & in se tacitus fluctuare,putãs non esse uenturum quod moratur ad tempus,hic meæ animæ displice
Esa.1.d bit,iuxta illud: Neomenias & sabbata uestra odit anima mea. Quod autem animã suam deus dixit, pro mente & cogitatione debemus accipere,ut sit intellectus, meo sensui displicebit. Sicut autẽ displicebit ille qui me promittẽte dubitauerit uenturum esse quod spõdeo: ita iustus qui crediderit promissioni meæ uiuet in fide sua. His quasi lineis capituli huius pictura descripta est. Quod autem dicit huiuscemodi est,ita duntaxat ut & translationẽ Lxx. misceamus: Scribe in corde tuo, & quasi paruuli qui prima elementa accipiũt literarum, curuos apices & trementem manum in buxo erudiunt, & ad recte scribendum meditatione consuescunt: Ita tu quoq; qui ex persona ambigentis loquutus es populi, in tabulis cordis tui & in buxo pectoris scribe quod dico. Visio enim est quę promittitur iube
B turq; describi,& scribi manifestius: ut nullo inuoluatur nubilo,& nullis ænigmatũ obscuretur ambagibus, manifesta spes manifestam habeat sponsionem. Hoc autem ò propheta præcipio,nõ quod tu nescias(non enim esses propheta si ignorares) sed ut quod tu manifestius scripseris,lector absq; impedimento & difficultate possit legere atq; percurrere, quod Septuaginta transtulerunt: ὅπως διώκῃ ὁ ἀναγινώσκων, id est,ut persequatur qui legit:iuxta illum sensum,qui ad Timotheũ scribitur: Persequere iusticiam, & pietatem,& fidem, charitatem,pa-
1.Timot.6.c tientiam, mãsuetudinem. Et ad Romanos:hospitalitatem sectantes. Et ad Corinthios: persequimini
Rom.12.c charitatem.Ipsa autem uisio de qua tibi dixi:scribe
1.Cor.14.a uisionem & manifesta in buxo, ut possit persequi qui legit: adhuc in tempore constituto est, de quo
Esa.49.c saluator ait: Tempore acceptabili exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tibi. Et orietur in consummatione mũdi & in extrema diei hora, de qua
1.Ioan.2.c loquitur & Ioannes: Filioli, nunc hora nouissima est.Et non frustra ueniet, saluabit enim multos, & cum reliquis Israelitici populi multitudinem gentium congregabit.Quod si paululum se subtraxerit,& uotis tuis ò lector qui legere iuberis in buxo & in tabulis quas propheta descripsit, uenire tardius uisio cœperit,expecta eam,quia ueniẽs ueniet & non tardabit. Si autem dubitauerit fides tua & putaueris non uenire quod spondeo, habebis pro grandi pœna quod meæ animæ displicebis. Iustus autem qui credit uerbis meis, & de his non ambigit quæ polliceor,habebit præmium uitam sempiternam. Nec statim debes arguere uel in te interfi- C
ciendo,uel in illo uiuificando,quod apud me acceptio personarum sit:quia ipse uiuificationis suę causa est,qui ex fide sua uiuit: sicut tu ex eo qd̃ te subtraxisti & credere noluisti,displicuisti animæ meę. Manifeste autem in his de aduẽtu Christi prophetia est. Vnde & proposita quæstio soluitur, quod donec ille ueniat, iniquitas dominetur in mundo, & iudicium non perueniat ad finem, & uerus Nabuchodonosor capiat rete suo & sagena homines quasi piscículos, & rationabile animal quasi reptile non habens principem. Porrò quod pro uisione interpretati sumus, quia adhuc uisus procul, & si moram fecerit,expecta illum,id est,uisum: non putet aliquis errore deceptus pro uisione quæ est generis fœminini, uisum posuisse qui est generis masculini,& minus usitatum est in Latino. Siquidem חָזוֹן, quod Aquila interpretat̃ ὁραματισμόν, apud Hebræos genere masculino uisus dicitur:et usq; ad finem sub eodem genere uisionis,id est,uisus, masculina declinatio conseruatur.Lxx. autem dicentes γράψον ὅρασιν, id est,scribe uisionem,& postea, si detecerit sustine eum, quia ueniẽs ueniet & non tardabit:si subtraxerit se, non placebit animę meæ in eo: primum interpretati sunt uisionem genere fœminino,quæ apud Hebræos, ut diximus,generis masculini est. Deinde secundũ Hebraicũ genus, ubi declinatur masculine:sustine eũ, & nõ placebit animæ meæ in eo: ipsi quoque masculino genere declinauerũt. Cum utiq; debuerint iuxta id quod primum interpretati sunt uisionem genere D
quis fœminínum genus ponere uisionis, ut dicerent: expecta eam, quia ueniens ueniet: quod si se subtraxerit, non placebit animæ meæ in ea, id est, in uisione. Hoc propterea ne quod sciebamus uideremur tacere. Cæterũ non ignoro secundum interpretationem eorum posse & ita accipi. Scribe uisionem in qua Christus repromittitur,& prophetiæ tuæ uel in buxo uel in tabulis, uel ut Symmachus transtulit, paginis hunc texe sermonem: quod tẽpore constituto et in consummatione mundi ueniat filius meus qui saluet oues perditas domus Israel, & alias quoque oues antiquis ouibus copulet, & unum efficiens gregem, iungat duas uirgas, quas Ezechiel, id est, uirtus dei, sociatas Ezech.7.e
& sibi inuicem cohærentes tenet in prophetali manu. Quod si paululum ò propheta, uel tu populę (ex cuius p̃sona dubitare uisus est et propheta meus) se subtraxerit Christus,& uisus fuerit retardare,expecta illum: ueniens enim ueniet,& non tardabit, & cætera quæ iam suprà exposuimus. Porrò quod Apostolus Lxx. magis testimonio abusus est ad Romanos scribẽs: Iustus autem ex fide mea uiuet, & non eo quod habetur in Hebraico, causa perspicua est. Scribebat enim Romanis, qui Rom.1.c
scripturas Hebraicas nesciebant: nec erat ei cura de uerbis, cum sensus esset in tuto, & damnum ex eo præsens disputatio non haberet. Alioquin ubicunque diuersus est sensus: & aliter scriptus est in Hebraico, aliter in Lxx. nota eum his uti testimonijs quæ à Gamaliele doctore legis didicerat.

Et

A a ¶ Et quomodo uinum potantem decipit, sic erit uir superbus & non decorabitur, qui dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors & nō adimpletur. &c.] Cum hæc de Christi aduentu sint repromissa, siue ut quibusdam placet de uisionis fine & de completiōe auxilij dei: quod qui crediderit esse uēturum, uiuet ex fide sua: q uero incredulus fuerit, dñi animę displicebit: Nabuchodonosor rex Babylonius decipietur superbia sua. Et quomodo uinum contra potantem facit: & postquam surrexerit, neq; pes, neque mens suū officium tenēt, omisq; lætitia et mētis exhilaratio uertit in ruinā: sic uir superbus non decorabit, nec uolūtatem suā perducet ad finē: & iuxta Symmachū, οὐκ εὐπορήσει, hoc est, in rerū omniū
B erit penuria. Qui quasi mors & infernus non saturatur occisis, & oēs gentes cūctos que populos suo imperio subiugans, finē auaritiæ non putauit.

HEB. Et quōmodo uinū potantē decipit, sic erit uir superbus & non decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors & nō adimpletur. Et congregabit ad se omnes gentes, & coaceruabit ad se omnes populos. Nunquid non oēs isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius, & dicetur: Væ ei qui multiplicat nō sua: usquequo aggrauat contra se densum lutum? nunquid non repente consurgent qui mordeant te, & suscitabunt lacerātes te, & eris in rapinā eis. Quia tu spoliasti gētes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis, ppter sanguinē hominis & iniquitatē terrę, ciuitatis & omniū habitātiū in ea. Væ

Nonne cū inebriatus fuerit poculo domini: & meraco calice consopitus, omnes super eum per cōparationem loquentur & προβλήματα? Væ ei qui totum orbem uastans, non saturatur rapinis, nec desinit expoliare iam nudos: & ad hoc tantum sæuit ut deuoret, & iniquitatis & prædarum onere quasi grauissima torque se deprimat. Simulq; considera, quàm eleganter multiplicatas diuitias densum appellauerit lutum. Nunquid non repente consurgent Medi atque Persæ qui Babyloniorum imperium destruentes, mordeant eum primum, & postea lacerent: fiatq; eis Nabuchodonosor in rapinam, & uastator totius orbis expolietur à reliquis populis, qui manum & crudelitatem illius euadere potuerūt. Hoc autem ei fiet propter sanguinem hominis, id est, Iudæ, & iniquitatem terræ, uidelicet Israel, & ciuitatis: haud dubium quin Hierusalem & omnium habitantium in ea generaliter populum significans. Discutiamus & Septuaginta: Omnia quæ de Babylone & Nabuchodonosor diximus, referri possunt ad mundum istum, & ad diabolum: qui uere arrogans & superbus, & aliquid esse se credens, nihil perducit ad finem. Siquidem C conatus eius & omnis labor habebit interitū, qui in similitudinem inferni, & mortis non saturatur occisis, & omnium gentium deceptione lætatur, & ad se populos congregat. Qui cum eum uiderint missum in abyssum, & tartaro traditum, ea quæ in prophetis parabolice, & αἰνιγματωδῶς legerint, uidentes esse completa: & interpretātes super ea consona uoce memorabunt: Væ diabolo, qui multiplicauit sibi nō sua. Væ perdici, quæ congregauit quæ non peperit. Vsquequo? uel increpantiū est uox ista, uel iudicij diem demonstrantium. Et aggrauās torquem suam infinito pōdere. Et pulchre qui arrogans & superbus est: superbia autem proprie in extensione colli & ceruicis ere D ctione mōstratur: torques grauissima fit ut curuet quod fuerat erectum. Et istud eueniet, quia subito consurgent qui mordeāt eum:

SEP. Qui autem arrogans est & contemptor, uir superbus, nihil pducit ad finem: qui dilatauit sicut infernus animā suam, & iste quasi mors non adimplebitur: & congregabit ad se omnes gentes, & accipiet ad se oēs populos: nónne uniuersa hęc aduersum eum parabolam sument, & propositionem ad narrationem eius, & dicent: Væ qui multiplicat sibi quæ non sunt sua, usquequo aggrauat torquem suam grauiter, quia subito cōsurgent mordētes eum, & uigilabunt insidiatores tui, & eris in rapinam illis? Quia tu expoliasti gentes multas, expoliabūt te oēs reliqui populi, propter sanguinem hominū & impietatis terræ, & ciuitatis, & omnium habitatorū eius. O qui

uel angeli cum quibus diabolus traditur in pœnā, uel qui ab eo tenti fuerant, agentes postea pœnitentiam, & ad Christi uexilla conuersi, mordebunt eum, iuxta illud quod alibi dicitur: Viri pacifici tui posuerunt insidias tibi. Denique sequitur: Et euigilabunt insidiatores tui, id est, quos ante consopieras, quos inebriaueras, illorum insidijs subiacebis, uastantium regnum tuum, & eos qui captiui fuerūt in Christi turmas redigentium. Tu enim deprædatus es gentes multas, & Iudaicum populum ornatu & uestibus quas ei dederam, spoliasti: idcirco omnes reliqui populi, qui tuo imperio non subiecerint ceruicem, spoliabunt te, & nudum facient. Quia & tu interfecisti gentes plurimas, & fudisti sanguinem earum. Sed & terræ impietas, id est, Iudaicæ & ciuitatis Hierusalem, & omnium habitatorum eius, qui dixerunt aduersum creatorem suum: Crucifige, crucifige eum, sanguis eius super nos & super filios nostros: reuertetur in caput tuum, & expoliationis tuæ causæ erūt. Potest autem hoc ipsum & de antichristo interpretari: qui intantum erit arrogans & superbus, ut in templo

templo dei ſeſſurus ſit faciens ſe deum: Et quaſi infernus & mors tantos interficiet, & ad ſe cõgregabit: ut ſi fieri poſſit, decipiat etiam electos dei. Congregabit quoq; ad ſe omnes gẽtes, & uniuerſos populos in ſuũ ducet errorẽ. Qui cum poſtea interfectũ illũ ſpiritu oris Chriſti uiderint, intelligent uera eſſe quæ de eo ante prędicta ſunt, & dicẽt omnia quę ſequuntur, eadem intelligẽtia qua expoſuimus ſup diabolũ. Quod autem dicit, expoliabunt te oẽs reliqui populi propter ſanguinem hominum & impietatem terræ, & ciuitatis & omnium habitantiũ in ea, reliquos populos ſanctos intelligamus qui antichriſto non ſeruierunt, à quibus expoliabitur impius propter impietatẽ quã exercuit in uniuerſam terram, & uaſtationẽ ciuitatis eccleſię, & perſecutionem omnium qui habitauerũt in ea. Tanta enim uaſtitas, & tanta impietas in fine rerũ antichriſto ſæuiente graſſabitur in eccleſijs, & multiplicata iniquitate multorũ intantũ refrigeſcet charitas, ut dominus qui cordis arcana cognoſcit, & quod futurũ eſt non ignorat, dixerit: Putas ueniẽs filius hominis inueniet fidem ſuper terram? Poſſumus quoq; ſecundũ Ioannem apoſtolũ qui ſcribit: Sicut audiſtis quia antichriſtus ueniet, nũc aũt antichriſti multi ſunt: unde & cognoſcimus quoniã nouiſſima hora eſt, Omnes hæreticos & uniuerſum dogma peruerſum arrogãtium ſibi ſcientiam, & ſimplicitatem eccleſiæ cõtemnentium, qui nihil perducunt ad finem, ſed delectantur mortibus plurimorũ, arrogantes & ſuperbos dicere poſſumus: & totam cõtinentiam capituli ſuper eorum intelligentiã tẽperare, qui uere multiplicant ſibi non ſua: & quaſi grauiſſimũ lutũ & ponderoſam torquem qua pertrahantur ad pœnas ſibi cõgregantes, ſpoliant gentes multas, & effundunt ſanguinem hominum, & impietatẽ exercent in eccleſiã & in omnes habitatores eius. Sed reliqui populi, eccleſiaſtici uidelicet uiri, qui nõ fuerint eorũ errore decepti, ſubito cõſurgent & euigilabunt, quaſi de graui ſomno, & mordebunt eos & inſidiabũtur illis & habebũt eos in prædã. Quidã putant hoc quod dicitur: Væ qui multiplicant ſibi quæ nõ ſunt ſua, & cætera, de diuitibus poſſe accipi, qui poſſeſſionũ terminos dilatãt: & ea quæ nõ ſunt hominis, hominis arbitrantes, congregant ſibi, à quibus ſubito relinquentur. Quod autem non ſit hominis, id eſt, animalis rationabilis terrena poſſeſſio, & dominus demonſtrat, dicens: Si in alieno non fuiſtis fideles, quod ueſtrũ eſt quis dabit uobis? totumq; capituli textũ ſuper hac perſona ediſſerunt. Sed neſcio an poſſent quęſtiones & ſolutiones propheticæ ordinem ſeruare.

HEB. Væ qui cõgregat auariciam malam domui ſuæ, ut ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali: cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos, & peccauit anima tua, quia lapis de pariete clamabit, & lignũ q̃d inter iũcturas ædificiorũ eſt reſpõdebit. Væ

a ¶ Væ qui congregat auariciam malam do. &c.] Adhuc ad ipſum ſermo eſt qui ſibi coaceruet mala, & diuitiarũ multitudinem nõ intelligat cauſam eſſe ruinæ ſuæ domus: ſimulq; per metaphoram ſuperbiæ arguitur, quod ad auium ſimilitudinem in excelſo poſuerit nidum ſuum, & arbitratus ſit eruiſe de manu mali, id eſt, nũquam uenire in hoſtium poteſtatẽ, quod ſuperbiæ cõſiliũ & arrogans cogitatio finẽ habuit ignominiã. Interfeciſti populos multos, & in alijs occidendis contra animam tuam deſæuiſti: & in tanta crudelitate bacchatus

SEPTVA. O qui multiplicat auariciã malam domui ſuæ ut ponat in excelſo nidum ſuũ, & eruatur de manu malorum: cogitaſti confuſionem domui tuæ, cõſumpſiſti populos multos, & peccauit anima tua, propter quod lapis de pariete clamabit, & ſcarabeus de ligno loquetur ea. Væ

es, ut ſi dici poteſt, lapides ciuitatis & ligna parietum quos ſubuertiſti, tuam ferociã clamitent. Tale quid & dominus in euangelio cõtra phariſæos obiurgantes, quare non increparet pueros acclamantes ſibi: Oſanna in excelſis filio Dauid, Benedictus qui uenit in nomine domini, oſanna in excelſis. Nõ legiſtis, inquit, quia ſcriptum eſt: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? Et ſi iſti tacuerint, lapides clamabũt. Licet enim plerique ita intelligendum putent: ſi Iudæi tacuerint, multitudo me gentium confitebitur: tamen hæc eſt expreſſior & uerior intelligẽtia, etiam ſi homines tacerẽt, & ſignorum meorum multitudinem lingua inuidens non loquatur, tamen lapides ipſi & fundamenta murorum & parietum ædificatio, meam poterunt magnitudinem perſonare. Quod ut ſignificãtius fiat, ponamus literaturæ quoq; ſecularis exempla. Criſpus loquitur in hiſtoria: Saguntini fide atq; æruminis inclyti, per mortalium ſtudiũ maiores quàm opibus, quippe quis etiam tum ſemiruta mœnia, domus intectæ, parietes'que templorum ambuſti, manus punicas oſtentabant. Simile quid & Tullius ad Cæſarem pro Marcello: Parietes mediuſfidius C. Cæſar (ut mihi uidetur) huius curiæ tibi gratias agere geſtiunt, quod breui tempore futura ſit illa autoritas in his maiorum ſuorum & ſuis ſedibus. Porrò quod nos interpretati ſumus: Et lignum quod inter iuncturas ædificiorum eſt reſpondebit, pro quo Lxx. poſuerunt: καὶ λίανθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται αὐτά. id eſt, Et ſcarabeus de ligno loquetur ea, manifeſtius more ſuo tranſtulit Symmachus: καὶ σωληνισμὸς οἰκοδομῆς ξύλινος ἀποφθέγξεται αὐτά. id eſt, iunctura ædificij lignea loquetur ea. Theodotio quoque: καὶ σωληνισμὸς ξύλου φθέγξεται αὐτά. necnon & Quinta æditio: καὶ σωληνισμὸς ξύλου φθέγξεται αὐτά. quæ ipſæ interpretationes cum Symmachi & noſtra interpretatione concordant: quod enim lingua Hebraica dicitur בְּדִיס lignum ſignificat, quod ad continendos parietes in medio ſtructuræ ponitur, & uulgo

B Habac. 4.a

Luc. 16.c

D

A & uulgo apud Græcos appellatur ἐμάντωσις. Hoc est ergo iuxta hiſtoriam quod prophetalis ſermo ſignificat, lapides parietum qui à te deſtructi ſunt, & ligna eorum ambuſta tuam crudelitatem ſonabunt. Reperi exceptis quinque æditionibus, id eſt, Aquilæ, Symmachi, Lxx. & Theodotionis, & quintę in duodecim ꝓphetis, & duas alias æditiones, in quarum una ſcriptum eſt: quia lapis de pariete clamauit quaſi uermis in ligno loquens, & & in altera: lapis enim de pariete uociferabitur, & σκώληξ de ligno loquetur ea. Sed & Aquila aliud quiddam quam nos diximus poſuit, καὶ μάζα, id eſt, & maſſa de ligno reſpondebit. Quorũ interpretatio quid ſibi uelit, in Lxx. translatorũ expoſitione dicemus, in quibus pro uæ, o poſitum eſt, & dirigitur ſermo uel ad diabolũ, uel ad antichriſtũ, uel ad hæreticos, qui multiplicant ſibi auariciã malam. Mala autem dicitur auaricia ad diſtinctionem bonæ, ut ſit bona auaricia doctoris eccleſiaſtici, qui nunquã ſatiatur multitudine ſectatorũ, & quanto plures habuerit diſcipulos, tanto magis ad doctrinæ ſtudium concitetur. Vę ergo ei qui multiplicat ſibi auariciam peſſimam, ut congreget domui ſuæ cõuenticula peruerſa, & ponat in alto nidum ſuũ, ut eruatur de manu malorum. Pollicentur enim & diabolus & antichriſtus & hæretici, eos qui ſuum dogma ſuſcipiant fore in cœleſtibus poſſeſſuros regna cœlorum, gehennæ incendia non ſenſuros. Et
B cum hæc repromiſerint, conſilium ipſorũ ad perfectum uenire non poterit, ſed erit conſilium confuſionis & ignominiæ domus eorũ: poſtq̃ quæ fuerant repromiſſa, falſa ipſe rerũ finis oſtenderit, tũc probabitur confuſionis eſſe conſilium, non ſalutis. Iſte, ut diximus, peruerſitatis doctor cõſumpſit populos multos: & quãto plures habuit in comitatu ſuo, tanto magis deliquit cõtra animam ſuam. Deniq; eccleſiæ eius lapides λάνθαρος, id eſt, ſcarabeus de ligno clamabũt cõtra auariciã ſuperbi, eo quod omnes gentes ſua perſuaſione deceperit. Lapides, ſtolida corda credentiũ doctrinis hæreticorũ poſſumus intelligere, & ſcarabeũ de ligno, magiſtros quoſq; peruerſos, qui turpis lucri gratia aſſumentes prædicationẽ crucis loquuntur ex utero. Deus enim eorũ uenter eſt, & omnia ciborum cauſa faciunt qui rediguntur in ſtercus, quia ſcarabeus uel cãtharus uermis eſt ſtercoris: & ad hoc tantũ aſſumunt crucem, ut auariciam & ſuperbiam magiſtri ſui diaboli doceant ore uipereo. Si quando uideris hæreticorum quempiam, quaſi recondita & occultã myſteria contra eccleſiã loqui, & domum diaboli domui præferre Chriſti, dicito: Lapis de pariete clamat, & cantharus de ligno loquitur. Legi in cuiuſdam uolumine propterea cantharum ſuper hæreticis intelligi, quia dogmata habeãt ſtercori com-
*Philip.3.b* paranda. Vnde & Apoſtolus, doctrinæ ueteris errorem dicit ſe reputaſſe in ſcybala, id eſt, in ſtercora. Non quod lex uetus, ut Manichæi arbitrantur, ad comparationem euangelij ſcybala computetur,

HEB. Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat

quod impium eſt dicere, cum unius dei utrunq; ſit C teſtamentum. Sed quod doctrinæ phariſæorum & præcepta hominum & deuteroſis Iudæorum ſtercora dicantur ab Apoſtolo. Scio quendã de fratribus, lapidem qui de pariete clamauerit intelleXiſſe dominum ſaluatorem, et ſcarabeũ de ligno loquentẽ, latronẽ qui dominũ blaſphemauerit: ꝙ licet pie poſſit intelligi, tamen quomodo cum uniuerſo prophetiæ contextu poſſit aptari, non inuenio. Sunt nõnulli qui putent cantharum de ligno loquẽtem, & ad ſaluatoris perſonam referri poſſe: quod impium eſſe, ex ordine ipſo ſermonis apparet. Cantharus enim de ligno loquitur ea, non intelligitur in bonã, ſed in malam partem, id eſt, loquitur auariciam peſſimã mutiplicantis aduerſus domum ſuam, & confuſionem diaboli & cætera quæ de iniquitate eius & ſcelere præceſſerũt. Quod autem ait Aquila, & maſſa de ligno reſpõdebit. Maſſam referimus ad illum ſenſum, quem dominus poſuit in euangelio: Cauete uobis à fermento phari- *Matth.16.a*
ſæorum. Cumq; dubitarent apoſtoli, & quid nam eſſet ſcire non poſſent, euãgeliſta interpretatus eſt dicens: Dixerat autem eis de doctrina phariſæorũ. Recte igitur doctrina hæreticorum de ligno loquitur: aliter enim perſuadere nõ poſſunt, niſi gloriam ligni ſuæ peruerſitati præferant. Necnon & illud quod dixeramus: Quia lapis de pariete clamabit, ſicut uermis in ligno loquens, uel lapis de pariete uociferabit & σκώληξ de ligno loquetur ea: Quidã D
è noſtris uermem in ligno loquentẽ illum eſſe aiũt, qui dicit in pſalmo: Ego autem ſum uermis & non *Pſal.21.b*
homo: & auem uocalem ad eiuſdem perſonam referunt, qui ait: Factus ſum quaſi paſſer ſolitarius *Ibid.101.b*
in tecto, & cætera his ſimilia. *a* ¶ Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus &c.] Nulli dubium eſt quin iuxta literam adhuc contra Nabuchodonoſor loquatur ſermo propheticus. Et plãgat eum quod ædificet Babylonem in ſanguinibus, & plurimorũ ruinis ac mortibus illius mœnia cõſtruat. Qui quia hoc fecerit urbi quã in ſanguinibus conſtruxerat, poſtea quæ à domino inferantur auſcultat. Sequitur enim: Nunquid non hæc à domino ſunt exercituum, id eſt, quæ dicuntur. Laborabunt populi in multo igne & gẽtes in uacuum: id eſt, incenſa Babylone, fruſtra populi laborabũt & nitentur in nihilum, & deficient populi gentis Chaldaicæ. Quia replebitur terra ut cognoſcat gloriam domini: id eſt, cum Babylon fuerit euerſa, manifeſta fiet omnibus potentia uirtutis dei quaſi aquæ operientes mare: ſic gloria domini in terra uniuerſa cõplebitur, ſicut aquæ alueum & fundum contegunt maris. Hæc ut diximus iuxta literam. Cæterũ perſpicuum eſt quod et diabolus & antichriſtus & hę reticorum peruerſa doctrina ædificẽt ciuitatem in ſanguinibus, id eſt, eccleſiam ſuam in eorum quos deceperunt interitu: & præparent urbem in iniquitatibus, loquentes contra deum iniquitatem & põnẽtes in excelſo os ſuum. Quod cum fecerint, manifeſte

A nifeſte oſtenditur: quia ex ſemetipſis ædificent ci/
uitatem in ſanguinibus, & præparent eam in ini/
quitatibus. Sequitur enim: Non ſunt hæc à domi/
no omnipotente, id eſt talis ædificatio non eſt à do
mino ſabaoth: quem nunc Septuaginta interpre/
tati ſunt omnipo/
tentem. Deficient
enim multi populi,
& quis infinitæ gẽ
tes in eorum ducã/
tur errorem: tamẽ
uel laſſabuntur, qd
magis ſignificat
ὀλιγοψύχησαν: uel
certe coartabũtur
in anguſtum, & ec
cleſiæ multitudini
non poterunt com
parari. Illis quippe
in igne deficienti/
bus, quod ſentitur:
aut diaboli princi/
pis ſui igne cõſum
ptis: aut certe ſuc/
cẽſis igne domini,
de quo ait: Ignem
Luc.12.f ueni mittere ſuper
terram, & quẽ uo/
lo ut ardeat: & de
priore curſu retra/
B ctis & agentibus
pœnitentiã, & cœ/
ptum iter deſeren/
tibus, quod ſonat,
ὀλιγοψυχία, replebi
tur uniuerſa terra
gloria domini: quã/
do ad prædicationem apoſtolorum in uniuerſum
orbem exierit ſonus eorum: ſicut aquæ operien/
tes mare, id eſt ut omnem ſalſuginem & amaritu/
dinem ſeculi, quam terra biberat pluente deſuper
diabolo, aquæ domini operiant: & efficiant maris
locum & amaritudinis priſtinæ nõ apparere. Vn
de & in pſalmo dicitur: Beati quorum remiſſę ſunt
Pſal.31. iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Poteſt
autem quanquam non conueniat ordini lectionis:
nec ad præſentem ſcripturæ textum faciat: & ſu/
per Hieruſalem intelligi ciuitatem plenam ſangui/
Matt.23.c ne prophetarum, de qua ſcriptura commemorat,
quod redundauerit in ea ſanctorum ſanguis à por/
ta uſque ad portam. Et quæ dicit in domini paſſio/
Ibi.27.c ne: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.
Et ad quam deus loquitur in Eſaia: Cum leuaueri/
Eſa.1.d tis manus ad me, non exaudiam uos: Manus enim
ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Hæc ædificata eſt in
iniquitatibus: in qua iuxta eundem prophetam iu/
ſticia dormiuit. Nec eſt ædificatio eius à domino
ſabaoth. Vnde & defecerunt populi multi in igne:
& gentes multæ laſſatæ ſunt eo tempore quo Ve
ſpaſiani & Titi circũdata eſt exercitibus: & ad diẽ
ſolennẽ paſchæ uenientes, urbe quaſi carcere ſunt
recluſi: & fame & penuria defecerunt, & uſque ad C
extremas ruinas Hadriani eos perduxit obſidio.
Subuerſa autem ciuitate ſanguinum: & urbe ini/
quitatum, & populis igne conſumptis, & genti/
bus quæ ad auxilium eorum uenerant, huc illucq;
diſperſis: & dimit/
tentibus laſſas ma/
nus, repleta eſt uni
uerſa terra gloria
Chriſti: & quaſi a/
quis, ita ſermoni/
bus & doctrina e/
ius uniuerſus mun
dus coopertus eſt.
a ¶ Væ qui po/
tum dat amico ſuo
&c.] Pro ſubuerſio
ne turbida Symma
chus interpretatus
eſt, καὶ ἀφιῶν ἀκρί/
τως τὸν θυμὸν ἑαυτοῦ,
id eſt & emittens
abſq; iudicio furo/
rẽ ſuum: Theodo
tio ἀποχύσεώς σου,
quod interpreta/
tur, diffuſione tua.
Quinta ædítio ὀξ
ἀπροσδοκήτου ἀνα/
τροπῆς ἢ ὀργῆς σου, D
quod ſignificat de
ſubuerſione inſpe/
rata iræ tuæ. Aquí/
la, ὀξ ἐκπέμψεως χό
λου σου, quod poſſu
mus uertere de e/
miſſiõe furoris tui.
In alia ædítione reperi, ὀναὶ τῷ ποτίζοντι τὸν ἑταίρον
αὐτοῦ ἀπὸ λίμνης πικρομίλου, quod ipſum in lingua no/
ſtra ſonat: Vę qui potum dat amico ſuo turbinem
uolantem. Sed & alibi translatum legi: Væ qui po
tum dat proximo ſuo ἔκστασιν ὀχλομιλίου, id eſt a/
mentiam turbidam. Hoc propterea, ut uerbum He
braicum מְסַפְּחֵ quod tranſtulerunt Lxx. ἀνα/
τροπὴν: id eſt ſubuerſionem, ſciri poſſit quanta a/
pud omnes ædítiones uarietate diſcordet. Igitur
adhuc cõtra Nabuchodonoſor inuectio eſt: quod
oblitus conditionis ſuæ, & quaſi ignorans ſe eſſe
hominem, alteri homini fel & amaritudinem pro/
pinarit. Poſſumus autem eum uel regem intellige/
re Iudææ: uel generaliter omnes homines, quod
inebriauerit eos malis, ut uideret Sedechiæ & ca/
ptiuorum omnium nuditatem. Pro quo interpre/
tatus eſt Symmachus & Quinta ædítio, ut uideret
ignominias eorum. Dicuntur autem hæc per me/
taphoram ebrij hominis, et nuditate turbati, quod
Nabuchodonoſor omnes inebriauerit calice fu/
roris ſui: cunctosq; expoliatos uiderit & captiuos:
& illi qui quondam glorioſi fuerant in ultimam re
dacti ſint ſeruitutem, hoc enim eſt quod ait: Re/
pletus eſt ignominia pro gloria, ut ſubaudiatur

SEP. præparat urbẽ in ini
quitatibus: nõne hæc ſunt
à dño omnipotente? & de
fecerunt populi multi in i/
gne & gentes multæ coan
guſtatæ ſunt: quia replebi/
tur terra ut cognoſcat glo/
riam dñi quaſi aquã ad o/
periendum maria. Væ qui
propinat pximo ſuo ſub/
uerſione turbida, & inebri
ans ut aſpiciat in ſpeluncis
eorũ: ſaturitatem ignomi/
niæ de gloria: bibe tu &
commouere: circundedit
te calix dexteræ domini,
& congregata eſt ignomi/
nia ſuper gloriam tuam:
quia impietas Libani ope/
riet te: & miſeria beſtiarũ
terrebit te propter ſangui/
nem hominum, & impie/
tates terræ & ciuitatis, & o/
mnium habitãtium in ea.

Quid

A amicus & proximus ſiue conſors regni, qui tuum
ò Nabuchodonoſor calicem bibit. Vnde quia ine-
briaſti plurimos: tu quoq; bibe de calice domini
& conſopire, circundaberis ſupplicijs dexterę do-
mini: & cum ignominia uomitus tui omnia quæ
abſorbueras egeres, & de ſublimi gloria ad ultima
deduceris mala. Quia iniquitas Libani operiet te:
ſuperbia, inquit, tua & euerſio templi, & rapina
ſanctuarij te depopulabitur atq; uaſtabit. Et quia
ſemel nominauerat montem Libanum: ſub eiuſdē
translatione uictimas & ſacrificia uel certe multi-
tudinem populorum quæ interfecta eſt Hieruſa-
lem: animalibus uel beſtijs comparat, dicens: Et
uaſtitas animalium opprimet te. Hoc autem om-
ne patieris: quia uaſtaſti Iudam: ſubuertiſti terram
repromiſſionis, & ciuitatem Hieruſalem omnesq;
habitatores eius. Audiui Liddæ quendam de He-
bræis, qui ſapiens apud illos, & λιτυρώτης uoca-
4.Reg.25.b batur: narrātem huiuſcemodi fabulam. Sedechias,
Hiere.39.b inquit, à Nabuchodonoſor rege cæcatus in Rebla
tha, hoc eſt Antiochiæ: uarijsq; irriſus modis: du-
ctus eſt Babylonem. Vbi cum quadam die Nabu-
chodonoſor conuiuij feſta celebraret, iuſſit ei dare
potionem: qua hauſta uenter potantis ſolueretur
in fluxum: ac ſubito introductum ante ora epulan-
tium, conpulſumq; ui uentris pollutum eſſe ſterco
re, & hoc eſſe quod nunc hic ſcriptura dicat: Væ
qui potum dat amico ſuo: mittens fel ſuum & ine-
brians, ut aſpiciat nuditatem eius & ignominiam
B pro gloria: quod ſcilicet ille qui rex potentiſſimus
fuerat ad tale dedecus per eum ſit deductus. Vnde
& cōminatur ei deus quod & ipſe bibiturus ſit hu
iuſcemodi potionem, & paſſurus omnia quæ paſ-
ſus eſt Sedechias. Hoc q̄ ridiculum ſit, me tacente
cognoſcitis. Si enim quod ſequitur: Bibe tu quoq;
& conſopire, & circundabit te calix dexteræ do-
mini, & uomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam:
non de calice intelligunt ſed de malis quæ bibitu-
rus eſt Nabuchodonoſor: ergo & ille calix quo Se
dechiæ propinatum eſt, mala ſunt intelligenda: nō
ut illi uolunt καθαρτικόν. Sin autem dicunt uere fa-
ctū & temperatā huiuſmodi potionē, ut ſupra retu
li: ergo & calix iſte quē bibiturus eſt Nabuchodo-
noſor καθαρτικῷ exiſtimandus eſt plenus, ut deus
ſabaoth & dominus omnipotēs pro uindicta ma-
gna Nabuchodonoſor propinet καθαρτικόν, & fa-
ciat eum ſuo ſtercore pollui. Hoc aduerſus Iudai-
cam traditionē. Veniamus autem ad intelligentiā
ſpiritualē. Væ tibi diabole ſiue antichriſte: uel hæ-
reticorum dogma peruerſum: qui doctrinis tuis et
potione turbida inebrias populos deceptorum, &
ſubuertis priorem fidem: dans eis potionem, non
de Siloa, non de Iordane: non de fontibus Iſrael:
ſed de torrente Cedron, & de flumine Aegypti,
de quo Hieremias dicit: Quid tibi & uiæ Aegypti:
Hier.2.d ut bibas aquam Geon? pro quo in Hebræo ſcri-
ptum eſt שיחור id eſt, turbidam atq; cœnoſam:
q̄uis enim de paradiſo ſcripturarum flumina Ae-
gypti exire credantur: tamen quia conculcātur pe-
dibus Pharaonis, perdiderunt ſplēdorem ſuum: &
uiolata luto Aegyptio, uerſa ſunt in torrentes, de
quibus ſanctus quod euaſerit gratulatur: Torren- C
tem pertranſiuit anima noſtra. Quod ſi quis oppo Pſal.123.a
ſuerit torrentē Corath: de quo bibit Helias: & tor- 3.Reg.17.d
rētem alium de quo dominus bibit in uia: Ita enim Pſal.109.d
ſcriptum eſt: De torrente in uia bibet: Hoc dicen-
dum: quia quicunq; in Aegypto fuerit, & in uia hu
ius ſeculi: quamuis Moyſes & Aaron: quāuis Hie
remias ſit et Helias: tamen neceſſe eſt eum de tenta
tionibus Aegypti & ſolitudinis bibere. Vnde &
domini ſermo qui ob hoc carnem aſſumpſerat ut
biberet de torrente: conſiderans maieſtatem ſuam
dixit: Pater ſi poſſibile eſt tranſeat calix iſte à me.
Rurſum uidens ſe eſſe in Aegypto & aquas non Matt.17.d
poſſe mundari: niſi ipſe potaſſet, ait: Veruntamen
non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. Hæc propter-
ea: quia diabolus ſubuerſione & poculo turbido
ac peruerſis quibuſq; doctrinis inebriet proxi-
mos, id eſt rationale animal, & faciat eos quos de-
ceperit reſpicere ad ſpeluncas ſuas. Eccleſiæ enim
dogmata libera ſunt, die gratulantur & lumine.
Qui autem inebriantur, nocte inebriantur, & qui
eos inebriant nō ducunt in atria domini, quæ nul-
la tectorum premuntur umbra, ſed in ſpeluncas.
Fecerunt enim domum patris quæ fuerat domus Matt.21.b
orationis: ſpeluncas latronum: pollicentes iniția-
tiones quaſdam & myſteria: & recondita ſolumq;
hæreticis nota ſecreta, de quibus loquitur & Eſa- Eſa.2.d
ias: Et manu facta omnia abſcondent: inferentes
in ſpeluncas & in ſciſſuras petrarum & foramina
terræ. Non ingrediamur ergo in ſpeluncas hære- D
ticorum nec abſcōdamur ibi, ubi impius Saul ſter-
cora doctrinarum ſuarum egerere conſueuit: ſed 1.Reg.24.d
magis aſcendamus ad ſpeluncam excelſam mon-
tis ſina: ubi & Helias uidit dominum, & Moyſes 3.Reg.19.b
poſteriora eius ante conſpexit. Et Eſaias de domi- Exod.33.d
no clamitans: Hic habitabit, ait, in ſpelunca excel- Eſa.32.d
ſa. Si quis autem non habet poculum turbidum &
doctrinam hæreticam: & magiſter eccleſiæ eſt, &
omnia facit turpis lucri gratia, & uendit columbas
in templo: hoc eſt dona ſancti ſpiritus, & in cathe-
dra ſacerdotali liberas ſuffocat aues: iſte non facit
quidē domum orationis ſpeluncam latronum, ſed
facit domū patris domum negociationis. Poſt hęc
ſequitur: Saturitatē ignominiæ pro gloria bibe tu
& commouere: id eſt, ò diabole: ò dogma peruer-
ſum: ò hæretice qui te putabas calicē eſſe aureum
quo inebriantur omnes gentes, ut uiderent ſpelun
cas & ſecreta tua: pro gloriæ magnitudine reple-
re ſaturitate ignominiæ, & reputare in uas fictile
opera manuum figuli: bibe & tu de calice domini,
de quo in pſalmo dicitur: Calix in manu domini, Pſal.74.b
uini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in il-
lud: uerumtamen fex eius non eſt exinanita. Et à
priori ſententia commouere, & noli putare firma
eſſe & ſtabilia in quibus primum ſtare cupiebas:
quia circundedit te calix dexteræ domini. Porrò
quia propinaſti proximo tuo ſubuerſiōe turbida:
congregabitur ignominia ſuper te: & ſuper gloriā
tuā, quam primum te habere credebas: iſtudq; pa-
tieris, quia impietas Libani operiet te, ſecūdum il-
lud quod dicitur: Et oratio eius fiat in peccatum.

Libanus

A Libanus enim mons iuxta Græcum ſermonem λιβανυμ eſt thuri, thus autem σύμβολον eſt ſpiritualis thymiamatis quod eſt cultus dei. Idcirco hęreticorum peruerſa oratio & non euangelica ſimplicitate directa, eis uertetur in peccatum, & impietas cultus dei operiet eos. Vnde ſequitur: Et miſeria beſtiarum terrebit te propter ſanguinẽ hominum: & impietates terræ & ciuitatis & omnium habitantiũ in ea. Et eſt ſenſus:

HEB. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus, cõflatile & imaginẽ falſam: quia ſperauit in figmento fictor eius, ut faceret ſimulachra muta. Væ

SEP. Quid prodeſt ſculptile quia ſculpſerũt illud: formauerunt illud cõflatile, imaginem falſam: quia cõfidit fictor in figmento ſuo, ut faciat idola muta. Væ

Eos quos tuis fraudibus decepiſti, & de quibus Chriſti feciſti eſſe beſtias tuas: cum uideris in miſeria, & pro errore ſuſtinere ſupplicia tunc terrebere, tunc iacebis. Ac ne arbitreris me quia Libanũ & eius beſtias nominaui, de brutis animalibus & non de hominibus loqui: manifeſtius tibi dico: Suſtinebis hæc: quia multorum hominum fudiſti ſanguinem, quos deo perire feciſti. Et exercuiſti impietatem in terra uiuentium, in terra manſuetorum, & impietas tua in ciuitate quoque domini de ſæuit: id eſt in eccleſia eius: multosq; qui habitabãt in ea, impietatis tuæ feciſti eſſe participes. Hoc ſub perſona hæreticorum dictum ſit. Cæterum ſi uolumus de antichriſto intelligere, ſiue de diabolo qui operaturus eſt in antichriſto: Et iſte calice B ſuo quo Chriſti cupiet ſubuertere diſciplinam, inebriabit plurimos ut ebrij ingrediantur ſpeluncas eius, ſed poſtquàm finis aduenerit, pro ea gloria qua ſe magnificauerat, implebitur ignominia. Implebitur autem quia bibet ſuppliciorum calicem, & commouebitur: nequaquàm firmus in malicia ſua, ſed trepidus & ſero pœnitens. Circundabit enim eum calix dexteræ domini: qui eſt dominus atque ſaluator, quando interfecerit eum ſpiritu oris ſui, & deſtruxerit illuminatione aduentus ſui. Tunc omnis ignominia quam ſibi cogitationibus, factis, ſermonibus congregauit, ueniet ſuper gloriam eius: ut quantum ante putabatur inclytus, tantum poſtea ignominia plenus ſit. Blaſphemauit enim in deum, & impietas quam exercuit in Libano operiet eum, & multorum hominum furor qui aduerſum dei eccleſiam debacchati ſunt, ipſi imputabitur: nec poterit eleuare ceruicem, ſed terrore deprimetur in terram. Multos enim homines interfecit, & totum orbẽ, id eſt eccleſiam Chriſti & habitatores eius, ſua impietate uaſtauit. Sciendum igitur & hoc capitulum quod nunc expoſuimus, id eſt: Vę qui potum dat proximo ſuo ſubuerſione turbida, & priora tria in quibus dictum eſt: Væ qui multiplicat ſibi quæ non ſunt ſua. Et Væ qui congregat auariciam malam domui ſuæ. Et: Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus: & iuxta hiſtoriam, & iuxta Anagogen uel aduerſum Nabuchodonoſor, uel aduerſus diabolum & antichriſtum & hæreticos poſſe æqualiter accipi.

a ¶ Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus &c.] Conſequenter ſuperioribus de Nabuchodonoſor dicitur: quod fabricatus ſit ſtatuã idoli Bel, & poſuerit eam in campo δεγεᾶ ſiue ut in Hebræo ſcriptum eſt דורא ſuper quo plenius in Daniele legimus: Miratur itaq; ſcriptura regis amentiã & ſtulticiã: quia ipſe iuſſerit ſtatuam auream fieri, & fictor confidat in ſimulachro quod finxit: quod quidem poſſumus & generaliter contra omnes idolorũ accipere cultores. Dan.3.a

Nec putemus unũ eſſe quod ſculpitur & cõflatur. Sculpturam quippe poſſumus in lapidibus & in marmoribus accipere. Conflatura uero in his metallis intelligitur quę ſolui poſſunt atq; cõflari: Verbi gratia, auro, argẽto, ęre, plumbo, ſtagnoq;. Hoc dictũ ſit ut iuxta Tropologiã ſcire poſſimus quid ſit inter ſculptile atq; cõflatile. Legimus in Deuteronomio: Maledictus omnis qui fecerit ſculptile & cõflatile opus manuũ artificis: & poſuerit illud in abſcõdito. Sculptile atq; cõflatile reor dogmata eſſe peruerſa, quæ ab his à quibus facta ſunt adorãtur. Vide Ariũ ſculpſiſſe ſibi idolum creaturę & adoraſſe quod ſculpſit. Cerne Eunomium conflaſſe imaginẽ falſam, & cõflationi ſuæ curuare ceruicẽ. Deut.27.e

Signanterq; ſcriptura: Et ponet, inquit, illud in abſcõdito. Habẽt enim & ipſi Orgia ſua, & quaſi pro perfectis quibuſq; diſcipulis tradunt abſcõdita ſacramenta, quæ ſi ad lucẽ proceſſerint, ſtatim quod ficta ſunt arguuntur. Nihil igitur eis proderit ſculptura & cõflatio ſua. Sculptura quæ refertur ad lapides: in his dogmatibus intelligitur quæ ſtulticiã prima frõte demonſtrant: Conflatio eſt ibi, ubi aliqua uidetur eſſe ratio ſapientiæ ſecularis, & ueluti quodã auro ita diſciplinis philoſophorum & ſplẽdore eloquentiæ idolum cõflatum eſt. Nihil ergo proderit figmentum fictori ſuo. Et mutum ſurdumq; ſimulachrum adoratorem ſuum audire nõ poterit. Si quando uideris aliquem nolle credere ueritati, & oſtenſa ſuorum dogmatum falſitate in cœpto ſtudio perſeuerare: congrue poteris dicere: Sperat in figmẽto ſuo, & facit ſimulachra muta uel ſurda: κωφὰ quippe apud Græcos utrumq; ſignificat: quamquàm Symmachus ἄλαλα interpretans, muta magis uideatur intellexiſſe quàm ſurda. Nec moueat quempiam illud ἰδίωμα ſcripturarum, de quo ſæpe diximus: Quis putas fidelis & ſapiens diſpenſator? Et in alio loco: Quis ſapiens & intelligit hæc? eo quod quis uel quid pro raro accipiatur, cum poſſumus & de alio loco pro impoſſibili hoc ipſum accipere: Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti: tribulatio, an anguſtia? & cætera. Et de præſenti capitulo: Quid prodeſt ſculptile quia ſculpſit illud fictor ſuus. In utroque enim impoſſibilitas demonſtratur: quod nec apoſtoli charitatem ulla tribulatio & anguſtia diuidere poſſit à Chriſto: nec in idolis ſit ulla utilitas. Luc.12.e Pſal.106.d Rom.8.g

A a ¶ Væ qui dicit ligno expergiſcere: ſurge lapidi tacenti &c.] Et hoc ſimiliter uel aduerſum Nabuchodonoſor uel aduerſum omnes qui uenerantur idola accipi poteſt. Et deſcribitur error humanus, quod argentum, aurum, gemmas & ſericum: quibus uel obuoluta, uel operta ſunt idola præ fulgore materiæ deos exiſtimãt, cum formam quidẽ potuerit artifex dare, animam autem quibus uegetantur artus nequiuerit. Et econtrario dominus dicitur in templo ſancto ſuo: nõ in templo manufacto, ſed uel in cœlis uel in unoquoque ſanctorum, iuxta Apoſtolum dicentẽ: An neſcitis quoniam templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in uobis? Et alibi: Corpora ueſtra templũ dei ſunt. Vel in filio ſicut ipſe ait: Pater in me manens, ipſe facit opera. Aut certe iuxta illud: quod cœlos & terras, & maria, & uniuerſum mundũ Spiritus intus alit: totamq; infuſa per artus Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet: mundus omnis qui cœlo conſtat & terra & cœlorum circulis clauditur, dei domus eſſe perhibetur. Vnde et Apoſtolus cõfidenter: In ipſo enim, ait, uiuimus & mouemur & ſumus. Quod ſi quis oppoſuerit: quomodo ſpiritus in idolis nõ eſſe dicatur, cum omnibus ſimulachris aſſideant immundi ſpiritus: diſcat ſcripturæ ſanctę conſuetudinem, nunq; ſpiritum peruerſum abſolute, ſed cum additamẽto aliquo ſpiritum nuncupari, ſicut ibi: Spiritu fornicationis ſeducti ſunt. Et in euãgelio: Cum autem ſpiritus immundus exierit de homine: & cætera his ſimilia. Spiritus autem ubicunq; ſolus & abſolute ſine aliquo additamento legitur: ſemper refertur ad bonam partem, id eſt ad ſpiritum ſanctum, ut eſt illud Apoſtoli: Qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet uitam æternam. Et alibi: Fructus autẽ ſpiritus eſt: charitas, gaudium, pax. Et in alio loco: Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Neque hoc dicimus quod non & ſpiritus ſanctus, cum additamento ponatur: Vocatur enim & ſpiritus ſanctus, & ſpiritus principalis, & ſpiritus rectus, & ſpiritus dei: & cætera his ſimilia: ſed quod ſpiritus ſanctus & cum additamento & ſolus ſæpe ponatur: ſpiritus autẽ peruerſus nuſquàm niſi cum additamento lectus ſit. Sed & illud dici poteſt, ſi quis contentioſe ſpiritum peruerſum in hoc loco uoluerit accipere, quod aliud ſit: Omnis ſpiritus nõ eſt in eo: Aliud ſi dixiſſet: omnis ſpiritus non eſt circa eũ. Poteſt enim aſſidere ſimulachris: cæterum intrinſecus eſſe nõ poteſt. Vnde & Aquila ſignificantius uertit Hebraicum dicẽs: Et ſpiritus eius nõ eſt in uiſceribus, ſiue in medio eius. Præterea ſciendũ in quibuſdam Hebraicis uoluminibus non eſſe additũ, omnis: ſed abſolute, ſpiritum legi. Quod ſi quis ratione ſuperatus in bonam partem acceperit ſpiritum & quęſierit: cur cum de ſpiritu ſancto dictum ſit, cum additamẽto legatur: Et omnis ſpiritus non eſt in eo? Sciat omnem ſpiritũ diuerſas gratias intelligi ſpiritus ſancti, ut ſit ſenſus: Nihil in ſe gratiæ, nihil poterit habere uirtutis. Quod quidẽ & iuxta Tropologiam magis intelligitur: quod in uniuerſis idolis hæreticorum & ſigmentis diaboli, nulla ſit gratia ſpiritus ſancti, ſed imaginem diuinitatis & pulchritudinem dogmatum præferre uideantur, cum in illis nihil ſpirans ſit & uitale. Dicamus & illud ne lectorẽ uideamur celaſſe quod nouimus: ſpiritum & uentum apud Hebræos eodem appellari uocabulo, id eſt רוח & pro ſenſu loci, uel ſpiritum accipi ſolere, uel uentum. Ergo & in hoc loco, ſpiritum uel pro uento accipere poſſumus, quod nihil ſpiret in idolis: uel pro anima quod ſimulachra inanimantia ſint. Qđ autem ſpiritus accipiatur pro anima manifeſte ſignificat ſaluatoris oratio: Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum. Neque enim Ieſus aut peruerſum ſpiritum, quod cogitare quoq; nefas eſt: aut ſpiritum ſanctum qui & ipſe deus eſt, patri poterat commendare, & non potius animam ſuam, de qua dixerat: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem, & nemo poteſt eripere animam meam à me: ſed uoluntate mea depono animam meam, & ſpõte mea rurſum aſſumo eam.

HEB. Væ qũi dicit ligno, expergiſcere: ſurge lapidi tacenti: nũquid ipſe docere poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro & argẽto: & omnis ſpiritus nõ eſt in uiſceribus eius. Dominus autẽ in tẽplo ſancto ſuo, ſileat à facie eius omnis terra.

SEP. Væ qui dicit ligno: euigila & exurge, & lapidi eleuare: & ipſum eſt imago, & eſt productio auri & argenti, & omnis ſpiritus non eſt in eo. Dominus autem in templo ſancto ſuo: reuereatur à facie eius omnis terra.

Pſal.10.a
1.Cor.3.c
Ibi.6.b
Ioan.14.b
Act.17.f
B
Oſee 4.c
Luc.11.c
Gal.6.b
Ibid.5.d
C
D

Commentarij primi in Habacuc prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM SECVNDVM Habacuc ad Chromatium epiſcopum procœmium.

ALterum mi Chromati papa uenerabilis in Habacuc librum ſcribimus: pſoprium cantico eius opuſculum dedicantes: ſermonemq; Epicum & pſalterij, id eſt lirico more compoſitum, totis uiribus aggredientes. Sibilet igitur excetra: & Sardanapalus inſultet, turpior uitijs quàm nomine: nos cœptum carpamus iter: & orationibus tuis, qui carnem uirtute ſuperaſti, manifeſtiſſimam de Chriſto prophetiam in octauo prophęta, id eſt in reſurrectionis dominicæ numero diſſeramus.

A COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Habacuc prophetam liber ſecundus.

ORatio Habacuc pro.&c.] Aquila & Symmachus & quinta æditio, ſicut nos, pro ignorationibus tranſtulerunt: ſolus Theodotio ὑπὲρ τῶν ἐκουσιασμῶν, id eſt pro uoluntarijs & pro his qui ſpõte delinquunt. Hoc propterea, ut intelligamus exceptis Lxx. nullum, orationem cum cantico trãſtuliſſe. Nam & in Hebraico habet עַל־שְׁגִיוֹנוֹת quod dicitur ἐπὶ ἀγνοημάτων, & nos tranſtulimus, pro ignorationibus. Eſt autem ſenſus: quia ſupra temere dixerat: Vſquequo domine clamabo, & non exaudies? uociferabor ad te uim patiens: & non ſaluabis? Ac deinde in ſecunda querimonia: Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? Ad quod audierat: Scribe uiſum, & explana eũ ſuper tabulas. Et poſt cætera: Ecce qui incredulus eſt, nõ erit recta anima eius in ſemetipſo: Iuſtus autẽ in fide ſua uiuet. Et didicerat uel Nabuchodonoſor, uel diabolum, uel antichriſtum poſitum in iudicio peccatorum, & fortem ad corripiẽ
B das gentes: nunc agit pœnitẽtiam, & plangit quod temere ſit locutus: petitq; ueniam, ut miſericordiã conſequatur, quia ignorans fecit. Vnde & Dauid:
Pſal.24.b Delicta, inquit, iuuentutis meę & ignorantias meas ne memineris. Sunt qui putent orationem eſſe prophetæ, ut in aduẽtu Chriſti error auferatur hominũ, unde & prophetæ nomẽ ſit titulo prænotatũ, quod prophetico ſpiritu oret tolli caliginem, & reddi lucem: auferri imaginẽ, & tribui ueritatem. Quod aũt prophetia ſit: & totus cãtici textus oſtẽdit, & maxime illa: In medio duorũ animalium cognoſceris. Et: Cũ appropinquauerint anni notus eris. Et de iudicio: Cũ turbata fuerit anima mea in ira, miſericordiæ recordaberis. Et rurſũ de aduẽtu Chriſti: Deus à Theman ueniet, & ſanctus de mõte umbroſo & cõdenſo. Necnõ in futurũ: Pauebũt tabernacula terrę Madian: et aſcẽdes ſuper equos tuos, & extendens extendes arcũ tuum ſuper regna. Si autẽ aliquis quæſierit, quare ſolus Theodotio pro ſpõtaneis tranſtulerit: poſſumus dicere: uel confeſſionẽ prophetæ, quod nõ aliqua neceſſitate, ſed ſponte peccauerit, male ſentiens de iudicio dei. Vel certe futurã gentium fidẽ demõſtrari, quod priorẽ errorẽ uoluntariæ relinquentes, in eũ creditуræ ſint, qui in cantico repromittitur. Legimus in pſalmo decimoſexto: Oratio Dauid, & in alio ſimiliter: Oratio Dauid. Et in octogeſimo nono: Oratio Moyſi hominis dei. Et in centeſimoprimo: Oratio pauperis cum anxiatus fuerit, & corã domino effuderit precẽ ſuam: & ſicubi alibi nomẽ orationis infertur: attamẽ nullo loco cum Cantico legitur. Et neſcio, an decens ſit orare cum Canti-

III.

SEPT. Oratio Habacuc prophetæ cum cantico.

DOmie audiui auditũ tuũ et timui: dñe cõſideraui opera tua & obſtupui

co: niſi forte iuxta Lxx. orare dicimus prophe- C
tam pro aduentu Chriſti: & hoc ipſum cum delectatione, & pſalmis & Cantico prophetare: ut & in eo quod oratio eſt, deprecetur patrem: & in eo quod canticum, patris qui miſerit filium, & filij qui uenerit, laus dicatur. Hæc de titulo Cantici. Videamus nunc, quæ dicantur in Cantico

Cap. III.

DOmine audiui auditionẽ tuam &c.] Pro eo quod nos & Aquila & Theodotio trãſtulimus, uiuifica illud Symmachus interpretatus eſt reuiuifica illud Quod autẽ Lxx. dixerunt, cõſideraui & obſtupui: nec in Hebræo habetur, nec apud quempiã aliorũ interpretum, ut ſublatis his quæ in Hebraico nõ habentur poſſit legi iuxta Lxx. Dñe opera tua: in medio duorũ animaliũ cognoſceris, quod quia ἀσυνάρτητον uidebaſ, ſuperiora cõiuncta ſunt. Legitur aũt in Hebræo יְחַיֵּנוּ id eſt, dñe פָּעָלְךָ opus tuum בְּקֶרֶב in medio שָׁנִים annorũ חַיֵּיחוּ uiuifica illud. Hoc propterea ut quæ ſuperflua ſunt in Lxx. manifeſte addita cognoſcamus. Hebræi iuxta hiſtoriã hunc locum ita explanant: Domine audiui auditionem tuam & timui. Audiui inquit, pœnas quas Nabuchodonoſor & diabolo præparaſti, in quibus di- D
xiſti ei: Væ qui multiplicat non ſua. Et ſecundo: Væ qui congregat auaricíam malam domui ſuæ. Et tertio: Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat urbem in iniquitate. Et quarto: Væ qui potum dat amico ſuo mittens fel ſuum & inebrians. Et quinto: Væ qui dicit ligno, expergiſcere: ſurge, lapidi tacenti. Et ſicut timore perterritus ſum, quod draco magnus tantis uulneribus cõfodiendus ſit: ſic deprecor domine, ut quod promiſiſti expleas, & finito tempore reddas Chriſtũ tuum. Tu enim dixiſti: quia adhuc uiſus procul & apparebit in fine & non mentietur. Viuifica ergo quod pollicitus es: hoc eſt, tuum imple promiſſum: non moriatur irritus ſermo tuus, ſed opere cõpleatur. Quod quidem iuxta nos, et de reſurrectione ſaluatoris intelligi poteſt: ut ille qui pro nobis mortuus eſt, cõſurgat a mortuis & uiuificetur. Iuxta Septuaginta autem multo alter eſt ſenſus, & debemus etiam uulgatæ æditionis explanationem ponere. Domine audiui in ſcripturis ſermonem tuum & timui dante te mihi auriculam, iuxta illud quod loquitur Eſaias: Addidit mihi auriculam, ad Eſa.50.b
audiendum: ita audiui ut tu uis audiri ſermonem tuum: Et opera tua diligentius contemplatus: ne mihi diceretur: opera autem domini non reſpiciũt, & opera manuum eius non conſiderant: ex creaturis intellexi creatorem: & per ſingula quæ feciſti & quotidie operaris in uniuerſo mundo, totus obſtupui, & ſenſu humanitatis amiſſo, in ſanctam amentiam ſum conuerſus. Vel certe admiratione turbatus, in laudes tuas trepidus erumpo, dicens:

A In medio duorũ animaliũ cognoſceris: quod multi putãt de filio intelligi & de ſpiritu ſancto, eo qđ pater per filium intelligatur & ſpiritũ. Quæ quidẽ & duo ſeraphim in Eſaia, & duo cherubim, ſcribi Eſa.6.a interpretantur in Exodo: quæ cõtra ſe reſpiciunt, Exod.25.b & in medio habẽt oraculum, & in Eſaia uelantia caput Eſa.6.a & pedes domini in preſenti tantum ſeculo uolẽt, & alter ad alterũ myſteriũ inclament trinitatis: & mittatur unus de ſeraphim, quod interpretaẽ ardens, et ueniat in terrã & mũdet prophetæ labia, & dicat: Ignẽ ueni mittere ſuper terrã, Luc.12.f & quẽ uolo ut ardeat. Hoc æſtimant alij, & ad hãc interpretationẽ multis ſcripturarũ utũtur teſtimonijs. Porrò ſimplex interpretatio, & opinio uulgi de ſaluatore intelligit: ꝙ inter duos latrones crucifixus agnitus ſit. Qui autem melius: hoc dicunt, quod in prima eccleſia quæ de circunciſiõe fuit & de præputio cõgregata, duobus populis ſe hinc inde cingentibus intellectus ſit ſaluator & creditus. Sunt qui duo animalia, duo intelligant teſtamẽta, nouũ & uetus, quæ uere animãtia ſint atq; uitalia B quæ ſpirent, & in quorum medio dominus cognoſcatur. a ¶ In medio annorũ &c.] Cũ uenerit, inquit, tẽpus & opere promiſſa cõpleueris, mõſtra bis uera eſſe quæ pollicitus es: Siue cũ appropinquauerit conſummatio, & in extrema hora ad deſtruẽda peccata uenerit filius tuus, manifeſtius cognoſceris. Sequitur. b ¶ Cũ aduenerit tẽpus &c. fuerit anima &c.] Quod exceptis Lxx. nec in Hebraico, nec apud quenq; aliorũ habetur interpretum. Et eſt ſenſus: Cũ uenerit tempus, de quo dicitur: Tẽpore acceptabili exaudiui te: tẽpus aduẽtus Eſa.49.c domini Ieſu Chriſti: tunc ò deus pater cognoſcetur nomen tuum, quod ante occultum fuit hominibus, de quo dicit dominus in euangelio: Pater reIoan.17.a uelaui nomẽ tuum hominibus. Quod autẽ infertur: Cum turbata fuerit anima mea: Apud Lxx. interpretum æditionẽ, cũ poſterioribus copulatur, ut poſſit legi, Cum turbata fuerit anima mea in ira, & hucuſq; diſtinctio: deinceps inferatur: miſericordiæ recordaberis, quod ſcilicet prophetæ ſufficiat pro pœna ſola cõturbatio: & ad iram dei anima illius conturbata, nequaq; inferatur ſupplicium, ſed iram excludat miſericordia. Habet & ira dei menſuras, quantum & quanto tẽpore, & ob quas cauſas, & quibus inferatur, iuxta illud quod ſcriptum Pſal.79.a eſt: Cibabis nos pane lachrimarũ: & potabis nos lachrymis in menſura. Quod ſi propheta turbatur ad irã dei, & quia turbatus eſt impetrat miſericordiam: quid nos ſperare, imò timere debemus: quorum omnia opera dei digna ſunt ira. Quod autem ſequitur iuxta Hebraicum, c ¶ Cum iratus fueris, miſe. &c. ] Non debemus putare obliuiſci deũ,

HEBR. in medio annorum uiuifica illud. In mẽdio anno tũ notũ facies. Cũm iratus fueris miſericordiæ recordaberis. Dẽus ab auſtro ueniet: & ſanctus de mõte Pharã. Sẽper

SEP. pui, in medio duorum animalium cognoſceris. Cũ appropinquauerint anni cognoſceris. Cũ ãduenerit tẽpus demonſtraberis: cum turbata fuerit anima mea in ira miſericordiæ recordaberis. Deus à Theman ueniet: & ſanctus de monte umbroſo & condenſo. Diapſalma.

Ope

Ope

& poſt iram ſuæ miſericordiæ recordari, ſed quod c nos eum in pœna poſiti putemus obliuiſci, iuxta illud: Vſq; quo domine obliuiſceris me in finem. Pſal.12.a Nam & ſi quando tentationibus, quaſi fluctibus operimur, & rapida dæmonum aduerſus nos procella deſæuit, uelut ad dormientem loquimur: Exurge, quid dormitas domine? Simulq; dei cerne clementiam: non dixit, cum intuleris ſuplicia miſericordiæ recordaberis: ſed cum iratus fueris. Qui autem iraſcitur: interdum non percutit, ſed tantummodo comminatur: quod & Apoſtolus ſentiens ait: Reuelatur enim ira dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniquitatẽ hominum. Rom.1.b Vbi autem reuelatur, non infertur, non percutit: ſed reuelatur ut terreat, & territis non inferatur. d ¶ Deus ab auſtro ueniet: & ſanctus de monte &c.] Et Aquila & Symmachus, & quinta æditio ipſum Hebraicum poſuerunt תֵּימָן ſolus Theodotio quid ſignificaret Theman interpretatus eſt, dicens ἀλὶφ ab auſtro ueniet, & ſanctus de mõte Pharan, in finem. Ex quo intelligimus à ſolis Septuaginta poſitum ἐξ ὄρους κατασκίου δασέος, D id eſt, de monte umbroſo & condenſo. Sed & hoc quod Septuaginta tranſtulerunt διάψαλμα: & nos poſuimus, ſemper: Symmachus interpretatus eſt εἰς τὸν αἰῶνα, id eſt in æternum: Theodotio εἰς τέλος, id eſt in finem: Quinta æditio ipſum Hebraicum סֶלָה. Deus ergo ab auſtro ueniet, id eſt à meridie, à clara luce, & ab his qui appellantur filij dierum. Vnde & in cantico canticorum: aquilonẽ Can.4.d ſponſus abigit & auſtrum uocat, dicens: Exurge Aquilo & ueni auſter: perfla hortũ meum, & fluãt Ibi.1.b aromata mea. Deus ſemper in meridie eſt. Vbi, inquit, paſcis ubi cubas? in meridie. Et ad Abraham quando erat ſub quercu, non uenit deus niſi in meridie. Et Ioſeph qui in typo præceſſit ſaluatoris: Gen.18.a & 43.g conuiuium fratribus facit meridie. Agnitio ergo dei patris his qui digni ſunt, uenit in pleno lumine. Et agnitio ſancti, id eſt filij dei, uenit de monte umbroſo & condenſo. Mons umbroſus atq; condẽſus: uel ipſe pater intelligitur, plenus uirtutibus omniq; ſapientia, & maieſtate ſua cuncta protegens, & extendens alas, & confouens pullos ſuos. Vel certe paradiſus & cœleſtia plena angelis, plena uirtutibus, plena arboribus uberrimis. Atque utinam & mihi contingat ut ad uocem meam & ad expoſitionem, deus ueniat in claro lũmine, & filius eius, de quo ſcriptum eſt: Sancti eſtote quoniam ego ſanctus ſum, de ſublimitate eloquij umLeuit.19.a & 20.b broſi & cõdenſi & ſcripturarum teſtimonijs hinc inde contexti, & patre ſimul filioq; ueniente, fiat eorum auditor habitaculũ, & compleatur ſcriptura, dicẽs: Ego & pater meus ueniemus ad eum, & Ioan.14.c manſio

A mansionem apud eũ faciemus. Sed quia pro monte umbroso, & condenso in Hebræo scriptum est, mons פָּארָן & Pharan interpretatur os uidentis: pulchre iuxta interpretationẽ nostram, de eruditi sermone uiri uenit notitia filij, & non qualicunq; sermone: sed de eo qui plenus est lumine: plenus oculis, ut manifestus & purus ad aures audientiũ deferatur. Quod autẽ ait: de monte sublimia dogmata intellige. Audiui ego Hebræũ istum locum ita differere: Quod Bethlehem sita sit ad austrum in qua natus est dominus atq; saluator, & ipsum esse de quo nunc dicatur: Dominus ab austro ueniet, hoc est, nascetur in bethlehem & inde cõsurget. Et quia ipse qui natus est in Bethlehem, legem quondam dedit in monte Sinai: ipse est sanctus qui uenit de mõte Pharan: Pharan quippe uicinus est locus monti Sina. Et quod infertur, diapsalma, id est semper, habere sensum: ipse qui natus est in Bethlehem: & qui in Sina, id est in monte Pharan, legẽ dedit: semper in uniuersis beneficijs, prẽteritis & præsentibus & futuris autor est & largitor. De diapsalmate, quod Hebraice dicitur סֶלָה in psalterio plenius disputatum est. Simulq; cerne
B iuxta Lxx, quod diapsalma nõ ponatur nisi in psalterio & in præsenti loco: Ex quo intelligimus recte à Lxx. orationis canticũ prænotatum. *a* ¶ Operuit cœlos gloria eius &c.] Pro eo quod Lxx. interpretati sunt, & posuit dilectionẽ robustam fortitudinis suæ, & nos diximus: ibi abscõdita est fortitudo eius: Aquila transtulit: Et posuit absconsionem fortitudinis suæ: Symmachus, & posuit absconditam fortitudinem suã: solus Theodotio nostræ translationi congruens ait, Et ibi abscõsio fortitudinis eius: Verbum enim שָׁם pro qualitate loci, & posuit intelligitur, & ibi: magisq; in præsenti loco ibi legendũ est & posuit, ut sit sensus & ordo sentẽtiæ: Cornua in manibus eius, & subaudiatur, ibi, id est in cornibus abscondita est fortitudo eius. Manifestum est autẽ iuxta Hebraicũ, quod in aduentu Christi cuncta repleta sint gloria, secundum illud quod in euangelio dicitur: Gloria in excelsis
Luc.2.b deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et alibi: Pacem fecit in cœlis & in terra per sanguinem crucis, & sedit in dextera magnitudinis: uelociter enim currit sermo eius. Et alibi: Domine dominus noster, quã admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Et rursum in psalmo decimooctauo: In omnẽ terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terræ uerba eorum. Splendor quoque eius, quasi sol iusticiæ clara luce radiauit, & cornua in manibus eius, uexilla & trophæa crucis, & in ipsis cornibus abscõdita est fortitudo eius. Cum enim
Philipp.2.a esset in forma dei, nõ rapinam arbitratus est æqualem se esse deo: sed exinaniuit se, formam serui accipiens: factus est obediens patri usq; ad mortem,

HEBR. Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit: cornua in manibus eius. Ibi abscõdita est fortitudo eius. Ante

mortem autem crucis. In cruce ergo paulisper abscondita est fortitudo eius, quando dicebat ad patrem. Tristis est anima mea usq; ad mortẽ. Et, pater si possibile est transeat iste calix à me. Et in ipsa cruce: Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum. C Matt.26.d Luc.23.f

SEP. Operuit cœlos uirtus eius, & laudis eius plena est terra, & splẽdor eius q̃si lux erit: cornua in manibus eius: & posuit dilectionẽ robustã fortitudinis suæ. Ante

Porrò iuxta Lxx. in eo quod dictum est: operuit cœlos uirtus eius: nosse debemus minus esse quod operiẽ ab eo, q̃ quod operit: si tamen totum operiatur, & non ex parte quod opertũ est. Cum ergo uirtus dei operiat cœlos, maior est cœlis uirtus eius, quia operiũtur cœli. Cœlos autem eos esse qui portent imaginem supercœlestis, & qui enarrent gloriam dei, crebro legimus. Virtutem quoq; dei dominum saluatorẽ, Apostolus probat: Christus dei uirtus, & dei sapientia. Hæc 1.Cor.1.d
uirtus omnium spiritualiũ uirtutum quasi mater est: Verbi gratia: appellatur uirtus, sapientia, fortitudo, iusticia, tẽperantia, ueritas, sanctitas, redemptio. Christus aũt factus est nobis à deo sapientia, & iusticia, & sanctificatio, & redemptio. Hæ igitur speciales uirtutes, in quibus Christus ostẽditur: secundum profectum eorum qui eum uel sapientiã recipiunt, uel fortitudinem, uel iusticiam, & cętera huiusce modi continentur in generali uirtute dei: D
hoc est in domino saluatore: atq; in hunc modum & de terra intelligimus: quod qui primũ propter imaginem terreni terra uocabantur, & dicebatur ad eos: Terra es, & in terram ibis: in aduentu saluatoris laude domini repleantur. Cum autem & cœli uirtute dei operti fuerint: protecti uidelicet & ex omni parte uestiti, & uniuersa terra repleta laude dei: tunc splendor eius ut lux erit. Imaginem autem dei & splendorem gloriæ eius, esse deum saluatorem, Apostolus non tacet: Qui postquàm Gen.3.d
nobis apparuit splendor gloriæ dei, reuersus est Heb.1.a
ad pristinam maiestatem. Et si enim noueramus Christum secundum carnem: sed iam non nouimus eum iuxta carnem, uerum iuxta spiritum: Quia quod factum est, in ipso uita erat, & uita erat lux hominum: quod & manifestius in euangelio saluator ostendens ait: Pater glorifica me
gloria quam habui apud te prius quàm mundus Ioan.17.a
fieret: ut post ascensionem ad cœlos, sit splendor quod lux, hoc est, id accipiat filius esse quod pater est. Quod autem sequitur: Cornua in manibus eius: moris est scripturarum, ut semper cornua pro regnis ponant. Nam & illud quod Anna loquitur in primo regnorum libro: Exaltauit cornu Chri- 1.Reg.2.a
sti sui, magnificentiam regni saluatoris significat. Et in Daniele, decem cornua, decem regna demonstrant. Sic autem nunc dicitur: Cornua in manibus eius: quomodo & alibi scriptũ legimus. Cor Dan.7.b
regis in manu dei, pro eo quod est, mens & principale cordis uiri sancti, qui pergit ad regna cœlorum, qui adhuc positus in terra regnat corpori Prouer.21.a

absq; peccatis, non uagatur extrinsecus, sed in dei
A tutela situs est. Quia uero & in Hebræo, & in cæ/
teris æditionibus, non habet scriptum, cornua in
manibus eius: sed in manu eius, quod dicitur יָדוֹ
manum dei fortẽ atq; robustã intelligamus filium
eius. Et in hac ma/
nu omnia regna
cœlorũ: eorumq;
qui ad cœlos nitũ/
tur ascendere, posi
ta esse dicamus: qđ
& Esaias sonat di/
cens: Vinea facta
Esa.5.a est dilecto in cor/
nu, in loco uberi:
pro eo quo est in re
gno. Ob hanc pu/
to causam nullum cornutum animal inter immun/
da poni in Leuitico, & idipsum significare unicor/
Psal.49.c nẽ in psalmis, siue μονοκερώτα: & illud: In te inimi/
& 91.b cos nostros uentilabimus cornu. Quod autẽ iu/
Psal.43.b xta Lxx. legimus, & posuit dilectionem fortẽ uir/
tutis suæ: etiam hoc de Christo intelligendum est:
quod deus pater idcirco cooperuerit cœlos uirtu
te sua, & terrã repleuerit laude, & splendorem suũ
fecerit esse ut lumen, & regnum posuerit in manu
filij sui, ut faceret dilectum suum ab hominibus di/
ligi, & diligi non leuiter, sed uehemẽter & fortiter,
ut qui eum fortiter dilexissent & hærerent in dile/
ctione eius, nemo tolleret eos de manu illius. Ecõ/
trario diabolus facit amare nos mundum, & pro
B dilectione uirtutis diligere uitia, & non leuiter,
sed fortiter, ita ut de nobis possit dici: Et posuit
diabolus dilectionem fortem uitiorum suorum.
a ¶ Ante faciem eius ibit &c.] Pro eo quod nos
transtulimus mortem, in Hebræo tres literæ posi/
tæ sunt ד ב ר absque ulla uocali: quæ si legantur
דֶּבֶר uerbum significant: si דֶּבֶר pestẽ quæ Græ/
ce dicitur λοιμός. Denicq; & Aquila ita interpreta/
tus est: Ante faciem eius ibit pestis: Symmachus:
Ante faciẽ eius precedet mors: Quinta ęditio: An
te faciẽ eius ambulabit mors: Soli Lxx. et Theodo
tio, sermonem pro morte interpretati sunt. Nec
non in consequenti uersiculo, ubi diximus: Egre/
dietur diabolus ante pedes eius: & Lxx. aliter tran
stulerunt, iuxta quos postea disputabimus: Aqui/
la pro diabolo transtulit uolatile: Symmachus au/
tem & Theodotio, & Quinta æditio, uolucrem:
quod Hebraice dicitur רֶשֶׁף. Tradunt autem He
Matt.12.d bræi: quomodo in euangelio, princeps dæmonum
dicitur esse Beelzebub: ita Reseph dæmonis esse
nomen, qui principatum teneat inter alios, & pro
pter nimiam uelocitatem atque in diuersa discur/
sum, auis & uolatile nuncupetur: Ipsumq; esse qui
in paradiso sub figura serpentis mulieri sit locutus,
& ex maledictione qua à deo condemnatus est ac/
cepisse nomen: Siquidem reseph, reptans uentre
interpretatur. Hoc est ergo quod dicitur: statim
cum uenerit dominus & in Iordane fuerit bapti/
zatus: & ad columbæ descensum uox patris into/
Matt.3.d nuerit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõ/

HEB. Antẽ faciẽ eius ibit mors, & egredietur diabo/
lus ante pedes eius. Stẽtit & mensus est terrã: aspexit
& dissoluit gentes, & con/
triti sunt montes seculi:
incuruati sunt colles mun/
di, ab itineribus æterni/
tatis

placui: exeunti de aquis occurrit diabolus: & ante
pedes illius stabat mors, & coluber antiquus, qui c
quadraginta diebus tentauit eum in solitudine. Si
autẽ iuxta Lxx. legerimus (ante faciẽ eius ibit uer/
bum, et egredietur in cãpos post pedes eius) hoc si
gnificat, quod ser/
mo dei ante uisita/
tionem eius, quæ
nunc allegorice fa/
cies dicitur. præce/
dat & p̃paret cor/
da credentium: ut
praua in rectum &
inæqualia sternat
in planum. Et audi
toris anima quasi
consectus ager, se/
mentẽ possit recipere spiritualẽ. b ¶ Stetit & mẽ
sus est &c.] Stans saluator & cuncta perspiciẽs, &
oculo suo uniuersitatem mundi metiens: gentium
multitudinem dissipauit: quibus dissipatis & disso/
lutis: contriti sunt montes huius seculi: & incurua/
ti sunt colles huius mundi. Sunt enim & alij mon/
tes & colles, quos salit & transilit sponsus in canti/
cocanticorum: de quibus & in secundo graduum Cant.2.b
psalmo dicitur: Leuaui oculos meos in mõtes: un/
de ueniat auxilium mihi. Montes autem seculi ipsi Psal.120.a
sunt qui & montes tenebrosi: de quibus Hieremi/
as præcepit: ne impingantur pedes nostri super Hiere.13.b
eos. Isti sunt colles in quibus regnabat Saul, quan/ 1.Reg.22.c
do interficiebat sacerdotes dei: Gabaa quippe col/ גִּבְעָה
lis interpretatur. Et elegãter incuruati sunt, inquit, D
colles mundi. Ante aduentum quippe saluatoris
erecta ceruice gradiebantur, & superbiam eorum
humiliare nemo poterat. Contriti autem sunt &
incuruati ab itineribus æternitatis eius, id est dei:
quia æternitas illius ad nos uenire dignata est, sitte
quod semper à principio mundi usq; ad incarnatio
nem suam uenerit ad sanctos, & factus sit in singu/
lorum manus sermo dei: atq; in uniuersis uincenti/
bus ipse superarit, & æternum eius iter incuruaue
rit: colles montesq; contriuerit. Hæc per metapho
ram iuxta Hebraicum dicta sint: Porrò secundum
Septuaginta postquàm faciem dei sermo præcesse
rit, & egressus fuerit in plana: deus pater uenit il/
luc, ubi ei ad sermonem suum regio præparata est:
& uenit post pedes sermonis sui, & stat: nunquàm
ante præcedens, sed semper expectans, ut ille si/
bi muniat uiam. Vbi autem steterit iuxta pedes
sermonis sui: ibi statim terra, opera uidelicet car/
nis & corporum, non ualentia sustinere dei præ/
sentiam commouentur: Cumq; commota fuerint:
uirtus sermonis & præsentia dei respicit cunctas
animæ gentes: quas cogitationes & multiplices in
diuersa sententias possumus intellígere, quæ illi/
co dissoluuntur ac tabescunt: Si quid etiam aduer/
sum scientiam dei se exaltauerat in terra, & sen/
sum occupauerat audientis: hoc præcedente ser/
mone, & aduentu dei confringetur atque contere
tur. Montibus autẽ confractis contritisq; ad aspe/
ctũ dei, colles liquido consumentur, & redigentur
ad ni

A ad nihilum. Non enim sunt montes dei sed mon/tes seculi. Sempiternũ enim iter dei respiciẽs ad ea quę suus sermo prȩcedit: & fortius collibus seculi, cõsumet & destruet eos. Possunt autem mõtes & dæmones intelligi, qui uersantur in hæreticis: & eleuant se contra scientiam dei: col/les quoq; aliæ dæ/monum fortitudi/nes, quæ faciunt homines, corporũ pulchritudinem, di/gnitates, diuitias nobilitatẽ generis, cęteraq; mundi bo/na admirari. Licet uidere post aduen/tum sermonis dei, & dei patris præ/sentiam: quomodo humanæ animę cõ/moueantur, & om/ne quod terrenum est dissoluatur, & cogitationes pristinæ redigan/tur ad nihilum. Tunc destruuntur dæmones, tunc seculi altitudines ad nihilum deducũtur, & omnes hæretici, quorum scientia, quæ primum tumebat ad dei sermonis aduentum humiliatur, conteritur atq; cõsumitur. Et quod prius pulchrum & maxi/
B mum uidebatur, quasi despectũ abijcitur et paruũ, Et hoc fit propter aduẽtum dei & hospitium Chri/
Luc.10.b stiiuxta quod alibi scriptum est: Inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero deus eorũ, & ipsi erunt mi/hi populus. a ¶ Pro iniquitate uidi tentoria &c.] Aethiopes tetri & amantes tenebras, & ab omni luce alieni: qui draconis carne uescuntur: de quo
Psal.73.c scriptum est: Dedisti eum escam populis Aethio/pibus: dæmones intelliguntur: quorum fit taber/naculum quicunq; in hoc seculo propter honores & diuitias laborarit: quod significanter sub uno uerbo iniquitatis ostenditur: omnis enim diues, aut iniquus, aut hæres iniqui est. Vide homines maria transire: ante potentum excubare fores: pa/ti omnia quæ seruorum conditio uix patitur: ut di/uitias congregent, ut aliquam accipiant dignita/tem: Et postq; hoc fuerint consecuti, tradere se lu/xuriæ & uoluptatibus et omni iniquitati: ut quod auaricia congregauit, luxuria consumat. Isti ergo pro laboribus suis efficiuntur hospitium dæmo/num, & qui templum dei esse debebãt, fiunt taber/naculum Aethiopum. Sed & hoc quod sequitur: Turbabuntur pelles terræ Madian: siue pauebunt & tabernacula terrę Madian: eosdẽ intellige taber nacula Aethiopum & tabernacula terræ Madian. Postq; enim ditati fuerint, et per fas ac nefas ad al/tissimum gradũ cõscenderint, tunc conscientia pec/catorum suorum, semper mortẽ, semper iudicium formidabunt, & ad leuem febriculam quasi latro/nes in carcere: ita de æternis supplicijs suspirabũt.
Madian autem in lingua nostra sonat, ex iudicio: id est in condemnationem, & ostenditur quod me

HEBRAEI, tatis eius. Prǒ iniquitate uidi tento/ria Æthiopiæ: turbabũtur pelles terrę Madian. Nǔn quid in fluminibus ira/tus es domine: aut in flumi nibus furor tuus: uel in ma ri indignatio tua? qui ascẽ/des super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio. Su scitans suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus quæ locutus es. Semper. Fluui

SEP. terni eius. Pro labo/ribus uidi tabernacula Æ/thiopũ: pauebunt & taber nacula terrę Madiã. Nun quid in fluminibus ira/tus es domine: aut in flu/minibus furor tuus: uel in mari impetus tuus? Qui ascendes super equos tu/os: & equitatio tua salus: intẽdens extendes arcum tuum super sceptra, di/cit dominus. Diapsalma. fluuijs

tu iudicij æternarumq; pœnarum semper in for/
C midine sint: & cruciatus quos sentiunt se mereri, pauore quotidiano sustineant. b ¶ Nunquid in fluminibus &c.] Vbi Septuaginta diapsalma: & Aquila, semper: cæteri ut supra similiter transtule/runt. Et quia ad tro pologicã interpre/tationẽ festinat o/ratio: breuiter secũ dum literã sensum capituli compre/hendẽs, pergam ad relíqua. Sicut Ior/danem & mare sic/casti rubrũ pro no/bis dimicans: non enim fluminibus & mari iratus es, aut quicq; insensi/bilia offensionis cõ trahere potuerunt: ita nunc quadrigas conscendens tuas, arcumq; corripiens, salutem dabis populo tuo, &
D iuramenta quę iurasti patribus nostris, & tribubus explebis in sempiternum. Quod autem dicit. Nũ/quid in fluminibus iratus es domine, aut in flumi/nibus furor tuus, uel in mari impetus tuus: dicit ambigue, et interrogantis magis eloquio q̃ probã/tis. Sũt enim & bona flumina, sunt & mala. Est ma/re pessimum, & est mare optimum. Bonorum flu/minum illud exemplum est: Fluminis impetus læ/tificat ciuitatẽ dei: Et quod qui de aqua domini bi/berit: fluent de uentre eius flumina aquæ salientis in uitam æternã. Malorũ illud quod Pharao loqui/tur in Ezechiel: Mea sunt flumina, & ego feci illa: in quibus draco habitat: et multa his similia. Quod autem mare in bonam partem accipiatur: psalmus uicesimus tertius testimonio est, in quo tropologi ce de ecclesia dicitur, ἡ οἰκουμένη, id est orbis terra/rum: Domini est terra & plenitudo eius: orbis ter/rarum, & omnes qui habitant in eo: ipse super ma/re fundauit eum, & super flumina præparauit illũ, id est orbem. Quod autem à domino fundatur su/per flumina, & præparatur super mare, utiq; in bo nam partem accipitur. Necnon & illud quod de uinea dicitur quæ translata est de Aegypto: Ex/tendisti propagines eius usque ad mare, & usque ad flumina flagella eius: usq; ad mare, puto quod in bonam partem possit accipi. Et dicimus uer/ba diuina quæ manifestiora sunt, & quasi potum sitientibus præbent, hæc dici flumina. Ea autem quæ plena sunt sacramentis, & in profundo posi/ta: de quibus dicit Apostolus: O profundum sa/pientiæ & scientiæ dei, Et propheta consonat: De profundis clamaui ad te domine: mare in scriptu/ris appellari. Hoc de eo quod possit & mare in meliori parte sentiri. Quod autem accipiatur & in contrario, multa testimonia sunt: de quibus illud in psalmis est: Hoc mare magnum & spacioſum: ibi naues pertransibunt: animalia parua cum ma/gnis

Psal.45.a
Ioan.4.b
Ezech.29.d
Psal.79.b
Rom.11.d
Psal.129.d
Psal.103.c

A gnis: Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei.
Mar.4.d Et de euangelio quãdo ſaluator increpauit uentos
Zach.3.a & mare, & dixit ei: Tace & obtumeſce. Quod e/
2.Tim.4.a nim increpatur malum eſt iuxta illud Zachariæ:
increpet dominus in te diabole. Et ad Timotheũ:
argue, cõſolare, &
increpa. Propheta HEB. Flũuios ſcindes ter/
itaq; ſciſcitãte. Nũ/ ræ
quid in fluminibus
iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, uel
in mari impetus tuus: nos dicamus ſi Aegypti flu/
mina ſunt: & mare rubrum atq; ſanguineum: iraſci
tur dominus & percutit ea, & toto impetu fertur
in gurgites, eleuantes ſe contra ſcientiã dei. Vnde
Pſal.113.a mare uidit & fugit, præſentiam dei ferre non ſuſti/
nẽs: Et Iordanis reuerſus eſt retrorſum, cedens glo
rię populi tranſeuntis, qui & ab Helia ſcinditur &
ab Heliſeo. Vt autem manifeſtius loquar, hæreti/
corum eloquentiã quæ cõtra ueritatem & eccleſiã
fluit intellige flumina quibus iraſcitur dominus.
Animas uero eorũ q̃ circunferũtur omni uẽto do/
ctrinæ: & ſemper malicia fluctuant, & falſis gurgi/
tibus obruũtur, animaduerte mare: ſuper quod im
petus domini fit: ut ſentiat eius aduentum, & ſciat
quibus terminis & obice concludatur, & audiat:
In te cõterentur fluctus tui. Quod ſi bona ſunt flu/
mina & bonum mare: lauatur in illis Ieſus, & eccle
ſiam ſuam ſuper huiuſcemodi mare collocat. Poſt
hæc ſequitur: Qui aſcendes ſuper equos tuos, &
B equitatio tua ſalus. Quæro equos ſuper quos aſcẽ
dat dominus: & puto non eſſe alios niſi ſanctorum
animas: ſuper quas aſcendit ſermo diuinus: ut &
ipſas ſaluet, & alios per eas. Ponamus equorum
exempla: Sponſus loquitur in cantico canticorum:
Can.1.a Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui
te proxima mea. Non quod Chriſtus eccleſiam
uel ſermo dei animam quam ſponſam ſuam uo/
cat, quadrigis cõparet Pharaonis: ſed quod omnis
anima q̃uis ſancta ſit atq; perfecta ad deũ cõpara/
ta, quaſi currus Pharaõis ſit, & iumentũ. Vnde &
Moyſes loquitur ad dominum. Ego autem ſum
Exod.4.c ἄλογος: id eſt, irrationalis. Et Dauid: Vt iumen/
tum factus ſum apud te. Non quod abſolute iu/
mentum ſit: ſed quod apud deum iumentum ſit.
Exod.15.a His equis illi contrarij ſunt quos habet Pharao,
& de quibus dicitur: Equum & aſcenſorem pro/
iecit in mare: huiuſcemodi equitatio non ſalus eſt,
ſed perditio. Quæramus & alios equos, quibus a/
ſcendit dominus: In quarto regnorũ libro legimus
4.Reg.6.c ſurrexiſſe mane miniſtrũ Heliſei, et egreſſum uidiſ/
ſe exercitum ambientẽ ciuitatis muros, & equos
& currus. Et poſtquam ad preces prophetę aperti
ſunt oculi eius: Aſpexit, inquit, & ecce mons ple/
nus equis, & quadrigæ igneæ in circuitu Heliſei.
Diligenter attende quod equi uideãtur & currus,
& tamen in tantis milibus equorum & curruum
nullus aſcenſor: horum equorum ille erat auriga &
ille rector, de quo pſalmiſta canit: Qui ſedes ſuper
Pſal.79.a cherubim oſtendere. Talibus equis, taliq; curru
4.Reg.2.b & Helias raptus ad cœlum eſt. Si quis autem de
Zach.1.b Zacharia uult diſcere qui ſint equi rufi: & qui ni/

gri, & qui uarij, & qui albi egredientes de myr/ C
tetis, & de montibus in profundo poſitis, ſiue
ut in Septuaginta ſcriptum eſt æreis: In ipſo pro/
pheta, ſi dominus uitæ ſpacium dederit, conabi/
mur explanare. Vidit & Ioannes equos candidos,
& ſeſſores eorum: Apo.6.a
SEP. fluuijs ſcindetur ter/ è quibus corpora
ra in gloria reſurgen/
tiũ puto eſſe equos
candidos: ſeſſores autem ſanctorum animas. Si
quis uero peccator eſt & mei ſimilis: ſedebit in e/
quo nigro, & dicitur de eo: Dormitauerunt om/
nes qui aſcenderunt eqnos. De talibus equis ſcri/ Pſal.75.b
ptum eſt: Fallax equus ad ſalutem: Caro enim Ibi.32.d
concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſapientia eius i/ Gal.5.c
nimica eſt deo. Hoc dictum ſit de his qui corpora
diligunt, & in nigris ſedent equis. Nos autem a/
nimas noſtras in equos, & in currus domini præ/
paremus: qui aſcendit in Paulo, aſcendit in Pe/
tro: & in huiuſcemodi curribus equitans, totum
luſtrauit orbem. Intendens quoque arcum ſiue
ſagittas ſuas, ſceptra, id eſt regna aduerſum quæ Hiere.18.d
Hieremias miſſus eſt, eradicauit, deſtruxit & per/
didit: fecitq; ut non regnaret peccatum in mor/
tali noſtro corpore. Sceptra autem, id eſt regna
diaboli quæ oſtendit & dño, intellige diuerſa pec/
cata, auariciã, luxuriã, iracundiã, detractionẽ, fur/
ta, periuria: aduerſum quæ ſermo dei ſedens in e/
quis, et in curribus ſuis intẽdit fulgoris ſui cõtorta D
ſpicula: & interim nõ emittit: ut qui ad extentũ ar
cũ terrritus fuerit emiſſionẽ non ſentiat ſagittarũ.
Et hoc facit ſemp: quod Aquila interpretatus eſt,
pro diapſalmate. Sẽper enim ſedit in ſanctis ſuis:
ſemper armatus eſt. Et acutas ſagittas in linguis
eorũ præparans equitat, & huc illucq; diſcurrit in
orbis ſalutem. a ¶ Fluuios ſcindes &c.] Quia
ſuſcitauit dominus arcum ſuum: ut tribubus iura/
menta redderet quæ locutus eſt: Conſequenter di/
citur fluuios ſcindes terræ, id eſt reges terræ aduer
ſum tuum populum dimicantes, diuides atque diſ/
perges. Iuxta Septuaginta autem, qui dixerunt:
Fluuijs ſcindetur terra: primum ponamus exem/
plum: ut hoc quaſi gradu ad altiora ueniamus. Le/
gimus in his qui de mirabilibus confecerunt uo/
lumina. & qui olympiadas Græciæ ad noſtram
uſque memoriam perduxerunt, exponentes quid
in ſingulis annis noui acciderit in mundo: quod
inter cætera terræmotu eruperint flumina, quæ
ante non fuerant: & rurſum alia abſorpta ſint &
peſſum ierint: quod ſcilicet omnes terrarum ue/
næ, quaſi in humano corpore ſanguinem, ita in
ſe habeant latentes aquas, quæ terræ concuſſio/
ne rumpantur, & manent flumina. Hoc ſi intel/
ligamus, uideamus animam humanam habere
in ſe naturaliter aquas & fluuios, & per ſecor/
diam noſtram eos eſſe abſconditos, & non fluere.
Cum autem ad prædicationem ſermonis dei con/
cuſſa fuerint, & de priori ſtatu mota, tunc erumpe
re quod latebat, et in refectionẽ potantium fluere.
Hoc ipſum reor & illud ſignificare in geneſi quod Gen.26.c
fodiuntur putei à ſeruis Iſaac, quos ab Abraham
factos

A factos Philiſtijm terra obruerant. Quamdiu uiuit Abraham, putei illius non clauduntur, illo autem mortuo & puteis obturatis, ſi ſerui fodiant contra dicunt Philiſtijm & iurgium eſt. Si uero ipſe ueniat Iſaac & fodiat puteum, & inueniat aquam, Philiſtim non uallent contradicere. Vide Petrum & Paulum, & de puteis Chriſti fluuijs quę non ambiges. Cerne omnes apoſtolos: & iam non quatuor flumina: ſed duodecim fluuios intelliges exire de paradiſo ſcripturarum. Iſti fluuij anteq̃ terra commoueretur latebant: Et cum eſſent in terræ uenis, ſitiẽtibus pocula nõ prębebant. Poſtq̃ uero ad aduentum Chriſti orbis, & omnis terra cõcuſſa eſt, ſubito proruperunt: tunc cõpletum eſt: Poſuit flumina in deſertũ: & exitus aquarum in ſitim: terram fructiferã in ſalſuginem: à malicia habitantiũ in ea. Poſuit deſertum in paludes aquarũ, & terram ſine aqua in fontes aquarũ, & habitare fecit ibi eſurientes, & conſtituerunt ciuitatẽ ad habitandum. Poſtq̃ enim dominus uenit in mundo, & cõpletum eſt illud quod dixit in euãgelio: In iudicium ego in mundum iſtum ueni: ut qui non uidebant uiderent, & qui uidebant cæci fierent: Tunc terra Iſrael de qua fluuij ante manabant, & irrigabant uniuerſum Iudææ populum a- B ruit, & fontes illius obturati ſunt. Vniuerſus autẽ orbis qui erat deſertus & ſterilis, & aquas prędicationis dominicæ non habebat: uerſus eſt in paludes aquarum: & quot doctores emiſit: tot habuit & fontes. Nec ſufficit eis, fontibus uidelicet atque fluminibus irrigare orbis populos: ſed in unaquaque prouincia eos qui eſuriebant & patiebãtur famem ſermonis dei in unum populum congregantes extruxerunt eccleſiã: quæ dicitur ciuitas ad inhabitandum, & quam lætificat impetus fluminis.

HEBR. ræ. Vidĕrunt te & doluerunt montes: gurges aquarum tranſijt: dedit abyſſus uocem ſuam: alti

SEPT. ra. Videbunt te & dolẽbunt ſiue parturiẽt populi. Diſpẽrges aquas itineris. Dẽdit abyſſus uocẽ ſuã alti

a Viderunt te & doluerunt &c.] Solam noſtram editionem poſuimus, ut iuxta eam, id eſt iuxta Hebraicum texentes conſequentiã loci, poſtea Lxx. commatice per capitula diſſeramus. Viderunt te deus & doluerunt mõtes: excelſa ſcilicet regna: & ſublimes huius ſeculi poteſtates: & quadrigæ quatuor in Zacharia, quæ egrediuntur de montibus Zach.6.a æreis: hæ te uiderunt & intremuerũt. Et gurges aquarum tranſijt: hoc eſt omnis eorum impetus, & perſecutio qua uexabãt populum tuũ, poſtq̃ te uiderunt tranſijt. Tunc abyſſus, hoc eſt inferi laudauerunt te: tunc etiã ſuperi, id eſt angeli in plauſum ſuis manibus cõcreparunt: ut uictorẽ ueluti geſtu quodã & tripudio eleuatarũ manuum demonſtrarẽt. Sol tuus & luna, & omnis ſplendor quo prius illuxeras populo tuo, et malorum poſtea pondere uniuerſa fuerant tenebrarũ horrore cooperta, receperunt lumen ſuum, & priſtinum habuere fulgorem, Sagittæ tuæ & fulgurãs haſta tua, id eſt plagę tuæ & eruditio tua, lumen tuo populo præbuerunt. Deniq̃ in luce ſagittarum tuarum, & in ſplendore haſtæ tuæ quę eos ad hoc corripuit ut emẽdaret, ambulauit populus tuus in fremitu tuo. Quãdo ergo populi tui uindicabis iniuriam terrena regna calcabis, & omnes gẽtes admirari facies: quia egreſſus es in ſalutem populi tui, & ueniſti ad eos cum Chriſto tuo: licet in Hebraico ſcriptum ſit: Egreſſus es in ſalutẽ populi tui, cũ Ieſu Chriſto tuo: ſiue cũ ſaluatore Chriſto tuo: יְשׁוּעַ enim ſaluator interpretatur. Veniente aũt Ieſu Chriſto filio tuo, percuſſiſti antichriſtum de domo impij, hoc eſt in hoc ſeculo, quod in maligno poſitum eſt: ſiue ipſum diabolũ percuſſiſti, qui impietatis caput eſt, & denudaſti fundamentũ eius uſq̃ ad collũ, id eſt abſcõdita eius aperta feciſti, nõ ad breue tempus, ſed in perpetuum: hoc enim ſignificat סֶלָה id eſt, ſemper. b ¶ Et dolebunt &c.] ὠδινήσουσι quippe utrunq̃ ſignificat. Conſequenter rupta terra & fluuijs manãtibus populi qui de fluminibus dei biberant uidebunt deum atq̃ parturient: Ex hoc enim ipſo quod uident deũ, ſtatim dei uerbo concipiunt & dicunt: A timore tuo domine in Eſa.26.e utero ſuſcepimus & parturiuimus & peperimus: ſpiritum ſalutis tuæ faciemus ſuper terrã: Beati in- Matt.5.a quit mundo corde, quoniã ipſi deum uidebũt. Iſti itaque populi loti à fluminibus, nõ iam uiderunt, ſed uiſuri ſunt deum: & cum uiderint cõcipient, ut poſſint fructus parere doctrinarum. Sed quia dicũ D tur populi, & populorum non eſt uidere faciem dei, licet in futurum extendatur oratio, uidebunt & parient, tamẽ iuxta tropologiam magis Hebraicum ſequendum eſt, ubi dicitur: Viderunt te & pepererunt montes. montium enim eſt uidere deum & parere filios, quos de dei concepere ſermone.

c ¶ Diſperges aquas itineris &c.] Diuerſæ aquæ ſunt: aliæ ſempiternæ, aliæ breues. De ſempiternis aquis & quæ fluunt de fontibus Iſrael, dictum eſt: Fluminibus ſcindetur terra. De ſubitis, & ad tempus currentibus: Omnes torrentes uadunt in mare: Talium enim aquarum finis perditio eſt. Deus ergo omnes aquas quæ à peruerſis dogmatibus conculcatæ ſunt diſperget: cum diſſipauerit conſilia principum, & ſapientiam mundi huius. Si quando uideris ad breue aliquam hæreſim floruiſſe, & poſtea dei gratia diſſipatam: dicito eſſe completum: diſperges aquas itineris: Poteſt autem hoc quod dicitur itineris, ſubaudiri diabolici, ut ſit ſenſus: Aquas quas diabolus conculcauit, & quæ multis in ſe præbuerunt iter, id eſt multis patuerunt erroribus: diuidet dominus atque diſperget. Vnde & cæteri interpretes furorem uolentes hæreticũ deſcribere, tranſtulerunt. Illiſio uel impetus aquarũ tranſiet: Ferũtur enim prono eloquẽtiæ curſu & præcipites: ut quemcũq̃ obuiũ & leuẽ inuenerint ſecum trahant. d ¶ Dedit abyſſus &c.] Abyſſus ſępe in bonã partem ſæpe in malã, interdũ indifferẽter accipitur. In bonã partẽ: Iudicia Pſal.35.b tua abyſſus multa. Et abyſſus abyſſum inuocat: & Ibi.41.b reliqua. In malam: Viderunt te aquæ deus, & reli- Pſal.76.d

qua

A qua. Sed & dæmones deprecantur ne mittãtur in abyſſos, & in Geneſi Abyſſus ſuper quam tenebræ erant, neſcio an in bonam partem poſſit accipi. Indifferenter autem ibi ponitur: rupti ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli apertæ ſunt: & illud in CXLVIII pſalmo:

Gen.1.a

Ibi.7.b

HEB. altitudo manus ſuas leuauit: ſol & luna ſtetерunt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarum tuarum ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. In fremitu cõculcabis terrã, in furore obſtupefacies gentes:

SEP. altitudinem phantaſiæ. Eleuatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo. In lũce iacula tua ibunt in ſplendore coruſcationis armorum tuorũ. In cõminãtione imminues terram, & in furore detrahes gentes.

Dracones et omnes abyſſi: ignis & grãdo & ſpiritus procellarum: niſi forte ex eo quod inter dracones, & ignẽ & grandinem ponitur in malam partem trahendum ſit: quod neſcio utrũ poſſit dicere, q eã egreſſus uiderit cum cæteris in laudem domini concrepare Si igitur in bonam partem acceperimus abyſſum, dicamus, diſperſis aquis itineris peſſimis, uiderunt te ſapientes tui, & altitudinem ſcientiæ, quam habebant ex tuo aſpectu mutuantes, quia uiderunt te & parturierunt montes: quicquid de te prius opinati ſunt, in uocis ſuæ laudibus protulerunt. Et pulchre opinationem phantaſiæ, altitudinem uocat: iuxta Ieſum filium Sirach, qui ait: Abyſſum & ſapientiam quis inueſtigabit? Vnde & de monte modico, id eſt aſſumptione humani corporis: quã Daniel lapidem abſciſſum de monte ſine manibus, id eſt ſine opere nuptiali uocat: Chriſtus abyſſus, inuocat patrem alteram abyſſum in uoce cataractarum ſuarum, ut det euangelizantibus uerbum uirtute multa: Vel certe abyſſus nouum teſtamentum, in teſtimonium montis modici, à quo uulneratus eſt princeps Tyri: inuocat abyſſum ueteris teſtamenti, ut per cataractas Chriſti, id eſt apoſtolos firmior fiat prædicatio. Si quis autem uoluerit hoc quod dicitur: Dedit abyſſus uocem ſuam, altitudinem phantaſiæ ſuæ, in malam partem accipere: illo utetur argumento, quod poſt diſperſas aquas itineris, quæ utiq; in malam partem acceptæ ſunt: & hoc recte in contrario ſentiatur. Simulq; cerne quod non dixerit altitudinem ſuam, ſed altitudinem phantaſiæ ſuæ, id eſt umbræ & imaginis: Videntur enim habere altitudinem & ſcientiam ſcripturarum: ſed omnis eorum altitudo ueritati comparata, phãtaſia eſt, & fruſtra extollit uocem, quia aquæ itineris iam diſperſæ ſunt. Quæramus in ſcripturis ſicubi phantaſiam in bonam partem inuenire poſſumus, & cum raro uel nunq; fuerit inuenta: firmius abyſſum, & phantaſiam eius in malam partem interpretabimur. *a* ¶ Eleuatus eſt ſol &c.] Si ſimplicem interpretationem ſequimur: ex præſentibus uerbis profectus ſolis demonſtratur & lunæ: quod iuxta Eſaiam in futuro ſeculo ſeptuplum ſol luceat: & luna ſolis fulgeat claritate: Quia enim creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem glorię filiorum dei, quę nunc uanitati ſubiecta eſt: propter eum qui ſubiecit eam in ſpem libertatis: cum in conſummatione mundi omnis creatura fuerit liberata, liberabitur & ſol & luna & in ſuo ſtabunt ordine. Quod ſi uoluerimus, ſolem iuſticiæ Chriſtum accipere: in cuius pẽnis ſanitas eſt: & lunã, quæ huius ſolis ſplendore illuminatur, eccleſiam: non difficile eſt dicere, quod lux uera, & lux hominũ & ſplendor gloriæ dei: & ſplendor lucis ęternæ eã illuminet: q̃ nunc in iſto ſeculo iuxta proſpera atq; preſſuras creſcat atque decreſcat. Cũ aũt ſol fuerit eleuatus & iuxta Apoſtolum, exaltauerit eũ deus, et donauerit ei nomen ſup omne nomen: tunc etiam eccleſia quę in præſenti ſeculo tenere ſuũ ordinem non poteſt, ad ordinẽ debitum reuertetur: & nequaq; mutabitur: ſed fixo ſtabit gradu, & audiet cum Moyſe: tu autem hic ſta mecum. *b* ¶ In luce iacula &c.] Iacula dei, id eſt ſagittę euntes atq; pergentes, non ad hoc mittuntur ut interimant: ſed ut illuminẽt. Ad harum ſagittarum iaculorũq; diſtinctionem Chriſtus electum iaculum dicitur: per Eſaiam uociferans: Poſuit me ut iaculum electum & in pharetra ſua abſcondit me, & dixit mihi: Magnum eſt tibi hoc, uocari te ſeruum meum. Hæc ſagitta plures habebit ſagittas quas mittat in uniuerſum orbem. Vnde & ſponſa electo iaculo uulnerata dicit: Vulnerata charitate ego: Iuxta q; & nos poſſumus dicere: uulneratus caſtitate ego: uulneratus ſapientia ego. Quo ſapiẽtiæ iaculo uulnerata & regina auſtri non erat in ſe: & obſtupefacta plus inuenerat in uerbo Salomonis q̃ ei fama narrauerat. Hæ igitur ſagittæ quæ mittuntur in lucem, pergunt etiam in ſplendore coruſcationis armorum eius, id eſt dei. Quicunque enim armatus fuerit, ut ſtet contra inſutias diaboli: & accinctus armatura Apoſtoli: uenient ad illum iacula lucis, ut ad ipſum poſſit dici: Vos eſtis lux mũdi. Si quis autẽ peccator eſt, & ingemiſcit quod habitet in tabernaculis Cedar: mittuntur ei ſagittæ potẽtis acutæ cum carbonibus deſolatorijs: ut primum compungatur ſermonibus dei, & dicat: Verſatus ſum in miſeria cum infigitur mihi ſpina. Et poſtquam compunctus fuerit, tunc ei deſolatorius per Seraphim, id eſt ardentem ſermonem dei, carbo mittatur: qui non ſolum labia, quæ Eſaias tantum habebat immũda: ſed omnes partes membrorum eius excoquat, & ad ſolitudinem peccatorum reducat. *c* ¶ In comminatione &c.] Poteſt hoc in conſummatione mundi accipi: quando frequentibus bellis interfecta multitudine rari homines reperiẽtur: & hi qui noluerunt eſſe de populo dei, ſed gẽtes & ethnici permanſerint, furore domini deducantur ad tartarum. Sed melius eſt, ut imminutam comminatione terram interpretemur opera terrena: & eos qui conſtituti in eccleſia peccatores nõ expectant, ut furore domini corripiãtur: ſed audiẽtes in ſcripturis, quæ ſupplicia impendeant peccatoribus

Eccl.1.a

Pſal.41.b

Dan.2.g

B

Eſa.30. f

C

Philip.2.b

Eſa.49.a

D

3.Reg.10.a

Ephe.6.b

Matt.5.b

Pſal.119.b

Ibi.31.a

Eſa.6.c

toribus agunt pœnitentiã: & paulatim imminuũt terram ſuam,ad cœlumq; proficiũt. Si quis noſtrũ cõminationem domini reformidat, huic terra imminuitur:qui autem perſeuerat in gentium numero:& nõ uult eſſe de his quorũ terra decreſcit: nec de populo dei, de quo dicitur: Videbũt te & parturiẽt populi:iſte cũ gentibus detrahetur in pœnã. a ¶Egreſſus es &c.] Primũ uideamus quot ſint genera Chriſtorum: & poſtea tractabimus,quomodo egreſſus ſit dominus in ſalutẽ Chriſtorum ſuorũ. Chriſti in ueteri teſtamento dicebantur & patriarchæ: de quibus ſcriptũ eſt in pſalmis: Corripuit reges pro eis:nolite tangere Chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari. Et in primo Paralipomenõ libro:omnes qui de Aegypto egreſſi ſunt Chriſti uocantur. Chriſma quoq; in Exodo ſacerdotale cõficitur: quo poſtea ſacerdotes in Leuitico referuntur uncti. Eſt & aliud unguentum quo reges unguntur in regno, quod in duo ſcinditur: Si enim Dauid eſt & Salomon,id eſt fortis manu & pacificus, cornu unguitur. Si uero Iehu & Azahel ſunt,perfundũtur lenticula: uas autem fictile ſic uocatur, id eſt phacos. Sed et Cyrus Perſarum rex atq; Medorum,qui de captiuitate populũ relaxauit, licet multi errent & de domino ſaluatore ſcriptum putent:audit per Eſaiam: Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro:cuius tenui dexteram: ut audirent coram eo gentes. & cætera. Et ad extremũ dicitur: Tu autẽ non cognouiſti me: quod de ſaluatore nefas eſt intellige re. Eſt unguentum propheticũ,quo præcipitur Heliæ, ut Heliſæum unguat in prophetam. Et ſuper omnia unguentorum genera, eſt unguentum ſpirituale quod uocatur oleum exultationis: quo unguitur ſaluator: & dicitur ad eũ: Propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Participes autẽ eos puto: ad quos loquitur & Ioannes: Et uos unguentum habetis a ſancto. Et poſt modicum:Hæc ſcripſi uobis de his qui ſeducunt uos: & chriſma quod accepiſtis ab eo maneat in uobis: Et non neceſſe habetis ut aliquis doceat uos:ſed ipſum chriſma docebit uos de omnibus:& uerũ eſt,& non mendacium: & ſicut uos docuit manete in eo. Ac ne forte qui chriſma baptiſmi perdiderunt, deſperent de chriſmate reparando:ſcriptum eſt in Leuitico: Quod leproſus extra caſtra proiectus cum ad ſacerdotẽ uenerit,& lepra ipſius fuerit emundata: mittat ſibi ſacerdos oleum in manu ſiniſtra:& intincto digito ſepties aſpergat oleum corã domino:& tangat eodem oleo auriculam eius qui leproſus fuerat, & dextrã manum,& dextrum pedem: & quod remãſerit de unguento totum mittat in caput eius. Cumq; omnia hæc rite compleuerit: tũc immolet holocauſtum pro eo: & ipſe Chriſtus uocetur dei. Volo aliquid dicere: ſed timeo ne negligentibus occaſionem ruinæ tribuam: quod in ſcripturis ſanctis idem homo frequenter unctus inueniatur: Denicq; Dauid tertio unctus eſt:quod nos nõ intelligamus ſuper eo qui peccauit,& iterũ unguitur:ſufficit enim leproſo ut poſt primum unguentum perditũ unguatur ſecundo: ſed ſuper eo qui per dies ſingulos proficit: & ſemper eius augetur unctio:& de leproſi oleo migrat ad oleũ populi atq; ſanctorum:et de oleo populi ad oleũ peruenit ſacerdotum: & à ſacerdotibus tranſcẽdit ad chriſma põtificis,à põtifice quoq; ad regẽ: à rege ad patriarchas, & a patriarchis pergit ad Chriſtũ: & unguitur oleo exultatiõis:quo qui fuerit linitus, unus cũ deo efficitur ſpiritus: & ubi pater & filius eſt,ibi etiam ille erit. Verum hoc rarum eſt:& ſunt uota credentium. Cæterum neſcio an ſequatur effectus: Dicitur enim,unxit te deus deus tuus oleo lęticię,& reliqua: hoc eſt, eo oleo quod hi qui tui participes ſunt,aut raro, aut nunq; poterunt inuenire. In horum igitur Chriſtorum ſalutem egreſſus eſt deus de loco ſuo: ſicut enim Micheas loquitur: Et egreditur de loco ſuo ut ſaluet: Quia enim hi qui indigebãt ſalute ad eum intrare noluerunt: ipſe egreſſus eſt de maieſtate ſua & de loco ſuo: ut eos qui foris erant duceret in terram manſuetorum regionemq; uiuentium: de qua Adam fuerat expulſus: de qua egreſſus Cain inhabitauit in terra Naid. Sciendum aũt ut ſupra diximus quod ubi poſuerunt Lxx. plurali numero:ut ſaluares Chriſtos tuos:ibi eſſe in Hebraico לִישַׁע אֶת־מְשִׁיחֶךָ quod Aquila tranſtulit in ſalutem cum Chriſto tuo:non quod deus egreſſus ſit,ut ſaluaret populum,& ſaluare Chriſtum ſuum: ſed quod in ſalutem populi uenerit cum Chriſto ſuo:iuxta illud euangelij: Pater in me,& ego in patre, & pater in me manens ipſe facit opera ſua. Sed & quinta æditio ſimiliter tranſtulit:Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo. Theodotio autem uere quaſi pauper & Hebionita: ſed & Symmachus eiuſdẽ dogmatis, pauperẽ ſenſum ſecuti Iudaice tranſtulerũt: Egreſſus es in ſalutem populi tui,ut ſaluares Chriſtum tuum: & egreſſus es ſaluare populum tuum,ſaluare Chriſtum tuum. Rem incredibilem dicturus ſum,ſed tamen uerã. Iſti ſemichriſtiani Iudaice tranſtulerunt: Et Iudæus Aquila interpretatus eſt ut Chriſtianus. Sexta æditio prodens manifeſtiſſime ſacramentũ:ita uertit ex Hebræo: Egreſſus es,ut ſaluares populũ tuum per Ieſum Chriſtũ tuũ:quod Græce dicitur ἐξῆλθες τοῦ σῶσαι τὸν λαόν σου διὰ ἰησοῦ χριστόν σου. Cui ſenſui poteſt illud aptari, quo egreſſus ſit pater cum filio de templo & de ceremonijs Iudæorum,dicens: Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta, & uenerit ad ſalutẽ gentium,ut ſaluaret credentes per Ieſum Chriſtum filium ſuum. b ¶Miſiſti in caput impiorum mortem.] Non putemus de hac dici morte communi qua omnes morimur: Et mortuus eſt Abraham,& appoſitus eſt ad patres ſuos: & prophetæ, & ipſe

SEP. Egrẽſſus es in ſalutem populi tui, ut ſaluares Chriſtos tuos. Miſiſti in cãput impiorum mortem. Suſci

A

B

C

D

Pſal.104.b

Exod.30.c
Leuit.8.b

1.Reg.16.c
4.Reg.9.d
Ps19.c

Pſal.44.b

1.Ioan.2.c

Leui.14.a

2.Reg.5.d
Ps19

Mich.1.d

Gen.5.d.4.c

Ioan.14.b

Luc.13.g

Gen.25.d

A Christus est mortuus: sed mors missa est in ini/
1.Pet.2.d quos: ut q̃ prius uiuebãt iniq̃tati, mortui peccato: uiuerẽt iustitiæ. Quod quidẽ & Anna in oratione sua significat: Dominus occidit & uiuificat. Occi/
1.Reg.2.4 dit enim peccatores mittens in capita impiorum mortẽ, ut uiuifica/ret iustitiæ. Dicam aliquid audacius: Christus ad hoc ue/nit in mundum: ut in capita iniquorũ mitteret mortẽ. Et
1.Pet.3.c sicut ipse peccato mortuus est semel, sic & illi mo/rerentur iniquitati: & qui facti fuerant participes mortis huius, uitæ quoq; participes fierent. Iuxta Hebraicum autem ubi scriptum est: Percussisti ca/put de domo impij, caput ut dixi principem huius mũdi accipiamus: & domũ ipsius mundũ omnẽq; animam peccatoris, in qua diabolus habebat ho/spitium. Idcirco autem percutitur caput in domo impij: ut illo percusso atq; ejecto, fiat domus dei, & habitet ibi iustitia, & ambulet in ea. Et hoc di/gnum est sentire de deo: qui egressus est in salutem populi sui cum Christo suo: ut percusso huiusce/modi capite: ille fiat in nobis caput: qui est omnis uiri caput & ecclesiæ suæ. Si quis ergo impij se ad/huc sentit domum, filij dei deprecetur aduentum, ut conteratur in se impij caput. 4 ¶ Suscitasti uin/cula usq; ad &c.] Suscitauit dominus uincula chari/
B tatis ut priori onere deposito, & grauissimo iugo quo premebamur abiecto: leue Christi suscipere/mus iugum: & in curru illius positi, aurigã optimũ portaremus. Quod quidem & Theodotio in bo/nam partem accipiens ait: Ornasti fundamentum usq; ad collum. Quinta æditio: Denudasti siue eua cuasti fundamentum usq; ad collum sela: id est sem/per. Quia enim fundamentum Christi, quod erat in anima singulorum, allophyli terra obruerant: e/geritur cõgesta humus, & nudatur optimũ funda/mentũ, & ornatur: ut quod latebat appareat & suã recipiat claritatẽ: & hoc fit in sempiternum, quod Hebraice dicitur סלה. Simulq; cõsidera, quod ip/si Lxx. rerum necessitate cõpulsi: qui semper sela interpretabantur diapsalma: nũc transtulerint in fi/nem. b ¶ Maledixisti sceptris eius &c.] Et nunc tantum Hebraicum differimus, ut separatim de æ/ditione Lxx. differamus, multũ enim ab omnium translatiõe discordat. Maledixisti, inquit, sceptris, id est regnis eius: haud dubium quin impij, de quo supra dixerat: Percussisti caput de domo impij: de/nudasti fundamentũ usq; ad collum. Intelligimus autẽ impium, uel Nabuchodonosor, uel omnẽ ad/uersarium populi dei. Et nõ solum sceptris eius: sed etiã capiti bellatorum quod percusseras, qui uene/runt ut turbo: ut dispergerent me, id est ut euerte/rent Israel: & in diuersum captiuum deducerẽt. Ita autem exultabant deuorantes pauperẽ, & subie/ctum sibi Israel: quasi hoc in abscondito facerent, & nos ignorante te deuorarent. Venisti itaque ad prælium pro populo tuo, & quadrigas tuas im/mittens in aquas, hoc est in gentes multas: fecisti

HEB. denudasti fundamẽtum usq; ad collum, semper. Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorũ eius: uenien

SEPTVAG. Susscitasti uincula usque ad collum in finem. Diuisisti in stu/pore capita potentium. Com

eis uiam in luto aquarum multarum, id est ut con/culces eos, & quasi lutum equorũm tuorũ & cur/ruum ungula & rota conteras. Quod autem sequi/tur: Audiui & conturbatus est uenter meus, ad uo/cem, ut subaudiatur tuam: contremuerunt labia mea: ingrediat putredo in ossibus meis & subter me scateat: ut requies/cam in die tribula/tionis, ut ascẽdam ad populum accin/ctum nostrum: hic est sensus: Nunc libẽter omnes patimur angustias, & ad comminationẽ tuam to/tis uisceribus contremiscimus. Nunc tremunt la/bia mea, & pauor mentis trepidæ in ore signatur: & non solum istud, sed etiam aliud ultro appeto & ultro desidero: ingrediatur putredo in ossibus me/is et subter me scateat: hoc est libenter patior quod passus est Iob: non solum carnes meas, sed medul/las quoq; ossium cupio tabefieri: & stratum meum putredine corporis & innumeris scatere uermi/bus: ut postq; hic pro peccatis meis hæc sustinue/ro, requiescam in die amara, in die tribulationis, in die necessitatis & angustiæ: Et ascendam ad popu/lum accinctum nostrum, fortem uidelicet, bellato/rem atq; pugnacem. Et pulchre ascendam: Ad ac/cinctum enim populum semper ascenditur. Elegã/terq; nostrum: Qui enim tribulatus est & pressu/ras libenter sustinuit, & præsentibus malis futura D
præmia cõpensauit: nostrum audacter loquitur: ut iuxta Abraham, Isaac & Iacob, & ipse dormiat in senectute bona plenus dierũ: & apponatur ad pa/tres suos. Quod si quis dixerit: Ecce in historiæ ex positione dum nescis, allegoriæ clausus es retibus: & tropologiã historiæ miscuisti. Audiat non sem/per metaphoram historiæ allegoriam consonare: quia frequenter historia ipsa metaphorice texi/tur: & sub imagine mulieris, uel unius uiri de toto populo prædicatur. Et nunc ergo possumus dice/re ex persona populi: libenter captiuitatem subeo, æquo animo angustias sustineo: & grauissimo Ba/byloniorum premor iugo. Et quicquid ultimæ & duræ necessitatis est gaudens patiar: tantum ut eo tempore requiescam quo maledices sceptris im/pij: & equi tui calcabunt lutum aquarum multarũ: ut postea cum sanctis tuis Zorobabel & Iesu filio Iosedech, & Esdra sacerdote, & Neemia in terram repromissionis reuertar. Huc usq; ne omnino præ termittere historiam uideremur, quodãmodo uim fecimus intellectui: & in captiuitatẽ traximus sen/tentias non sequentes: nunc ad Lxx. translatores, & ad expositionem tropologicam reuertamur.
c ¶ Diuisisti in stupore &c.] Sicut ecclesiæ & om/nis uiri Christus est caput: Ita cunctorum dæmo/num qui in hoc seculo debacchãtur: caput est Be/elzebub princeps dæmoniorum: & singulæ eo/rum turmæ habent capita & principes suos. Verbi gratia: spiritus fornicationum habẽt præpositum suum: spiritus auaritiæ habẽt ἀρχὸν suum, spiritus uanæ gloriæ, spiritus mẽdacij, spiritus infidelitatis habent 1.Cor.11.d Tropologia

habent præsides malitiæ suæ. Deus itaq; clemẽtíſ/
simus qui míserat in capita iniquorum mortẽ: qui
suscitauerat uincula usq; ad collum: in finẽ diuidit
etiã capita potentiũ in stupore: ut primum princi/
pes separet à subiectís; & quasi corpus decollet à
capite, et ubi caput
pessimũ fuerat, ibi
caput optimum re/
ponat. Ponamus
exẽplum, ut quod
dicimus manifesti/
us fiat: si quãdo ty/
rannus detrunca/
tur, imagines quo/
que eius deponuntur & statuę: & uultu tatummo
do cõmutato ablatoq; capite, eius qui uicerit facies
superponitur, ut manẽte corpore capitibusq; præ
cisis, caput aliud cõmutetur. Hoc mihi intelligere li
bet de hæreticorũ cõciliabulis: quod capitibus hæ
reseon à cæteris populis separatis: in loco eorum
caput esse Christus incipiat. Simulq; cõsidera scri/
pturæ sanctę significantiã, quod non dixerit, præ/
cidisti uel succidisti capita potentium, sed diuisisti:
quod enim diuiditur non tam amputatur & perdi/
tur, q; separatur in partes: Vt quomodo in fabrica
tione turris, lingua quæ male unita fuerat separa/
ta est, & pessimum fœdus utili diuisione cõcissum:
sic & capita hæc quæ cum corporibus suis inter se
uidebantur habere cõsensum (plura enim hæreti/
B corum capita sunt: quæ cum diuersos oculos ha/
beant: tamẽ in una, ut ita dicã, lingua blasphemiæ,
aduersum ecclesiam latrant) diuideretur in partes,
& à deceptis corporibus separata, bono capiti lo/
cum facerent. Possumus hoc uersiculo uti: si quan/
do reges & duces eorum Christianum uiderimus
sanguinẽ fundere: & postea ultionẽ domini conse
cutã. Quod dudum in Iuliano, & ante eum in Ma/
ximiano, & supra in Valeriano, Decio, Domitia/
no, Nerone perspeximus: & dicere ad dominũ cũ
exultatione & oratione in cantico: Diuisisti in stu/
pore capita potentiũ: hoc est in stupore credentiũ:
uel in stupore cunctarum nationum quæ eos non
putabant tam cito posse concidere. Cum adhuc es/
sem puer, & in grãmaticę ludo exercerer, omnesq;
urbes uictimarum sanguine polluerentur, ac subi/
to in ipso persecutionis ardore Iuliani nunciatus
esset interitus, eleganter unus de ethnicis: quomo/
do, inquit, Christiani dicunt deum suum esse patiẽ
tem & ἀνεξίκακον: nihil iracundius, nihil hoc furo/
re præsentius: ne modico quidem spacio indigna/
tionem suam differre potuit: hoc ille ludens dixe/
rit. Cæterum ecclesia Christi cum exultatione can
tauit: diuisisti in stupore capita potẽtium. Loquar
& ego aliquid huic simile: diuide domine in stupo/
re omnium, Achab, & Hiezabel. non quidem ego
3.Reg.21.d Helias: sed tamen illi Achab & Hiezabel interfece
c.18.d runt Naboth: & tulerunt uineam eius, & hortum
4.Reg.9.g suæ fecerunt luxuriæ. Inueniatur aliquis seruus
c.10.d tuus Abdias, qui pascat pauperem tuum, atq; men
dicum, fornicariæ sanguis detur canibus: Achab
impius & auarus iaculo dñi trucidetur. a ¶ Com

HE. ueniẽtib. ut turbo ad di
spergẽdũ me. Exultatio eo
rũ sicut eius q deuorat pau
perẽ in abscõdito. Viã feci
sti ĩ mari equis tuis, in luto
aqua

SEPT. Cõmmouebuntur in ea, aperient frenos suos sicut comedens pauper in absconso. Et superdũxisti in mari equos tuos cõtur/
bantes

mouebuntur in ea &c. ] Capita cum diuisa fuerint C
à corporibus suis, & diuisa non aliter nisi in stupo
re, quod Græcę dicitur ὠμόσαι: Vnde secundũ
eam declinatur & dicitur, ἐν ἀυτῇ hoc est in ea, a/
perient etiam frenos suos, siue eorum: utrunq; e/
nim intelligi po/
test: Vt illud impe/
rium quo prius do
minabantur in sub
iectis sibi corpori/
bus, relaxantes dẽt
locũ meliori equi/
ti, & meliori auri/
gæ. Et hoc faciant
quasi comedentes pauperes in abscondito: nõ ha
bentes libertatẽ, nec ciborũ aliquã abundantiam,
sed escas modicas, quibus uescentes abscondite,
nullũ uellent uidere quod faciunt. Potest aliter in/
terpretari: Capita cũ diuisa fuerint stupore, quasi
à cætero corpore decollata, aperient os suum, qd'
quasi camo cõdemnationis fuerat infrenatum, &
in similitudinẽ uescentiũ illisis in se dentibus con/
crepabunt, uolentia rursum comedere, sed uim de/
uorandi non habentia: intellige quomodo post ad/
uentum Christi capita dæmonũ a nationibus quæ
sibi prius subiectæ fuerant separata, uelint rursum
antiquã exercere potentiam. Sed quia amputa/
ta à corporibus plenam uescendi non habeant li/
bertatem, comedunt quasi pauperes: & nõ solum
pauperes sunt, sed pauperes in abscondito. Paupe/ D
res sunt quia pristinas diuitias perdiderunt: come/
dunt abscondite, quia semper sedent in insidijs, ut
in occultis interficiant innocentẽ. Hæc capita eos/
dem habent dentes quos & sagittas: Et q; uis ante
dixerit, super sidera cœli ascendam, ponam in ex/
celsum nidũ meum: & uniuersum orbẽ quasi ouа
cõtinebo in manu mea: tamẽ detrahentur de subli/
mibus, & perdentia suppellectilẽ pristinã, omnẽq;
substantiã domus suæ, uix quasi pauperes clàm cõ
medere & mordere tentabũt. Scio multũ Hebrai/
cũ ab his quæ dicta sunt discrepare, sed facere quid
possum, cui semel propositũ est & ipsum Hebrai/
cum, & uulgatas in toto orbe scripturas interpreta
ri? b ¶ Et superduxisti &c. ] Postq; miserat deus
in capita iniquorum mortẽ, & cõciderat capita po
tentium in stupore, & cõfregerat ea in mari (scri/
ptum est enim in psalmis: tu cõfregisti capita dra/
conis) principibus interfectis siue confractis, & ui/ Psal.73.c
cto forti uenitur ad domũ eius: et uniuersa illius ua
sa diripiuntur. Vasa autẽ & domũ fortis & supel/
lectilẽ principis: quid aliud possumus interpretari,
nisi mare huius seculi, in quo habitat draco? Super
inducit ergo deus egregius eques & auriga præ/
cipuus equos suos angelos uidelicet sublimesq;
uirtutes super mare huius seculi: ut turbent aquas
multas, dæmonia & contrarias potestates. Quod
si uoluerimus de aduentu Christi interpretari iux/
ta illud quod in Apocalypsi scribitur: quod sermo
dei sedeat in equo albo: & omnis exercitus in e/ Apo.19.b
quis albis sequatur eũ: uidebimus quomodo Chri/
stus ascenderit in apostolis suis, dicens eis: Ecce

A ego uobiſcum ſum omnibus diebus, uſq; ad conſummationẽ ſeculi. Et euntes ite baptizate omnes gentes: & reliqua. Et poſtea cõſcenderit in uno equo candido, quẽ alium nõ puto eſſe, niſi apoſtolum Paulũ ſuper quẽ equitans, omnem orbẽ circũierit. Aſcendit autẽ ſermo dei in equis ſuis, ut turbarentur aquæ multæ: hoc eſt uel populi multi, qui ante in mari erant, & à dracone tenebantur obnoxij: lata enim & ſpacioſa uia eſt quę ducit ad mortẽ: & turbarentur, primũ errorem priſtinũ deſerentes: deinde conturbati uenientẽ equitẽ ſuſciperent. Vel certe de quibus ſupra diximꝰ: dæmonũ cateruæ nequaq; ita dominarentur in mari, ſed turbatæ cederent & equitis præ

HEBRAEI, aquarum multarum. Audiui & conturbatus eſt uenter meus: ad uocem contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat: ut requieſcam in die tribulationis meæ: ut aſcendam ad populum accinctum noſtrum. Ficus enim non florebit: & non erit germen in uineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibũ: abſcindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præſepibus.

SEP. bãtes aquas multas. Cuſtodiui: & extimuit uẽter meus à uoce orationis labiorũ meorũ: & ingreſſus eſt tremor in oſſa mea, & ſubter me conturbata eſt fortitudo mea. Requieſcam in die tribulationis meæ: ut aſcendam ad populũ peregrinatiõis meæ. Quia ficus non afferet fructum: & non erunt germina in uineis: mentietur opus oliuæ: & campi nõ facient eſcas: defecerunt eo qd comederẽt oues, & nõ ſunt boues in præſepibus.

Ego

B liantis uulnera formidarent: atq; utinã & in me aſcẽdat uerbũ dei: & per lanceã oris mei interficiat eum qui regnat in aquis multis: ut ad regis interitũ aquæ quæ illi ſubiectæ fuerãt cõturbatæ, præbeant colla equiti meo: & redacti in unã quadrigã, efficiamur domini Cherubim: quod interpretatur ſcientiæ multitudo. Nunc; enim auriga ſic cõpoſitus, & ſic fertur ornatus, ut in his qui ſcientiæ multitudine & habenis inter ſe ſapientiæ copulantur. בְּרוֹעִים

a ¶ Cuſtodiui & extimuit &c. cõturbata eſt fortitudo mea:] Siue ut alibi ſcriptũ repimus, ἡ ἰξις μου: quod nos poſſumus dicere habitudo mea: diuerſa quippe exemplaria reperiuntur. Poſſunt aũt hæc & ex perſona prophetæ dici ſuperioribus cohærẽtia: quia miſiſti ò domine in capita iniquorũ mortẽ: & ſuſcitaſti uincula uſq; ad collum: & diuiſiſti in ſtupore capita potẽtiũ: & induxiſti in mare equos tuos cõturbantes aquas multas: Propterea ego omni cuſtodia ſeruaui cor meũ: & cõtremuerunt uiſcera mea, & tota mea uel fortitudo, uel habitudo turbata eſt, ne ſimilia ſuſtinerẽ. Poteſt quoq; et quaſi ſuum habere principiũ, narrante propheta timorẽ ſuũ, & quomõ nõ formidaret ne peccaret in aliquo: & ad uocẽ orationis labiorũ ſuorum cõmonitus, tantũ timuerit deum: ut ingreſſus ſit tremor in oſſa eius: & ſub excelſa manu domini poſitus, omni animæ ſuæ fortitudine uel habitu conturbatus ſit. Quod aũt ait: Ingreſſus eſt tremor in oſſa mea, ἐμφατικωτερον accipiẽdũ: ut uideamus magnitudinem timoris dei penetrãtis uniuerſitatem animæ: & totum hominem cõmouentis, ne quicq; faceret quod diſpliceret deo. Et quia allegorice iuxta mẽbra corporis, animæ quoq; membra ſcriptura cõmemorat: uentrem pauentem, eam uirtutem accipiamus animæ, quæ ſpirituales cibos recipit: & labia, quibus ſecum mens loquitur: & oſſa, robuſta & ſolida dogmata, quibus tota animæ cõpago ſolidatur. Hæc à me breuiter dicta ſunt. Si quis autẽ his ſagaciora & ueriora repererit, illi magis explanatiõi prębete cõſenſum.

b ¶ Requieſcam in die tribulationis &c.] Quia omni cuſtodia ſeruaui cor meum, & extimuit uẽter meus à uoce orationis labiorũ meorũ, & ingreſſus eſt tremor in oſſa mea, & ſubter me cõturbata eſt fortitudo uel habitudo mea: & propter tantã cuſtodiã à peccatis alienus effectus ſum: Idcirco nunc cõfidenter dico: requieſcã in die tribulationis, ut

C ascendam ad populum peregrinationis meę; id eſt qui æque ut ego in hoc mundo peregrinatus eſt. Aſcendam autẽ deorſum poſitus: & quaſi de ualle D ad ſublimiora nitens tota auiditate contendam: ut tempore quo cęteri in tribulatiõe ſunt et anguſtia: mihi cura ſit de aſcenſu, quomodo cũ populo peregrinationis meæ requieſcã in altioribus locis. Diẽ Eſa.14.b autem tribulationis puto conſummationẽ eſſe mũdi: de quo & Eſaias ait: Dies domini inſanabilis furoris & iræ, ponere orbẽ terræ uniuerſum in deſertum, & peccatores perdere. c ¶ Ficus enim non florebit &c.] Iuxta Hebraicum in quo ſupra diximus: Ingrediatur putredo in oſſibus meis, et ſubter me ſcateat, ut requieſcam in die tribulationis: ut aſcendam ad populum accinctum noſtrum: Ita quę præceſſerunt copulabuntur ſequentibus: Ideo tribulationẽ ad præſens uolui ſuſtinere: & poſtea ad populum fortẽ aſcendere: quia ueniet dies tribulationis & neceſſitatis: & cæteris in anguſtia cõſtitutis, ego in tua maieſtate lætabor. Ficus enim non florebit, & non erit germen in uineis: mentietur opus oliuæ, & arua nõ afferent cibũ & cætera: Quæ quia nõ multum diſtant à Lxx. cum interpretatione eorũ pariter diſſeramus: Cũ uenerit dies tribulationis, & aſcendero ego ad populũ qui mecũ aliquando peregrinatus eſt: Vel certe cum uenerit dies euerſionis Iudaicæ, & populi prioris, & dereliꝛta fuerit filia Sion ſicut tabernaculum in uinea, & ſicut caſula in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ expugnatur: ego qui de pereunte electus ſum populo, de quo dictum eſt: Niſi dominus reliquiſſet Eſa.1.c nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus: copulabo me diſcipulis

Chriſti

A Christi: Quos quia in monte docet, turbis & debi-
libus deorsum relictis: ego ad mõtana conscendã:
Matt.21.b Ficus enim non dedit fructũ: ad quã uenit in euan
gelio esuriens dominus, & nõ inuenit in ea poma:
& maledixit ei, dicens: Non afferes fructum usq; in
seculum. Et diligenter cõsidera quid dixerit: Non
afferes fructũ in seculum: nõ ait, usq; in secula secu
lorũ. Sed cum seculũ istud pertransierit, & intraue
rit plenitudo gentiũ: tunc etiã hæc ficus afferet fru
ctus suos: & omnis Israel saluabitur. Hæc est ficus
Luc.13.b ad quã tertio uenit paterfamilias, & quasi nõ faciẽ
tẽ fructus uult subuertere: pro qua agricola, cui cõ-
missa fuerat, deprecatur ut det ei spacium, & dicit:
Domine dimitte eã & istum adhuc annum donec
fodiã circa eam, & mittã stercus: & siquidẽ fecerit
fructum: sin autẽ, tunc succides eam. Agricola iste
uel Gabriel est, uel Michael cui cõmissus est popu
lus Iudæorum qui dominũ deprecatur in passiõe,
& dicit: Domine da ei spacium pœnitentiæ: & no-
li eos subuertere, & si quidem fecerint fructum: sin
autẽ tunc subuertes eos. Si fecerint, inquit, fructũ:
non dixit quid sustinerent, neq; dixit, si fecerint fru
ctum permanebunt ut erãt: sed si fecerint fructum
suspensa sententia est, ut subaudiatur trãsferes eos
in ecclesiam gentium: & in alteram uineam trans-
plantabis. Venit dominus tertio, & nõ inuenit in
eis fructum. Dedit primum legem per Moysen: se
cundo locutus est per prophetas: tertio ipse desce-
dit. Et post passionẽ datis ad pœnitentiam quadra
B gintaquatuor annis: quia nõ fecerunt fructũ: quar
to subuersi sunt. Quod tamen nostræ intelligentię
derelinquitur. In parabola enim nõ scribitur, quid
postea fecerit paterfamilias: sed quid tantũ agrico-
la deprecatus sit. Ex qua animaduertimus eos qui
de hac ficu fecerint fructus ad populum gentiũ es-
se translatos: ad quẽ ascendit & propheta, dicens:
Requiescã in die tribulationis, ut ascendam ad po
pulum peregrinationis meæ. Eos autẽ qui non fe-
cerunt fructus & permanserunt in duritia sua, esse
subuersos. Hoc ipsum significat & Ioannis uox
in euangelio: Ecce securis ad radices arborũ posita
Matt.3.c est: Omnis arbor quæ nõ fecerit fructũ, excidetur
Luc.3.b & in ignem mittetur. Diximus de ficu, mõstrantes
eam esse populum Iudæorũ: dicamus & de uinea:
Esa.5.a quod quidẽ facile intelligit qui Esaiam legerit: Vi-
nea facta est dilecto in cornu, in loco uberi: Et po-
stea: Et expectaui ut faceret fructum: fecit autem
spinas, & non iudicium, sed clamorem. Et in Hiere
mia: Ego aũt plantaui te uineã fructiferam totã ue-
Hiere.2.d ram: quomodo uersa es in amaritudinem uitis alie
næ? Et manifestius in psalmis: Vineã de Aegypto
Psal.79.b transtulisti: eiecisti gentes & plantasti eã. Hæc igi-
Matt.21.d tur uinea ad quam paterfamilias sæpe miserat ser-
uos, ut acciperet de ea uinum, quod lætificat cor
hominis: quia uersa est in amaritudinem: & nouis-
sime etiam patrisfamiliæ filium ausa est interfice-
Ioan.19.c re: non uuas faciens, sed spinas: & non iudicium,
Psal.79.b sed clamorem, crucifige, crucifige eum: &, non ha
bemus regem, nisi cæsarem: Propterea extermina-
uit illam aper de sylua: & singularis ferus depastus
est eam. Oliuam quoque populum synagogæ li-
quido comprobabit: qui in apostolo fractos oliuæ C
ramos legerit, & nos de oleastro insertos: ut in ra-
mis intelligamus multitudinẽ Iudaicã fuisse succi-
sam: in radicibus apostolorum electionem esse ser-
uatam: in quibus nos inserti manebimus, si fece-
rimus fructum, & dicetur de nobis: Filij tui sicut
nouellę oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Multi pu
tãt ficum, & uineam & oliuam in mysterio accipi
trinitatis: quod ficus propter pomorum dulcedi-
nem spiritus sanctus intelligatur: Vinea ipse do-
minus noster Iesus Christus, qui dicit in euange-
lio: Ego sum uitis. Oliua autem deus pater omni-
potens, à quo cuncta illuminentur: & de quo egre
diatur lux: & ad quem possumus dicere: O oliua
in lumine tuo uidebimus lumen, id est in filio ui-
debimus spiritum sanctum. Ad has fructuosas ar-
bores, & uberrimam uineam, ueniunt in fructuo-
sa ligna in Iudicum libro: & rogant ut regnẽt su-
per se. Sed nunquàm super ligna syluarum, quæ
debentur incendio, regnat oliua, ficus, & uinea:
sed magis imperat eis ramnus plena sentibus, &
hericio similis, qui habitat in Babylone: & sem-
per uersatur in foueis. Quæ arbuscula non solum
spinas habet, sed & ignem: uulnerans & combu-
rens quicquid attigerit. Denique egressus est i-
gnis, & consumpsit ligna syluarum. Vt autem
scias secundum superiorem intelligentiam, in qua
de synagoga dictum accepimus: Ficus non faciet
fructum: & non erunt genimina in uineis: non
de fructibus dici, sed de operibus bonis, In oli-
ua manifeste ænigma aperitur, & dicitur: Men-
tietur opus oliuæ. Fructus enim quos afferre de- D
buerant, in operibus demonstrantur: mentietur
autem opus oliuæ: aliud promittentis & aliud fa-
cientis, dicentes ad Moysen: Omnia quæcun-
que dixerit dominus faciemus, & nolentes in eum
credere, qui à Moyse prædicatus est. Campi quo-
que non facient fructum. Considera quod Hie-
rusalem quæ quondam sita erat in montibus, &
montes in circuitu eius, & fundamenta eius in
montibus sanctis: Nunc humilis appelletur atque
campestris, quæ non solum homines, id est ratio-
nabilia nõ alit animalia: sed nec pecora quidem &
boues: de quibus & Salomon loquitur in prouer-
bijs: Adhibe curam his quæ in campo sunt regio-
nibus: & attonde herbã & congrega fœnum: ut ha
beas oues ad uescendum. Boues quoq; non erunt
in præsepibus: quia ubi plena sunt præsepia, mani
festa est fortitudo bouis. Bos operarius est: bos do-
mini sustentans iugum, bos in cuius uestigium qui
seuerit beatus est. Omnia hęc auferẽtur à populo:
quia inique egit in deum creatorem suum. Quod
si uolueris diem tribulationis diem consummatio-
nis accipere: ad eos referes omnia qui dicunt se es-
se de ecclesia, & non habent opera iustitiæ. Et fi-
cus, & uinea & oliua, mysterium uidelicet trini-
tatis, non afferunt in eis fructum suum: & non
solum frumenta & escas rationabilium: sed nec ci-
bum quidem habent in campis suis pecorum & iu
mentorum: & præsepia eorum uacua sunt: & pro
excelsis mõtibus in planis humilibusq; uersantur.

Exod.24.b

Psal.127.a

Ioan.15.a

Iudic 9.b

Prouer.14.d

A a ¶Ego autem in domino gau. &c.] Ficu & uinea & oliua, iuxta quod expoſui, nõ facientibus fructũ ſuum: & Iudæorũ agris non afferentibus cibos: ab ſciſſis quoq; de ouili pecoribus, & armẽtis de præſepibus: poſtq; audierũt à dño: Relinquetur uobis

Matt.23.d dom9 ueſtra deſerta: populo etiam captiuitati tradito, & in toto orbe diſperſo: propheta de populo Iudæorũ qui interpretat̃ amplexatio, eo qđ amauerit dñm, & adhęſerit ei illíq; ſe iũxerit, ex perſona apoſtolorũ & populi credẽtis in Chriſto loquitur: Ego uero in dño gaudebo, & exultabo in deo Ieſu meo: Pro quo Lxx. trãſtulerunt τῷ σωτῆρίμου, id eſt ſaluatore meo: Id-

Luc.1.c ipſum & Gabriele interpretante: Et uocabitur Ieſus: ipſe enim ſaluabit populũ ſuũ. Deus dominus fortitudo mea: nullam enim aliã, niſi in Chriſto habebo uirtutẽ, & cunctas legis iuſticias quiſquilias cõputabo. Et ponet pedes meos quaſi ceruorũ: ut

Cant.2.c calcẽ ſuper aſpidẽ & baſiliſcum, & quaſi puer paruulus mittã manum in foramen, & extrahã ſerpentẽ ludamq; de colubro. Similis enim eſt fratruelis meus capreę, aut hinnulo ceruorũ. Et quia ipſe eſt

B ceruus, mihi quoq; donauit, ut ceruus eſſem ſublimis cornibus: findens ungulas, cibos ruminans, & ad odorẽ meũ ſerpentes fugans: de quo dicitur in decimoſeptimo pſalmo: Qui perfecit pedes meos tanq; ceruorũ, & ſuper excelſa ponet me. Et in uiceſimo octauo: Vox dñi perficiẽtis ceruos. Ponet ergo pedes meos inter cæteros ceruos ſuos: & ad cœleſtia perducet me: ut inter angelos canã gloriã domini, & ſuper terrã pacẽ hominibus bonæ uolũtatis annunciẽ. Canam aũt uictoriã eius & triumphum & trophæũ crucis. Hoc iuxta Hebraicũ & quintã æditionẽ, ad tẽpus Iudaicę euerſiõis, & ad aduentũ domini cuncta referamus. Si aũt uolueri-

HEB. Egõ aũt in domino gaudebo: & exultabo in deo Ieſu meo. Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum. Et ſuper excelſa mea deducet me uictori in pſalmis canentem.

mus de conſummatione mundi accipere: ſic exponendũ eſt: quõ in exodo quãdo percuſſa eſt Aegyptus: & percuſſit deus uineas eorũ, & ficus eorũ: Exod.9.f & occidit primitiua hominum, & iumentorum in grandine: & Aegyptias fruges, bruchus locuſtaq; cõſumpſit: ficus in Aegypto nõ attulit fructũ nec erant genimina in uineis eorũ: mentiebatur (ſicubi tamẽ poterat reperiri in Aegypto) opus oliuæ & campi eorũ non dabant eſcas, & deficiebant eo quod non haberẽt cibos

SEP. Ego autẽ in domino exultabo: gaudebo ſuper deo ſalutari meo. Dominus deus fortitudo mea, & ponet pedes meos in conſummationem: ſuper excelſa imponet me: ut uincam in cantico eius.

C pecora eorum: & non erant boues in præſepibus. Populus autẽ Iſrael exultabat in dño & gaudebat in deo ſalutari ſuo. Sic in cõſummatione mũdi quãdo multiplicata iniqtate, refrixerit charitas, et ficus nõ attulerit fructus, & uineæ nõ habuerint uuas: & mentitũ fuerit opus oliuæ: & cãpi nõ germinauerint cibos, & cætera q̃ ſequunt̃: Tũc quicũq; iuſtus & electiõe dei dignus fuerit inuẽtus, loquetur exultãs: Ego aũt in dño exultabo, gaudebo in deo ſalutari meo: Dñs deus fortitudo mea. Et quaſi poſitus à deo ſup cõſummationẽ ſeculi: ut poſtea ad ſuperiora cõſcendat, & à deo educatur ad ſummũ,

D dicit, et ponet pedes meos in cõſummationẽ, ſuper excelſa imponet me: ut cũ ἀγωνοθέτης Ieſu q̃ primus in agone ſuperauit, præmiũ fuerit cãtantibus poſitũ: ego uincã in carmine eius, & manus meæ cõponãt citharã & pſalteriũ, & omne organorũ genus: ſcribãq; panegyricũ triũphãti. Et q̃ in principio locutus ſum: Vſq; quo clamabo et nõ exaudies? uociferabor ad te uim patiẽs, nõ ſaluabis? & de iuſticia eius iudicioq; cauſatus ſum: poſtea laudabo æqtatẽ eius, & cãtores cæteros meo carmine ſuperabo.

¶ Commentariorum in Habacuc finis.

## IN HABACVC PROPHETAM COMMENTARII, SIVE QVAESTIONES.

ONus quod uidit Habacuc &c.] Vbicũq; onus uerbi dñi ponitur, grauedo in prophetia illa ſignatur. Quæritur propheta ad dominũ: cur impĳ prævaleant aduerſus iuſtos & laceretur lex à detrahẽtibus: qui dicũt eã nõ eſſe ueracẽ: dũ iuſtos uidẽt opprimi, & impĳs bonos exuperari: qđ ꝓprie tũc Habacuc agebat, quãdo Vriã prophetã de ægypto reductũ, Ioachim rex Iuda interfecit. Vox dñi reſpõdentis & dicẽtis: ¶ Aſpice in gẽtibus, q̃a opus factũ eſt: ] id eſt fiet: ¶ Qđ nemo credet cũ narrabit̃: ] ut domus dñi ſit diruta, & ſancta ſanctorũ ſint incẽſa. ¶ Horribilis & terribilis eſt. ] Gentẽ Chaldæã dicit. ¶ Ex ſemetipſa iudiciũ & onus eius egrediet̃: ] q̃a putabat ſe ſuis uiribus facere qđ dñi permiſſu factura erat. ¶ Leuiores pardis equi eius: & uelociores lupis ueſpertinis, ] In pardis, Macedões: in lupis, Romanos uult intelligi. ¶ Facies eorũ uẽtus urẽs ] .i. terribilis. ¶ Cõgregauit quaſi arenã captiuitatẽ ] & cætera quæ ſequunt̃, de Nabuchodonoſor uult intelligi: ¶ Qui de regibus triũphauit & tyrãni eius erant ridiculi. ] Quod plene liber Paralipomenon, & Regum demõſtrant: quod de Sedechia & cæteris regibus factum eſt. ¶ Ipſe ſuper omnem munitionẽ ridebit. ] Ciuitates dicit: quæ ab illo capiendæ erant. In Hebræo ipſe non habetur. ¶ Tunc mutabitur ſpiritus: ] id eſt ſpiritus domini, quãdo de ſeueritate ad miſericordiã rediet: & pertranſibit Nabuchodonoſor & regnum eius corruet. ¶ Hæc eſt fortitudo dei ſui: ] id eſt qui deum ſe putabat, intelliget inquantũ ſit infirmatus. Propheta qui querebatur q̃ dominus differret iudiciũ, poſtq; uidit iudiciũ, & exterminationẽ factã à Chaldæis in populo ſuo: cõuertitur ad preces, & dicit: ¶ Nunquid nõ à principio ſancte meus? ]

A Ac ſi dicat, nunquid nõ tu es qui à principio protelaſti & gubernaſti genus noſtrũ? ¶ Nõ moriamur] id C
eſt nõ ueniat finis noſter in his tribulatiõibus quas patimur. ¶ In iudiciũ poſuiſti eũ: ] id eſt Nabuchodo
noſor ad correptionẽ dediſti, non ad cõſummationẽ. ¶ Et fortis: ] id eſt ò dñe fortis: ¶ Vt corriperes: ] id
eſt flagellares nos per eũ, dediſti nobis eũ. ¶ Mundi ſunt oculi tui: ] Cũ oculi tui ſint mundi, & nõ poſſis
reſpicere ad iniquitatẽ: ¶ Quare reſpicis: ] id eſt cur uides iniqua agẽtes & taces, deuorãte impio iuſtio
lia deuorant ab auibus ſiue à beſtijs. ¶ Totũ in hamo ſubleuabit] id eſt Nabuchodonoſor, & dati ſumus
ei in pabulum: ¶ Propterea immolabit ſagenæ ſuæ & ſacrificabit reti ſuo: ] id eſt idolis ſuis tribuit: quod
factũ: & ſubditas gẽtes accipere in cibũ electũ: ¶ Propter hoc expandit ſagenã ſuã: ] quia tu das ei ſpaciũ
& pateris uidere mala quæ agit. ¶ Super cuſtodiã meam ſtabo. ] Vox prophetæ eſt: qui in oratiõe ſua di
cebat ſe permãſurũ: donec audiat quid reſpõdeatur ei à dño: ¶ Quid reſpondeã ad arguentẽ me? ] Tale
eſt, ac ſi dicat: quid reſpõdeat mihi quẽ ego arguo, per tropum antiphraſim: quale eſt illud: bene dic deo.
¶ Et reſpõdit mihi dominus: ſcribe uiſum. ] Qui te dixiſti permãſurũ in munitiõe donec reſpõſum acci
peres, ſcribe qđ auditurus es: ut qđ ego dicturus ſum perueniat ad noticiã legentiũ. ¶ Quia adhuc uiſus
procul: ] id eſt, qđ ego dicturus ſum & tu ſcripturus in lõgũ tẽpus adimplebit. Nec mouearis quia differ
tur, ſed certus eſto, quia futurũ eſt. Qui enim crediderit ꝙ ego hæc facturus ſum, in ſua fide uiuet, increpa
dulorum animabus in peruerſitate moriẽtibus. His præmiſſis: incipit dicere, qđ propheta ſcripturus eſt
¶ Quõ uinum potantẽ decipit, ſic erit uir ſuperbus: ] id eſt Nabuchodonoſor. Qui dilatauit quaſi infer
nus animã ſuã: & quaſi mors nõ adimplebitur: capturis prædarũ, & euerſionibus urbiũ, & interẽptio
nibus hominũ inhians. Quãuis enim omnes gẽtes cõgreget ad ſe, & coarceuet omnes populos, iſte eſt Eſa.14.c
ſuper quẽ omnes parabolã ſument cũ uiderint interitũ eius: ſicut eſt illud in Eſaia: Et tu uulneratus es, ſi
cut & nos, & cætera. ¶ Væ ei qui multiplicat nõ ſua uſqꝙ quo? ] Quãdiu multiplicat non ſua: & ꝙdiu in
ſtat prædis & rapinis? ¶ Nunquid nõ repẽte cõſurgẽt qui mordeãt te? ] Medos dicit & Perſas, qui euer
ſores regni illius fuerunt. ¶ Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de
populis: Perſas & Medos dicit, qui cum filij ſint Iaphet, relicti ſunt & habitauerũt in terra Sem. ¶ Pro
pter ſanguinem hominis: ] id eſt populi Iudæi. ¶ Et iniquitatem terræ Iudæ ciuitatis: ] Hieruſalem & o
mnium habitantium in ea. ¶ Væ qui congregat auariciam malam: ] uaſa ſancta dicit de Hieruſalẽ tran
ſportata. ¶ Vt ſit in excelſo nidus eius: ] id eſt per ſuperbiam putat ſe iam cœlos conſcendiſſe. ¶ Et li
berari ſe putat de manu mali? ] Interrogatiue legendum eſt: ut ſubaudiatur: ¶ Nunquid cogitaſti con
B fuſionem domui tuæ: ] id eſt quicquid male egiſti, ad confuſionem domus tuæ feciſti: & ſi fieri poſſet, la D
pides de pariete, & ligna quæ inter iuncturas ædificiorum ſunt: narrarẽt iniquitatem tuam. Iuxta illud:
Reuelabunt cœli iniquitatem eius. ¶ Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus: ] & cætera quæ ſequun
tur, ad eundẽ Nabuchodonoſor referuntur. ¶ Nunquid non hæc à deo ſunt exercituum] id eſt non tuis Iob.20.d
uiribus depopulatus es urbes & regiones, ſed peccatis eorum & indignatione mea. ¶ Laborabũt enim
populi in multo igne, & gentes in uacuum deficient: ] id eſt, ſiue Macedones ſiue Romani, exempla cru
delitatis tuæ ſecuti tormentorum tuorum conſortes efficientur: & hoc tunc fiet, quando replebitur ter
ra, ut cognoſcat gloriã domini. ¶ Væ qui potum dat amico ſuo: ] de eodem Nabuchodonoſor dicitur
qui inebriatis regibus, ignominioſa in eis opera & ludibria exercebat. ¶ Repleta eſt ignominia pro glo
ria. ] Qui ſe putabat à te gloriam accipere, ignominiam accepit. ¶ Bibe tu quoque & conſopire: ] id
eſt ſimilia patere his quæ feciſti. Quia iniquitas Libani operiet te: ] id eſt templi dei cui dicitur: Ape
ri Libane portas tuas. ¶ Et uaſtitas animalium: ] id eſt duorum Cherubim & propiciatorij & arcæ:
cuius ornatu locus ille priuatus eſt, & in uaſtitatem redactus. ¶ De ſanguinibus hominum & iniquitate Zach.11.a
terræ: ciuitatis & habitantium in ea. ] Ita eſt intelligendum ut ſuperius dictum eſt. ¶ Quid prodeſt ſcul
ptili, quia ſculpſit illud fictor ſuus? ] Hoc iam non ſpecialiter de Nabuchodonoſor, ſed generaliter de o
mnibus gentibus idola colentibus dicit, uſqꝙ, omnis ſpiritus non eſt in uiſceribus eius: Dominus autem
in templo ſancto ſuo: ſileat à facie eius omnis terra cum uenerit ad iudicandum.

CANTICVM HABACVC.

Domine audiui. ] Omnia, diſcipulis inquit ſaluator, quæ à patre audiui annunciaui uobis:
id eſt probroſa, diuerſa, quę carne aſſumpta pro humano genere patiar: & poſt uicta mor Ioan.15.b
te intrabo in gloriam meam. Hanc auditionem audiuit propheta in ſpiritu & timuit. ¶ Do
mine opus tuum. ] Ait ergo: deprecor domine ut quod promiſiſti explices: finitoq; tempo
re reddas Chriſtum tuum, & opus quod pollicitus es uiuifica, hoc eſt tuum imple promiſ
ſum. ¶ In medio annorũ: ] Cum uenerit, inquit, plenitudo tẽporis & opere promiſſa impleueris, mõſtra
bis uera eſſe quæ pollicitus es, & cũ peccãtibus nobis iratus fueris: pœnitentiã autẽ agẽtibus miſericor
diæ tuæ recordaberis. ¶ Deus ab auſtro ueniet ad montẽ Pharam. ] pharã locus eſt uicinus mõti Sina, in
quo ipſe dñs legẽ dedit qui per uirginẽ in Bethlehẽ naſci dignatus eſt: & inde, id eſt ab auſtro ueniẽs Hie
roſolymã, à parẽtibus ductus eſt: ut pro eo hoſtia ſecundũ legẽ daretur. ¶ Operuit cœlos. ] In aduẽtu eĩ
ſaluatoris cũcta repleta ſunt gloria: Vt in euãgelio: Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus. Et Luc.2.b
alibi. Dñe dñs noſter, uſqꝙ, in uniuerſa terra. Et rurſum: In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ. ¶ Splẽdor eius Pſal.8.a
quaſi ſol: ] iuſticiæ clara luce radiabit. ¶ Cornua: ] .i. uexilla ac trophæa crucis in manibus eius. ¶ Ibi ab Ibidem 18.a

A ſcondita.] In cruce abſcondita eſt fortitudo eius, quãdo dicebat: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ: Et c
in manus tuas domine cõmendo ſpiritũ meũ. ¶ Et egrediatur diabolus:] Exeũte aũt domino de aquis
baptiſmatis, occurrit mors: id eſt diabolus, & ante pedes illius ueniebat coluber antiquus quando tenta
uit eum in deſerto: Aſpexit & diſſoluit: Stans ſaluator cuncta proſpiciẽs, & intuitu uniuerſitatẽ mundi
metiens gentiũ infidelitatẽ diſſipauit: mõtes, id eſt ſuperbi per pœnitentiã humiliati ſunt: Incuruati ſunt
colles. Qui ante aduentũ ſaluatoris ſuperbierãt, & flecti nõ poterant, ab itineribus æternitatis eius, quæ
ad nos uenire dignata eſt, humiliati ſunt pro iniquitate. Qui tẽplum dei eſſe dicebãtur: propter iniquita
tẽ aũt auariciæ, luxuriæ, & omnis maliciæ fiunt tabernaculũ Aethiopum, id eſt dæmonũ: Tabernaculũ
terræ Madiã atq; Aethiopum eoſdẽ intellige: hi in nouiſſimo conſcij peccatorum ſuorũ pauebunt iudi
cio. ¶ Nunquid in fluminibus.] Fluminũ & maris uocabulo corda exprimũtur infideliũ, quæ toto iñten
tionis impetu ad inferiora deſcẽdunt. ¶ Qui aſcendes ſuper equos:] nõ illorũ quorũ ſuperius, ſed in cor
da electorum tuorũ aſcendes per illuminationẽ gratiæ tuę. ¶ Suſcitãs ſuſcitabis arcũ:] Arcũ dicit impro
uiſum aduentũ, in quo regna mũdi examinãda eſſe præuidit: & quę iuraſti patribus noſtris & tribubus,
explebis in æternũ. ¶ Fluuios ſcindes terræ.] id eſt reges terræ aduerſus tuũ populũ dimicãtes, diuides
atq; diſperges. ¶ Te uiderunt] excelſa regna, & ſublimes huius ſeculi poteſtates, ac tremuerunt. ¶ Gur
ges:] id eſt perſecutio eorũ, qui uexabant populũ tuũ, tranſijt. ¶ Dedit abyſſus:] hoc eſt inferi laudaue
runt te, & angeli te reſonabunt eſſe uictorẽ. ¶ Sol & luna.] Poſt paſſionẽ & reſurrectionẽ ſuã eleuatus
eſt dñs, ſol uidelicet iuſticiæ, in cœlũ, & emiſſo ſpiritu ſancto illuſtrauit eccleſiã. ¶ Sagittæ tuę:] id eſt pla
gæ tuæ & eruditio, populo tuo lumẽ præbuerũt: In ſole enim Chriſtus, in luna eccleſia deſignatur. ¶ In
2.Cor.5.d fremitu cõculcabis:] Quãdo ergo populi tui iniuriam uindicabis, terrena regna calcabis, & omnes gen
tes admirari facies. ¶ Egreſſus es:] Hoc patri dictum intelligitur, quia exierit ad ſaluandũ populũ ſuum
per Ieſum Chriſtũ filium ſuũ: Deus enim erat in Chriſto mundum ſibi recõcilians. ¶ Percuſſiſti caput.]
Veniente aũt filio tuo percuſſiſti antichriſtũ de domo impij, id eſt in hoc ſeculo, quod in maligno poſi
tum eſt, & abſcondita eius aperta feciſti uſq; in ſempiternum. ¶ Maledixiſti ſceptris eius.] Non ſolum
ſceptris, id eſt regno diaboli maledixiſti: uerum etiam capiti bellatorum quod percuſſeras: qui uenerũt
ut turbo ut euerterent populum tuum. Secundum literã autem intelligimus impium Nabuchodonoſor
uel omnes aduerſarios, qui uenerunt ut turbo ut diſpergerent me, id eſt ut euerterent Iſrael. ¶ Exultatio
eorum.] Exultabunt pauperem deuorantes, & ſubiectum ſibi populũ: & hoc quaſi in abſcõdito facient
¶ Viam feciſti in mari equis tuis:] Equi ſunt ſancti prædicatores, quibus feciſti uiã in populis nationum
B & in quorũ prædicatione turbatæ ſunt aquæ: hoc eſt gentium corda. ¶ Audiui & conturbatus eſt.] Ad D
comminationem, inquit propheta, tuam, toto uentre, id eſt animo contremiſco: In labijs enim deſigna
tur pauor trepidæ mentis. ¶ Ingrediatur putredo:] Non ſolum hunc tremorem libenter patior: uerum
etiam quod Iob paſſus eſt, hoc libẽter ſuſtineo, id eſt putredinẽ corporis: ita ut innumeris ſcateat uermi
bus. ¶ Vt requieſcam:] id eſt ut hic à meis expier peccatis, & in die tribulationis requieſcã atq; aſcendã
ad conſortium eorum, qui in Chriſto præceſſerunt. ¶ Ficus enim non florebit:] Ficus, uinea & oliua e
rat ſynagoga Iudæorum, quando dulcedinẽ bonæ operationis proferebat, ſed domino ad eam uenien
te uirtutis fructum ferre neglexit. ¶ Mentietur opus oliuæ:] Aliud enim promittentis, & aliud facien
Exod.24.b tis: dicentis ad Moyſen: Omnia quæcunq; dixerit dominus faciemus: & nolentis in eum credere, qui à
Moyſe prædicatus eſt. ¶ Abſcidetur:] Apud Iudæos ſunt præſepia cœleſtium literarum, ſed quia pabu
lum cœleſtis intellectus in his non ſapiunt, qui iugum euangelij baiulent abſunt. ¶ Ego autem in domi
no:] id eſt nõ in mea iuſticia, ſed in fide diuinæ protectionis gloriabor: & exultabo in ſalutari meo, quia
in illo ſalutare meum pono. ¶ Deus dominus fortitudo:] In illo quippe me uirtutem facere confido: &
ſicut cerui ſpinoſa tranſiliunt, ita ego pericula delictorum domini uirtute tranſcendo. ¶ Et ſuper excel
ſa:] Omnem mundanam ſolennitatem contemplatione cœleſtium tranſcendere me fecit, uictoriam e
ius & triumphum atque tropheum canentem.

Quæſtionum in Habacuc prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SOPHONIAM prophetam ad Paulam & Euſtochium prologus.

ANteq; Sophoniam aggrediar, qui nonus eſt in ordine duodecim prophetarũ: re
ſpondendum uidetur his qui me irridendum exiſtimant, quod obmiſſis uiris ad
uos ſcribam potiſſimum ò Paula & Euſtochium. Qui ſi ſcirent Holdam uiris tacen
tibus prophetaſſe: & Deboram iudicem pariter & prophetam, hoſtes Iſrael Ba
rach timente ſuperaſſe: & Iudith & Heſter in typo eccleſiæ, & occidiſſe aduerſarios, & periturũ
Iſrael de periculo liberaſſe: nunquàm poſt tergum meum manum incuruarent in ciconiam. Ta
ceo de Anna & Heliſabeth, & cæteris ſanctis mulieribus: quarum uelut ſiderum igniculos, cla
rum Mariæ lumen abſcondit. Ad gentiles fœminas ueniam: ut & apud ſeculi philoſophos ui
deant animorum differentias quæri ſolere, non corporum. Plato inducit Aſpaſiam diſputan
tem: Sappho cum Pindaro ſcribitur & Alcæo, Themiſto inter ſapientiſſimos Græciæ philoſo
phatur

A phatur: Corneliam Gracchorum, id est uestram, tota Romanæ urbis turba miratur: Carneades eloquentissimus philosophorũ, acutissimus rhetorum: qui apud cõsulares uiros, & in Academia plausus excitare cõsueuerat, non erubuit in priuata domo audiente matrona de philosophia disputare. Quid referam Catonis filiam, Bruti coniugem: cuius uirtus facit ne patris maritiq; constantiam tantopere miremur? Plena est historia tam Græca quàm Latina uirtutibus fœminarũ: & quæ integros libros flagitet. Mihi tantum, quia aliud operis incumbit, in fine prologi dixisse sufficiat: dominum resurgentem primum apparuisse mulieribus: & apostolorum illas fuisse apostolas: ut erubescerent uiri non quærere, quem iam fragilior sexus inuenerat. C

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Sophoniam prophetam.

VErbum domini &c.] Tradunt Hebræi cuiuscunq; prophetæ pater aut auus ponatur in titulo: ipsos quoque prophetas fuisse. Vnde & Amos unꝰ de duodecim prophetis q dixerat: Non sum propheta, nec filius prophetæ: sed pastor caprarum uellicans sycomoros: patris nomen in titulo nõ habet. Hoc si uerum est: Sophonias propheta, quẽ nunc conamur exponere: qui nomine ut ita dicam prophetico, & glorioſa maiorum suorum stirpe generatus est: habuit enim patrem Chusi, auum Godoliam, proauum Amariam, atauum Ezechiã: et talem quadrigam ipse uelut extremus auriga cõpleuit. Nomẽ Sophoniæ alij speculã: alij arcanum domini transtulerunt. Siue igitur specula, siue absconditũ domini interpretatur: utrunq; prophetæ conuenit: Dicitur enim ad Ezechiel: Fili hominis speculatorẽ te posui domui Israel. Et in alio loco: Nõ faciet dominus quicq; nisi reuelarit disciplinã suã seruis suis prophetis. Et noni psalmi titulus, pro absconditis filij interpretatur. Iste ergo propheta qui erat in specula & in sublimibus cõstitutus, & nouerat mysteria domini: filius erat Chusi, qui interpretatur humilitas uel Aethiops meus: de quo postea tractabimus: habebat quoq; auũ Godoliã: qui dicitur magnitudo domini: & proauũ Amariã, qui & ipse uertitur in sermonẽ domini: & atauum Ezechiã, qui sonat fortitudinẽ domini. De fortitudine itaq; domini natus est sermo domini, & de sermone domini nata est magnitudo domini, & de magnitudine domini, nata est humilitas: ut cũ peruenerit aliquis ad perfectũ dicat: Non sum dignus uocari apostolus. Et illud in psalmis: Domine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei. Hucusq; quasi prono lapsu, & per plana currentes, in eo quod Chusi etiã Aethiops meus interpretatur impegimus. Nã post tantas uirtutes quomodo nomen Aethiopis sonare poterit in laudem? Et si quidẽ scriptura dixisset Chus. i. Aethiops: uideba tur indissolubilis q̃stio: Chus quippe natus est de Chã. Sed in eo quod ait, Chusi; hoc est Aethiops meus, uidetur sonare mysteriũ: quod ille qui quõdã Aethiops, fuerat uersus in pœnitentiã secundũ illud quod dicitur: Aethiopia præueniet manus eius deo. Et in alio loco: In cõspectu eius procident Aethiopes, dicat cũ sponsa in canticocanticorum: Nigra sum, sed speciosa filia Hierusalem. Legimus & in Hieremia Abdimelech eunuchũ Aethiopem placuisse deo: Et in actis apostolorum Aethiopem eunuchum reginæ Candacis tantum habuisse studium scripturarũ & legis dei, ut in uehiculo legeret: & ad adorandũ dominũ in templo eius ueniret Hierusalẽ. Vnde talis fides digno præmio coronatur, & mittitur ad eum Philippus euangelista, statimq; docetur, credit, baptizatur, & saluus est. Et non solũ eunuchus sed cum additamento uiri ponitur, eunuchus uir æthiops. Quia enim eunuchus erat Christi, & se eunuchizauerat propter regnum cœlorum: propterea uiri uocabulum non amiserat. Recte quoq; Sophonias quasi filius Chusi: id est Aethiopis, in cõsequẽtibus libris de pœnitẽtia scribit Aethiopũ: Trãs flumina, inquit, Aethiopiæ, inde deferent hostias mihi. Hæc de genealogia Sophoniæ, qui prophetauit in diebus Iosiæ. Quomodo aũt dies dicũtur Heliæ hi qui ab eo illuminati sunt: ita & dies Iosiæ qui se leuauerat ad dñm, quia Iosias interpretatur eleuatio domini: & fuit uir iustus, & de laudibus eius, regnorũ quoq; & Paralipomenõ scribit historia. Et habuit patrẽ Amon, auũ Manassen. Legimus Manassen post multa scelera, & post captiuitatẽ in Babylone egisse pœnitentiã, & ad meliora cõuersum domini misericordiã cõsecutum. Vnde & fidei suæ per quã crediderat deo, filiũ uocauit אמון id est Amon: Siquidẽ Amon fides interpretatur. Simulq; cõsidera quod nequaq; ut supra reges decẽ tribuũ, id est reges Israel ponãtur: sed reges tantum Iudæ. Iam enim decem tribus ab Assyrijs sub rege Ezechia patre Manasse deductæ fuerant in captiuitatem. Hoc in procœmio & in titulo Sophoniæ generationis & temporis: Nunc uideamus quid ipsa quoq; prophetia cõtineat. a ¶ Cõgregans cõgregabo omnia à &c.] Hoc quod posuimus, & ruinæ impiorum erunt, & in Lxx. infirmabuntur impij, de Theodotionis translatione addi

## SOPHONIAS

VErbum domini quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezechiæ: in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda.

HEB. Cõgregans cõgregabo oia à facie terræ dicit dñs: cõgregãs hominem & pe

SEPT. Defectione defi|ciat à facie terræ, dicit dominus: deficiat homo & iu

Ezech.3.d
Amos 3.d
בושי גדליה אמריה חזקיה
1.Cor.9.d
Psal.130.d
Psal.67.g
Ibid.71.b
Cant.1.c
Hiere.38.b
Act.8.e
4.Reg.23.d
יאשיהו
4.Reg.17.d

A additum est: pro quo Symmachus interpretatus est, & scãdala cũ impijs: ut subaudiat cõgregabuntur, siue deficient. Quinta aũt ædítio, & infirmitas cũ impijs deficiet. Debemus ergo cõsuetudinẽ nostram sequẽtes primũ historiã texere: & postea de sublimioribus disputare. Extremũ quippe regnũ duarum tribuũ q̃ uocabãtur Iuda & Bẽiamin: sub Iosia fuisse nulli dubiũ est: Illo enim interfecto, filij eius qui postea regnauerunt & nepotes, nõ tã regnasse credendi sunt: q̃ ludíbrio habiti fuisse ab Aegyptio rege, & Chaldæis, & uarijs captiuitatibus mortibusq; cruciati. Quia igitur populus poterat se excusare in regib9 malis & dicere: nos uolumus seruire deo, sed prohibemur à regibus, datur rex iustus: quo zelante zelum domini, & populo nihilominus in idolorũ cultu perseuerante, iusta iræ causa profertur à domino, & prophetatur de euersione Hierusalẽ & captiuitate Iuda & uictoria Nabuchodonosor: Dicitq; dominus per prophetã: Nequaq̃ ultra tribuã pœnitentiã, sed à facie terræ uniuersa cõsumam: non homo, non iumentũ, nõ uolatile, nõ pisces maris remanebunt. Irã quippe domini etiã bruta sentiunt animalia. Et uastatis urbi-
B bus hominibusq; interfectis: solitudinẽ & raritatẽ bestiarum quoq; fieri & uolatiliũ pisciumq; : testis Illyricũ est, testis Thracia, testis in quo ortus sum solum: ubi præter cœlum & terrã & crescentes uepres, & condẽsa syluarum cuncta perierunt. Hoc aũt, inquit propheta, accidet: quia impiorũ fuit nimia multitudo. Corruẽt itaq; impij et dispdẽtur homines: & erit solitudo super faciẽ terræ. Sed & de cõsummatione mũdi idipsum accipere possumus: quod & homines, & pecora & uolatilia, & pisces maris: & uniuersa deficient: & infirmẽtur impij: & tollatur iniquitas à facie terrę. Quod si uoluerimus et altius aliquid intelligere: ꝓpter hoc q̃d dicitur à Lxx. Defectione deficiat à facie terræ: & defectionem in bonã partem accipere: iuxta illud: Et defi-
Gen.25.a ciẽs mortuus est Abraham in senectute bona, senex & plenus dierum: & appositus est ad populũ suum: & de his quæ de Isaac & Iacob scriptura refert: Videbimus quomodo defectione deficiant à facie terræ: & hoc eos implere præceptum: Qui habentes cõuersationem in cœlis, & in carne non secundum carnẽ militantes, eo quod sciãt illos qui ĩsi carne uiuunt deo placere non posse: quantum in se est omnia agunt ne sint in carne, sed in spiritu: & à terra recedentes aiunt: Consuscitauit & consedere nos fecit in cœlestibus in Christo. Quod si ali-
Rom.8.b quis opposuerit aduersum hoc quod in bonã partem accepimus: defectione deficiat à facie terræ: il-
Gen.25.d lud quod de Ismahel scriptum est: Hi sunt anni uitæ Ismahel centum trigintaseptẽ: & deficiens mortuus est, & est appositus ad genus suum. Respon-

HEB. & pecus: cõgregans uolatile cœli: & pisces maris: & ruinæ impiorũ erũt: & dispердam homines à facie terræ, dicit dominus. Et extẽdãm manũ meam super Iudã & super omnes habi

debimus ei primum, & ipsum Ismahel filium esse C
Abraham: & accepisse dona & partes à patre secundum mensuram suam: deinde absolute scriptũ: deficiens mortuus est, & non addi quod scriptum est de Abrahã, in senectute bona, senex & plenus dierum, & appositus est ad populũ suũ. Siue de Isaac: Ibidem 25.b
Fuerunt autẽ dies Isaac quos uixit anni centum octoginta quinq;, & deficiens Isaac mortuus est, et appositus est ad genus suum senex & plenus die-

SEP. & iumenta: deficiant uolatilia cœli: & pisces maris, & infirmabũtur impij: & auferam iniquos à facie terræ: dicit dñs. Et extendam manũ meã super Iudam: & super omnes habi

rum: Necnon & de Iacob: & cessauit Iacob præci- Ibidem 49.d
piens filijs suis, & leuans pedes super lectum decessit, & appositus est ad populum suum. Ex quo intelligimus, aliud esse tantum deficere, & aliud cum defectione plures pariter habere uirtutes. Quod aũt primũ dixerat generaliter: defectiõe deficiat à facie terræ: postea in partes diuisit scriptura diuina, deficiat homo & iumẽta: deficiãt uolatilia cœli & pisces maris. Quatuor sunt quę iubentur deficere: primum homo rationabilis: deinde tria quæ subiecta sunt homini, iumẽta & uolatilia & pisces, quæ puto & in octauo psalmo poni: Insuper & pecora cãpi: Volucres cœli & pisces maris, qui per-
ambulant semitas maris. Quod autem primum di D
xerat, oues & boues uniuersas, quasi præcipua de iumentis separauit, & cum his quæ mansere iumẽta numerare ea noluit. Deficiat itaque homo, deficiant iumenta, deficiant uolatilia, deficiant pisces: & non dixit, deficiant bestiæ, deficiant reptilia terræ. Hæc enim non debent deficere, sed perire: uerum deficiant ea quæ possunt habere correctio- Gen.18.b
nem: Quomodo defecerunt Sarę muliebria: & iubetur Abraham ut audiat quæcunq; Sara præceperit. Deficit quis ut homo, si contemnat humana, & non ultra moriatur ut homo, & audiat: Ego dixi Psal.81.b
dij estis. Deficit alius ut iumentum, qui ad altiora conscendens accusatur sermone prophetico: Homo cum in honore esset non intellexit, compara- Ibidem 49.d
tus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Defecit quasi uolatile cœli qui facit sibi pennas aquilæ: & reuertitur ad domũ præceptoris sui diues, & omnẽ deserens paupertatẽ. Deficit quasi piscis maris, qui cõprehensus sagenis dñi, cũ bonis piscibus separatur. Cum hæc iuxta præceptũ do- Matt.13.b
mini fuerint perpetrata: infirmabuntur impij non habentes tantum roboris quantum prius. Sed & tollentur iniqui, nõ dixit occidentur sed tollentur: ut ad meliora conuersi, de impietate & iniquitate, ad pietatẽ iusticiamq; translati, incipiãt esse quod ante non fuerant. Hæc secundum tropologiã: Debemus enim & maiorũ interpretationem ponere. Iam in lectoris arbitrio erit: utrũ seueritatẽ an clementiã uelit sonare quæ dicta sunt. a ¶ Et extendam manum meam &c.] Post impiorum ruinas & iniquorum ablationes à facie terræ, consequenter aduersus

A aduersus Iudam & aduersus Hierusalem ex persona domini dicitur: Et extendã manum meã super Iudã & super omnes habitatores Hierusalẽ, extensio quippe manus gestũ percutientis ostendit. Et disperdã de loco hoc reliquias Baal: Nõ quod secũdum Lxx. nomina Baalim penitus eradenda sint, sed q̃ iuxta Hebraicũ cultores eius è populo qui pauci de cæde hostium remanserãt in Iuda et Hierusalem se cõminetur auferre. Nomina quoq; ædituorũ cum sacerdotibus: quia in tantã Iudas & Beniamin uenerãt impietatẽ: ut in templo domini, iuxta quod scribit Ezechiel, & regnorum quartus liber ostendit, statuam Baal quam imaginẽ cœli dominus uocat, statuerint: & in eodem sanctuario idola & B dominum pariter uenerati sint: Vnde signanter idolorum sacerdotes: non sacerdos, sed id est ædituos uel phanaticos appellauit: quod Hebraice dicitur חַמְּנִרִים. Et ædituos ergo & sacerdotes quondam dei & eos qui in domatibus adorabant militiam cœli, solẽ & lunam & astra reliqua. Et qui iurabant in nomine domini: & in nomine idoli Ammonitarũ Melchom, quod à Lxx. in regẽ uersum est: auferet dominus de loco Hierusalẽ siue disperdet: ἀπὸ κοινοῦ enim subauditur: Et disperdã de loco hoc reliquias Baal: & disperdam nomina ædituorum cum sacerdotibus: & disperdã eos qui adorant super tecta militiã cœli: & disperdam eos qui adorant & iurant in domino & iurant in Melchom: & disperdam eos qui auertuntur siue declinant de post tergum domini: & qui non quærunt eum siue nõ retinent. Auertuntur autem post tergum domini: qui relinquentes cultum eius iurant in Melchom & adorant militiam cœli, & uenerantur Baal idolum Sidoniorum. Hucusque historiæ sensus expositus est: Videamus & Anagogen. Propter dominum qui de tribu Iuda ortus est, & propter Hierusalem in qua regnauit Iudas, hoc est dominus atque saluator: dicamus quando multiplicata fuerit iniquitas: & refrixerit charitas multorũ: & ueniente dño rara fides apparuerit in terra, intantũ ut tentẽtur etiã electi dei: tũc extẽdere dñm ad supplicia peccatorũ manũ suã super Iudã, qui sibi uidetur nomẽ dñi cõfiteri, & super Hierusalẽ ecclesiã quæ ex pace sortita uocabulũ est: & auferre de ecclesia nomina Baalim, quod interpretatur in sublimioribus. Auferet aũt dñs nomina uanæ gloriæ & admirationis falsæ; quæ uersantur in ecclesia: In qua iuxta Iacobum ueneratur anulum C aureũ habens: & cõtemnitur pauper cũ ad aduentũ iudicis & senatoris, & in cõmune omnium diuitũ plebs uniuersa cõsurgit: & sancto pauperi ne stãdi quidẽ inter caterua potentũ, & cõsessionis eorũ tribuitur locus: Sed & nomina sacerdotũ cũ sacerdotibus qui frustra sibi applaudũt in episcopali nomĩe et ĩm̃sbyterij dignitate, & nõ in opere. Vnde signanter nõ ait: & opera sacerdotũ cũ sacerdotibus: sed nomina qui tantũmodo falsa nomina præferũt dignitatum, & malis operibus sua nomina destruunt: & eos qui adorant super tecta militiã cœli: qui eleuantur aduersus sciẽtiam dei: & omne quod

Ezech.8.b 4.Reg.10 & 17.c

HEB. habitatores Hierusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal: & nomina ædituorum cũ sacerdotibus, & eos qui adorant super tecta militiam cœli: & adorant & iurant in dño, & iurant in Melchom: & qui auertuntur de post tergum dñi: & qui non quæsierunt dñm: nec inuestigauerunt eum. Sileteˆ à facie dñi dei: quia iuxta est dies domini: quia præparauit dñs hostiam: sanctificauit uocatos suos.

SEP. habitant Hierusalem: & auferam de loco hoc nomina Baalim: & nomina sacerdotum cum sacerdotibus: & eos qui adorant super tecta militiã cœli: & eos qui iurãt in domino, & iurãt in rege suo: & eos qui declinant à domino: & qui nõ requirunt dominũ: & qui nõ retinẽt dominum. Timete à facie domini dei: quia iuxta est dies domini: quia præparauit dñs uictimam suam: sanctificauit uocatos suos.

Et erit geritur in seculo fictam sibi scientiam pollicentes referunt ad ortus stellarum & occubitus, & mathematicorum sequuntur errores: & eos qui ado- D rant dominum & Melchom, qui seculo pariter & domino putant se posse seruire, & duobus dominis satisfacere, deo & mammonæ: qui militantes Christo obligant se negocijs secularibus: & eãdem imaginẽ offerunt deo & cæsari; & cũ Christi sacerdotes se esse dicãt, filios suos cõsecrant Melchom, id est regi suo. Recte enim habent regẽ hominem, qui regẽ dominum perdiderũt, & qui per mala opera declinant à domino; & non requirunt eũ, nec retinent sua peccata fugientẽ. Si quis autẽ uoluerit iuxta interpretationẽ nominum Iudæ & Hierusalẽ super anima uniuscuiusq; hoc ipsum intelligere: nõ errabit quod auferat dominus uniuersa quæ diximus, uel in cõsummatione mundi uel in singulorum exitu, quãdo audient: Stulte hac nocte auferetur anima tua à te. Et extendat manum suam super eũ, qui dominũ nõ confitetur: & super eum qui sensum pacis se habere iactat, ut auferat atq; disperdat de tali Hierusalẽ omnem superbiã, et falsos in deum cultus: & uariorum errores dogmatum: & seruitutem in deum pariter & mundum & per quotidiana peccata, auersionem à domino & neglectum in deum. a ¶ Silete à facie domini dei: quia iuxta est dies domini &c.] Pro eo quod Lxx. transtulerunt ἐυλαβεῖσθε, id est timete: & nos posuimus silete: in Hebræo הס interiectio est imperantis silentium: qua sæpe utuntur & comici: sed absolute præcipitur in cunctis silentium, quod dies uentura sit domini. Diem autem domini, diem intelligamus captiuitatis & ultionis in populum peccatorem, & hostiam subuer-

2.Tim.2.a

Luc.11.c

sionis

A sionis Hierusalem, & sanctificationē eorum quos dedicauit interfectioni: secundum illud quod dici-
Hier.12.d tur in Hieremia: Sanctifica eos in die interfectiōis eorum. Et est sensus: Venit contra impium popu-
lum olim prædicta captiuitas: iam prope est. Sub Iosia enim rege pro-
phetia texitur: hoc interfecto uastitas uenit: de qua & in
Ezech.7.a Ezechiel: Venit, inquit, finis: finis uenit: & cætera. Hæc mihi uictima placet: has mihi ho-
stias sanctificaui. Potest autem hoc quod ait, sanctifica uit uocatos suos, & de Babylonijs accipi: quos in ul-
Hiere.25.b tionem populi etiā seruos suos uocat uindicantes iniuriam suam. Vocaui, inquit, Nabuchodonosor seruum meum. Et in eodem uolumine, non solum
Ibidem g seruum, sed columbā eum quoq; uocat: A facie gla-
Tropologia dij columbæ. Porrò secundum tropologiā quia fa-
cies domini est super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum: & prope est dies iudicij: quia ad comparationē æternitatis omne huius se-
culi tēpus breue est, siue exitus singulorum: timeāt
B omnes & sileant, ne facies domini de qua sanctus
Psal.4.b ait: Signatum est super nos lumen uultus tui domi-
ne: peccatorum fœnum, stipulam ligna consumat: Præparauit enim dominus hostiā suam, totum Le-
uitici mysteriū: quando per ignem & effusionē san-
guinis, & uerā oblationem salui fient qui saluandi sunt, & sanctificabuntur uocati. Quidā de nostris, diē domini & hostiam eius, & sanctificationē uo-
catorum, in aduentu saluatoris intelligunt, quādo immolatus est agnus, & sanguine eius sanctificati sunt apostoli: & cæteri qui per eos uocati sunt.

a ¶ Et erit in die hostiæ &c.] In die Iudaicę captiuitatis quando totus populus immolandus est, ui-
sitabit dominus, & super principes qui mane bibe-
bant sicerā, & super filios regis uel omnes de stir-
pe regia, uel certe proprie filios Iosiæ quos uel oc-
cisos uel captos legimus, & super omnes qui indu-
ti sunt ueste peregrina: hoc est, qui pro dei cultu ue-
nerati sunt idola. Et super omnes qui arroganter ingrediuntur super limen in die illa, hoc est aduer-
sum superbos: qui cum quodā fastu & dignitatis supercilio, gradus templi & sanctuarij limen ascen-
dunt. Porrò quia in eo ubi nos interpretati sumus: qui arrogāter ingrediuntur super limen, potest in-
telligi secūdum Hebraicum, qui transiliunt limen, & hoc historice sentiēdū est, uindicabo super eos.
1.Reg.5.b Qui iuxta Regnorum primum librum nō calcant limen idolorum superstitionibus seruientes, qui re-
pleuerūt domū domini dei sui, non solū idolorum cultu, sed iniquitate & scelere & omni mendacio, ut ad errorē religiōis iniquitas quoq; in subiectos, & in proximos mendacium iungeretur. Sed quia

HEB. Et erit in die hostiæ domini: uisitabo sup principes, & super filios regis, & super omnes qui indu-
ti sunt ueste peregrina: Et uisitabo omnem qui arro-
ganter ingreditur super li-
men in die illa: qui com-
plent domum domini dei sui iniquitate & dolo.

Et erit

semel & Tropologice exponere cœpimus: Visita C
bit dominus in aduentu & passione saluatoris, id Tropologia
est in die hostiæ filij sui super pōtifices & sacerdo-
tes populi Iudaici, & super domum regiā, Vsq; ad illud enim tempus perseuerauerunt reges Iudæ de

SEP. Et erit in die hostiæ domini, & ulciscar super principes & super domū regis, & super omnes qui
induti sunt uestimentis a-
lienis, & ulciscar super o-
mnes manifeste qui sunt in uestibulis in die illa: qui cōplent domum domini dei sui impietate & dolo.

Et erit

stirpe Dauid: secun-
dum prophetiā Ia-
cob, non deficiet Gen.49.b
princeps ex Iuda neq; dux de fœmo-
ribus eius, donec ueniat cui repositū est, & ipse erit ex-
pectatio gentium: Post hostiam enim domini ablatū est regnum à Iudæis: Et super omnes, in-
quit, q̄ induti sunt uestimētis alienis: qui recesserunt à protectione et indumento dei, & suo errore cooperti sunt. Et ulciscar super omnes manifeste qui sunt in uestibus, hoc est qui egressi sunt de templo dei, & cū deberent esse intrinsecus propter peccata sua egressi sunt foras, & de eccle-
sia dei recesserunt, adimplentes templū eius impie-
tate & dolo. Hoc intellectum sit in primo saluato-
ris aduentu. Quia aūt de cōsummatione mundi & die iudicij, quē omnes in die interpretantur domi-
ni, semel exposuimus: Scire debemus quod illo tē-
pore uisitet dominus super principes, & super pa- D
stores qui lac de ouibus comedunt, lanasq; tonden-
tes non curant de cōtritione gregis, & super filios regis qui se iactāt Christianos, & quod regis Chri-
sti sint filij gloriantur, & super omnes qui induti sunt uestibus alienis. Vestis filiorū regis & princi-
pum indumentū Christus est: quod accipimus in baptismo: iuxta illud: Induite uos Christū Iesum.
Et induite uos uiscera misericordiæ, bonitatis, hu- Gal.3.d
militatis, mansuetudinis, patiētiæ, & cætera: In qui Colos.3.b
bus præcipitur: ut induamur nouo homine cœle- Ephe.4.f
sti iuxta creatorē nostrum, & proijciamus indu-
mentū ueteris hominis cū operibus eius. Cū ergo debeamus talibus indui uestimētis, pro misericor-
dia induimur crudelitate: pro patientia, impatien-
tia: pro iusticia iniquitate. Et ut semel dicā, pro uir-
tutibus uitijs, id est pro Christo Antichristo. Vnde
dicitur de istiusmodi homine: Et indutus est male Psal.108.c
dictione sicut uestimento. Vindicabit quoq; domi-
nus manifestissime in aduētu suo, etiam super eos qui cum bonis operibus in ecclesia esse deberent, eiecerunt se ob cōuersationem pessimā, & traditi sathanæ uersantur in uestibulis: imò nec in uestibu-
lis, sed ante uestibula: quod significantius Græce di-
citur ἐπὶ τὰ πρόπυλα. Et super omnes uindicabit qui uarijs iniquitatibus atq; peccatis implent eccle-
siā, & impietatibus atq; mendacio, & miscent san-
guinem sanguini. Quod si uoluerimus hoc ipsum accipere super animabus singulorum, principes et domum regis intelligamus λογισμοὺς καὶ αἰσθή-
σεις, id est cogitationes & sensus, & ipsam animam

quæ

A quæ debet esse hospitium regis: & iuxta superiorem expositionē indumēta quoq; aliena, & omnia quæ sequuntur, referamus ad unumquēq; credentium: qui cū debuerant induti esse Christo, & semper uersari intrinsecus, uarijs se peccatorū operuerunt uestimētis: & egressi de ecclesia, id est, cōgregatiōe sanctorū, pro uirtutibus impleuerunt templum corporis sui iniquitate et dolo. a ¶ Et erit in illa die, dicit dominus: uox &c.] In die hostiæ domini quando extenderit manum suam super Iudā & super omnes habitantes Hierusalē, & hostilis eam uallauerit exercitus: erit uox clamoris à porta piscium & ululatus à secunda, & cōtritio magna à collibus. Portā piscium eam uocabāt quæ Diospolim ducit & Ioppen, & uicinior mari erat inter cunctas uias Hierusalē, de qua & Esdras refert. Portā uero piscium ędificauerunt filij Asnaa, ipsi texerunt eam & statuerūt ualuas & seras & uectes. Quod autē ait, & ululatus à secunda, secundi muri in eodē climate portam significat: de qua & in regnorum libro scriptum est: Et iuit Helchias sacerdos & Ahiham, & Achabor, & Saphan & Asaias ad Holdā prophetē uxorem B Sellum filij Thecuæ filij Haras custodis uestium, & hæc habitabat Hierusalē in secunda. Contritionem autē magnam à collibus de mōte Sion & excelsiore urbis parte loquitur, quia cū altiora & arx ciuitatis fuerint occupata, facilior est in prona descēsus. Si aūt diem illā quam dominus cōminatur, diem iudicij ut supra uoluerimus accipere: eo tempore quādo uetustus dierū sessurus est, & aperiendi libri & pandendæ cōscientiæ singulorum: tunc implebitur uox clamoris à porta cōpungentium. Prima enim porta oculorum erit: qua exibebūtur nobis peccata ante oculos nostros: & omnis pompa & imago antiquorum scelerum & uitiorū atq; luxuriæ proferetur in medium. Tunc illud erit uerum quod scriptum est: Ecce homo, & opera eius ante faciē eius. Torquebit igitur eum conscientia, et postq; conpunctus clamauerit à prima oculorum porta: ululabit etiā secunda, quam & aures intelligere possumus. Per hos enim uel maxime sensus quibus uitia illapsa fuerant, eorū pœna sentietur: quando cernemus quod fecimus, & audientes sermonē, docti, totumq; ordinē peccatorum in ululatum cōpellimur, & cōteritur in nobis quicquid fuerat excelsum, & propter cæcitatē & surdas aures ignorabatur à nobis: Vel certe cū uerba sublimia & eruditio de excelso ueniēs conteret nos atq; cōfringet, & opere cōplebitur: Rugiebam à gemitu cordis mei: ut sit sacrificium deo spiritus cōtribulatus: in nobis qui homines sumus, & non tam grā dia peccata fecimus, ut montibus cōparentur: colles contriti sunt. In diabolo autē & angelis eius excelsa montium cōterentur. Multi putant iuxta hi- C storiā quod ad Babyloniorum tēpora retulimus, intelligendū esse de primo saluatoris aduentu: quā do propter peccata nimia, & clamorē populi conHEBRAEI, Et erit in die illa, dicit dominus: uox clamoris à porta piscium & ululatus à secunda: & contritio magna à collibus. Vlulate habitatores pilæ: conticuit omnis populus Chanaan.

SEP. Et erit in illa die, dicit dñs: uox clamoris de porta cōpungentium & ululatus à secunda, & contritio magna à collibus, Plangite qui habitatis concisam: quia assimilatus est omnis populus Chanaan.

crepantem: Sanguis eius super nos, & super filios nostros, circunda- Matt.27.c ta est ab exercitu Hierusalē, & à duobus ursis Vespasiano uidelicet & Tito, irridentiū puerorū turba cōsumpta est. Quę quidē intelligentia magis fidei nostræ cōuenit: sed ita ut sciamus & priori historiæ posse cōgruere: uel certe priorē captiuitatē typū esse secundæ & perfectæ euersionis Hierusalē. Necnō & hoc animaduertendū quia שַׁעַר הַדָּגִים manifeste in Hebræo non portā cōpungentiū, sed portā piscium sonat. Allegorice portā piscium esse in Hierusalē, per quā inferuntur boni pisces qui à Allegor. malis fuerint separati: & lugebunt cæteris introeūtibus, qui foris remanserint. Vel certe in fine mūdi & in cōsummatiōe, lugebunt à porta piscīū prima qui suum baptisma nō seruauerunt: lugebunt à secunda, qui nō egerunt pro peccatis dignā pœnitētiam. Et erit magna contritio super colles, qui nec pro peccatis incuruati sunt ut ceruicē suā submitterent & sua scelera deplorarēt. Per has enim duas D portas baptismi & pœnitētię in Hierusalē, id est in ecclesiā dei uel introitus uel reditus est. b ¶ Vlulate habitatores pilæ &c.] Pila quæ Hebraice dicitur מַכְתֵּשׁ & ab Aquila uersa est εἰς τὴν ὄλμον, nō per breuē syllabā prima legenda est: ne σφαῖραν putemus: sed productā: ut de pila sciamus dici, in qua frumēta tunduntur, uas concauū, & medicorū aptum usui: in quo propriæ ptisanæ feriri solēt. Dicat aliquis intellexisse quid significat pila: sed scire uelle cur in præsenti loco assumpta sit. Quia semel descriptio est captæ urbis, & dicitur: Vox clamoris à porta piscium & ululatus à secunda, & contritio magna à collibus: Nunc idē descriptionis ordo seruatur, & de ululatu dicitur eorū qui habitant in ualle Siloe. Et pulchre scriptura non dixit: qui habitatis in ualle, qui habitatis in gurgustio: sed qui habitatis in pila: quod scilicet quomodo frumenta feriente desuper uecte cōtunduntur: Ita de porta piscium, & de porta secūda & de collibus proruēs in uos decurret exercitus. Populū aūt Chanaan appellauit populū Iudæorum: iuxta illud quod legimus in Daniele: Semē Chanaan & nō Iuda. Et ad Dan.15.f Hierusalē: Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa. Et in alio loco: Chanaan in manu tua stathera iniquitatis. Quod si uoluerimus iuxta utranq; translationē Tropologiā texere: recte ad ululatū & planctū cōcitantur qui in extremis peccatorum fecibus habitant, et in scelerum suorum ima dimersi dicunt: Infixus sum in limo profundi, & non est, inquit, substantia. Vnde & additur: qui habitatis

Ezech.16.d Osee 2.b

A conciſſam,hoc eſt animã multis iniquitatibus uulneratã:ſiue eccleſiam,quę ſciſmatibus hęreſibusq; lacerata eſt, & ad ſingula uulnera plangit filios interfectos.Quod autem dicit: Conticuit ſiue aſſimilatus eſt omnis populus Chanaan:blaſphemiã eorum in die iudicij ceſſare ſignificat,et os quod in altũ poſuerunt linguamq; ad terram uſq; penetrantem,æterno ſilentio conticeſcere. Et quia peccatũ peccauit Hieruſalem,& ideo in commotionẽ facta eſt: populus dicit Chanaan,quod interpretatur cõmotio. Non enim poteſt dicere: Statuit ſupra petram pedes meos: ſed incertus & fluctuans ſemper in motu eſt. Vnde & Noe uir ſanctus poſtq; euigilauit e ſomno: ex maledictione nomen impoſuit Chanaan,dicens: Maledictus Chanaan puer famulus erit fratrum ſuorum. Non ſolum autem Chanaan aſſimilãtur peccatores, ſed pro qualitate & diuerſitate peccati: alius aſſimilatur Pharaoni: alius Nemroth giganti. Et econtrario per bona opera atq; uirtutes:quia & uirtutum itinera ſunt diuerſa: ille ſpiritum aſſumit Abrahã,hic Moyſi,alius Heliæ. quamobrẽ ab Apoſtolo dicitur: Aemulamini chariſmata meliora. Qui uero perfectus eſt, iuxta eã tamen perfectionem quã humana conditio poteſt capere,ſimilitudine dei ſignatur. a ¶ Diſperierunt omnes inuoluti &c.] Qui ſibi,inquit,in diuitijs confidebant,& tantas habebant opes ut ſe quaſi inuolutos & ſeptos ſuis diuitijs æſtimarẽt. Vel certe ſecundũ Lxx. qui erecti erant in ſuperbiã & pauperes deſpiciebant:ira ueniente uaſtati ſunt. Simulq; conſydera quod nõ dixerit: peribunt qui erecti ſunt argento: ſed iam nunc anteq; eis ueniat ſupplicij dies, in eo ipſo quod ſuperbiant, & ſemper de theſauris ſuis cogitent & ſeruiant eis, perierint atq; corruerint. Quod qui intellexerit,puto eum non ſatis cupere diuitias:in quibus non peribunt, ſed perierunt qui erecti ſunt. Neq; uero æſtimandũ eſt eos ſolos perijſſe qui argento erecti ſunt:ſed iuxta hanc diffinitionem peribit & ille qui in generis nobilitate ſe iactat. Qui gloriatur in dignitatibus peribit,qui inflatur peribit,qui in fortitudine corporis gloriatur peribit:peribit qui in fœmineo languore mollitus comã nutrit,uellit pilos, cutem polit,& ad ſpeculum comitur, quæ proprie paſſio & inſania fœminarũ eſt. Si quis autem uult erigi,& ſuperbire ſancta ſuperbia,erigatur cum Apoſtolis,quando dignus fuerit pro nomine Ieſu Chriſti cõtumeliam pati:glorietur cum Apoſtolo:qui exultabat in tribulationibus ſciens quod tribulatio operaretur patientiam: patientia ſpem: ſpes autẽ non confundat. b ¶ Et erit in die illo ſcrutabor Hieruſalem &c.] In tempore & in die captiuitatis Hieruſalem: uel à Babylonijs uel à Romanis, quia dereliquit legem domini,& impie egit in dominum creatorẽ ſuum: ſcrutabitur dominus cũ lucerna omnia abſcondita Hieruſalem,& nullum inultum patietur effugere. Legamus Ioſephi hiſtorias & ibi reperiemus ſcriptũ, de cloacis quoque & ſpeluncis & antris & ſepulchris,extractos principes & reges & potentes & ſacerdotes: qui ſe in eis metu mortis abſcõderant. Et uiſitabo, inquit, ſuper eos: qui confidunt in corporibus ſuis & in utribꝰ ſuis quas διαφυρτικῶς feces uocat: ſiue peccata in quibus penitus fuere defixi: qui tollentes prouidentiam,nec boni nec mali deum autorem eſſe dixerunt:hoc eſt quod nec bonis bona,nec mala malis redderet: ſed quod fortunæ cuncta regerentur arbitrio, & caſu ferrentur incerto. In conſummatione autem mundi, quia dies domini ipſa intelligitur: ſcrutabitur dominus Hieruſalem, id eſt eccleſiam ſuam cum lucerna, & ulciſcetur ſuper uiros contemptores: qui noluerunt ſuas ſeruare cuſtodias,id eſt mandata domini contempſerunt, & inſuper ratione ſe peccare dicentes,blaſphemauerunt in cordibus ſuis:quod nihil prodeſſet benefacere,nec obeſſet male agere: quia nec bonorum operum præmium, nec malorum pœnam reſtitueret deus. Recte autem Hieruſalem, id eſt eccleſia quæ prius Iebus uocabatur quod dicitur conculcata:quando cõculcabatur à gentibus & dæmonũ ludibrium erat,dicta eſt Iebus:& poſtquàm cœpit in ea pax habitare domini, & factus eſt in pace locus eius,nomẽ Hieruſalem ſortita eſt. Quia igitur in nouiſſimo tempore, quod ſæpe iam diximus, multiplicata iniquitate, refrigeſcet charitas, & ſolis lumen recedet ab Hieruſalem, & tanta erit uaſtitas ut difficile ſaluentur etiam electi dei. Tunc in lucerna ſermonis ſui atq; rationis omnia uitia ſcrutabitur dominus in Hieruſalem, & in medium proferet,& de ocioſo quoque uerbo fiet iudicium & uindicta, non in peccatores: poterat enim & peccatum ueniam promereri: ſed in contemptores, de quibus dicitur in Habacuc: Videte contemptores & aſpicite. Et in alio loco: Quare reſpicis ad contemptores? Ac deinde: Qui autem arrogans eſt, & contemptor uir ſuperbus, & cætera. Super his fiet ultio qui cuſtodias domini non ſeruauerunt, & dicunt in cordibus ſuis: Non faciet dominus bene, & non faciet male: non quòd male deus faciat:ſed quod mala uideatur pœna eſſe ei qui patitur. Alioquin & ſcalpellus medici malus erit:quia reſecat uulnera, & putridas amputat carnes: Et pater malus, cædens filium ut à uitijs corrigat,& magiſter malus corripiens diſcipulum ut erudiat. Omnis enim diſciplina ad præſens non uidetur gaudij eſſe,ſed triſticiæ: poſtea autem fructum pacificũ his qui per eam eruditi ſunt reddet.

Et erit

*Pſal.39.a* *Gen.9.d* *1.Cor.12.d* *Act.5.g* *Rom.5.b* *Abac.1.b*

A 4 Et erit fortitudo eorum in direptionē &c.] Manifestum est quod iuxta utranq; captiuitatē omnis eorum sit cæsus exercitus, & domus dirutæ, & agri uineæq; uastatæ sint: nec ultra eos dei distulerit patientia: Sed cum dicerent ad prophetas: hoc in tēpus erit & in dies longos: uenerit eis dies domini magnus & uelox nimis: luxta Tropologiam autē cum Tropologia uenerit tempus iudicij siue uniuscuiusq; mortis & egressionis à seculo: tunc omnis fortitudo eorum in direptionē erit, ut quod male ualebat, & erigebatur aduersus dominum, infirmū fractumq; uertatur ad melius. Velut si quis fortitudinē latronis & piratæ & furis diripiat, infirmosq; eos reddat: pdest illis sua infirmitas. debilitata enim membra B quibus prius non bene utebantur à malo opere cessabunt. Quod autē sequitur: Et domus eorum in desertum: Multi sunt in ecclesia ædificantes Sion in sanguine & Hierusalē in iniquitate: quibus prodest tales domus destrui. Legamus Leuit.14.c Leuiticum, ubi leprosa domus destrui iubetur. Et quia lepra permanens est & diffunditur: lapides eius & ligna & omnis puluis extra ciuitatem in locum immundum proijci iubentur. Sed & in Hiere- Hiere.1.b miæ principio tale quid scribitur: Ecce dedi sermones meos in os tuum: ecce constitui te super gētes & regna: eradicare & suffodere & disperdere, & ædificare & plantare. Destruitur ædificatio pessima, ut postea ædificatio bona construatur, eradicatur iniqua plantatio, ut plātatio iusta ponatur. Vnde & in Salomōe legimus: Melius est habitare sub diuo q̄ in calce litis cum iniquitate & in domo noua. Quasi bonus ergo deus, domus eorum qui erant defixi in fecibus suis: & dixerant in corde suo, non faciet bene dominus, & non faciet male: destruet, nec eos in leprosis & immundis domibus habitare permittit: nec facit ut bibant uinum de uineis quas plantauerant. Si enim plantassent uineā Sorech, & uineam electam totam ueram: bibissent uinum suum, & inebriati essent cū patriarcha Noe & Ioseph in meridie: sed quia dixerunt: non faciet bene dominus & non faciet male, & de uinea Sodomorum erat uinea eorum & propago eorū de Gomorra: uua eorum uua fellis, & botrus amaritudinis eis: Furor draconum uinum eorum: & furor aspidum insanabilis: propterea plantauerunt uineas, & non bibent uinum earum. C Et mystice dicitur de Sodoma & Gomorra, quod omnis plantatio eorum perierit. Si enim permansissent in eo quod cœperāt, ut essent quasi paradisus dei, & nō finissent in malo, ut essent quasi terra Aegypti, plantatio eorum utique permansisset. Tale quid & illud sup Aegyptijs sonat in psalmis: Occidit in grādine uineas eorū: Psal.77.c et moros eorum in pruina. Quasi clementissimus quippe deus omnē Aegyptiam plantationem et arbusculas, quæ in Aegypto radicatæ sanguineos habent fructus, interfecit & subuertit ne bibāt qui male plantauerunt, & comedāt ex eis fructum. Prope est dies domini magnus & uelox nimis, cui resistere nemo potest. Prope autem D est uel propter æternitatem: quia nihil ei longum est: uel propter pœnæ magnitudinem, quia patienti nunquam longe uidetur supplicium quod inferēdum est: Siue prope ut supra diximus: cum exierimus à seculo, & uniuscuiusq; mors consummationē mundi fecerit, & nō solum prope: sed etiam uelox nimis, ut uelocitas aduētus eius in eo quod additur nimis ostendatur. b ¶ Vox diei domini &c.] Iuxta superiora: uel de Babylonica captiuitate accipe, uel de extrema quam passi sunt à Romanis: super quam & dominus fleuit Hierusalem, dicens: Hierusalem Hierusalē quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt: & cætera. Matt.23.d Vere enim expetita uindicta est à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ, quē occiderūt 2.Par.24.c inter templum & altare, & ad extremum de dei filio dicētes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros, experti sunt diem amaram: quia ad amaritudinem dominum prouocauerant: diem à domino constitutam, in qua non imbecillis quilibet, sed fortissimi uiri deprimentur, & ueniet super eos ira in finem. Sæpe quippe & ante iram domini sustinuerunt, sed ira illa non fuerat consummationis & finis. Quid necesse est nunc describere quantas in utraq; captiuitate sustinuerint calamitates, & quo modo qui lucem domini respuerūt, in tenebris & caligine uersati sint, & qui noluerunt solennium dierum audire tubas, audierint clamorem bellantium? De ciuitatibus autem munitis & excelsis an-

HEBR. & non faciet male. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum. Et ædificabunt domos & non inhabitabunt, & plantabunt uineas, & non bibent uinum earum: Iuxta est dies domini magnus: iuxta est & uelox nimis. Vox diei domini amara: tribulabitur ibi fortis: dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ: dies calamitatis & miseriæ: dies tenebrarum & caligi- nis, dies nebulæ & turbi- nis, dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. Et tribu

SEP. & non faciet male. Et erit fortitudo eorum in rapinam: & domus eorum dissipabuntur. Et ædificabunt domos, & non habitabunt in eis, & plantabunt uineas, & non bibent uinum eatum: quia iuxta est dies domini magnus, iuxta & uelox nimis. Vox diei domini amara & dura posita est fortis: dies iræ, dies illa, dies tribulationis & necessitatis: dies miseriæ & perditiōis: dies tenebrarum & turbi- nis: dies nebulæ & caligi- nis: dies tubæ & clamoris: super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. Et tribu

A gulis Iudææ qui ad ſolum uſq; ſunt diruti: puto oculorum magis eſſe quàm aurium indicium: nobis præſertim qui nunc in iſta ſumus prouincia, licet uidere, licet probare quæ ſcripta ſunt. Vix ruinarum parua ueſtigia in magnis quondã urbibus cernimus. Silo tabernaculum & arca teſtamenti dñi fuit, uix altaris fundamẽta mõſtrantur: Iosue 18.a Gabaa illa ciuitas Saulis uſq; ad fundamẽta diruta eſt. Rama & Bethoro, et reliquę urbes nobiles à Salomone cõſtructæ: paruí uiculi demõſtrantur. Legamus Ioſephũ & prophetiam Sophonię, illius cernimus hiſtoriam: & hoc nõ tantum de captiuitate dicẽdũ eſt, ſed uſq; ad præſentem diẽ, perfidi coloni poſt interfectionem ſeruorum, & ad extremum filij dei: excepto planctu prohibentur ingredi Hieruſalem: & ut ruinã ſuæ eis flere liceat ciui-

B tatis, precio redimunt: ut qui quondã emerant ſanguinem Chriſti, emãt lachrymas ſuas, & ne fletus quidẽ eis gratuitus ſit. uideas in die quo capta eſt à Romanis & diruta Hieruſalẽ, uenire populũ lugubrem: cõfluere decrepitas mulierculas, & ſenes pãnis anniſq; obſitos: in corporibus & in habitu ſuo irã domini demonſtrantes: Congregatur turba miſerorum, & patibulo domini coruſcante ac radiante ἀναστάσει eius: de oliueti monte quoq; crucis fulgente uexillo, plãgere ruinas tẽpli ſui populum miſerum: & tamen non eſſe miſerabilẽ: adhuc fletus in genis & liuida brachia, & ſparſi crines, & miles mercedem poſtulat, ut illis flere plus liceat. & dubitat aliquis, cum hæc uideat, de die tribulationis & anguſtiæ, de die calamitatis & miſeriæ: de die tenebrarũ & caliginis: de die nebulæ & turbinis: de die tubæ & clangoris? Habent enim & in luctu tubas, & iuxta prophetiam, uox ſolennitatis uerſa eſt in planctum. Vlulant ſuper cineres ſanctuarij & ſuper altare deſtructum, & ſuper ciuitates quõdam munitas, & ſuper excelſos angulos templi: de quibus quondã Iacobum fratrem domini pręcipitauerunt. Hæc de captiuitate dicta ſint Iudæorum. Cæterũ ſi diẽ domini, ut ſupra, referamus ad conſummationẽ mundi: ſiue ad uniuſcuiuſq; exitum uitæ: manifeſta erit interpretatio quod uox diei domini amara ſit, & neceſſitate plena & ira, & tribuletur ibi fortis, cum etiam qui ſancti ſunt ſaluentur quidem, ſed tamen ſic quaſi per ignem. Dies illa dies tribulationis & anguſtię & calamitatis & miſerię: in qua dicent: Væ nobis, quia miſeri facti ſumus. Ioan.8.c Dies tenebrarum: Omnis enim qui male operatur odit lumẽ, & non uenit ad lucem, & neceſſe eſt ut C qui lumẽ oderit eum tenebræ conſequantur: Dies erit nebulæ & turbinis: ueniet enim ſuper eum tẽpeſtas domini: & clãgor tubæ quam Apoſtolus ſignificat, dicens: In nouiſſima tuba. Erit enim dies tubę & clãgoris ſu- 1.Cor.15.g per ciuitates munitas, quas ſibi ĩ multitudíne peccatorũ cum Cain ædificauerant: Et ſuper angulos excelſos, opera peruerſa & à recta uia dñi declinantia. Vnde & à ſaluatore arguun- Matt.6.a tur ὑποκρίται phariſæi quod adorent in angulis platearum. Via enim recta & tendẽs ad paradiſum arta & anguſta eſt quę ducit ad uitam. Via autẽ Ibidem 7.b fracta habẽs angulos et tortuoſa, lata & ſpacioſa eſt quæ ducit ad mortẽ. Simulq; interuerba ſeueritatis domini cerne clementiam: quod ꝓpterea amara ſit dies, & dies irę & dies tribulationis, & dies tubę & clangoris: ut ciuitates male mu D nitæ & peruerſi anguli deſtruantur. a ¶ Et tribulabo homines & ambulabunt &c.] Non eſt difficile iuxta priorẽ ſenſum hæc fuiſſe perpeſſam dicere Hieruſalẽ, quæ propter crucẽ domini ſuſtinuit: receſſit enim ab ea uiſitatio domini, & tribulati ſunt omnes homines in tota Iudæa, & propter magnitudinẽ preſſuræ ambulauerunt ut cæci, quid agerent ignorantes. Et hæc paſſi ſunt, quia domino, id eſt, dei filio peccauerunt. Nam quia fuderunt ſanguinem prophetarum & ſanguinẽ Chriſti, fuſus eſt ſanguis eorum ſicut humus in tota regione, & corpora eorum remanſerunt inſepulta ſicut ſtercora ſuper faciẽ terræ. Diuites quoq; eorum qui argentum & aurũ iniquitate nimia cõgregauerunt: opibus ſuis de die iræ domini nõ potuerunt liberari: Ignis enim zeli domini ſuccenſus aduerſus eos, deuorauit omnẽ prouinciam. Nec grande fuit tẽpus in medio. Nam poſt quadraginta & duos annos dominicę crucis circũdata eſt ab exercitu Hieruſalẽ & cõſummatio illius facta eſt cũ feſtinatione, & nõ ſolum illius, ſed cunctis terræ Iudææ habitatoribus. In cõſummatione autẽ uel mundi uel uniuſcuiuſq; tribulabũtur omnes homines: qui homines permanſerunt & mortui ſunt quaſi homines. Et ambulabunt ut cæci: quia lumen perdidere uirtutum & locum pœnitentiæ non habebunt, & hæc patientur quia domino peccauerunt. Si enim dominus iuſticia eſt, ueritas, ſanctitas, cæterę; uirtutes, quiſquis iniuſte fecit & mentitus eſt, & ſcorta uitia; ſectatus eſt, domino peccauit. Sed quod ſequitur. Et effundetur ſanguis eorũ ſicut humus,

HEBR. Et tribũlabo homines, & ambulabunt ut cæci: quia domino peccauerunt, & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora: ſed & argentum eorum & aurum non poterit liberare eos in die iræ domini, & in igne zeli eius deuorabitur omnis terra: quia conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram. Cap. II.

SEPTVAG. Et tribulabo homines & ambulabũt ut cæci: quia dño peccauerunt: & effundet ſanguinem eorum ſicut puluerem, & carnes eorum ſicut ſtercus boum, & argẽtum eorũ & aurum eorum nõ poterit eruere eos in die iræ domini: & in igne zeli eius conſumetur omnis terra: coſummationem enim & feſtinationẽ faciet ſuper omnes habitantes terram. Cap. II.

&cor

A & corpora eorum ſicut ſtercora boum: Videtur abſurdum ut in reſurrectione mortuorum, & in cõ ſummatione mundi atq; iudicio, dicamus effundi ſanguinem & corpora iacere quaſi ſtercora. Igitur illud quod ad Noe dicitur: Et ſanguinem animarũ Gen.9.d ueſtrarum requiram de manu omnium beſtiarum, & de manu hominis & de manu fratris requiram animam hominis: qui effuderit ſanguinẽ hominis, pro ſanguine eius effundetur ſanguis illius: Et in reſurrectiõe credere ridiculum eſt: & in uita hac ſtare non poteſt. Quanti enim effuderunt ſanguinem, & ſanguis eorum effuſus non eſt? & alij occiderunt hominem ueneno uel ſuſpendio, & tamen cum homo mortuus ſit, non eſt ſanguis effuſus? Quomodo ergo dominus eſt effuſurus ſanguinem eorum in talionẽ: cum ille qui occidit ſanguinem non effuderit? Sanguis igitur hominis, ζωτικὸν, id eſt uitale quo uegetatur & ſuſtentatur & uiuit, debet intelligi: quod qui effuderit, ſiue per ſcandalum ſiue peruerſitate doctrinæ, in die iudicij effundetur ab eo: id eſt quod ſibi B uidebatur habere uitale, cogetur amittere. Iuxta huiuſcemodi ſanguinem, & caro intelligitur: de Eſa.40.b qua & Eſaias ait: Omnis caro fœnum. Et in Ge- Gen.6.d neſi dominus: Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis quia caro ſunt. Et Apoſtolus de utroque: Caro et ſanguis regnum dei poſſidere nõ 1.Cor.15.f poterunt: neque corruptio incorruptionem dei hæreditabit. In die ergo conſummationis, uel generalis uel ſpecialis, omnis ſanguis qui effuſus eſt clamabit ad dominum & apparebit in medio, & opera ſanguinis atque terrena, ſicut puluis iacebunt & ſtercora, & argentum & aurum diuites de die iræ non poterunt liberare: audiente eo qui moritur: Stulte hac nocte tolletur anima tua à te: quæ Luc.12.c autem paraſti cuius erunt? Non quod negemus aurum & argentum diuites liberare de morte, redemptio enim uiri animæ, propriæ diuitiæ: ſed quod eo tempore liberare non poſſunt, quando diuitias neceſſitate dimittũt. Omnis enim terra & Prouer.13.b uniuerſa quæ terrena ſunt, zelo domini deuorabũtur. Et quod ait, zelo: intellige adhuc amantẽ dominum. Niſi enim amaret humanam animam, nunq; zelaretur eam, & in ſimilitudinẽ mariti, peccatum ulciſceretur uxoris: qui ſi nõ amaret, nec de adulterio eius iraſceretur. Et hoc faciet dominus cum feſtinatione cunctis habitantibus terrã, his qui ſe penitus terræ dederunt, & non fuerunt aduenæ & peregrini: ſicut iuſtus qui loquitur: Aduena ſum ego Pſal.38.c in terra, & peregrinus ſicut omnes patres mei. Et Ibidem 119.b rurſum alibi nolens diutius in tabernaculo carnis habitare, lachrymabili uoce teſtatur, dicẽs: Heu mihi quia peregrinatio mea prolõgata eſt: Etenim q ſumus in tabernaculo corporis huius ingemiſci- ç mus cõquerentes: Miſer ego homo, quis me libera- Rom.7.d bit de corpore mortis huius?

## Cap. II.

COnuenite, congregamini gens non amabilis: priuſquàm pariat iuſſio quaſi puluerem trãſeuntem diem: antequam ueniat ſuper &c.] Poſt deſcriptionem malorum quæ in die uẽtura ſunt domini: ſecundum duplicẽ captiuitatis expoſitionem quam ſupra diximus: populus ad pœnitentiã prouocatur, & dicitur ei: Conuenite

COnuenite congregamini gens non amabilis: priuſquàm pariat iuſſio quaſi puluerem tranſeuntem diem: antequàm ueniat ſuper uos ira furoris domini, antequàm ueniat ſuper uos ira indignationis domini.

COngregamini & colligamini gens inerudita: antequàm fiatis ſicut flos pertranſiens diem: antequàm ueniat ira domini ſuper uos: antequàm ſuper uos irruat dies iræ furoris domini.

Quæ & congregamini: ſiue ut in Septuaginta ſcriptum eſt, colligamini, id eſt eſtote uobis (iuxta Apoſto- Gal.3.c lum) charitatis uinculo copulati: gens non amabilis quæ amore dei indigna es: ſiue gens inerudita: Deut.32.a de qua dicitur in Deuteronomio: Populus ſtultus Hiere.15.f & non ſapiens. Et in Hieremia: Sine cauſa percuſſi filios ueſtros: diſciplinam nõ recepiſtis: antequam fiat quod prophetatum eſt: antequàm præceptum ſequatur effectus: quod ita facile ueniet quaſi puluis pertranſiens: antequàm ſuper uos furor domini compleatur. Simulq; cerne clementiam, ſuffecerat prudentibus malorum uenientium impetum D deſcripſiſſe: uerum quia non uult inferre ſupplicia, ſed tantum terrere paſſuros: ipſe ad pœnitentiam prouocat, ne faciat quod minatus eſt. Generaliter autem tota multitudo credentium & eorum qui dei populus nuncupatur in eccleſiam cõgregatur & dicitur ei: Conuenite in eccleſiam, ſociamini uobis charitate & pace, ò gens inerudita quę non uis dei recipere diſciplinam, nec habere ſcientiam mãdatorum eius: ſed diuitijs & corporis ſanitate & pulchritudine huius ſeculi: carnis quoque uoluptatibus delectaris: quæ tranſit quaſi flos qui in una marceſcit die. Propterea autem dico uobis conuenite, ſociamini: ne cum iudicij tempus uenerit, & omnis gloria ueſtra tranſierit: tunc uelitis agere pœnitentiam, quando locus non erit pœnitentiæ ſed pœnarũ. Quærat aliquis, quomodo hoc ipſum ſuper unoquoque migrante de ſeculo poſſit intelligi. Dicitur ergo ad ſingulos: ò tu qui ſeculi negocijs occupatus, per diuerſa diſcurris, reuertere in ſanctorum eccleſiam: & iũge te eorum uitæ & cœtui quos uides placere deo, & diſſoluta membra animæ tuæ nec ſibi cohærentia in unam ſapientiæ coge compagem, & illius hære complexui, & ad- di myſtice: Confortamini manus diſſolutæ, & genua debilia ſolidamini: Nec glorieris in bonis carnis & eius flore qui præterit. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni: Aruit fœnum, & flos decidit: uerbum autem domini manet in æternum. Poſſumus hoc capitulo uti pro tẽpore: Si quando uiderimus aliquem honoribus ſeculi & congregandis diuitijs occupatum, ad eccle-

A siam uel raro uel nunquàm uenire,& dicere ad eũ: congregare & coniungere populo dei qui domini præcepta non audis, antequàm gloria tua pertranseat, antequàm dies tibi furoris domini adueniat. 4 ¶ Quærite dominum omnes mansueti terræ qui iudicium eius estis ope. &c.] Humilis terræ appellatur qui nõ humilitate quæ uirtutem sonat,sed peccatis humiliatꝰ est, nec potest cũ Christo dicere: Discite
Matt.11.b à me qa mitis sum & humilis corde. Omnis enim qui se humiliat exaltabitur. Et in alio loco sermo ad sanctum
Ecc.3.c dirigitur: quanto maior fueris,tanto magis humilia teipsum, & corã deo inuenies gratiam. Qui autem peccatis humiliatus est, & aggrauatus est conscientia de
¶ Psal.37.a lictorum, ac loquitur: Sicut onus graue grauatæ
Matt.11.d sunt super me,iste debet audire: Venite ad me om-
B nes qui laboratis & onerati estis, & reficiam uos. Hoc dictum sit in principio secundum Septuagínta interpretes. Cæterum iuxta Hebraicum alter sensus est. Dicitur enim ad sanctos: O uos qui mea præcepta custoditis: qui in terra positi, & scientes quoniam omnis qui se humiliat exaltabitur: imitati estis mansuetudinem meam,& iudicium estis operati: quærite dominum in mansuetudine uestra. Et si uultis scire quis iste sit dominus: quærite iu-
Exod.5.d stum, quærite mansuetum: Pater enim omne iudicium dedit filio: qui iudicaturus est. Et quia mansueti estis: propterea quærite mansuetum, ut quicquid in uestra mansuetudine minus est, ab eo qui fons est mansuetudinis impleatur. Hoc autem dico uobis: si quomodo abscondamini in die furoris domini, hoc est si forte possitis ex eo, quod quæsistis dominum & iusticiam estis operati, iram dei uitare uenientis,& effugere captiuitatem, quæ uel à Nabuchodonosor uel à Romanis inferenda est populo Iudæorum. Si autem de his dubitat qui eius iudicia fecit dicens: Si quo modo abscondamini in die furoris domini: quid fiet de peccatoribus? Tanta enim uastitas Iudææ terræ ueniet, & tam sublimis uictor huc Babylonius ascẽdet exercitus, ut etiam potentissimas urbes Philistinorum quæ semper uobis æquo certamine restiterunt, eadem captiuitas apprehendat. Gaza enim destructa erit, & Ascalon in solitudinem redigetur, & Azotum non furto sed bello, id est manifesta luce atq; uictoria in captiuitatem trahent, & Accaron quæ interpretatꝰ eradicatio, hoc sustinebit, quod in suo uocabulo sonat, id est eradicabitur. Hoc iuxta literã &

HEBR. Quærite dominũ omnes mãsueti terræ: qui iudiciũ eius estis operati: quærite iustum, quærite mansuetum, si quomodo abscondamini in die furoris domini. Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum: Azotum in meridie eijcient & Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis funiculum maris gens perditorum: uerbum domini super uos Chanaan terra Philistinorum & dis-

SEPT. Quærite dominum omnes humiles terræ: iudicium operamini, & iusticiam quærite: & respondete ea, ut protegamini in die iræ domini: quia Gaza direpta erit, & Ascalõ in desertum: & Azotus in meridie proijcietur, & Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis funiculum maris aduenæ Cretensium: uerbum domini super uos Chanaan terra Allophylorum, & per

C Hebraicam ueritatem. Iuxta Septuaginta autem præcipitur humilibus terræ, de quibus supra dictũ est, ut operentur iudicium, & quærant iusticiam: quã non puto aliam esse præter Christum. Et quia omnis qui quærit inueniet, id quod inuenerint alijs respondeant, hoc est alios doceant. Sapientia enim ab
Eccl.20.d scondita & thesaurus non cõparens, quæ utilitas in ambobus? Et hoc, inquit, præcipio uobis, ut in die iræ domini protegamini: uel in consummatione mundi, uel in exitu ueiuscuiusq; de seculo. Gaza enim & Ascalon & Azotus et Accarõ diuersa supplicia sustinebunt: Gaza enim עזה interpretatur fortitudo eius. Omnes ergo qui sibi applaudunt in fortitudine corporis & potentia seculari, & dicũt cum diabolo: fortitudinem faciam: diripientur in die iræ domini, & ad nihilum redigẽ אשקלון
D tur. Ascalon quoque quæ dicitur ponderata uel ignis homicida, cum uenerit dies iræ domini, sceleris sui mensuram sentiet, & eodem quo operata est pondere deprimetur. Et quia arsit ad effundendum sanguinem, & multas scandalizauit animas,
Psal.54.b & impletum est in ea: Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus: non diripietur ut Gaza, sed in solitudinem redacta, gehennæ ignibus usque ad puluerem cremabitur. Nec non & Azotus quæ Hebraice dicitur אשדוד & in lingua nostra sonat, ignis generationis, clara luce uastabitur. Arsit enim libidine & generationis incendio debacchata est. Et quia omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum, & sagittis ardentibus uulnerati sunt: non in tenebris, non in occulto iudicio: sed in meridie, hoc est quando sancti plenam recipient claritatem proijcientur in tenebras, & sanctorum consortium non habebunt. Sed Accaron quæ interpretatur sterilitas uel eradicatio: quia עקרון
nullos fructus habuit, & peruersitate doctrinæ suæ eradicauit plurimos: ipsa quoque eradicabitur. Has autem omnes uaritates intellige in animarum uitijs atque peccatis, & quia uniuscuiusque opus quale sit, in die iudicij ignis probabit.
b ¶ Væ qui habitatis funiculum maris gens perditorum: uerbum domini super uos Chanaan terra Philistinorum, &c.] Quantum ad historiam, nõ est difficile interpretari: quia in superioribus dixerat: Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum: Azotum in meridie deijcient & Accaron eradicabitur. Quatuor magnis Palæstinæ urbibus nominatis nunc ad ipsam generaliter prouinciam

patet

A patet sermonem domini fieri & prædici ei: Væ qui habitatis funiculũ maris, Babylonio ueniente: quia & ipsi qui iuxta mare habitant perient atque tollentur. Quod autem terra Palæstinorum terra sit Chanaan: nulli dubium est. Et disperdam te inquit, ita ut nullus sit habitator, & in tantam uenies uastitatem, quæ lætabaris in euersione Iudææ, ut omnes tuę urbes munitissimę in ouilia sint pastorum. Et postquam dominus uisitauerit populum suum, & fecerit eos regredi sub Zorobabel & Iesu: & ædificauerint templum, et extruxerint Hierusalem: tu ita inculta eris & sic uepribus urticisq; operieris, ut pastores de reliquijs Iudæorum in Ascalone post meridiem re-

HEB. & disperdam te ita ut nõ sit habitator. Et erit funiculus maris requies pastorum, & caulæ pecorum: & erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda: ibi pascentur: in domibus Ascalonis ad uesperam requiescent: quia uisitabit eos dominus deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. Audiui opprobriũ Moab & blasphemias filiorum Ammon, quæ exprobrauerũt ppło meo, & magnificati sunt super terminos eorũ.

B quiescant, & in urbe quondam nobili greges suos faciant accubare: & hoc fiet, quia dominus uisitabit plebem suam, & auertet captiuitatem eius, quod factum nec ne sit, deus uiderit. Neque enim nunc nobis propositum est historiæ texere ueritatem: sed ea intimare nostris, quæ accepimus ab Hebræis. Iuxta spiritualem autem sensum & translationem Septuaginta difficilis intelligentia est, maxime quia & in interpretatione discordant. Vbi enim nos transtulimus, gens perditorum: illi dixerunt πάροικοι κρητῶν, id est aduenæ Cretensium, & quod Hebraice scriptum est גּוֹי כְּרֵתִים Pro גּוֹי id est, gente: legerunt גֵּר hoc est, aduenam: & pro כְּרֵתִים quod dicitur, perditorum, nomen Cretæ insulæ putauerunt. Denique & Aquila & quinta æditio interpretati sunt, χώρου ὀλεθρίου: Et Theodotio χώρου ὀλεθρίας: Symmachus quoque χώρου ὀλεθρευόμενου, quæ omnia cum interpretatione nostra faciunt. Rursum ubi nos diximus: Et erit funiculus maris requies pastorum, & omnes interpretes huic translationi congruerunt: scribitur in Septuaginta καὶ ἔσται κρήτη νομὴ ποιμνίων, καὶ μάνδρα προβάτων, id est, & erit Creta pascua gregis & ouile pecorum. Igitur spiritualibus spiritualia comparantes, & uulgatæ æditionis cœptam semel tenentes semitam quærimus an alibi in scripturis sanctis nomen Cretæ legerimus. Et ni
Titus.c fallor, illud in promptu est: Cretenses semper mendaces: malę bestiæ, uentres pigri: testimonium hoc uerum est. Qui fluctuant & circunferuntur omni uento doctrinæ in deceptione hominum, in uersutia erroris: isti cum debuerint in terra confessionis, hoc est, in terra habitare Iudææ: uoluerunt magis aduenæ esse Cretensium: qui diuersis maris fluctibus hinc inde tunduntur, & sonant ære Corybantino, & sunt iuxta Apostolum quasi cymbalum tinniens. Et quia aduenæ sunt Cretensium: ideo sermo dei, hoc est, comminatio fit ad illos. Et dicũtur terra Chanaan semper in fluctu, semper in motu, & terra Allophylorũ: alieni enim à deo, in funiculo maris & in Cretæ regione uersantur. Fit itaq; ad eos sermo dei uel in consummatiõe & fine mũdi, uel q̃tidie per ecclesiasticos uiros, & qui possunt cũ Apostolo dicere: An experimẽtum quæritis eius qui in me loquit̃ Christus: ut eĵciantur de Creta, & perdãtur de pristinis habitationibus suis, D & illa regio quæ prius gregem perditum continebat, incipiat esse ouile pecorum Christi: & Iudas, id est uera confessio, habitet in funiculis maris. Cumq; iam cœperit esse mundus ad uesperam, & de multis uocatis pauci electi, qui nunc reliqui uocantur de domo Iuda, pauerint eos qui primum in mari, & in Creta, & in mendacio pascebantur: declinabunt in domibus Ascalonis, id est ubi prius ignis diaboli & interfectorum manabat cruor: Ascalon enim interpretatur ignis homicida. Et hoc fiet: quia uisitabit dominus populum suum, & hi qui ante facile capiebantur sophismatibus hæreticorum, quasi de captiuitate uenientes, uincent aduersarios suos, & habitabunt in tabernaculis eorum. Quod autem legitur in Septuaginta, A facie filiorum Iuda, obelo prænotauimus: nec in Hebræo enim, nec apud ullum fertur interpretum, & contextum capituli sensumq; conturbat: non quod difficile fuerit quomodocunque & hoc posito sententiam texere, sed semel decreuimus ueritatem interpretationis, & lectoris magis eruditi, quàm uulgi iudicium sequi. a ¶ Audiui opprobrium Moab & blasphemias filiorum &c.] Quod excepto Daniele propheta qui quatuor regnorum sæ- Dan.7.f pius cernit uisiones, & eorum differentias sub aĺijs atque aĺijs imaginibus exponit, Esaias, Hieremias, Ezechiel faciunt, ut post uisionem Iudæ aduersum cæteras natiões, quæ in circumitu eius sunt, uertant uaticinium, & iuxta ἰδιώματα singularũ, quæ eis uentura sunt nunciẽt, atq; in descriptione earũ diutius immorẽtur: hoc nũc propheta Sophonias quanq; breuiter, eodẽ tamen ordine facit. Post Philistĩm enim cõtra quos supra cõminatio

præcurrit, Gaza, inquit, deſtructa erit: & Aſcalon
in deſertum, Azotum in meridie eijcient: & Acca-
ron eradicabitur. Nunc aduerſus Moab & filios
Ammon: ſiue ut in Septuaginta additum eſt, con-
tra Damaſcum, quæ in Eſaia dicitur Aram, texi-
Eſa.17.d tur prophetia, eo quod præbentes auxilia Nabu-
chodonoſor, uaſtauerint Iudam: conculcauerint
ſanctuarium eius: templum quoque ſubuerterint:
& ſubiugato populo Iſrael dominum blaſphema-
uerint. Nabuchodonoſor quippe atq; Chaldæi Iu-
dæorum urbibus ſubrutis cæteras gentes oppreſ-
ſerunt: & ita factum eſt, ut qui inſultauerant po-
pulo dei, ipſi quoq; eadem malorum anguſtia pre-
merentur: & haberent conſeruum Iudam, quem
putauerunt ſe habere ſubiectum. Igitur antequam
ueniat captiuitas ſub Ioſia adhuc rege, nec dū Hie-
roſolymis temploq; ſubuerſis, dirigitur aduerſum
inſultantes prophetia: ut mala quondam populi
dei, cæterarum gentium leuarentur mala. Audiui,
inquit, opprobrium Moab, quæ nunc Areopolis
appellatur, & blaſphemias filiorum Ammon, quæ
& ipſa urbs Arabiæ ſecunda poſt Boſram Phila-
delphia dicitur: in quibus exprobrauerunt popu-
lo meo, & eiectis Iudæis, dilatauerunt in terra eo-
rum fines ſuos. Propterea quia blaſphemauerunt
me & exprobrauerunt populo meo: Ego domi-
nus exercituum qui poſſum implere quod com-
minor, & deus Iſrael qui in populo meo ipſe pa-
tior iniuriam, faciam ut ſit Moab quaſi Sodoma,
& filij Ammon quaſi Gomorra. Legamus huiuſ-
cemodi uiſiones in Eſaia & Hieremia, & eadem
quæ nunc hic legimus, reperiemus. Siccitas ſpina-
rum & acerui ſalis, & deſertum uſq; in æternum:
pro quo neſcio quid ſibi uolentes Septuaginta Da
maſcum euulſam & derelictam interpretati ſunt:
niſi fallor, uerbi ambiguitate decepti: ſiccitas enim
quod Hebraice dicitur מִמְשַׁק excepta prima li-
tera מ ſi mutetur & ר accipiatur, eaſdē literas
reliquas habet quas & Damaſcus, & poteſt legi
pro ſuperiori uerbo דַּמֶּשֶׂק. Quæritur autem
quomodo iſtæ urbes, hoc eſt Moab & filij Am-
mon redactæ ſint in Sodomam & Gomorram, &
quaſi ſpinarum ariditas & acerui ſalis, uſque in æ-
ternum non ædificentur. Et quod quidem uaſtatæ
ſint quaſi Sodoma & Gomorra, exponendi nul-
la eſt difficultas. Verum hoc quod ſequitur: De-
ſertæ erunt uſque in æternum: aut deſtructionem
regni earum interpretabimur: quia poſtea ſubuer-
ſæ à Chaldæis, regnum ſuum perdiderunt, & de-
inceps uel ab Antiochis, uel à Ptolemæis tentæ,
nouiſſime Romano imperio colla ſubmiſerint.
Aut certe ὑπερβολικῶς dici accipiendum eſt עוֹלָם
quippe & æternitatem ſonat & ſeculum: ex quo
& pro uno ſeculo, & pro aliquanto tempore, &
una ætate accipi poteſt. Et qui reliqui fuerint de
populo Iſrael, uaſtabunt eos, & blaſphemantia
quondam Chaldæorum auxilia poſſidebunt. Hoc
autem eueniet eis pro ſuperbia eorum, quia blaſ-
phemauerunt, & magnificati ſunt contra popu-
lum domini exercituū: qui dominus exercituum
erit horribilis ſuper eos, & horror eius non inter-
ficiet ſuperbos: non blaſphemantium ſanguinem
fundet, ſed diſperdet & attenuabit omnia idola eo-
rū, ut qui prius tenebantur errore, & dñi beneficia
non ſentiebāt: malorū neceſſitate preſſi, ſciant ido-
la nihil prodeſſe, & adorent eū unuſquiſq; de loco
ſuo omnes inſulę gentiū. Hucuſq; iuxta Hebraicū.

Nūc ad Lxx. interpretes reuertamur: cogamuſq;
Iudæos qui tantū ſequuntur hiſtoriā exponere no-
bis: Quādo Moab & filij Ammon facti ſunt quaſi
Sodoma & Gomorra: & quaſi acerui ſalis, & de-
ſertæ uſq; in ęternū: debent mōſtrare ſulfureas plu
uias, uineas, terrā in cineres fauillamq; cōuerſam:
mare ſupra de puteis quondā ſalis, quod nūc mor-
tuū dicitur, inundaſſe: qñ eos diripuerint Iudæi, qñ
reſiduæ gētes Iſraeliticę poſſederint eos. Aut quæ
indignatio dñi eſt pro blaſphemia & cōtumelijs at
tenuare & diſperdere eos: nō Moab & Ammon,
ſed uniuerſam terrā, ut adorēt eum ſinguli de loco
ſuo, omnes inſulæ gentiū: quod magis pro benefi-
cio tribuet blaſphemātibus, ut ab errore redeāt ad
ſalutē. Quod ſi uoluerint dicere poſt regreſſionē
de Babylone has gentes populo Iſrael fuiſſe ſubie-
ctas: primū autoritatē poſtulabimus ſcripturarum
unde hoc factū probent: deinde cū minime potue-
rint demonſtrare, cōcedemus eis ex ſuperfluo, atq;
dicemus: Eſto accidiſſe quod dicitis, quæ iuſticia
dei eſſet blaſphemaſſe uos, & exprobraſſe ata-
uos, & poſtea nepotibus redditū? Cū utiq; illa ſen-
tentia qua antea dicebātur in lege, peccata patrum
in filios in tertia & in quarta generatione reſtituí,
per Ezechiel ſoluta ſit: Viuo ego dicit dominus: ne Exod.20.
quaq; dicetur hæc parabola, ſed anima quæ pecca- Ezech.18.
uerit, ipſa morietur. Et ſimul animaduerte parabo-
lā eſſe quod dictū eſt: nec id ſonare quod in ſuperfi
cie literæ proferunt. Quod ſi iniuſtū eſt nepotibus
reddere quod deliquerint aui: quāto iniuſtius pro
ſtultitia Iudęorum hoc ipſum ſperare in cōſumma
tione mundi fieri, quādo non Chriſtus eorū, ut pu
tant, ſed eſt uēturus antichriſtus. Sicubi enim arta
ti fuerint in hiſtoria, ut doceāt cōpletum eſſe quod
dictum eſt, ſtatim tranſiliunt ad futura Chriſti tem
pora, & omnia quæ non poſſunt exponere, poſt
multa ſecula ſibi repromittunt & dicūt: & Moab,
& filios Ammon, & Aegyptū, & Philiſtim, & Idu-
mæā, quæ nunc inſultant Iudæis, eo tēpore puniē
das. Interrogemus ergo eos, quare has potiſſimū
gētes deus puniat, & non totum orbem in quo Iu
dæi lōge lateq; diſperſi ſunt. Si enim meretur Mo-
ab corripi, Iudæis inſultans, & filij Ammon & reli
quæ gentes in circumitu: quare Gallia non corri-
pitur? quare Britannias in commination̄e non po-
nit? cur Hiſpaniæ ea pœna alienæ ſunt? quàm ob
cauſam de Italia nihil dicitur? de Aphrica cur ta-
cetur? Et ut ſemel dicam, cum totus orbis Iudæ-
os captiuos teneat: quid ſolæ gentes tantum cōmi
ſere flagitij, quæ in circuitu eius ſunt, ut ſolę potiſ-
ſimum nominentur? Hæc contra Iudæos & gene-
ralem in omnibus prophetis ubicunque aduerſum
gentes aliqua prophetia dicitur explanationem.
Nunc quod ſupra diximus, Damaſcum Hebrai-
ce non haberi: nec apud quemq; alium interpre-

tem

A tem etiam ex ipso scripturæ ordine comprobabimus. Ad id enim quod dixerat: Audiui opprobriũ Moab & blasphemias filiorum Ammõ, postea retulit: quia Moab ut Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorra. Quod ergo sequit: Et Damascus deserta, quasi aceruus areæ: debuerat & de Damasco aliquid præmisisse: ut quomodo de duabus gẽtibus dixerat: Moab ut Sodoma erit et filij Ammõ ut Gomorra: quarum peccata ante iam dixerat: sic & Damasci uel opprobria, uel blasphemias describsisset, ut postea digne supplicium uideretur inferre. Sed & hoc ipsum quod dicitur: Quasi aceruus areæ, quod Græce dicitur ὡς σημωνιὰς ἅλωνος, putamus Lxx. ἁλὸς interpretatos, id est salis: sed ab imperitis qui σημωνιὰν, hoc est aceruum frumẽti uel frugum putauerunt, pro ἁλὸς additis duabus literis ω & ν, quasi ad consequentiã frugũ ἅλωνος, hoc est, areæ positũ. Hoc de interpretationis uarietate & errore sit dictum, & de difficultate historiæ. Qui autem doctus uir est: & spiritualibus spiritualia cõparat: & non quærit quæ deorsum sunt, sed ea quæ sursum, & cum Christo resurgit ab inferis, & ueterẽ hominẽ deponens induitur nouo: & opprobria Moab, & blasphemias filiorũ Ammon ad magistros contrariorum ecclesiæ dogmatum refert: qui & ipsi uidentur de genere esse Abrahã, & effugisse incendium Sodomæ & Gomorræ, & habitare in Segor parua. Sed quia generatio eo-
B rum in tenebris est, & lumen ueritatis non possunt aspicere: declinauerũt enim à deo patre, quod interpretatur ex nominibus Lot & Moab: & dei esse filij cessauerunt, quod dicitur populus meus: & in tenebrosa spelunca concepti de incestis nuptijs substiterunt: propterea usque hodie simplicitati filiorum Iudæ insultantes, magnificare cupiunt super terminos eius possessionem suam, de quibus in prouerbijs dicitur. Non transferas ter-
Prouer.23.d minos sempiternos quos posuerunt patres tui. Vide hæreticos in dialectica sibi & rhetorica & omnium sophismatum dogmatibus applaudentes, contemnere ecclesiæ rusticitatem, & quasi indignam mysterijs suis, quæ sibi quasi idola confinxerunt despicere, & habere pro nihilo: & non quę res quæ sint opprobria Moab & contumeliæ filiorum Ammon, in quibus exprobrauerunt populo dei. Iurauit itaq; dominus per semetipsum dicens: Viuo ego dicit dominus. Et pulchre ad distinctionem mortuorum deorum, quæ appellantur idola, se uiuentem dicit deus Israel, hoc est, populi uidentis deum: quod blasphemantes hæ gentes, id est Moab & filij Ammõ de quibus supra diximus, sicut Sodoma & Gomorra erunt. Videntur quidem sibi in eo quod gentiles non sunt, exisse de Sodomis & Gomorris, sed quia blasphemant populum dei, & contra Israel faciunt, in Sodomam reputabuntur & Gomorram, & ita delebuntur ut illæ deletæ sunt ante, nullum in se habentes uestigium uitoris & uitæ. Nec mirum si hoc de hæreticis intelligamus quod reputantur quasi Sodoma & Gomorra, cum etiam ad ecclesiasticos qui dei non obseruauere mandata, & egressi sunt à præceptis eius, dicatur per Esaiam Audite uerbum do C
mini princeps Sodomorum: & attendite in legem Esa.1.c
domini populus Gomorræ. Et ad presbyteros cupientes sub figura Susannæ ecclesiæ corrumpere Dan.13.f
castitatẽ, dicat Daniel: Hoc est iudicium dei: semen Chanaan, & non Iuda. Et ut sciatis quotiescunque Sodoma & Gomorra & Aegyptus nominantur, non de his dici prouincijs, quas oculis cernimus: sed de alijs spiritualibus quibus sermo propheticus comminatur, legite in Apocalypsi Ioannis: Locus autem in quo dominus crucifixus est, uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus. Si ergo Hierosolyma in qua crucifixus est dominus, uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus: quare non econtrario Aegyptus & Sodoma & Gomorra, si opera fecerunt Hierusalem, & terræ Iu-
dæ, in terram sortis domini transferantur: Deniq; 1.Reg.21.a
& Dauid non erat de sacerdotibus, nec licebat ei comedere panes propositionis: sed quia per singula crescebat opera, & persecutio Saul uirtutum illius profectus erat, propterea in fuga sua dum nescit, subito antistes efficitur, & accipit panes propositionis, & non uiolat mandatum dei. Hoc totum diximus: quia Moab ut Sodoma erit, & filij Ammon ut Gomorra. Damascus quoque quæ interpretatur, sanguinem bibens aut sanרְבִישָׁק
guis sacci, erit derelicta à dei misericordia, quasi aceruus salis. Quia enim princeps eius est rex A- 2.Cor.11.g
retha, & Damasceni Paulum occidere cupiunt, Act.9.d
& per murum in sporta dimittitur: non dicitur ad D
Damascum: Vos estis sal mundi: nec illud saluocatur, quod semper offertur in uictimis, sed quod
infatuatum est, & de quo in euangelio scribitur: Matt.5.b
Si autem sal infatuatum fuerit in quo salietur? ad nihilum est utile neque in terram, neque in sterquilinium, sed foras proijciunt illud, ut ab hominibus cõculcetur. Et Moab igitur, & Ammon, & Damascus: qui sese aduersus domini sciẽtiam parauerũt & blasphemauerunt populum dei: & dixerunt in eum plurimas contumelias, & uoluerunt dilatare terminos suos in terrà ecclesiæ, & populũ dei possidere, desertę erũt & destructę: & reliqui de populo dei, hoc est uiri ecclesiastici in scripturis domini cis eruditi eripient eos, & residui gentis dominicæ possidebunt eos, & hoc eis erit pro cõtumelia, qua exprobrauerunt & magnificati sunt contra dominum omnipotentem. Vide clementiam, uide misericordiam domini: contumeliam patitur, blasphematur, diripiuntur termini eius, & ille quid facit? Mittit ad reliquias populi sui, de quibus diximus: ut sibi blasphemantes diuidat, & in suam ducat possessionem. Multo enim stulto melius est seruire sapienti, & fatuitatem eius domini sapientia corrigi, quàm suæ eum stulticiæ derelinqui. Veniet itaq; dominus omnipotens, & manifestus erit super eos: quẽ nunc nesciunt, quẽ ignorant: & dissperdet omnia dogmata: id est, deos eorum, & diuersarum gentium idola: ut postquam simulachra quæ de suo sibi sensu composuerant euersa fuerint, conuertantur gentes ad dominum, & unusquisq; in loco suo adoret eum quẽ nesciebat ante.

Sed &

A a ¶Sed & uos Aethiopes &c.] Iudęi totũ hoc capitulum & duo ſuperiora contra Philiſtim & Moab & filios Ammon ad aduẽtum Chriſti referunt, quẽ putant in cõſummatione mundi eſſe uẽturum qui extruat Hieruſalẽ, et populũ ſuũ liberet de manu gentium qua tenentur, et hoc ſonare quod dicitur: Et adorabũt eum uiri de loco ſuo, omnes inſulę gentiũ. Non ſolum autẽ ſuperiores gentes, ſed Aethiopes quoque et Aſſyrios & Niniuen urbẽ Aſſyriorum eo tẽpore ponendam eſſe in ſolitudinem, & cubituras in ea omnes beſtias terræ: ſiue ut in Hebræo ſcriptũ eſt: omnes beſtias gentium: ex quo ſignificari putant de cunctis natiõibus, quæ euerſurę ſunt Niniuẽ. Et quia Niniue ſpecioſa interB pretatẽ, in præſenti loco ſpecioſam referũt ad Babylonẽ. Et omne quod ſequitur: Onocrotalus & heritio in liminibus eius morabuntur: et cętera, Babyloni potius cõuenire, cuius & in Eſaia eadẽ ſolitudo prædicitẽ. Et econtrario alij affirmãt, manifeſte de Aſſyrio dici, de quo iã præceſſerit: Et extẽdet manũ ſuã ſuper aquilonẽ: & perdet Aſſur: & ponet Niniuen in ſolitudinẽ. Per Aſſyrios ẽm magis Niniuen intelligi, cę Babylonẽ quæ ciuitas Chaldęorum eſt. Quod aũt ait: Onocrotalũ & heritiũ in cardinibus eius, et coruũ in ſuperliminari: ſolitudinis eſſe indicia, & onocrotalorũ duo genera; aliud aquatile, aliud ſolitudinis. Et quod ait, uox cãC tãtis in feneſtra: uel dæmones intelligi, uel uariarũ uoces uolucrũ, quæ ſolẽt in deſertis urbibus cõmorari. Præterea quod & nos & Lxx. ſimiliter trãſtulimus: Coruus in ſuperliminari: in Hebræo ponitẽ חֹרֵב quod ſecũdũ lectiõis diuerſitatẽ, uel ſiccitas, uel gladius, uel coruus accipitẽ. Vnde et Aqla gladiũ, alij ſiccitatẽ interpretati ſunt. Et poſt euerſionẽ quaſi inſultans ruinæ eius ſermo propheticus loquitur: Hæc eſt ciuitas gloriоſa habitãs in cõfidẽtia, q̃ dicebat in corde ſuo: Ego ſũ, & extra me nõ eſt alia amplius: quõ facta eſt in deſertũ cubile beſtiæ? Omnis qui trãſit per eã ſibilabit, & mouebit manũ ſuã. Iuxta hoc autẽ qd̃ ſupra diximus: aut uere in deſerta urbe habitabũt beſtiæ: autD certe ſub beſtiarũ figura multarũ nationũ uarietas indicat. Quod ſi quiſpiã quæſierit: quõ iuxta hiſtoriã ad tẽpora Nabuchodonoſor hæc prophetia referat: Aethiopibus etiã nũcupatis & Aſſyrijs, quibus Medi & Perſę nihil fecerint: legat hiſtorias, et uidebit Aſſyrios q̃q̃ et Aethiopes Medis fuiſſe ſubiectos, et Cãbiſis regnũ & Cyri potẽtiã, & oĩa q̃ deinceps ſint ſecuta. Hæc Iudaice dicta ſint. Cæterũ ſi notauerimus in oĩbus ſcripturis Aethiopes eos appellari q̃ penitus in uitia ſunt demerſi, ſecũdum illud qd̃ in Hiere. legimus: Si mutabit Aethiops pellem

HEBRAEI, Propterea uiuo ego, dicit dominus deus exercituum, deus Iſrael: quia Moab ut Sodoma erit, & filij Ammon quaſi Gomorra: ſiccitas ſpinarum & acerui ſalis & deſertum uſq; in æternum: reliquiæ populi mei diripiẽt eos: reſidui gẽtis meæ poſſidebunt illos. Hoc eis eueniet pro ſuperbia ſua: quia blaſphemauerunt & magnificati ſunt ſuper populum domini exercituũ. Horribilis dominus ſuper eos: & attenuabit omnes deos terræ, & adorabunt eum uiri de loco ſuo, omnes inſulæ gentiũ. Sed & uõs Aethiopes interfecti gladio meo eritis: & extẽdet manum ſuã ſuper aquilonẽ, & perdet Aſſur: & ponet ſpecioſam in ſolitudinẽ, & in inuium & quaſi deſertum. Et accubabunt in medio eius greges: omnes beſtiæ gentiũ, & onocrotalus, & heritius in liminibus eius morabũtur: uox cantantis in feneſtra, coruus in ſuperlimina ri: quoniam attenuabo robur eius. Hæc eſt ciuitas glorioſa, habitans in confidentia, quæ dicebat in corde ſuo: Ego ſum, & extra me nõ eſt alia amplius: quomodo facta eſt in deſertum cubile beſtiæ? omnis qui tranſit per eam ſibilabit, mouebit manum ſuam. Cap. III.

SEPTVAGIN. Propter ea uiuo ego, dicit dominus uirtutum deus Iſrael: quia Moab ſicut Sodoma erit, & filij Ammon quaſi Gomorra, & Damaſcus derelicta quaſi aceruus areæ: & diſſipata uſque in ſempiternũ: & qui reliqui fuerint de populo meo, diripient eos: & reſidui gentis meæ poſſidebunt eos: hoc erit eis pro cõtumelia ſua: quia exprobrauerunt & magnificati ſunt ſuper dñm omnipotentẽ: manifeſtus erit dñs ſuper eos, & diſperdet omnes deos gentiũ terrę, & adorabunt eũ ſinguli de loco ſuo oẽs inſulæ gentiũ. Et uos Aethiopes uulnerati gladio meo eritis, & extendam manum meam ſuper aquilonẽ, & perdã Aſſyrium, & ponam Niniuen in ſolitudinem, & in aquoſam quaſi deſertum. Et paſcentur in medio eius greges, & omnes beſtiæ terræ & chamęleontes & heritij in præſepibus eius cubabũt, & beſtiæ clamabunt in foueis ſuis, & corui in portis eius: quia cedrus altitudo eius: hæc eſt ciuitas malis dedita, quæ habitat in ſpe, quæ dicit in corde ſuo: Ego ſum & nõ eſt poſt me amplius: quomodo facta eſt in ſolitudinem paſcua beſtiarum: omnis qui trãſit per eã, ſibilabit & mouebit manus ſuas. Ca. III.

A pellem ſuã: Aethiopibus ad meliora cõuerſis, ſpes erit: nullũq; qui uoluerit agere pœnitẽtiã, à ſalute alienũ fore. Vnde et prius anima polluta, et delicto rũ ſordib9 inquinata dicit: Nigra ſum. Et poſtea in Cant.1.a fine cãticicanticorũ, de eadẽ iã purgata & lota per pœnitẽtiã ſcribit: Quæ eſt iſta q̃ aſcẽdit dealbata? Ibid.8.b Moyſes quoque, i. lex dñi ſpiritualis, Aethiopiſſam de gentibus duxit uxorẽ: & Maria, id eſt ſynagoga Iudæorũ: & Aaron, id eſt carnale ſacerdotiũ: Exod.2.d & nõ ſecundum ordinem Melchiſedech: murmurat aduerſus legem, ſed fruſtra. Statim enim ſynagoga perfunditur lepra: & extra caſtra proiecta, completo tempore, ipſo orante Moyſe, in caſtra reducitur. Aethiopiæ enim manus iam præuenerat deum. Comminatur itaq; nunc ſermo diuinus his qui peccatis inhærentes, & obliti ſordibus delictorũ nolunt ad meliora cõuerti: & tenebroſum colorem eluere, & comminatur eis gladium, de quo puto ſcribi & in Geneſi: Statuit cherubim, & flam meum gladium qui uertitur ad cuſtodiẽdam uiam ligni uitæ. Et in Eſaia: Inducet gladiũ magnum & ſanctum ſuper draconem colubrum tortuoſum, & interficiet eum in die illa: Et dicit eos uel uulnerandos uel interficiendos gladio: ut timentes pœnas imitentur Niniuen, & agant pœnitentiã: & non ſuſtineant quæ dominus cõminatur. Quod quidem Hiere.18.b & Hieremiæ prophetia ſonat: Loquar, inquit, ſuper gẽtem & ſuper regnũ: & auferã & diſperdam eos: & ſi pœnitentiam egerint, & ego pœnitẽtiam B agam de omnibus malis quæ locutus ſum ut facerem eis. Et ut ſciatis propterea nunc dominũ comminari Aethiopibus gladiũ, ut eos ad melioꝛa con Infra 3.b uertat: poſt paululum in hoc ipſo libro de Aethiopibus infert: Vltra flumina Aethiopiæ inde ſupplices mei filij diſperſorum meorum deferent munus mihi: Siue ut in Lxx. habetur: de finibus fluuiorum Aethiopiæ ſuſcipiã diſperſos meos & offerent hoſtias mihi. Poſt hæc nõ loquitur dominus ut ſupra, ſed propheticus ſpiritus de eo: Et extẽdet manum ſuam ſuper aquilonem, & perdet Aſſur. Aquilonem de quo Hieremias ſcripſit: Ab aquilone exHiere.1.c ardeſcent mala ſuper omnes habitatores terræ. Et de quo Salomon commemorat: Aquilo durus uẽProuer.25.d tus: nomine autem dexter uocatur. Propterea autem extendit inferentem ſupplicia deus manum ſuam, ut & aquilo ſentiat pœnas: & hi qui in terra eius ſunt, ad quam iuxta Zachariam pergunt Zach.6.d equi nigri, de quibus dicitur: Erant equi nigri, ibãt in terram aquilonis. Et pulchre qui mouerit pedes ſuos, & receſſerit ab oriente, de quo idem prophe ta ait: Ecce uir oriens nomen eius: & ad occiden-Ibidem 6.c tem reſpexerit, ſtatim pergit ad aquilonem qui nõ eſt dexter, ſed nomine dexter uocatur. Quod quidem & corporaliter intelligitur: ut quicunque in oriente ſteterit, & uerterit ſe, occidentem reſpiciens, ad dexteram habeat aquilonem: quem dextrum uocãt qui flatu illius refrixerunt: qui tantum nomine dexter eſt: cæterum re & opere potius in ſiniſtra eſt. Poſtq; autẽ extenderit manũ ſuã ſuper aquilonẽ dominus, perdet etiã Aſſur qui interpretatur ἐυθωώφ: quem multi putant dirigẽtem dici: ſed falſum eſt: ἐυθωώφ enim coarguẽs dicitur, atq; C cõuincens. Et quoniam diabolus ipſe eſt inimicus & ultor, & ipſe peccata ſuggerit, & poſtea in peccatis coarguit peccatores: idcirco ἐυθωώφ uocatur Hunc ego eſſe reor principem Aſſyriorum qui habitat ad aquilonem, & metropolim habet Niniuẽ, & dicit in Eſaia: Fortitudinem faciam: & ſapientię intellectus auferam terminos gentium, & uires earum depaſcar. Porrò quod ſequitur de Niniue uaſtata: Et paſcentur in ea greges, & omnes beſtię terræ, & chamæleontes & heritij in præſepibus eius accubabunt, & beſtiæ requieſcent in cardinibus eius: & corui in feneſtris eius, & cætera: Videtur mihi iuxta illud intelligi debere, quod uel in Iona, uel in Nahum propheta ſcriptum eſt. Et in Iona quidem Niniuen, id eſt ſpecioſam, quæ ad prædicationem Ionæ: id eſt, columbæ egerit pœnitentiam, eccleſiam interpretati ſumus de gentibus congregatam. In Nahum uero ſuper mundo intelligentiam temperauimus, & de mundo quidem non difficile eſt interpretari & dicere: quod quando Aethiopes uulnerati gladio domini fuerint, & extenderit manum ſuam ſuper aquilonem, & perdiderit Aſſyrium principem mundi: etiam ipſe mundus cum principe ſuo pereat: & ad maximam ſolitudinem redigatur, & nulli miſerabilis ſit, ſed omnes ad ruinam eius ſibilent, & moueant manus ſuas. De eccleſia autem uidetur prima fronte D eſſe blaſphemum, quod ea futura ſit inuia & deſerta, & beſtiæ habitent in ea, & poſtea ei cum inſultatione dicatur: Hæc eſt ciuitas malis dedita, quæ habitabat in ſpe, quæ dicebat in corde ſuo: Ego ſum, & non eſt præter me amplius: quomodo facta eſt in ſolitudinẽ paſcua beſtiarum? Sed qui cõſiderauerit illud Apoſtolicũ, in quo dicitur: In noui2.Tim.3.a ſſimis temporibus inſtabunt tempora peſſima: & erunt homines ſui amatores, auari, arrogantes, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, accuſatores, intemperãtes, crudeles, odio habẽtes bonum, proditores, temerarij, inflati, uoluptatum amatores magis q̃ dei: habentes formam pietatis, uirtutem autẽ eius denegantes. Necnon & hoc quod in euangelio ſcriptum eſt: q̃ multiplicata iniquitate, Matt.24.b refrigeſcat charitas multorum: intantum ut in illo tẽpore compleatur: Verumtamẽ ueniẽs filius hominis putas inueniet fidẽ ſuper terram? nõ mirabitur de extrema eccleſiæ uaſtitate: q̃ regnante antichriſto redigenda ſit in ſolitudinẽ, & tradenda beſtijs: & paſſura quæcunque nunc propheta deſcribit. Si enim deus propter infidelitatẽ ramis naturalibus nõ pepercit, ſed fregit eos, & poſuit flumina in deſertũ, et fontes aquarũ in ſitim, terrã fructiferã in ſalſuginẽ propter malitiã habitatorum eius: cur non ecõtrario eos de quibus dixerat: Poſuit deſertum in paludes aquarũ, et terrã ſine aqua in fontes aquarum: & habitare fecit ibi eſurientes, & cætera: & quos inſeruit de oleaſtro in radicẽ bonæ oliuæ, ſi immemores beneficij receſſerint à conditore ſuo, & adorauerint Aſſyrium, euertat, & ad eandẽ ſitim reducat in qua prius fuerant? Quod cum

genera

A generaliter in aduentu antichristi siue in fine mundi possit intelligi: tamen quotidie in his qui simulant se esse de ecclesia dei, & operibus negāt, audi toresq; legis sunt & nō factores, accipi potest: qui frustra speciosos se esse iactent, cum habitēt in eis greges, uitiorū scilicet multitudo & bruta animalia corpori seruientia: & omnes bestiæ terræ, quæ cordà eorū comedūt: & chamęleontes qui nō habent unum colorē sed diuersis peccatis, nūc auaricia, nunc luxuria, nunc crudelitate, nunc libidine, nunc tristicia, nunc exultatione per momenta mutantur. Et heritij in præsepibus eorū, animal spinosum & plenū sentibus, & uulnerans quicquid cōtigerit. Sed & bestiæ cubabunt in foraminibus, id est in cordibus eorū: & corui immundæ aues in portis eorum, uel in ore, uel in auribus, quo aut loquantur semper, aut audiant mala. Post quæ infertur & dicitur: ideo ecclesiā hæc passurā fore uel esse perpessam, quod B in superbiā se eleuauerit: & quasi cedrus suū cacumen erexerit, malis operibus dedita: & nihilominus futurā sibi beatitudinē repromittens, & in corde suo cęteros despiciens: nec putans quemq; esse præter se, & dicens: Ego sum, & nō est alia præter me ultra: quomodo ergo facta est in solitudinē pascua bestiarū? Vbi enim prius habitabat pater & filius & spiritus sanctus, & angeli eius ministerijs præsidebant, tunc habitabunt bestiæ de quibus & propheta cōplorat, dicēs: Ne tradas bestijs animā confitentē tibi. Omnis qui transibit per eā, sibilabit & mouebit manus suas. Quod si de angelis intelle xerimus, ita interpretabimur: cum transierint per eam angeli, & non manserint in ea ut prius facere cōsueuerant: stupebunt & mirabuntur: & nō eam fulcient, & sustentabunt ruentē manu sua, sed leuabunt manus & pertransient. Vel certe cū sibilo attollent manus: & quasi plangentes in morē lugentium cōcrepabunt. Si aūt hoc de diabolo & angelis eius uoluerimus accipere: qui uineam quoque quę de Aegypto translata fuerat, uastauerunt: Dicemus per animam de qua Christus recesserit: & quæ prius templū dei fuerat, & esse desiuit: trāsire serpentem & sibilare in ea, & uenena suæ maliciæ euomere: & nō solum hoc facere, sed opera quoq; sua, quæ χοπικῶς manus uocantur mouere. Ac ne putes quia colubrum nominauimus: uiolenter nos manus colubri pro opere intelligere: accipe testimonium Salomonis: Mors & uita in manibus linguę. Hæc diximus ut potuimus interpretationi allegoricæ seruientes. Si quis autem magis uerisimilia & habentia rationē q̄ à nobis sunt diserta reperit, illius magis lector autoritate ducatur. C

*Psal.75.d*

*Prouer.18.d*

Cap. III.

VAE prouocatrix &c.] Multi putant propter consequentiā sermonis dici aduersum Niniuē, de qua supra: Et perdet Assyrium, & ponet Niniuē in solitudinē. Sed nunq; scriptura Niniuen columbam uocaret: licet in Hieremia, à facie gladij colūbæ, de Nabuchodonosor dictum putent. Sed sciendū quod alij ecōtrario asserant, pro columba ibi posse intelligi ἑλλάδα, id est Gręciam: ut sit sensus: à facie gladij Iona, id est à facie gladij Gręcię: Iona enim יונה tam columbā q̄ Græciam significat. Vnde & usq; hodie Græci Iones, & mare appellatur Ionium: & apud Hebræos permanet eorū uetus uocabulum Sed & principes Romani apud Barbaras natiōes antiquū uocabulum retinentes, cæsares appellantur. Omnis itaq; contra Hierusalem sermo est: Væ ciuitas quondā columba, semper peccans, & captiuitatibus tradita, & rursum redempta à domino. D Vę ciuitas prouocatrix: quod significātius Hebraice dicitur מֹרְאָת id est, παραπικραίνουσα: quod possumus dicere, deum amarū faciens, id est tuo uitio dulcem dominū atq; clementē uertens in amaritudinē: ut qui misereri uult, punire cogatur. Nō audiuit præceptū domini: & correpta noluit susciperе disciplinā: nec prementibus malis aliquando cōfisa in domino deo suo: nec ambulauit post ter-

*Hier.25.e*

gum eius: nec dicente eo: Ego dominus appropin- *Hier.23.e*
quans & non de longe, ipsa ei appropinquare uoluit. Describuntur quoq; principes eius: & iudices & prophetæ & sacerdotes: ut in ciuitate populū, & in his quæ dixi nominibus dignitatū, principes accipiamus. Principes igitur eius quasi leones semper uersabātur in prædis, & ad effundendum sanguinem subiectorū: iudices eius rapaces, nō dimittentes alijs quod possint rapere. Prophetæ eius insanientes siue stupentes: quod Hebraice dicitur: פֹּחֲזִים & Aquila transtulit ἐνθουσιαζομένοι, loquebantur quasi ex ore domini: & omnia cōtra dominū prædicabant. Sacerdotes in loco sanctuarij cōmisere sacrilegiū: & cum contra legem facerent, ex lege uictimas offerebant. Propterea quia illa egerunt iniuste, dominus iustus non faciet iniquitatē: sed restituit urbi pessimæ quæ meretur. Mane mane, id est manifeste & absq; aliqua ambiguitate faciet de ea iudiciū: nec erit quod ab eo possit abscōdi. Et hoc faciet dominus ut correpta ciuitas cōuertatur ad melius. Sed iniquus Israel nō cognouit cōfusionem suā: nec intellexit idcirco sibi illatas plagas, ut ageret pœnitentiā. Vindicaui te, inquit, postea

*Hier.25.d*

O Illustris & redēpta ciuitas: colūba non audiuit uocē: non suscepit disciplinam: in domino nō est cōfisa, & ad dominum suū non appropinquauit. Principes eius in ea ueluti rugientes leones: iudices eius sicut lupi Arabiæ, non dimittebant in mane: prophetæ eius portātes spiritū, uiri cōtemptores: sacerdotes

A ſtea de gentibus,& deſtruxi imperia eorum:ut qui per plagas me non ſenſeras,ſaltē per beneficia cognoſceres. Vel certe ſic intelligendum: Diſperdidi omnes ciuitates tuas ò Iuda,& omnes ſubiectos tibi pagos & tribus,& diuerſa confinia: & tanta hominum uaſtitas fuit,ut nō eſſet qui habitaret in urbibus tuis:& poſtq̄ hoc feci,miſi prophetas meos cōſurgens diluculo, & ad pœnitentiam prouocās dixiq̄. Feci quidem tibi hæc ò Hieruſalē: ſed feci ut timeres me,& ſuſciperes diſciplinam:& non periret habitaculum tuum,hoc eſt templum,propter omnia ſcelera quæ geſſeras. At ecōtrario habitatores Hieruſalem,me eos ad pœnitentiam prouocāte, quaſi de induſtria & ex contentione diluculo ſurrexerunt: ut feſtinatione qua ad me redire debuerant, complerent omnes cogitationes ſuas: & opere demonſtrarent, quod mente conceperant. Hoc iuxta Hebraicum. Cæterum Illuſtris & redempta ciuitas Chriſti ſanguine, iuxta ſuperiora perſpicue eccleſia intelligitur: quæ & uocatur columba, propter ſimplicitatem multitudinis in ea credētium. Hæc non audiuit uocem domini,neq̄ ſuſcipere uoluit diſciplinam: nec confiſa eſt in domino: quia noluit appropinquare ad dominū deū ſuū,ut mereretur ueniā peccatorum. Fruſtra enim quis uocē domini dei ſui audire ſe dicit,& cōfidere in domino,quādo operibus fidē deſtruit: & magis māmonæ iungitur q̄ domino deo ſuo: & duplici corde accedit ad eū: & duobus dominis,ſeculo & B deo militare poſſe ſe credit. Huius principes ſicut leones rugientes. Nō ambigimus de rugitu leonū & diſcurſu: quando uiderimus principes eius ita in ſubiectos populos detonare: & uoce tyrannica rabidisq̄ conuiciis plebē conterere: ut nō paſtorē in grege, ſed leonē inter ouiculas putes frendere. Iudices quoq̄ eius quaſi lupi Arabiæ, occidentes ueſpere, & nil relinquentes in mane:non aſpicientes ad ortum ſolis:ſed morātes ſemper in tenebris: & poſſeſſiunculas eccleſiæ, & ea quæ in dei donaria cōferuntur,uertentes in lucrum ſuū:ut non habeant pauperes quod mane comedant: qui quaſi in nocte,& nullo uidēte omnia populātur: & cum luporū more cuncta diripiant, ne paruos quidem cibos indigētibus derelinquunt. Prophetæ etiam, id eſt magiſtri qui ſe putant docere populos,& de ſcripturis ſermocinari: πνευματοφόροι, id eſt portātes ſpiritum,ſiue ſpirituales:& hoc εἰρονικῶς legendum,ſunt uiri cōtemptores: nō enim docere,ſed facere in eccleſia conuenit, non factis uerba deſtruere. Cæterum tu cum alium doceas, & ipſe non facias,non tam doctor q̄ cōtemptor uocādus es: de quo & in Habacuc ſcribitur: Videte cōtemptores & reſpicite,& admiramini mirabilia,& diſperdimini. Sacerdotes quoq̄ qui euchariſtiæ ſeruiunt: & ſanguinem domini populis eius diuidunt,impie agunt in legē Chriſti:putantes εὐχαριστίαν imprecātis facere uerba,non uitā:& neceſſariam eſſe tantū ſolennē orationē, & nō ſacerdotū merita: de quibus dicit:Et ſacerdos in quo fuerit macula,nō accedet offerre oblatiōes dño. Cū hæc faciant principes,iudices,,pphetæ,ſacerdotes Hieruſalē: nihilominus clemēs & iuſtus eſt dñs. Clemens,in eo qđ C à ſua eccleſia nō recedit:iuſtus,in eo qđ reddit unicuiq̄ qđ meretur. Poſtq̄ em̄ aduenerit mane, & nox huius ſeculi pertrāſierit:dabit in luce iudicium ſuū:& nō abſcondet uel ipſe uel iudiciū eius. Et cū cœperit à ſingulis exigere pecuniam quā eis cōmiſerat,non erit iniuſtus:nec faciet in perpetuum ualere iniuſticiam:ſed ſuperbos principes quibus reſiſtit deus,detrahet de cathedris ſuis,& de culmine quod tenebant:& diſſipabuntur anguli eorū,id eſt prauæ uoluntates,& à recto itinere declinantes:in quibus ſemper & phariſæi orare cōſueuerant, angulari lapide cōtempto. Puto autē quod & ſuperbis proſit detrahi eos de arrogantia ſua:& diſſipari angiportus & angulos eorum,ut poſtea recto itinere gradiantur. Denicq̄ ſequitur:Et deſertas faciā uias eorum,eo quod non ſit qui pertranſeat:ſecundum illud quod in primo pſalmo ſcriptum eſt: Et iter impiorum peribit. Necnon & in Oſee ubi de Hieruſalem dicitur fornicante: Ecce ego claudam uias eius ſpinis,& obſtruam itinera eius,& ſemitā ſuā nō inueniet:& perſequetur ad amatores ſuos, & non apprehendet eos:& quæret eos, & non inueniet:& dicet: Vadam & reuertar ad uirum meū priorem:quoniā bene mihi erat tunc magis quàm nunc. Animaduerte quod niſi clauſæ fuiſſent uiæ, & obſepta itinera: & niſi deſtruxiſſet dominus uias eius,nunq̄ dicere potuiſſet anima fornicās: Vadam & reuertar ad uirum meum priorē. Diſſipantur ergo itinera ſuperborum & anguli eorum, ne D ambulent in ſuperbia & in prauitate: & urbes eorum quæ male ædificatæ fuerant in arrogantia & ſuperbia,deſtruūtur: ne ſubſiſtant & habeant habitatores peſſimos. Ac ne quis putet nos uim facere ſcripturæ, diſcat ex conſequentibus: Hæc autem, inquit,feci ut dicerem eis:Ecce deſtructa ſunt itinera malitiæ:de cætero timete me, & diſcite diſciplinam:ne & diſciplina mea pereat,fructum in uobis conuerſionis non inueniens: & omnia irrita ſint, per quæ uos uolui corripere: & ille uobis ſermo qui in Hieremia ſcriptus eſt,poſſit aptari:Sine cauſa percuſſi filios ueſtros,diſciplinam nō recepiſtis. Hiere.2.b Vel certe timete me & recipite diſciplinam, ut nō pereant omnia de conſpectu Hieruſalem:nec penitus ad ſolitudinē deducatur ſuper his malis,in quibus cōmithatus ſum ei. Nec moueat aliquem (ut ſæpe iam dixi) quod hæc aduerſum eccleſiam dicta interpreter,cum ſciat Hieruſalem in ſcripturis ſanctis ſemper typū habere eccleſiæ: de qua qui peccauerit,uel in Babylonem abducitur: uel ſi ſponte deſcēdere uoluerit in Hiericho, à latronibus uulneratur. Quæ eſt enim ita illuſtris ut eccleſia, quæ in toto orbe fundata eſt: ita redempta Chriſti ſanguine, & columba propter gratiam ſpiritus ſancti, ut eccleſia de gentibus congregata: in qua plurimi qui ſe dicunt in Chriſtum credere, nec audierunt uocem eius, nec receperūt diſciplinam, nec iuxta eum eſſe uoluerunt. Quod autem dicitur: Principes eius in ea ſicut leones rugientes: ſcio offenſurum me eſſe plurimos, quod ſuper epiſcopis & presbyteris hæc interpreter, cū & presbyteri mali

Abac.1.d

Oſee 2.b

A qui Susannam uiolare cupierunt, cęteros presbyteros qui bene uixerint, nō cōdēnent. Et mali principes quos describit sermo propheticus, non sint bonis principibus contumeliæ. Stulto enim flagellato insipiens sapientior erit: si autem insipiens sapiētior fit, quanto magis ille qui sapiens est? Sed iudices eius ac principes capiētes munera, uēdentesq; iusticiam, nónne recte appellātur lupi Arabiæ, uel uespertini, sicut Symmachus transtulit? Nō enim merentur lupi dici Bēiamin: qui mane rapiunt, & ad uesperam dāt escam: sed lupi uespertini qui noctibꝰ comedūt, & in mane nihil relinquūt. Quod autem sequitur: Prophetæ eius πνευμα τοφόροι, id est, portantes spiritū, uiri cōtemptores: nullum moueat quod
B super doctoribus interpretātes eosdem & prophetas dicamus & cōtemptores: cum & Apostolus præcipiat: Nolite cōtristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in die redēptionis. Et
Ephe.4.g Dauid loquit in quinquagesimo psalmo: Spiritū sanctum tuum ne auferas à me. Nisi enim spiritus sanctus contristatus fugere consueuisset prius hospitium: & dimittere habitaculum suum, nunq; & Paulus præcepisset quod supra dixi. Et Dauid post adulterium formidaret ne perderet quod acceperat: de quo & ad Hebræos scribitur: Quanto arbi-
Hebr.10.c tramini deteriora mereri supplicia eum qui filium dei conculcauerit: & sanguinem testamenti immūdum duxerit: in quo sanctificatus est, et spiritui gratię contumeliam fecerit? Sed & in tertio Regnorū libro scriptum est: hominē dei, haud dubium quin prophetam, qui ad altare destructum postq; dixe-
3.Reg.13.a rat in Samaria: Altare altare, hęc dicit dominus: Ecce filius nascetur Dauid, & cætera: quia contempserit uerba domini, & comederit apud pseudoprophetam: Sic enim locum istum exponens Iosephus interpretatus est, interfectum esse à leone. Et ne putaretur casus & nō iudicium domini: & pseudopropheta qui eum deceperat hoc futurum esse prædixit: & ipse leo contemptorem puniens, asiuum reseruauit. Non ergo mirum si doctores qui sancto spiritu pleni fuerant, possint fieri contemptores: cum apud negligentes & non omni cu-

HEB. dotes eius polluerūt sanctū: iniuste egerunt cōtra legē. Dominus iustus in medio eius nō faciet iniquitatē. Mane mane iudicium suum dabit in luce, & non abscondetur: nesciuit autem iniquus cōfusionē. disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli earum: desertas feci uias eorum, eo quod non est qui transeat: desolatæ sunt ciuitates eorum non remanente uiro, neq; ullo habitatore. Dixi, attamen timebis me: suscipies disciplinam: & nō peribit habitaculum eius propter omnia in quibus uisitaui eam. Verumtamē diluculo surgentes corruperunt omnes cogitatiōes suas. Quāpropter expecta

SEP. dotes eius polluunt sancta & impie agunt in legē: dominus autē iustus in medio eius, & nō faciet iniquitatē. Mane mane iudicium suū dabit in luce, & nō est abscōditus: & nescit iniquitatē in exactiōe: nec in sempiternū iniusticiā. detraxi superbos: dissipati sunt anguli eorū: destruxi uias eorū ut penitus nō trānseant: defecerunt ciuitates eorū, eo quod nullus subsisteret neq; habitaret. Dixi, uerumtamen timebitis me et suscipietis disciplinā: & nō peribitis de oculis eius in omnibus in quibus ultus sum super eā. Præparare, consurge diluculo: dissperierunt omnes racemi eorum. Propterea expecta

C stodia conseruantes cor suum, hæc ipsa causa frequenter soleat superbiæ in dominum & contemptus existere, quod habeant scientiam dei: & nouerint multam bonitatem eius, quam abscondit timentibus se: & contemnant diuitias bonitatis eius, thesaurizātes sibi iram in die irę & reuelationis. Sacerdotes q̄que qui dant baptismū, & ad eucharistiam domini imprecātur aduentū, faciunt oleum chrismatis: manus imponunt: catechumenos erudiunt: Leuitas & alios cō stituūt sacerdotes: non tam indignentur nobis hæc exponentibus & prophetis uaticinantibus, q̄ dominū deprecentur: & studiose agāt ne de sacerdotibus qui uiolant sancta domini esse mereātur. Nō
D em̄ dignitas & nomina dignitatum, sed opus dignitatis: & principes, & iudices, & prophetas, & sacerdotes saluare consueuit. Qui episcopatum, inquit, desiderat, bonum opus desiderat. Videte quid dixerit: 1.Tim.3.d bonum opus desiderat, non dignitatem. Si autem despecto opere solam aspexerit dignitatē, cito corruit turris in Siloa & excelsa cedri fulmine feriuntur: & erecta ceruix frangitur, & cygnus extento collo & in sublime se tendens, inter immūdas uolucres cōputatur. Porrò quod exposuimus iuxta Hebraicum: uerūtamen diluculo surgētes corruperūt omnes cogitatiōes suas: pro quo in Lxx. scribitur: præparare, consurge diluculo, dissipata est omnis frondositas eorum: quia multū ab Hebraico discrepat: & magis uidetur iuxta Lxx. cū posterioribus concordare, in sequētibus exponemus. a ¶ Quapropter expecta me &c.] Hæc Iudæi interpretantur in aduentu Christi, quem sperant uenturū esse: & dicunt uniuersis gentibus congregatis: & effuso super eas furorę domini, in igne zeli eius terrā deuorandam. Et sicut ante ædificationem turris fuit, quando una lingua omnes populi loquebātur: ita conuersis omnibus ad cultum ueri dei loquuturos Hebraice: & totum orbem domino seruiturū. Nos autem qui non sequimur occidentem literam, sed spiritum uiuificantem, nec Iudaicas fabulas: audiamus à domino: præparare, consurge diluculo, dissipati sunt omnes racemi eorum: & præparati dicimus

A mus:Paratum cor meũ deus,paratum cor meum.
Prouerb.24.d Audimusq́ in Prouerbijs imperatum:Præpara in
Leui.16.b egressu opera tua: Et illud quod in Leuitico sacra/
te dicitur: ubi septimo mense decima die mensis
offert Aaron pro populo hircum emissarium, atq́
uiuẽtem: & ponẽs
manus super caput
eius, inprecatur ei
cuncta peccata po/
puli Israel: tradetq́
eum in manus ho/
minis præparati,et
mittet in eremum:
intelligimus in no/
bis:& pręparantes
nos ueri imperio
sacerdotis, tolla/
mꝰ malũ de medio
ecclesiæ. Cũq́ hæc
fecerimus,nox prę
terit,appropinquat
dies, & quasi in die
Psal.62.b honeste ambulan/
tes dicimus: Deus
deus meus ad te de
luce uigilo. Statiq́
Ibidem.5.d inferimus: Mane
exaudies orationẽ
meam:mane assistã
tibi & uidebo. Nisi
enim præparati fue
B rimus, non nobis
orietur sol iustitiæ.Orto autem sole omnes racemi
de uinea Sodomorum dissipantur & pereunt: ut
non solum grandes botri,sed etiam quod paruum
esse uidebatur in nobis, Christi lucerna radiante
dispereat. Et pro his omnibus mercedem nobis
pollicẽs deus ait:Expecta me in die resurrectionis
meæ in testimonium: Post uitia enim atq́ peccata
Esa.43.b deus resurget in nobis. Et iuxta quod in alio loco
præcipit: Estote mihi testes,& ego testis, dicit do/
Deut.17.a minus deus, & puer quem elegi:testis est nobis,pa
ter cum filio & spiritu sancto:ut in ore duorum uel
trima testium stet omne uerbum.Et magis mihi ui
detur sic stare sententia: & sub his tribus testibus
Dan.13.d ueritas cõfirmari quàm per literam. Duo enim fue
Matt.26.f runt testes contra Susannam: & contra ipsum do/
3.Reg.21.d minum saluatorem: & tamen non stetit uerbum
in ore eorum.Contra Naboth quoq́ pene tota ci
uitas dixit testimonium:consensusq́ testium pessi/
morum non firmitatem habuit ueritatis, sed scele/
ris cõiurationem.Quia iudicium,ait,meum in cõ/
gregationes gentium: ut suscipiam reges in loco
uidelicet supplicium suorum:ut effundam super
eos iram meam,omnem iram furoris mei.Qui mi/
nor est,cito meretur ueniam, & misericordiæ pro/
ximus est.Potentes autem potenter tormenta pa/
Sap.6.b tientur. Vnde gentes & gentium multitudo con/
gregatur ad iudiciũ: reges autem, id est, principes
dogmatum peruersorum adducuntur in pœna,ut
effundatur super eos omnis ira furoris domini. Et
hoc non crudelitate fit aliqua, ut arbitrantur san/ C
guinarij Iudæi,sed misericordia & consilio medi/
cantis.Sequitur enim:In igne enim zeli mei consu
metur omnis terra. Gentibus quippe ad iudicium
congregatis, & regibus ad supplicium,ut effunda/
tur super eos ira:&
non ex parte,sed to
ta: & ira ac furore
sociato, consuma/
tur ĩ toto orbe quic
quid terrenum est,
quicquid ad opera
terræ: id est,carnis
pertinet: oms eius
uepres & spinosa
fruteta uastans,ze/
li mei uorabit incẽ/
dium. Et tunc con/
uertam super po/
pulos linguam in
generationẽ suam:
ut unusquisq́ erro/
re deposito ad anti/
quum confessionis
domini eloquium
reuertatur:& in no Philip.2.b
mine Iesu omne ge
nu flectatur cœle/
stium, terrestrium
& infernorum,& D
omnis lingua confi
teatur dominum Ie
sum in gloria dei patris. Abiectisq́ lateribus & bi
tumine,quę habebamus pro lapidibus & luto:qui
bus erroris nostri superbiam extruebamus contra
dominum:recipiamus linguam quam ante perdi/
dimus,& simus sub iugo Christi dicentis: Iugum Matt.11.d
meum suaue est,& onus meum leue est. Notandũ
autem quod in eo loco,ubi nos interpretati sumus:
reddam populis labium electum: Pro electo, Se/
ptuaginta dixerunt, εἰς γενεὰν αὐτῆς, id est,in gene
rationem eius:ut subaudiatur terræ. Et hinc error
exortus est:quod uerbum Hebraicũ בְּרוּרָה quod
Aquila & Theodotio electum: Symmachus mun
dum interpretatus est:Septuaginta legerũt בְּרוּרִית
ר literam ר existimantes, propter elementi ni/
miam similitudinem, quod paruo apice distingui/
tur. Necnon ubi nos transtulimus: In die resurre/
ctionis meæ in futurũ:& omnes interpretati sunt,
testimonium:Hebræus qui me in scripturis institu
it,asserebat לָעַד in præsenti loco magis εἰς ἔτι, id
est,in futurum debere intelligi, quàm in testimoni/
um עַד enim quod scribitur per literas ע & ד
εἰς ἔτι & μαρτύριον, i. & futurum & testimonium
intelligi.possumus hunc locum & de primo christi
aduentu exponere: quando omni errore sublato,
dęmonibusq́ calcatis,& terrenis operibus destru/
ctis,apostoli uniuersis linguis locuti sunt:& ueteri
Act.2.d errore sublato,unum confessionis redditum est la/
bium. Sed & reges qui destruuntur,& diuino con
sumuntur ardore, peruersorum dogmatum princi

A pes ſentiendi ſunt. 4 ¶ Vltra flumina Aethiopiæ &c.] Cum reddiderit dominus credẽtium populis labium electum, & inuocauerint omnes nomẽ domini & portauerint iugum eius, tunc etiam ultra
3.Re.10.a flumina Aethiopię: unde uenit regina Saba audire ſapiẽtiã Salomonis deferent uictimas
Pſal.67.g domino: Et Aethiopia præueniet manus eius deo: Ve-
Exo.2.d roq; legifero quide cẽ plagis percuſſit Aegyptum, nubet Aethiopiſſa, inuidẽte ſynagoga Hebræorũ. Quod autẽ ait iuxta Hebraicũ: Inde ſupplices mei filia diſperſorũ meorũ deferẽt munus mihi, huiuſcemodi eſt: O Iſrael, ò ſynagoga quondam filia, quam in toto orbe diſperſi, licet inuideas, licet æmulatione crucie-

HEBRAEI. quia tunc auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ: & non adiicies exaltari amplius in monte ſancto meo: & derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum: & ſperabunt in nomine domini. Reliquiæ Iſrael non faciẽt iniquitatem: neque loquentur mendacium: & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniam ipſi paſcent & accubabunt: & non erit qui exterreat.

SEP. quia tunc auferam à te detractionem contumeliæ tuæ: & ultra non adiicies ut magnificeris ſuper montem ſanctum meum: & relinquam in te populum manſuetum & humilem: & reuerebũtur nomẽ domini: qui fuerint reliqui de Iſrael: & non facient iniquitatem, & non loquentur uana, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniã ipſi paſcentur & accubabunt, & non erit qui exterreat eos.

ris, tamen de Aethiopia mihi uictimæ deferentur: id eſt, de gentilium populo. In die illa, id eſt, quan-
B do gentium crediderit multitudo, etiam tu non penitus confunderis ſuper cunctis erroribus tuis: quibus præuaricata es in me eligendo Barrabbam & dei filium crucifigendo. Tunc auferam de medio tui ſcribas & ſacerdotes & phariſæos magnilo-quos ſuperbię tuæ, & nequaquàm te in monte ſancto meo ultra iactabis: ſed habebis populum pauperem, homines illiteratos, & piſcatores, qui ſperabunt in nomine domini. Reliquiæ Iſrael, nõ multitudo quæ clamauit: Crucifige, crucifige eum: nõ pontifices & optimates, ſed reliquiæ nequaquàm facient iniquitatem: nec loquentur mendacium in Chriſto ueritati credentes: nec inuenietur in ore eorum lingua doloſa, ſcientes quod omne menda-
Ioan.8.f cium de diabolo eſt: quoniam ipſi paſcentur, & di-
Pſal.22.a cent: Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuę ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit: & non erit qui exterreat, uincente fide credentium perſecutorum ſuperbiam. Hoc de primo aduentu Chriſti intellectũ ſit, quod Iudæi ſibi in fine promittũt, & ſperãt ſe habitaturos in Hieruſalem: & in more pecorum corporalibus donis Iudæ opibuſq; compẽdos & paſcendos herbis uiridibus, & deletis cunctis gentibus ſibiq; ſubiectis, nullum poſſe reſidere qui eos exterreat. Nos autem accipientes ex hac fabula occaſionem ueræ hiſtoriæ: dicemus omnem nigredinem animę, & tetrum colorem: ac draconis uenenũ, quo tincti fueramus uitiis atq; peccatis: reddito nobis labio electo, ſiue mũdo & candido: ut interpretatus eſt Symmachus: derelinquere nos in fluminibus Aethiopiæ peruerſorum do-

C gmatum magiſtros, quibus ante irrigabamur: & cum diſperſis quondam Iſrael Chriſto munera delaturos. In die illa, qua nobis Chriſti lumen fuerit exortum, dicetur ad ſingulos noſtrum: Non confunderis ex omnibus tuis adinuentionibus, cogitatiõibus uidelicet peſſimis, quibus impie agebamus contra dominũ: & tolleẽ uniuerſa ſuperbia & contumelia perquam erigebamur cõtra dominũ: & cõtra montẽ ſanctum eius, dominũ noſtrum & ſaluatorem: & pro ſuperbis uanisq; nominibus, relinquetur in nobis populus mãſuetus & humilis: ut nihil arrogans, nihil tumens, nihil qd deo diſpliceat cogitem⁹. Simulq; conſidera quod in die iudicij, & in cõ-

ſummatione mundi tollantur uniuerſa nomina dignitatum: & unus populus remaneat, & grex ſub paſtore bono, qui ſit manſuetus & humilis. Tunc D etiam populus Iſrael plenitudine gẽtium ſubintrãte: quia concluſit deus omnis ſub peccato, ut omnibus miſereatur: timebũt nomẽ domini. Et reliquiæ Iſrael non facient ultra iniquitatẽ per quam dominum negauerũt: nec loquentur uana, ineptas ſibi fabulas promittẽtes: nec inuenietur in ore eorum lingua mendacij, Chriſto per eos qui ueritas eſt loquente. Tunc enim paſcentur & ipſi in uno grege & accubabunt in eccleſia: & ueri Nabuchodonoſor impetus non timebunt. Hæc uidentes & legentes tanta myſteria, clamemus cum Apoſtolo atq; dicamus: O profundum diuitiarum ſapientiæ & Rom.11.d ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia tua, & inueſtigabiles uiæ tuæ. Quod quidem & prophe-ta ſentiens & ſecum uoluens, de dei iudicijs ſuſpicatur. In nocte cum corde meo exercebar & ſcopebam ſpiritum meum & dicebam: Nunquid in ſempiternum abijciet deus: aut non addet ut miſerea-Pſal.76.b tur ultra: aut cõtinebit in ira ſua miſericordias ſuas? & dixi: Nũc cœpi: hęc eſt immutatio dexterę excelſi. Et eſt ſenſus: Hoc quod putabam dominum in æternum relinquere peccatores, & miſericordias ſuas ira ſuccedẽte cohibere: intellexi idcirco factũ, ut immutatione dexteræ ſuæ, quæ excelſi eſt dextera, uniuerſa mutaret: & miſereretur his quos ante proiecerat. Et nos igitur & reliquiæ Iſrael ſcientes quod reddituri ſumus rationem pro omni ocioMat.12.e ſo uerbo: et quod diperdet dominus uniuerſa labia mẽdacia, non loquamur uanitatem. Vanitas quippe uanitatum & omnia uanitas. Eccl.1. Et uniuerſa uanitas omnis homo uiuens. Pſal.38.b Nec ore noſtro mẽdacium proferamus

A proferamus: ſed accepta poteſtate calcandi ſuper
Luc.10.c ſerpẽtes & ſcorpiones, & ſuper omnem uirtutem inimici: nullam timeamus formidinem, nec luporũ Chriſto cuſtode uereamur inſidias, ſed dicamꝰ: Dominus illuminatio mea, & ſaluator meus, quem timebo: & cætera quæ in uiceſimoſexto pſalmo continentur. 4 ¶Lauda &c.] Non uideatur mirum, ut ſæpe diximus, aliter Hebraica capitula, & aliter Lxx. Græca uidelicet Latinaq; ſiniri. Vbi enim in ſẽſu diuerſa trãslatio eſt, ibi neceſſe eſt diuerſa eſſe uel principia uel fines. Iudæi cũ Chriſto quẽ putãt eſſe uenturũ hęc ſibi oĩa repromittũt, quę nos ꝙ Chriſtũ ſuſcepimus, iam cũipſo ſumus omnia cõſequuti. Si ꝙs ergo Chriſtianorũ & maxime nouorũ prudentiũ, ꝙrũ noĩa taceo, neq̃ẽq; lædere uidear, exiſtimat necdũ ꝓphetiã eſſe completã: ſciat falſo Chriſti portare ſe nomen, &
B Iudaicam animã circũciſionẽ tantũ corporis nõ habere. Si enim hæc necdũ facta ſunt, ſed futura, fruſtra credidimus ſaluatoris aduentum: fruſtra autẽ non credẽtes, intelligimus in nobis eſſe completũ myſteriũ, quod tẽporibus æternis tacitũ eſt: & nũc manifeſtatũ eſt pſcripturas ꝓpheticas, & aduentũ domini noſtri Ieſu Chriſti. Deniq; conſideremus ordinẽ lectionis, & uidebimus quod dicitur nõ ad Iudæos, ſed ad Chriſti eccleſiã pertinere. Poſt hoc enim quod præceſſerat: iudicium meum in congregationes gentium, ut ſuſcipiam reges uſq; ad eum locum, ubi ait: Vt inuocent omnes nomen domini, & ſeruiant ei ſub iugo uno: & ultra flumina Aethiopiæ ſuſcipiã in diſperſis meis qui afferent mihi uictimas: & poſt reliquias populi Iſrael credentes in Chriſto atq; ſaluatas: de quibus dicitur: Et timebunt nomen domini qui ſunt reliqui de Iſrael: & nõ erit qui exterreat eos: Spiritus ſanctus de generali mundi conſummatione prædicans loquitur: Gaude filia Sion, prædica filia Hieruſalem, lætare & delectare de toto corde tuo filia Hieruſalẽ. Omnis quippe eccleſiaſtica anima, quæ in ſpecula conſtituta eſt & contemplatur pacem: lætatur & gaudet iniquitates à ſe eſſe ſublatas, & redemptas ab eo qui precioſo ſãguine omnes redemit. Chriſtus
1.Cor.1.d enim factus eſt ſapientia nobis à deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Et redemit nos rex Iſra
Ioan.14.c el qui habitat in medio noſtri, dicens: Ego & pater
Leui.26.b meus ueniemus, & manſionem apud eũ faciemus: & habitabo & ambulabo in eis: & ultra non uidebimus mala, ſolas uirtutes cogitãtes atq; facientes. C. In illa die, dicit dominus, uidentibus nobis pacem & in ſublimi poſitis: ne diſſoluantur manus tuæ: qui & per Eſaiam dicit: Cõfortamini manus diſſo- Eſa.35.a
lutæ, & opera tua robuſta ſint. Dominus enim for-
HEBR. reat. Lãuda filia Sion, iubila Iſrael, lętare & exulta in omni corde filia Hieruſalem. Abſtulit dominus iudicium: auertit inimicos tuos: rex Iſrael dominus in medio tui, non timebis malũ ultra. In die illa dicetur Hieruſalem: noli timere Sion: non diſſoluãtur manus tuæ. Dominus deus tuus in medio tui fortis ipſe ſaluabit: gaudebit ſuper te in lætitia: ſilebit in dilectiõe tua: exultabit ſuper te in laude. Nugas quę à lege receſſerũt cõgregabo, ꝙa ex te erãt: ut non ul-
SEP. tis, cui nemo poteſt reſiſtere ſaluator tuus: ipſe tibi reddet lætitiã quã perdidiſti: & uetęri homĩe proiecto, in nouo ambulare te faciet: & hæc faciet in dilectiõe ſua: non tuo merito, ſed miſericordia ſua. Et lætabitur in te & delectabitur, quaſi pinguiſſimam ſolẽnitatis tuę hoſtiam ſuſcipiens ſalutem tuam: & ipſe tibi dicet: cõgregabo con tritos tuos: Cor ꝙp Pſal.50
pe contritum & humiliatum deus non deſpiciet: Et calamũ cõtritũ non cõfrin-
get. Hęc interim ſi uoluerimus de ſecũdo aduentu accipere ſaluatoris. Porrò quia propheta Zachariasad ſimilem lætitiam cohortatur Sion et Hieruſalem: & hanc ipſam prophetiam Matthæus dicit in Mat.21.a
primo aduẽtu Chriſti eſſe completam: neceſſitate D
cõpellimur, imò ordine ipſo ducimur ueritatis, qđ in Sophonia dicitur, nõ futurum ſperare, ſed factũ. Scriptum eſt enim in Zacharia: Gaude uehemen- Zach.9.d
ter filla Sion: prædica filia Hieruſalẽ: ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator: ipſe humilis & aſcendens ſuper iugalem & pullum nouum. Hæc iuxta Septuaginta dicta ſint. Cæterum iuxta Hebraicũ, laudare iubetur eccleſia & iubilare Iſrael, ſenſu uidens deum: & exultare atq; lætari in omni corde locus pacis, ad quem dictum eſt: Pacem meam do Ioan.14.d
uobis, pacem meam relinquo uobis. Abſtulit enim in fine & in cõſummatione mundi iudicium eius, nequaquam eam iudicans atq; corripiens, ſed ſaluans: & auertit inimicos eius, dæmonum turbas. Rex Iſrael dominus in medio eius erit, non timebit ultra malum. In die illa dicetur ad Hieruſalem libera, quæ non ſeruit cum filijs ſuis, ſed quæ eſt mater ſanctorum: Noli timere Sion: ipſa quippe eſt & Hieruſalem: nequaq̃ tua opera diſſoluentur: nec facies quæ te feciſſe lugebis. Dominus deus tuus qui ſaluabit te fortis & potens ipſe habitabit in medio tui: gaudebit ſuper te in exultatione & lætitia: & ſilebit peccata tua in charitate, qua te dilexit: & exultabit ſuper te in laude: uel quia laudabilis ſis, uel quia eum tuis laudibus canas. Nugas, ſiue ut Aquila interpretatus eſt, translatos qui à te receſſerunt, congregabo quia ex te erant: hoc eſt, hi qui per uitia atq; peccata de tuo ſinu fugerant: & facti

A erant ſub dęmonũ poteſtate, reintegrato omnium ſtatu uenient ad te: & nequaquam ultra ſuper perditis filijs tuis patieris opprobria. Id quod dixi mus, nugas, ſciamus in Hebræo ipſum Latinũ eſſe ſermonem נוגי & propterea à nobis ita ut in Hebręo erat poſitum: ut noſſe poſſimus linguam Hebraicã omniũ linguarum eſſe matricẽ: quod non eſt huius tẽporis differere. Miror autẽ Aquilã & Septuaginta pro eo ꝙ nos interpretati ſumus, erant, in eo uidelicet loco ubi diximus: Cõgregabo qui ex te erant: pro erãt interpretari uoluiſſe ὀναὶ, ſiue οἰ: quod ſemper Aquila nõ pro plangendo, ſed pro uocando et inclamãdo ponit הִיו enim cuius uerbi initiũ eſt הָיָה

HEB. tra habeas ſup eis opprobrium Ecce egõ interficiã omnes qui afflixerũt te in tẽpore illo: et ſaluabo claudicãtẽ: et eã que eiecta fuerat congregabo, & ponã eos in laudẽ, & in nomẽ in omni terra cõfuſionis eorũ. In tẽpore illo quo adducã uos, & in tempore quo cõgregabo uos: dabo enim uos in nomen & in laudem omnibus populis terræ, cũ conuertero captiuitatẽ ueſtram coram oculis ueſtris, dicit dominus.

B præteritũ tempus numero plurali ſignificat: erant, uel fuerant. Hęc ſcio moleſta eſſe lectori, qui ſi animaduerterit nõ me cõtrouerſias & declamationes ſcribere, nec in locis exultare communibus: ſed cõmentarios, & cõmẽtarios prophetarũ: reprehendet potiùs ſicubi rhetorũ more ludere uoluero, ꝙ arguet in tãtis obſcuritatibus ut dignum eſt immorantem. a ¶ Ecce ego interficiam &c.] Et hoc ſynagoga quæ nõ claudicat, ſed utroq; trũcata eſt pede: pollicetur ſibi in aduentu Chriſti ſui, quem ſperat eſſe uenturũ: & putat omnes gẽtes interficiendas à domino quæ afflixerunt Iſrael: & ſaluandã ſynagogam, et eam quæ acceperat libellũ repudij colligendam: & ponendos eos in laudem, & in nomẽ in omni terra captiuitatis ſuæ: in qua fuerant ante cõfuſi. Et hoc fieri eo tempore, quando captiuitas reducta fuerit Hieruſalem: & extructum tẽplum, & reliquus ceremoniarũ ordo ſeruatus. Hæc ſibi repromittit, & propterea non agit pœnitentiam: & dum ſperat incerta, perdit certam ſalutem. Nec miror ſynagogam hęc dicere: quę quia non recipit Chriſtum, oculos dolet, & cum Lia lippeſcit: & nõ amatur à Iacob, & Rachel ſuccedente neglígitur. Chriſtianos miror, imò ſemijudeos, qui ſibi uidentur eſſe de eccleſia: ea dicere & ea profiteri, quæ ſi uera ſunt fruſtra credimus in Chriſtum: & omne noſtrum tollitur ſacramentum: & miſerabiliores ſumus omnibus hominibus, credẽtes eum ueniſſe qui nõ uenit. Quia autem ſpes noſtra certa eſt, & Iudæorum caſſa ſunt uota: ſecundum priorem intelligentiam iam texamus præſens extremũq; capitulum: & de Ieſu filio Sirach teſtimonium proferamus: Qui mittit lapidẽ in excelſum, ſuper caput ſuum mittit. Quia enim Sion & Hieruſalem in excelſo poſitæ ſunt: quicũq; Sion detrahit & Hieruſalẽ: & mittit in eã cõtumeliarũ lapides, in ſuum eos caput iacit: & reuertetur opprobriũ eius in caput ſuum, & dolor eius & iniquitas ſuper uerticẽ eius deſcẽdet. Quãti hodie exprobrãt animæ, dei myſteria cõſectanti, uolẽtiq; uidere pacem eius, & dicunt: Inſanus eſt, et ebrius, et muſto plen⁹: hominum cœtus fugit: delicias aſpernatur aurũ pro luto cõputat, ſolã diligit paupertatẽ. Qui autẽ infideles ſunt, etiã crucẽ Chriſti exprobrãt ei: & ſi quãdo eũ in anguſtia uiderint & in tẽtatione, dicũt: Vbi ſũt miſericordię tuę, et iuſticiæ quas operatus es? Quid loquar de infidelibus, cũ eccleſiarũ nõnulli principes huiuſcemodi hominibus exprobrent, & uitã ipſorũ arbitrentur amentíã: & nõ præſentẽ laudẽt conuerſationẽ: ſed uetera peccata exprobrẽt: nec audiunt eſſe præceptũ: Noli improperare homini qui cõuertitur à peccatis ſuis. Væ igitur ei, qui tulit opprobriũ atq; ſuſcepit: & huiuſcemodi ſe officio mãcipauit, ut detraheret Siõ & ciuitati dei: quia pro hac iniuria urbis ſuæ ultor eſt dñs, & dicet ad Siõ: Ecce ego faciam in te propter te, id eſt, facíã ultionẽ tuã & ſaluabo afflictã: ſiue ut in Græco dicitur: καὶ σώσω τὴν ἐκπεπτωκυῖαν: id eſt, & ſaluabo expreſſam. Vt ſit ſenſus: Ego ſaluabo eam quæ in præſentiarũ quaſi uua & oliua: ita tẽtationibus atq; preſſuris, ut prælo et trabe preſſa eſt & afflicta, ut uinum faceret et oleum: & de uino biberet Ieſus in regno patris ſui: de oleo autem ungueretur præ participibus ſuis. Ego puto propter expreſſionẽ talis uini & olei Iob multa perpeſſum: poſtq; autẽ uinũ et oleũ fecerat, audiſſe à domino: Putas me aliter tibi reſpondiſſe, niſi ut appareres iuſtus? Quaſi ad uuã et oliuam loquereẽ? Exiſtimas me aliter te preſſiſſe & afflixiſſe atq; cõtriuiſſe, niſi ut uinũ de te & oleum exprimerẽ? Sequitur: Et eã quæ repulſa fuerat ſuſcipiã. Videtur nos deus repellere quãdo relinquit tentationi. Vnde & Iob: Viſitatio, inquit, domini reſpexit me. Et nõ ſolũ iuſti loquũtur & dicũt: Nũc autẽ repuliſti & cõfudiſti nos: ſicut in quadrageſimotertio pſalmo ſcriptũ eſt: Sed ipſe dominus atq; ſaluator ex perſona hominis quẽ aſſumpſerat: Tu autẽ, ait, repuliſti & deſpexiſti: diſtuliſti Chriſtũ tuum: ſubuertiſti teſtamẽtũ ſeruí tui. Quod autẽ iuſtorũ perſona ſit in quadrageſimotertio pſalmo dicẽtiũ: Nũc autẽ repuliſti & cõfudiſti nos, ex ſequẽtibus approbatur: Hæc omnia uenerunt ſuper nos, nec obliti

C

D

Pſal. 7.d

Iob. 10.a

Eccls. 23.d

A obliti sumus te: neq; iniq; egimus in testamẽto tuo: nec recessit retro cor nostrũ. Eã igit quæ in tẽtatio/nibus uidebat abiecta: suscipiet dñs in fine, & ponet eos in gloriã & nominatos in uniuersa terra: filios uidelicet expressæ & repulsæ, id est, ecclesiæ. Quos autẽ alios possumus intelligere filios ecclesię nominatos nisi apostolos? Vide mihi Petrũ et Paulũ & Matthęũ & Ioanẽ: et cõsidera hoc q; ad Abrahã repmissũ est: Magnificabo nomẽ tuũ, ĩ illis opere perpetratũ. Quotidie nominatur in ecclesia: q̃ti die magnificat nomẽ eorũ: nõ quod ipsis ꝓsit à nobis in ecclesia nominari: sed q; nos magnificantes nomẽ eorũ, & quæ scripserãt lectitãtes, cõseq̃mur salutẽ. In tẽpore, ingt, illo qñ expressa et repulsa susceptа fuerit, & filij eius positi in gloriam. Gloriatur quippe dñs in athletis suis, cũ eos uiderit coronari: sicut gloriatus est aduersus diabolum de Iob. Vnde & Apostolus in profectu discipulorũ suorũ exultans ait: Etiã per uestrã gloriam confundẽtur C qui aduersarij uestri fuerãt, & tulerãt cõtra uos opprobriũ: & tũc uidebũt eos quos miseros putauerãt esse felices: & quos pauperes existimabãt atq; deiectos, potẽtes fieri atq; glorioſos. Tũc cernẽt captiuitatẽ eorũ per quã in hoc seculo duro fuerant imperio subiugati, reduci in cœlestẽ Hierusalẽ: secq; resurgere in opprobriũ & in cõfusionem ęternam. Tribue nobis Iesu Christe expressis & afflictis & repulsis in isto seculo, ut nos recipias & ponas in gloriam, confundatur quod superbit, cessent sibila, uenena torpeant, & confusio eius proficiat ad salutem. Hęc iuxta Septuaginta. Hebraicum autẽ quia excepto principio, de quo in fine superioris capituli diximus: non multum ab eorum translatione discordat: indigere expositione non arbitror.

Cõmentarij in Sophoniam prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN AGGEVM PROPHETAM AD PAULAM & EVSTOCHIVM PROLOGVS.

SEcundo anno Darij regis Persarum filij Hystaspis, septuagesimum annum desolationis tẽpli fuisse completum, quem Hieremias uaticinatus est: Zacharias quoq; propheta testis est: qui cum uisionis suæ titulum in secũdo anno eiusdem regis, undecimo mense sabat, uicesimaquarta die præposuisset, adiecit dicens: Domine exercituum: usquequo non misereberis Hierusalem & urbium Iuda, quibus iratus es? Iste septuagesimus annus est. Sed & Esdras extructo tantum altari, & iactis fundamentis templi: ad literas regis Artaxerxis prohibitum opus refert: Tunc intermissum est opus domus dei in Hierusalem: & non fiebat usq; ad annum secundum regni Darij regis Persarum: statimq; addidit: Prophetauerũt autem Aggeus propheta & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudæos qui erãt D in Iudęa & Hierusalem in nomine domini Israel: Tunc surrexerũt Zorobabel filius Salathiel, B & Iesus filius Iosedech: & cœperunt ædificare templum dei in Hierusalem, & cum eis prophetę dei adiuuantes eos. Quo tempore apud Romanos septimus à Romulo regnabat Tarquinius Superbus, habẽs annum imperij uicesimum septimum, qui post octo annos expulsus est à Bruto: ac deinde rempublicam per annos quadringentos sexagintaquatuor, usq; ad Iulium Cæsarem consules administrauerunt. Hoc propterea ò Paula & Eustochium diximus, ut de ipso statim titulo, qua ætate Aggeus propheta cecinerit, agnoscatis. Sciendumq; est interim iuxta literam, magni spiritus & Aggeum fuisse & Zachariam prophetas: ut aduersum Artaxerxis regis edictum, & Samaritanos gentesq; cunctas per circuitum, ædificationem templi impedientes iuberent tẽplum extrui: Zorobabel quoq; & Iesum filium Iosedech & populũ qui cum eis erat non minoris fidei: ut prophetas magis audirent iubentes, quàm prohibentis regis imperium.

Zach.1.c

1.Esd.5.d

### COMMENTARII HIERONYMI in Aggeum prophetam.

IN anno secundo Darij regis &c.] Quia populus qui uidebatur sibi redisse de captiuitate, necdum ædificauerat tẽplum, nec muros extruxerat ciuitatis, nec habebat gloriã pristinę Hierusalem: sed habitabat in domibus cõcauis: & ut significantius Græce dicitur κοιλοσἀθμοις, id est, deorsum positis & in conualle demersis: propterea nõ ad eos fit sermo dei sub rege Ezechia, siue Amon, siue Iosia: qui quàmdiu stabat Hierusalem, populo dei imperauerant: sed sub Dario rege, Persarũ principe: de quo & Daniel mystice in suo uolumine refert. Darius autẽ in lingua nostra sonat, generationes factæ, siue quæ fuerũt: q̃d Græce dicit̃ γενέσεις γεγονυῖαι: nec mirabat absq; tẽplo populus & deorsum habitãs alium habere regẽ: nisi qui generationibus seruiebat & amabat carnẽ: & primã sententiã inerudíti adhuc hominis, & eiecti de paradiso custodiebat: Crescite & multiplicamini, & ĩplete terrã. Ergo q; a Darius amator erat

דָּרְיָוֶשׁ

Gene.1.e

### AGGEVS

IN ANNO secũndo Darij regis in mense sexto, in die una mensis, factum est uerbum domini in manu Aggei prophetæ

A coitus, & ſocius draconis: cuius oīs uirtus in lūbo eſt: idcirco in ſecūdo anno uiſio populo cernitur, in immundo numero: & poſt unionem uirginitatis & paradiſi nuditatem, tunicas ſignificāte pelliceas. Deniq; in Geneſi cum in primo die dictum ſit, & in tertio, & in quarto, & in quinto, & in ſexto poſt conſummationem operum ſingulorū: Et uidit deus quia bonum eſt: In ſecūdo, iuxta Hebraicum & Aquilā & Symmachum & Theodotionē non habetur. Neq; enim poterat ſecundus dies qui numerū facit, qui ab unione diuidit, quod bonus eſſet, dei ſentētia comprobari. Menſis quoq; ſextus aſſcribitur, qui non habet ſolennitates dei, ſicut mē ſis ſeptimus: ſed uicinus eſt dierum ſex, in quibus factus eſt mūdus. In quo laboratur, & in ſudore facies comeditur panis: & terra generat nobis tribulos et ſpinas: & cū ſemētē acceperit tritici: lolio magis auenisq; fœcunda eſt. Sed quia iam altare ædificatum fuerat: & aduerſum repugnantes hoſtes templum uoluerant extruere, nec extruxerant, In uno die menſis ſexti, factum eſt uerbum domini in manu Aggei prophetæ ut deſerens populus ſecūdum annum Darij regis, qui ab unione diuidit: & ſextum menſem qui præterierat, & qui numerus labori deputatur: ad unionem reuerteretur dei: &
B imparem numerum ſolumq; ſequeretur: quem mūdum eſſe gentilis quoq; poeta nouit, dicens: Numero deus impare gaudet. Fit autem uerbum domini quærēs ad quem ueniat: & quem doceat, in manu Aggei prophetæ, qui bona habebat opera: et in cuius factis poterat dei ſermo requieſcere. Porrò ubi manus ſanguine plenæ ſunt, & interficitur Ieſus: & audet populus dicere: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros: ibi non fit ſermo dei. Vſq; hodie immundas habens manus carneus Iſrael, extendit eas ad dominum: ſed quia ſanguine plenæ ſunt: loquitur ad eos dominus per prophetam: Si
Eſa.1.d extenderitis manus ueſtras, auertam oculos meos à uobis: manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Non fit in manibus eorum uerbum domini: quia immundæ ſunt: non uenit ad eos ſermo dei, quia in ſe occidere ſermonem dei. Nec putādum in manu tantum Aggei prophetæ factum eſſe ſermonē
חַגַּי domini: Sed quia Aggeus interpretatur feſtiuus:
1.Cor.23.b omnis qui poteſt feſta celebrare: non in fermento ueteri malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſyncerităţis & ueritatis: poteſt dei recipere ſermonem. Ha
Exo.23.b beamus & nos mūdas manus: & uocemur ἑορτάζον-
Deut.16.c τες, id eſt, feſta celebrātes: & ad nos fiet ſermo dei. Proponamus āte oculos noſtros, qa lex ſpiritualis eſt, ſpirituales ſolēnitates: de quibus ſcriptum eſt: Tribus tēporibus mihi feſta celebrabitis in anno: Solennitatem azymorum cuſtodietis: ſeptem diebus comedetis azyma: ſicut præcepi tibi in tempore mēſis nouorum: in ipſo enim es egreſſus ex Aegypto: Non apparebis in conſpectu meo uacuus: Et ſolennitatem mēſis primitiuorum de operibus tuis quæcūq; ſeminaueris in agro: Et ſolennitatem

tæ: ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda: & ad Ieſum filium Ioſedech, ſacerdotem magnum, dicens

conſummationis in exitu anni in congregatione C operum tuorum de agro. Si uoluerimus in nobis fieri ſermonem dei: ſimus Aggei, id eſt, feſta celebrantes: & non appareamus in conſpectu dei ua/cui, ſeminantesq; in ſpiritu metamus æternam uitam: ut celebremus ſolennitatem primitiuorū de operibus noſtris, quæcūq; ſeminauerim⁹ i agro cui benedixit dominus. Simus quoq; Aggei: & per omnē uitam noſtram uſq; ad cōſummationem anni, id eſt, uſq; ad exitum de ſeculo iſto, celebremus feſta in operibus noſtris, quę nobis orta ſūt in agro noſtro. Multa ſunt, & non huius temporis quæ de ſolēnitate dicantur: quibus poteſt de omni ſcriptura lector diligens coaptare intelligentiam ſpiritualem. a ¶ Ad Zorobabel filium Salathiel, ducē Iuda: & ad Ieſum filiū &c.] Legimus in Paralipome- 1.Par.3.b
nō: Ieconiæ qui in Babylonē ductus eſt filiū fuiſſe Salathiel, de quo natus eſt Zorobabel. Quod qui- Mat.1.b
dem & Matthæus generationē ſaluatoris enumerans ait: Poſt tranſmigrationem autem Babylonis, Ieconias genuit Salathiel: Salathiel autē genuit Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiud. Hic Zorobabel de tribu Iuda, hoc eſt, de Dauid ſtirpe deſcendēs, typus eſt ſaluatoris: qui uere deſtructum ędificauit templum, id eſt, eccleſiam: & reduxit populum de captiuitate. Et tā deueteris templi lapidibus, quām de nouis qui prius fuerant impoliti ædificauit eccleſiam: id eſt, & de reliquijs populi Iudaici, & de gētium multitudine, deo patri extruxit tabernaculum. Interpretatur autem ſecundum multiplices Hebraici ſermonis accentus, uel ῥεῦσις παραξμένη, id eſt, fluxus adiacens, ſiue expoſitus: uel ortus in Babylone, uel princeps de Babylone. Primæ interpretationi ille fluxus cōtrarius eſt, qui ſignificat in uocabulo Iezabel, id eſt, fluxus uanus, אִיזֶבֶל
uel fluxus mēſtruatæ: qui utiq; manifeſte immūdi- וְבִלְדָּן
cią ſonat. Sed & Zabulō, fluxus noctis exprimit. Relinquētes ergo huius mūdi uanū & ſordidū fluxum atq; tenebroſū: ſeq; mur fluxū Ieſu, qui nobis expoſitus eſt ad bibēdū, & largiſſimo fonte ſe præbet: iuxta illud qd dicit in euāgelio: Stabat Ieſus in Ioan.7.f
tēplo & clamabat, dicēs: Si qs ſitit, ueniat ad me & bibat. Et hūc ipſū tūc poterimus bibere, cū petieri- Mat.7.d
mus à deo patre: iuxta q legim⁹: Petite, & dabit uo Ioan.6.c
bis. Salathiel qppe interpretat, petitio dei. Et nemo שְׁאַלְתִּיאֵל
uenit ad Ieſū, niſi eū adduxerit pater. Naſcet ergo nobis fluxus, expoſitus p obſecrationē dei: & erit de tribu Iuda, regia ſcilicet, & cōfitēte uel laudante deū: quia Iudas utrūq; ſonat. Porrò ortus in babylone, ſecūdū hiſtoriā quidē uere de Zorobabel dicitur, quia ibi natus eſt. Sed & iuxta altiorē intelligētiā dām noſtrū Ieſū ſonat: quia ipſe ꝙq; natus ſit in cōfuſione huius ſeculi: & fuerit prope grauiſſimū flumē Chobar: & uiderit magnam uiſionem illam Ezech.1.a
quā ſub typo eius Ezechiel in uoluminis ſui cernit exordio. Quod autē dixi interpretari Zorobabel principē de Babylone: nō q uere prīceps interpretet hoc dixi: ſiq dē apud Hebræos ex tribu integris nomen

A nomen eius traditur esse compositum אי enim dicitur iste רַב magister, siue maior בָּבֶל proprie Babylonium sonat: et efficitur nomen Zorobabel: iste magister de Babylone. Sed ad compendium intelligentiæ pro supradictis minutis, principē uolui interpretari de Babylone, siue in Babylone. Vt quomodo Iesus filius Naue: qui & ipse in typo saluatoris fuit, de solitudine populum in terrā repromissionis induxit: Sic & iste propterea ortus in Babylone sit: ut eos qui erāt in Babylone, reduceret in terram repromissionis, de qua captiui abducti fuerāt: & his qui erant in uinculis diceret: Exite. Et qui sedebant in tenebris: illuminamini. Sermo uero domini qui factus est in manu Aggei, non solum ad Zorobabel dirigitur filium Salathiel, de quo iam diximus: sed & ad Iesum filium Iosedech sacerdotē magnum. Quātum ad historiam pertinet, alter est Zorobabel de tribu regia: & alter Iesus de tribu sacerdotali. Quantum uero ad intelligentiam spiritualem: unus atq; idem est dominus noster atq; saluator, rex & magnus sacerdos: cuius typum secundum id quod rex erat, portabat Zorobabel: se-
יהושוע B cundum id autem quod pōtifex erat, portabat cognominis eius Iesus: qui interpretatur deo salus, id est domini salus: & est filius Iosedech: quod & ipsum in linguam nostram uertitur יה id est, deus: צדיק id est, iustus. Iustus enim & sanctus deus pater, & deus filius: & non est in ipso iniquitas. Aduersus Marcionem & cæteros hæreticos, qui alterius boni, nescio cuius dei filium, & non creatoris quem iustum uocant, asserunt dominum saluatorem. Et uere est Iesus magnus sacerdos: cui omnes dei antistites cōparati, parui sunt & nihil. Si enim iste magnus dicitur sacerdos, utiq; ad distinctionē eorum dicitur qui minores sunt. Minores autem sunt omnes qui extra eū & post eum sunt: ut quomodo primogenitus est omnis creaturæ, & primogenitus ex mortuis: sic princeps & magnus sit in uniuersis sacerdotibus. *a* ¶ Hæc ait dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit, nondum uenit tēpus domus dñi ædificādæ. ] Diligenter attende quod non Zorababel uel Iesus dicant: nondum uenit tēpus domus domini ædificandæ: sed populus qui adhuc sub Dario rege constitutus, necdum iugum seruitutis excusserat: Semperq; qui captiuitate retinentur, & egressi sunt de Hierusalē, differunt & morantur ædificare templum dei, & dicūt: nondū uenit tempus domus domini ædificandæ. Et tu quādo uideris aliquem egressum de ecclesia,
1. Cor. 5. d qui traditus fuerat satanæ in interitū carnis ut spiritus saluus fieret, cogitare atq; disponere ut ædificet templū per pudicitiam, quod per libidinem ante destruxerat: & tamē diem de die trahere: dic ad eum: Vere & tu de populo es captiuorum: & tu dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit, nondum uenit tempus domus domini ædificandæ. Et factum est uerbum domini in manu Aggei prophetę, dicens: Nunquid tēpus uobis est ut habitetis in domibus laqātis: & domus ista deserta? Et nūnc hęc dicit dominus exercituum: ponite corda uestra super uias uestras. Sēminastis multū, & intulistis parum: comedistis nondum uenit tempus domus domini ædificandæ. C cis: nondum uenit tempus domus domini ædificādæ. Qui semel decreuit instaurare templum dei: huic omne tempus aptum est ad ędificandum: nec rex diabolus potest impedire, nec hostes per circuitum, nec pietas simulata parentum, affinium, liberorum: statim ut cōuersus inclamaueris nomē domini, dicet: ecce adsum. *b* ¶ Et factum est uerbum domini &c. ut habitetis in domibus laqueatis. ] Siue ut Lxx. interpretati sūt, κοιλοσάθμοις, id est cōcauis. In ea dē die qua supra rursum uidetur hæc uisio: Et proficientibus prophetæ operibus, prophetiæ quoq; dona succrescunt: & habito paulisper silentio, ad id quod dixerat populus: nondum uenit tempus domus domini ædificādæ: profertur domini quasi cogitata responsio: & dicitur ad eos: Ergò ne tempus est, ut uos habitetis in domibus deorsum sitis, & in cōualle positis: & mea domus quæ in mōte est deserta erit: siue ut habetur in Hebræo: ut habitetis in domib. laqueatis: id est, ornatis atq; compositis: & quę nō tā ad usum sunt quàm ad delicias: et habitaculū meū ī quo fuerūt sanctasāctorū: & cherubim & mēsa propositionis, pluuijs rigabitur: squalebit solitudine: sole torrebitur? Porrò secundum anago D gen: Omne tempus quo habitatio uallis eligitur, uel seruimus delicijs, importunū est. Vnde & Stoici quibus curæ est uerba singula definire, tempus dixerunt esse correctionis siue efficientiæ: quod significantius Græce dicitur χρόνον εἶναι κατορθώσεως Omne enim tempus in quo non uirtutibus, sed utijs deseruimus perit: & quasi nō fuerit, reputatur in nihilum. Si quis ergo de nobis, uel in cōualle habitat, uel in uoluptate & luxuria seculari suam contignat domum: Iste templum deo non ędificat: nec habet dominus in eo ubi caput suum reclinet: & cū uulpibus ædificat domū, habitaculū quōdā dei patiē esse desertum. *c* ¶ Et nūc hæc dicit dominus exercituū: ponite corda uestra &c. ] Non sit aliud loquentis tempus & aliud faciētis: præcepta mea statim in opus uertite: Dominus enim est omnipotēs qui pręcipit: & utiq; nō leue est dei omnipotentis imperiū. Habuistis hucusq; corda uestra uitijs seruiētia, sine ordine, sine præceptore: quocūq; trahebāt desideria pergētes. Nūc autem dominus uobis præcipit, ut ordinetis in se charitatē, & ponatis corda uestra super uias uestras: ut nihil absq; iudicio et cōsideratiōe faciatis, sed semp ante pedes uestros legalis lucerna præcedat, & dicatis: Lucerna pedib. meis lex tua, & lux semitis meis. Vel certe ita: quia dicitis nō est tēpus ædificādæ domus domini, & ipsi habitatis in habitaculis quæ sūt in imademersa: domus autē mea deserta est: cōsiderate iubente me dño, & uos in memoriā redigite quæ fecerītis, & quæ passi sitis. *d* ¶ Seminastis multum &c. ] Omnis labor uester qui ædificastis domus uestras

A ueſtras & neglexiſtis domum dei,nõ habuit euen/
tũ. Seminaſtis enim plura, & multo minus quam
ſatum fuerat congregaſtis:nec poteſtis dicere ideo
famem ſequutam,quod in exercenda terra agrico/
la ceſſauerit. Comediſtis quoq; ne forſitã è uobis
quiſpiã diceret uo/
luntarium fuiſſe ie/
iunium, & nõ eſtis
ſaturati: quia par/
uos fructus congre
gaueratis inhorrea.
Vinum bibiſtis è
uineis,ſed non tan/
tum ut lætaretur
cor ueſtrum, & di/
ceretur de uobis:
*Pſal.103.b* Et uinum exhilarat cor hominis. Habuiſtis palliũ,
ſed quod frigus non repelleret, nec ſeruaret calo/
rem. Quicunq; etiam ueſtrum ſiue negociatione ſi
ue mercenaria manu mercedes cõgregauit,fruſtra
labor ſine precio laboris impẽſus eſt. Omnes enim
uelut ſi quis in pertuſum ſacculum mittat,pecunię
defluxerunt. Sed & iuxta intelligentiam ſpiritua/
lem hi qui de Babylone reuerſi ſunt:& necdũ ædi/
ficauerunt templum dei, ſed ædificationem eius
quotidie differentes dixerunt: Nondum uenit tem
pus domus domini ædificandæ: nec captiui ſunt,
nec adhuc plena libertate donati: uerum quaſi in
meditullio quodam poſiti, ſeminauerunt multum,
B & intulerunt parum: comederunt,& non ſunt ſa/
tiati:biberunt,& nõ ſunt inebriati:operuerũt ſe,&
non ſunt calefacti: congregauerunt mercedes, &
quaſi in pertuſum marſupium mitterent, perdide-
runt. Si quando uideris inter multa opera peccato
rum facere quempiam nonnulla quæ iuſta ſunt,
non eſt tam iniuſtus deus,ut propter multa mala,
paucorum obliuiſcatur bonorum:ſed faciet eum il
la tantum metere quæ in bonam terram ſeminaue
rit,& in ſua horrea cõgregare. Qui autem penitus
ἀκρατής eſt,iſte omnino non comedet, ſed fame
peribit. Porrò qui ſeminat multa, & infert pauca:
comedet parum, & non in ſatietatem: iuxta illud
*Leui.26.d* quod in maledictis Leuitici dominus cõminatur:
Et comedetis & non ſaturabimini. Qui uero ſan/
ctus eſt,uſq; ad ſatietatem comedet: & explebitur
in illo quod ſcriptum eſt: Iuſtus comedens replet
*Pro.13.d* animam. Similiter qui penitus non bibit, ſiti peri/
*Iudit.12.d* bit:ſicut & in Iudith: ſi quis tamen uult librum re/
*Iudic.4.c* cipere mulieris: Et paruuli ſiti perierunt. Qui au/
tem parum bibit,bibit quidẽ,ſed non uſq; ad ebrie
*Pſal.22.b* tatem. Porrò qui poteſt dicere ad dominum: Calix
*Gene.9.c* tuus inebrians quã præclarus eſt: & inebriatur cũ
*Ibi.43.g* Noe:& licet in Aegypto conſtitutus,tamẽ in con/
uiuio Ioſeph cum patriarchis & fratribus uino ma
*Act.2.b* det: Iſte præ magnitudine lætitiæ & quotidiano
gaudio cum apoſtolis,uerſus in ecſtaſim,appella/
bitur muſto plenus. Quomodo autem nõ ſit huic
expoſitioni contrarium illud quod filij Ionadab fi/
*Hiere.35.b* lij Rechab uinum non biberint, & laudentur à do/
mino: In Hieremia competentius differetur. Poſt
hęc dicitur ad eos qui negligebãt ędificare tẽplum
dñi: Operuiſtis uos, & non eſtis calefacti. Quod C
intelligimus de centeſimotertio pſalmo, in quo de
deo dicitur: Abyſſus ut ueſtimẽtum amictus eius.
Quanquam enim ſecundum Hebraicam ueritatẽ
referatur ad terras quæ ambiantur Oceano: tamẽ
ſecũdum Lxx. tran
ſlatores qui dixe/
runt: ὁ περιβόλαιον
αὐτ῀, genere maſcu
lino, & non αὐτῆς,
genere fœminino:
de deo quod dictũ
eſt ſentire compel
limur, eo quod in/
ueſtigabilis ſit eius
ſapientia: & ponat
dominus tenebras latibulum ſuũ: & non indignis
quibuſq; eius ſacramẽta prodãtur. Vnde & iuſtus
lętatur,& dicit: In corde meo abſcõdi eloquia tua, *Pſal.118.b*
ut nõ peccẽ tibi. Hoc pallium de multiplicis ſapien
tiæ ſenſibus uerbisq; cõtextũ,nõ ſinit feruẽtes ſpi/
ritu refrigerari:nec dilectionis calorem Borea flan/
te frigeſcere. Qui uero medius eſt, & habet quidẽ
palliũ,ſed q̃ nõ totus operiatur: quomodo parũ in
horrea cõportauit:& comedit,& nõ in ſatietatẽ:et
bibit,non in ebrietatẽ:ſic operietur quidẽ ſenſuum
operumq; ſuorum pallio.nõ calefiet. Qui autẽ pro
pter nimiam animæ paupertatem nõ habet palliũ,
ideo nõ habet, quia multiplicata iniquitate chari/
tas refrixit in eo. Vnde & iſtiuſmodi homini, cu/ D
ius ab alio palliũ poſſidetur,in lege præcipitur:Red
des ei ueſtimẽtũ antequã ſol occidat, quoniã pau/
per eſt:& in ipſo habet ſpem. Sed & hoc eis accidit
qui habitãt in conuallibus,ſiue in laqueatis domi/
bus,et dicebãt: Nondũ uenit tẽpus domus domini
ædificãdę,ut mercedes in pertuſum ſacculũ cõgre/
garẽt. Si quis è nobis bona operatur,et digna mer
cede,quam nobis redditurus eſt dominus, de quo
dicitur: Ecce dñs,& merces eius in manu illius,red *Eſa.40.c*
dere unicuiq; ſecundũ opera ſua. Et illud Apoſtoli: *& 62.d*
Si cuius opus mãſerit: quod ſuperædificauit, mer/ *Matth.16.d*
cedem accipiet:hic cõgregat conſeruandas manſu *1.Cor.3.d*
ras q; mercedes:& uirtutibus uirtutes ſẽper adiun
gens:coaceruat pecunias in ſacculũ nõ pertuſum.
Qui autem poſt bona opera non ſemel & bis, ſed
frequẽter peccat:& præteritam charitatẽ ſequen/
tibus uitijs obſcurat & ſordidat:iſte in pertuſũ ſac/
culũ pecuniã cõgregat. Hæc autem omnia euene/
runt eis qui dixerũt: Nondũ uenit tempus domus
domini ędificandæ:& cum ipſi habitarẽt in conual
libus, deſertam eſſe domum domini patiebantur.
a ¶ Hæc dicit dominus exercituum &c.] Rurſum
uobis ego dñs præcipio,qui & prius iuſſerã ut po
natis corda ueſtra ſuper uias ueſtras:& cõſideretis
cuncta quę geritis:& relinquentes ſtudiũ domorũ
ueſtrarũ humiliũ: aſcendatis in mõtẽ ubi non ſunt
ligna quæ comburantur,ſed quæ ad opera domus
meę proficiãt:& ut hoc faciatis attẽtius,mihi ſcito
te placiturũ eſſe quod facitis. Aiunt Hebræi ſola tã
tum ad cõtignandũ ligna fuiſſe neceſſaria,ſtãtibus
muris templi poſt incendiũ. Hoc illi. Nobis autem
præcipitur

& ædificate domum: & acceptabilis mihi erit & glorificabor, dicit dominus.

HEBRAEI, rẽſpexiſtis ad amplius, & ecce factũ eſt min9: & intuliſtis in domũ, & exufflaui illud. Quamobrem, dicit dominus exercituum: quia domus mea deſerta eſt, & uos feſtinatis unuſquiſq; in domum ſuã: propter hoc ſuper uos prohibiti ſunt cœli ne darent rorem, & terra continuit germen ſuum. Et uocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum

SEPTVAG. Reſpexiſtis in multa, & facta ſunt pauca: & intuliſtis in domum, & exufflaui illa.

A præcipitur, nõ extra uias noſtras ponere corda noſtra: ſed quæ prius poſueramus, rurſum ponere in uijs noſtris: & poſtq; hoc fecerimus, aſcendere de domibus cõcauis in montẽ: ut cum peruenerimus ad ſermonis altitudinem, in quo neceſſaria ad ædificationem templi dei ligna ſunt: de omni ſcripturæ ſanctæ monte, in quo uaria uirtutũ & paradiſi ligna plãtata ſunt præcidamus ea: & ædificemus ea templũ domini operibus bonis, & dogmatibus ueritatis: quod cũ fuerit extructum, placeat domino ut glorificetur in eo. Igitur quia hæc mandata ſunt nobis, ut ponamus corda noſtra in uijs noſtris: aſcẽdamus in montẽ rationabilem: & ad ſingula problemata, cõgrua de teſtimonijs ſcripturarũ ligna quærentes, præcidamus ea, & ędificemus domũ ſapiẽtiæ in nobis: poſtq; enim hæc fuerit extructa, finis ædificatiõis eius erit, ut dominus glorificetur in nobis. *a* ¶ Reſpexiſtis ad &c.] Vt abiecta mora & omni ambiguitate depoſita, ſtudioſius
B ędificetis domũ meã, dico & aliud quod uobis acciderit, qui diſtuliſtis ædificare domũ meam: nõ ut ſupra: Seminaſtis multum, & quia ſemẽtem terra nõ reddidit, intuliſtis parũ: ſed cum iam candeſcerent ſegetes, & meſſium tempus inſtaret, & frumẽta uos tenere in manibus putaretis, meſſuiſtis uacuos culmos, & inanes ſtipulas ſine ſpicarum frugibus cõgregaſtis. Plenæ erant areę, ſpes in oculis, luctus in manibus. Sed & hoc quoq; ipſum quod uix de multa ſegete & infinitis aceruis fuerat electum, intuliſtis in domũ, & mea uirtute diſperſum eſt. Exufflaui enim illud & redegi ad nihilum: quia frumentũ emortuũ, & uacui folliculi, quæ utilia eſui ſunt, farinã & ſimilã non habebant. Poteſt autẽ hoc quod dixit: intuliſtis in domum, & exufflaui illud: & de donarijs accipi quæ offerebant in altari, & deus exufflauerit ea: Sed quia dixit, intuliſtis in domum: ſi ea quæ illata ſunt donaria intelligimus: utiq; in templo oblata dicimus: Et non nobis congruet: quia eo tempore domus dei adhuc ædificata nõ fuerat: quod quidẽ uſq; hodie pleriſq; contingit qui habitãt in ædificijs humilibus: & quantum in ſe eſt, deſpiciunt deſolatã domum dei: & cũ poſſunt ædificare contemnunt: & quaſi iam uidentes maturas ſegetes, fructus ſibi ſuorũ operum repromittunt: & fallẽte ſpe, pro magnis uix parua reperiunt: Sed & hæc quoq; parua, quæ in domum & horreum mentis cõdiderant: exufflantur à ſermone dei, quaſi indigna eius cuſtodia atq; tutela. Quoties uidi ego tam in doctrina q̃ in conuerſatiõe de quibuſdam ſperata plurima: & poſtq; uentum eſt ut haberent tempus meſſium: id eſt, tempus docẽdi, uitamq; ſuam in exemplum præbere populorũ, C de excelſo præcipitatos: & minus inuentum in eis q̃ opinio ſibi omniũ promittebat. Vnde accidit ut paulatim negligentia ſubrepente: paruum quoq; ipſum quod uidebantur habere perderent. Hoc autẽ idcirco perpeſſi ſunt: quia ſecuri fuerunt in priſtinis domibus ſuis: nec aſcenderunt ſcripturarum montẽ, ædificationis de eo dominicæ ligna cędentes: nec extruxerunt in ſe quotidie domum domini, ſed deſpicientes eius deſolationem, etiam id perdidere quod ſe habere credebant. Supradicti enim mali hæc cauſa redditur. *b* ¶ Quamobrem dicit dñs &c.] Non ſolum, inquit, cœli pluuiã non dederũt, quibus irrigata humus fruges facit, ſed ne rorẽ quidem matutinũ atq; nocturnũ: ut arentes agri, ſaltẽ humore modico tẽperarent. Terra quoq; deuorauit, agricolis nõ reddittura ſementẽ, & quæ ſpõte ſolet gignere, auaro ſinu tenuit. Ego hũc arbitror eſſe rorẽ, de quo in benedictiõe dicitur ad Iacob: Det tibi deus de rore cœli, & rorẽ Hermõ qui D deſcendit ſuper montem Sion, & deſcendit non de aere, in quo multiplex uolitat aquilarum accipitrum & uulturũ numerus, ſed de cœlo: ut ſi cuius anima ardet perturbatiõibus & iaculo diaboli uulnerata eſt, refrigeretur hoc rore, & æſtus ſuos temperet. Quo retento, terra quoq; non affert germen ſuũ. Necq; enim ſine rore Chriſti poteſt ulla anima afferre frumenta. *c* ¶ Et uocaui ſiccitatem ſuper &c.] Pro ſiccitate Lxx. ξομφάιαν: id eſt gladium tranſtulerunt, ſed & in Hebraico tribus literis ſcriptum reperi ח ר ב Quod ſi חֶרֶב legimus, gladium ſonat: ſi חָרָב id eſt καῦμα, quod nos tranſtulimus ſiccitatẽ: licet melius in urentẽ uentum tranſferri poſſit. Et reuera quoniã ſermo de terra eſt, & de agrorum ſterilitate: magis mihi uidetur uentus urẽs in præſenti loco intelligi debere q̃ gladius: licet omnis plaga quæ propter peccata hominibus inferatur, poſſit & pro gladio accipi. Vocata eſt autẽ ſiccitas, ſiue gladius ſuper terrã et ſuper montes: ut non proferãt triticũ, & uinũ & oleũ, & quęcũq; ſponte generat humus. Præcedente autẽ fame, cõſequenter ſuper homines, & ſuper iumenta mors uenit. Et idẽ gladius uel uentus urens, omnia quæ manus hominum laborauere conſumit. Vocatur Hebr. 4. c itaq; uel inducitur uiuẽs ſermo dei, & efficax & acutus ſuper omnem gladium bicipitẽ, ut anima negligens quæ terra interpretatur arens, & magis in concauis habitare q̃ domũ dei extruere deſiderat, eius mucrone feriatur, & quicquid fructuũ ſe putat habere diſperdat. Infertur etiam gladius ſuper montes eleuantes ſe aduerſus ſcientiã dei, & ſuper

Gen. 27. d Pſal. 132. a

frumen-

A frumentum, & uinum, & oleum: quibus quasi cibis & potu & refectione, hæreticorum cõciliabula deceptis populis blandiuntur. Congrue quis dixerit panem illorum esse panem luctus, & furorẽ draconum esse uinum eorum, & furorẽ aspidum insanabilẽ: Oleũ quoq; repromissionẽ de cœlestibus: q̃ quasi unguunt discipulos, & laborũ præmia pollicent̃, quæ detestatur prophe-
Psal.140.b ta dicens: Oleũ autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Sed & alia quæ absq; autoritate & testimonijs scripturarum quasi traditiõe apostolica spõte reperiũt atq; cõfingunt, percutit gladius dei: homines aũt & iumenta, uel λογισμοὺς & ἀιδήσεις, id est cogitationes & sensus eorum accipiamus. Vel certe rationabiles in eis & irrationabiles, id est doctos & indoctos pariter, & omnem laborem ma-
B nuum, & ieiunia eorum & obseruatiões uarias, & χαμαϋνίας, id est humi dormitiões. Qui tribus quadragesimis per annum ieiunantes, & ξηροφαγίοις humiliantes animã suam, & uel maxime de Tacia-ni radice crescentes, super huiuscemodi laboribus audiunt: Tanta passi estis sine causa. Hæc autẽ uniuersa quæ dixi, possunt de ecclesiæ rectoribus intelligi: qui ædificantes carnalem domum: liberisq; suis & possessionibus prouidentes: nõ curant, uel in seipsis extruere templũ dei: uel ecclesiã domini quæ infecta & diruta est instaurare: quorum sæpe uita & sermo incõgruus, scandalizat plurimos, & de ecclesia eijcit, & ad solitudinẽ perducit domum dei. Nec hęc dicimus quo uniuersos generaliter accusemus, sed quod in omni officio & gradu: sint alij qui ædificent, & alij qui destruant templum dei. Et propter eorum uitiũ: nec cœli rorẽ, nec terra det germen: siccetur humus, mõtes areant: triticum, & uinum, & oleũ, & omnia quæ terra gignit: homines quoq; ipsi & iumenta & uniuersus labor manuum secante gladio, & siccitate uel uento urente dispereant. a ¶ Et audiuit Zorobabel &c.] Diligenter attende: propter duas intelligentias saluatoris in Zorobabel duce & Iesu sacerdote: ipse enim & rex est & sacerdos: quod non dixerit, Zorobabel & Iesus timuerunt: sed audiẽtibus Zorobabel & Iesu & populo uerba Aggei prophetæ: quę uerba sunt domini: solus populus timuit à facie domini, id est sola multitudo, quę necdũ in unum & perfectum uirũ uenerat: nec spiritui copulatus id esse
Psal.33.c meruit quod spiritus: Timuit autem populus à facie domini: sciens quod facies domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriã eorũ. b ¶ Et C dixit Aggeus &c.] Quidam putãt & Ioannem Baptistam, et Malachiã qui interpretatur angelus domini, & Aggeum quẽ nunc habemus in manibus, fuisse angelos, & ob dispensationẽ & iussionẽ dei assumpsisse humana corpora et inter homines conuersatos. Nec mirũ hoc de angelis credi, cũ pro salute nostra etiã filius dei humanum corpus assumpserit, & ob hanc causam etiã de apocryphis præbẽt testimoniũ, ubi dicitur: quod Iacob q̃ postea uocatus est Gen.25.c & 32.f Israel angelus fuerit, & ꝓpterea supplãtauerit fratrẽ in uentre matris suæ. Ioannẽ quoque ad uocẽ Marię matris Luc.1.c domini, exultasse in utero Helizabeth: Et omniũ rationabilium unã esse naturam, & ob hanc causam homines qui placuerunt deo ęquales angelis fieri: Hoc illi sentiant. Cæterum nos nuncium domini: id est angelũ, qui D Hebraice dicitur מַלְאָךְ simpliciter prophetã dictum recipiamus ab eo quod domini uoluntatem populo nunciauerit: siue quia in multis locis dominus noster atq; saluator, angelus dei dicitur. Sicut ibi: Magni consilij angelus: typum saluatoris dici- Esa.9.b mus in Aggeo præcurrisse. Porrò quod ait, nũcius domini de nuncijs domini: Tale est quasi dixisset, propheta de prophetis. Quod ait, nuncius domini populo dicens: Ego uobiscũ sum, dicit dominus: Non loquitur ad Zorobabel & Iesum, cũ quibus et in quibus semper erat dominus: Semel enim eos diximus secundum diuersas intelligentias in persona saluatoris accipi, sed populo qui timuerat à facie domini. Qui quia populus erat: necdum ad dei uenerat charitatẽ, quæ foras mittit timorem. Accipit ergo populus pro dei timore mercedem, ut dominus cum illis sit, & est sensus: Ego ero uester adiutor: ædificate domum meã, quæ in uobis destructa est: me in medio uestri constituto, nemo ædificationẽ uestram prohibere poterit. c ¶ Et suscitauit dominus spiritũ &c.] Pro duce Iuda: Lxx. transtulerũt ἐκ φυλῆς ἰούδα, id est de tribu Iuda, & pro opere ἔργα, id est opera: cætera similiter. Vbicunque aũt nos ponimus, dominum exercituũ: illi diuerse, aut dominum omnipotentẽ, aut dominum sabaoth, aut dominũ uirtutum interpretantur. Suscitatur ergo spiritus Zorobabel & spiritus Iesu, interim secundũ literam ut regnum & sacerdotiũ ædificent templum dei. Suscitatur etiã spiritus populi qui in eis ante dormiebat: non corpus, nõ anima; sed ut diximus spiritus qui magis ædificare scit tẽplum

## Cap. II.

In septi

A plum dei. Et ingreſſi, foris enim fuerant, faciebant opera quæ digna erant penetralibus domus domini: in eodem anno Darij regis quo & ſupra: in eo menſe qui & in principio poſitus eſt, ſed non in eo die: Ibi enim unus dies menſis ponitur: hic uero uiceſimuſquartus, ut inter primũ diẽ, quo dominus loquitur per Aggeum: & uiceſimum quartũ quo ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo domini: uiginti duo dies medij fuerint: quot & literæ ſunt apud Hebræos. Neceſſe enim habuerunt doceri quæ eſſent elementa principij ſermonũ dei: quæ eos prohiberent dicere, Necdũ uenit tẽpus domus domini ędificandę, et habitare in domibus concauis, & ut ſupra dixi, in ima
B demergi. Prouocarẽtur uero ponere corda ſua ſuper uias ſuas, et meminiſſent propter negligentiam quãta perpeſſi fuerint. Et ut aſcenderent in montem & cæderent ligna, & ædificarẽt domũ domini, & non paterentur ea quę fuerant ante perpeſſi. Denicę in his uiginti & duobus diebꝰ, timuit populus à facie domini: & ingreſſi ſunt in die uiceſimo quarto mẽſis, in ſexto menſe, anno ſecundo Darij regis, et faciebãt opus in domo domini exercituum dei ſui. Præcipitur autem nobis, ut ædificari poſſit domus ſpiritualis in ſacerdotiũ ſanctum, ad offerendas ſpirituales uictimas placentes deo, tales nos præbere: ut ſuſcitet in nobis ſpiritus ſanctus: & ingrediamur in domũ domini, & faciamus opera domini: Iam enim Zorobabel de genere Dauid, & Ieſus ſacerdos in ętternum ſuſcitatus eſt à patre in uirtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis de reſurrectione mortuorũ, ut ille præſit operi: nos uero faciamus ipſo adiuuante & diſponente. Quę tamen opera dei facere ante non poſſumus: niſi timeamus à facie domini & credamus, & ingrediamur templum dei, & ea quæ domui dei digna ſunt perpetremus. Quoniam uero adhuc in ſeculo ſumus, & tempus ædificationis noſtræ ſub Dario rege uerſatur: in quo generationi cõiugijs carnicę ſeruitur, Idcirco in ſexto numero quo factus eſt mundus, & in ſecundo anno qui diuidit unionem: materia enim in qua mundi reparatio ſoboliſcę conſiſtit, duplicem numerum diligit: ingredimur domũ domini, & utroq; populo congregato, extruimus templum dei. Ex duobus enim duodecim numeris: C uiceſimiquarti numeri ſumma conſiſtit: quia tam ex circũciſione ꝗ ex gentibus, Chriſti eccleſia prima quæ euerſa fuerat ędificata eſt. Sed & hoc poſſumus diſcere, quia octauus numerus qui ſanctus eſt, & in ueræ circũcuciſionis typo accipitur, triplicatus, uiceſimum quartũ numerum facit: ſiguraliter nos docemur: ut ędificemus domum domini in amputatione carnis, & uitiorum circũciſione: & uerã puritatem eſſe credamus: in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Porrò alius ſexies quartũ ſupputauit numerum, & quatuor refert ad elemẽta mũdi, ex quibus ſubſiſtimus: ſex uero ad cõditionẽ mũdi, in quo ipſa elementa uerſantur. Et dicit: D quia adhuc in materia ſumus, & graui corpore circumdamur, et ſeruimus

IN ſeptimõ menſe, uiceſima & prima menſis: factum eſt uerbum domini in manu Aggei prophetæ, dicẽs: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum, & ad reliquos populi dicens: Quis in uobis eſt derelictus qui uidit domum iſtam in gloria ſua prima, & quid uos uidetis hanc nunc? nunquid non ita eſt quaſi non ſit in oculis ueſtris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit dominus: & confortare Ieſu fili Ioſedech ſacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit dominus exercituum: & facite: quoniam ego uobiſcum ſum, dicit dominus exercituum. Verbum quod pepigi uobiſcum cum egrederemini de terra Ægypti, & ſpiritus meus erit in medio ueſtrũ, nolite timere. Quia hæc dicit dominus exercituũ: adhuc unũ modicũ eſt, & ego commouebo cœlũ & terrã, & mare & aridã: & mouebo omnes gẽtes. Et ueniet deſideratus cunctis gẽtibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit dñs exercituũ. Meum eſt argẽtũ, & meũ eſt aurũ, dicit dñs exercituũ. Magna erit gloria domꝰ iſtius nouiſſimę pluſq; primę, dicit dñs exercituũ Et in loco iſto dabo pacẽ, dicit dñs exercituũ.

In uiceſima generationibus: extruere quidẽ nos tẽplum, & intrare in domũ dei, & quaſi de ſomno graui ſuſcitari ſpiritũ noſtrũ, ſed adhuc in uiceſimo quarto die id ipſum facere. Cap. II

IN ſeptimo menſe uiceſima prima menſis &c.] Eodem annno, ſed menſe ſeptimo, in quo ſolennitates dei ſunt: prima & uiceſima die menſis: id eſt cõpletis tribus hebdomadibus, & perfecta in myſterio trinitatis requie: Tertio factum eſt uerbum dñi in manu Aggei prophetę, qui cõtinuo labore ſudabat, ut ſemp in eo ſermo dei haberet acceſſum. Præteritorũ enim obliuiſcens, & in futurũ ſe extẽdens: ita quotidie laborabat, quaſi præcedentium operum nihil haberet. Dicitur ergo ei: Loquere ad Zorobabel: & ad Ieſum, & reliquũ populũ: qui uiderunt antiquã domum dei, et nũc interſunt inſtaurationi eius: nunquid ad cõparationem prioris non talis eſt iſta quæ cernitur? Verũ nolite deſperare, nec laſſas manus dimittite: ſed & tu Zorobabel et tu Ieſu & oẽs populę cõfortamini, & facite opus in domo mea: Ego enim ſum uobiſcum, & ſermo meus quem pepigi uobiſcum cum egrederemini de terra Aegypti. Et ſpiritus meus nõ recedet à uobis: nolite timere: ego ſum qui iubeo dñs omnipotens: cuius dixiſſe feciſſe eſt. Quãdo primum teſtamentũ dabã, et in Sina mõte ſum uiſus: cõmoui cœlum & terrã, & mare rubrũ, & deſertũ: ut uobiſcũ ponerẽ teſtamẽtum: nũc autẽ polliceor uobis, me

A adhuc ſemel cœlum et terram et mare & aridã con
moturum,ut illis cõmotis moueantur omnes gen
tes,& ueniant iuxta Lxx.quæ electa ſunt domini
de cunctis gẽtibus:Iuxta Hebraicum uero: ueniet
deſideratus cunctis gentibus,dominus noſter atq;
ſaluator: Tũc implebo domũ iſtã gloria maiore q̃
priorem:& ſemper uobis addã,dicit dominus om
nipotẽs.Et ne forſitan ſponſorem putetis infirmũ:
Meũ eſt aurũ,& meũ eſt argentũ,& meæ ſunt cũ
ctæ opes.Ego in ornamentũ tẽpli aurũ argentũq;
donabo,ut maior fiat huius domus gloria q̃ prio
ris.Et quia difficile uidetur quod polliceor, & hu
mana infidelitas ad maiora promiſſa ſemper hæſi
tat :propterea rurſum dico qui promitto:dominus
omnipotens ſum. Porrò quia ſcio ad ædificatio
nem inclytæ domus,& quæ ſuperatura ſit domũ
priſtinam,nihil ita facere ut pacem,idcirco et hanc
ſpõdeo:Dabo enĩ in loco iſto pacẽ, dicit dñs exer
cituũ:ut pax quæ exuperat omnẽ ſenſũ, cuſtodiat
domũ meã,& ſit in pace locus meus. Has interim
προφρασικῶς expoſitionis lineas duxerim,ut ex his
ab ſublimiorẽ intelligẽtiã etiã nobis tacẽtibus pru
dẽs lector aſcẽdat. Fit ergo ſermo dei ad eos q̃ ope
rari cœperãt in domo dñi omnipotẽtis , iã in requie:
id eſt,in mẽſe ſeptimo,& in trinitatis pleniſſimo ſa
cramẽto,uiceſima prima mẽſis,& ad Aggeũ dei fe
ſta celebrantẽ: qui rurſum manũ ſuã ſermoni do
mini præparauerat,& dicit ad eũ:Loquere ad Zo
C robabel de tribu Iuda,& ad Ieſũ ſacerdotẽ magnũ:
qui pro nobis & homo fieri dignatus eſt & ſacer
dos, & ad reliquias populi:ad cõparationẽ eĩ to
B tius orbis,parua pars fuit in principio credentium.
Igitur quæ locutus ſit audiamus.Fuit quondã in If
rael domus dei,quę nũc ita deſerta eſt:ut nec fuiſſe
credatur:ex quo quæ fuerat dilecta,facta eſt nõ di
lecta,& q nõ populus dei,cœpit eſſe populus dei,
Et eſt domus illa quõdã glorioſa: nunc in cõſpectu
Zorobabel & Ieſu & reliquiarũ populi quaſi non
ſit.Hoc autẽ nõ ſolũ de tẽpli ædificijs quæ cernim⁹
corruiſſe accipere debemus, ſed de omnibus quæ
quõdã præclara habuere Iudæi. Verũtamẽ quia fa
cta eſt prior domus quaſi nõ ſubſiſtẽs: prouocatur
Zorababel dux & Ieſus ſacerdos,ut regnũ Chriſti
et ſacerdotiũ roboreť,& populus eius qui quondã
terræ fuit populus,faciat opera in domo dñi, & ſci
at deũ ſibi eſſe præſentẽ:faciat quoq; uerbũ, quod
pepigit dñs cũ eis qñ egrediebanť de terra ægypti:
Atq; utinã & nos egrediamur de Aegypto, ut uer
bũ teſtamẽti qd̃ accepimus impleamus.Repromit
tit quoq; dñs deus his q̃ faciũt opera in domo eius,
& implẽt quẽ accepere ſermonẽ,ſpiritũ ſuũ,dicẽs:
Et ſpiritus meus erit in medio ueſtrũ: Sacramentũ
cernite trinitatis:Ego ſum uobiſcũ,& ſpũs meus,
& uerbũ,in quo poſui teſtamẽtũ cũ egrederemini
de Aegypto.Qd̃ aũt dicit in medio ueſtrũ,iuxta il
lud ſentiẽdũ eſt,quod in euangelio ſcriptũ legitur:
Ioan.1.d Medius enim ueſtrum ſtat,quem uos neſcitis, qui
poſt me ueniet.Hæc ergo dicit dominus exercituũ
ad uos:qui uidetis domum priorem ſic eſſe quaſi
non ſit. Moui cœlum, quando de cœlo audita eſt
uox mea.Moui terram, quando priori populo tra
didi teſtamentum:et in aduẽtu meo,caligo,turbo, C
tenebræ cernebãtur.Moui mare rubrũ, quãdo uiã
præbui populo trãſeunti.Moui aridã uel Aegyptũ
per plagas cultu dei uacuã : uel ſolitudinẽ p̃ quam
quadraginta annis circũduxi populũ . Hæc adhuc
ſemel mouebo:Quod factum cernimus in aduẽtu
domini ſaluatoris: Tẽpore quippe paſſionis eius, Mat.27.f
fugiente ſole,cœlũ motũ eſt:& tenebræ factę ſunt Luc.23
ſuper omnẽ terrã ab hora ſexta uſq; ad horã nonã.
Mota eſt terra,& ſaxa ſciſſa ſunt,& ſepulchra reſe
rata:motũ eſt mare ,dracone qui in eo erat interfe
cto:mota eſt & arida,infructuoſa quondã gẽtium
ſolitudo.In hoc autẽ uniuerſitatis tremore,conmo
tę ſũt etiã omnes gẽtes: Quia in omnẽ terrã exiuit Pſal.18.d
ſonus apoſtolorũ dñi:& uerba eorũ penetrauerũt
uſq; ad terminos orbis.Ob id aũt omnes motæ ſũt
nationes,ut ex earũ motu ueniret electa gentium
multitudo,& quę ubicũq; preclara ſunt. Verbi gra
tia:Electa de Corintho:quia multus erat in ea po
pulus dei.Electa de Macedonia:qa grãdis in Theſ
ſalonica dei eccleſia cõgregata,nõ habebat neceſſa
riũ ut de charitate doceretur.Electa de Epheſo, ut
arcana dei & nulli antea reuelata ſacramẽta cogno
ſcerẽt.Quid plura:omnes gentes cõmotæ ſunt,ad
quas ſaluator apoſtolos miſerat,dicẽs: Euntes do
cete omnes gentes,& ex multis uocatis pauci ele
cti,primitiuorũ eccleſiã cõſtruxerũt. Vnde & apo 1.Pet.5.d
ſtolus Petrus:Salutat uos,inquit,quę in Babylone
eſt electa,& Marcus filius meus.Et Ioãnes: ſenior,
inqt,electæ dominæ:ac deinde filios memorat ele
ctæ.Cõmotis ergo gẽtibus : quas quidẽ poſſumus
& cõtrarias accipere fortitudines non ualẽtes ſplẽ D
dorẽ domini ſuſtinere:uenerunt electa omniũ gen
tium,& repleta eſt gloria domus domini: quæ eſt
eccleſia dei uiuẽtis,colũna et firmamentũ ueritatis.
Hæc ſecundũ Lxx.Cæterũ in Hebraico melius &
ſignificantius habetur, ut ſupra poſuimus:Et mo
uebo omnes gentes,& ueniet deſideratus cunctis
gentibus. Vere enim poſtq̃ ille uenit, impleta eſt
gloria domus domini,Et quantũ dominus diſtat à
ſeruo:tantũ domus domini melior eſt cui præeſt
dominus,à domo priore cui præfuit ſeruus.Quod
autẽ ait:meũ eſt argẽtum,& meũ eſt aurũ,dicit do
minus exercituũ : Nõ puto quenq̃ exiſtimare qd̃
de argento loquať & auro,quæ à diuitibus & regi
bus poſſidenť.Hoc enim modo nõ ſolũ argentum
& aurũ dei eſt quaſi creatoris: ſed & cætera metal
la,æs,ſtãnum,plumbũ, & quod domat omnia fer
rũ.Sed ego argẽtũ,quo domus dei ornatur, exiſti Pſal.11.b
mo eloquia ſcripturarũ,de quibus dicitur:Eloquia
domini,eloquia caſta:argẽtũ igne examinatũ,pro
catũ terræ,purgatũ ſeptuplũ. Et aurũ,quod in oc
culto ſanctorũ ſenſu,& in cordis uerſaťarcano, &
ſplẽdet uero lumine dei,quod & Apoſtolũ de ſan
ctis,qui ſuper fundamẽtũ Chriſti ædificãt, ſenſiſſe 1.Cor.3.c
perſpicuũ eſt:Aurũ,argẽtũ, lapides precioſos: Vt
in auro ſenſus occultus ſit:in argẽto ſermo decens,
in lapide precioſo,opera deo placentia.His metal
lis illuſtrior fit eccleſia ſaluatoris, q̃ quondã ſyna
goga fuerat: his lapidibus uiuis ædificatur domus
Chriſti & pax ei præbetur æterna. Porrò quod ſe
quitur

A quitur in Lxx. Et pacem animæ in acquisitionem omni qui creatur, ut suscitet templum istud: quasi superfluũ & uix cohęrens, quippe quod nec apud Hebræos, nec apud alium quenq̃ interpretem fertur, omisimus. a ¶ In uicesima &c. Propterea & Lxx. interpretum æditionem posuimus: quia in quibusdam uerbis dissonare uidebant. Et hoc quod dicitur: Propter munera eorũ matutina, dolebũt à facie malitiarum suarum, et oderatis in portis arguẽtes: nec in Hebręo, nec apud alios interpretes inuenitur. Notandum autẽ quod in isto loco: In uicesima & quarta die mensis noni anno secundo: non ut supra tertia uice dicitur: Factum est uerbum domini in manu Aggei prophetæ, sed ad Aggeum prophetã. Ibi enim quia adhuc profectum habebat, & opera tantum munda: cor autem illius necdum plenam sapiẽtiam receperat: siue quia habitabat adhuc inter eos, qui dicebant: Nondum uenit tempus domus domini ædificandæ: in operibus tantum eius sermo factus est domini.

HEB. In uicesimã & quarta noni mensis, in anno secundo Darij, factum est uerbum domini ad Aggeum prophetam, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Interroga sacerdotes legem dicens: Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora uestimenti sui: & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut uinum, aut oleum, aut omnẽ cibum: nunquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes dixerunt: Non. Et dixit Aggeus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his: nũquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt: contaminabitur. Et respondit Aggeus & dixit: sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit dominus: & sic omne opus manuum eorum, & omnia quæ obtulerũt ibi contaminata erunt. Et nunc

SEP. Vicesima & quarta noni mensis, anno secundo sub Dario, factus est sermo domini ad Aggeum prophetam, dicens: Hæc dicit dominus omnipotens: Interroga sacerdotes legem dicens: Si sumpserit homo carnem sanctã in sũmitate uestimẽti sui, & tetigerit sũmitas uestimẽti eius panẽ, aut coctionẽ, aut uinũ, aut oleũ, aut om̃ cibũ si sãctificabit? Et respõderunt sacerdotes, & dixerũt: Non. Et dixit Aggeus: Si tetigerit immundus in aĩa de om̃ibus his, cõtaminabitur? Et rñderũt sacerdotes, & dixerũt: contaminabitur. Et rñdit Aggeus & dixit: Sic populus iste & sic gẽs hæc corã me, dicit dñs: & sic oĩa opa manuũ eorũ. Et qcũq; appropinquauerit tibi cõtaminabitur: ꝓpter munera eorũ matutina, dolebunt à facie maliciarum suarũ, & oderatis in portis arguentes. Et nunc

Hic autem quoniã iam templi iacta sunt fundamẽta, & ingressus est populus cum principibus in domum dei: & facit opus congruum tẽplo dei, & audiuit mysterium: Mouebo omnes gẽtes: & ueniet desideratus cunctis gentibus, & plenus est uaticinio: propterea ad totum Aggeum sermo fit domini. De uicesima quarta die & secundo anno iam diximus. Noni mensis numerus qui hic additur: nunquàm in bonam partem legitur: Pascha immolat populus, & alias celebrat festiuitates: omnis eius solennitas die finitur octauo: nec ad nonum peruenit. Qui agnum paschæ præparant: transacta die nona incipiunt pręparare. Dies quoq; propiciationis & expiationis mensis septimi, post diem nonã celebratur. Et in Hieremia, sicut legentibus poterit esse manifestum, Hierusalem nono anno à Babylonijs oppugnatur. Quia igitur prophetia de immũdicia populi futura erat, idcircò secũdo ãno Darij, C nonus mẽsis iũgitur. Rursum quia datur locus pœnitẽtiæ post immũdiciæ correptionem: uicesima quarta die sermo dei fit ad Aggeũ prophetam, ut quasi ex persona domini quęstionẽ à sacerdotibus sciscitet ex lege uenientẽ, et dicit ei: Interroga sacerdotes legẽ dicẽs. Simulq; cõsidera sacerdotũ esse officij, de lege interrogãti respõdere. Si sacerdos est, sciat legẽ dñi: si ignorat legẽ, ipse se arguit nõ esse dñi sacerdotẽ. Sacerdotis enim est scire legẽ, et ad ĩterrogationem respõdere de lege. Deu.17.b Qd' qdẽ & in Deuteronomio legimꝰ: ut si cubi in urbib. Israel q̃stio fuerit exorta ĩter sãguinẽ & sanguinẽ, inter iudiciũ & iudiciũ, leprã et leprã, contradictionẽ & cõtradictionem: eãt ad sacerdotes atque leuitas, et ad põtificẽ q in diebus illis fuerit cõstitutus, & quærãt ab eo legẽ dñi: quib. respõdentib. faciãt quod iubẽt. Quod si nõ fecerint, exterminent de populo. Et ne forsitã in ueteri solũ instrumento hæc præcepta uideantur: loquitur & Apostolus ad Timotheũ: 1.Tim.3.a Episcopũ non solum irreprehẽsibilẽ esse debere, & unius uxoris uirũ, & sapientem, et pudicũ, & ornatũ, & hospitalẽ, sed etiã doctorẽ. Et ne casu hoc dixisse uideretur: Ad Titũ quoq; super presbyteris: quos & episcopos intelligi uult ordinandis: eadẽ cautela seruatur. Titum.1.b Propter hoc reliquite Cretæ, ut quæ residua erãt corrigeres, & ordinares per ciuitates presbyteros, sicut ego præcepi tibi: Si quis est irreprehẽsibilis, unius uxoris uir: filios habẽs fideles, nõ in accusatione luxuriæ uel in subiectos. Oportet enim episcopũ irreprehẽsibilẽ esse, sicut dei dispẽsatorẽ: nõ procacẽ, nõ iracũdũ, nõ uinolẽtũ, non ꝑcussorẽ, nõ turpis lucri cupidũ: sed hospitalẽ, pudicũ, benignũ, iustũ, sanctũ, cõtinẽtẽ, habẽtẽ in doctrina sermonẽ fidelẽ: ut possit cõsiliari ĩ doctrina sana, & eos qui cõtradicũt arguere. Sũt em̃ multi & nõ subiecti, uaniloq et seductores:

A & maxime q̄ de circūcisiōe sūt, quibus oportet im
ponere silentium. Hæc prolixius posui ut tā ex ue
teri, quàm ex nouo testamēto: sacerdotum esse offi
cium nouerimus, scire legem dei: & respondere ad
quæ fuerint interrogati. Nec simpliciratem & cibo
rum continentiam in magistro sufficere: nisi quod
ipse facit, possit & alios erudire. Certe quia respon
suros puto: hoc eorū esse qui se ab adolescētia præ
parant ad docendum: frequenter autem iudicio do
mini, & populorum suffragio in sacerdotium sim
plices eligi: Saltem illud habeant, ut postquàm sa
cerdotes fuerint ordinati: discant legem dei, ut pos
sint docere quod didicerint, & augeant scientiam
magis quàm opes, & nō erubescāt à laicis discere,
qui nouerint ea quę ad officium pertinent sacerdo
tum: magisq; noctes et dies in scripturarum tracta
tu, quàm in ratiocinijs & supputatione consumāt.
Quid est autē quod ex persona domini Aggeus
interrogat sacerdotes? Si tulerit homo carnem san
ctificatam in ora, siue in summitate uestimenti sui,
& tetigerit de summitate eius panem, aut pulmen
tum, aut uinum, aut oleum, aut omnem cibum: nū
quid sanctificabitur? Antequàm de quæstione tra
ctemus: debemus interim iuxta literam nosse: quid
sit caro sanctificata, & quid sit immūdus in anima.
Hostia quæ immolabatur in altari, carnes illius san
ctæ erāt, & inter ipsas sanctificatas carnes erat mul
B ta diuersitas. Alias enim sacerdotes in templi ady
tis comedebant: alias propinqui eorum domi: alias
hi qui de sacerdotibus uidebant esse maculati: alias
Israelitæ qui nullam habebant immundiciam. Hu
Leuit.21.c ius diuersitatis plena ratio in Leuitico dicitur. Im-
mundus autē in anima dicebatur: qui corpus mor
tui hominis attigerat. In quo animaduertendum,
quàm diu anima in corpore sit, immundū non esse
corpus humanum: statim uero ut spiritus uege
tās artus recesserit, immundū fieri quod terrenum
est, sicut ī eodē Leuitico scribit: Et ait dñs ad Moy
sē, dicēs: Dic sacerdotibus filijs Aaron, & dices ad
eos: In animab⁹ nō cōtaminabūt in gēte sua, sed in
cognatis q appinquāt eis: sup matre, & sup patre,
et sup filijs & filiab⁹, & sup fratre & sorore sua uir
gine, quæ appinquat ei, & nō est tradita uiro: sup
his contaminabitur, & non polluet repēte in popu
lo suo in contaminationem sui. Considera his præ
cipi sacerdotibus non ingredi ad quemlibet mor
tuum: nisi ad eos cognatos & propinquos, de qui
bus supra dictum est. Sacerdos autem magnus: id
est pontifex, plus aliquid habebat à cæteris sacerdo
tibus: & nec pietas illum nec affectus flectere pote
rat, ut immundus fieret in supradictis nominibus.
Ait enim scriptura: Et super omnem animam quæ
mortua est non ingredietur: super patre suo neque
super matre sua, & non contaminabitur. Scientes
ergo quid sit caro sanctificata, & immundus in ani
ma, uideamus propheta quid quærat, Si homo qui
cunq; non hic de pontifice dicitur, aut de sacerdo
te, aut de leuita: sed quilibet homo, ubi persona nō
ponitur, passim omnibus licet carnem tangere. Si
tulerit, inquit, carnem sanctificatam, & ligauerit in
summitate uestimenti sui, & ipsa summitas uesti
menti panem tetigerit: aut quamlibet aliam coctio C
nem, aut uinum, aut oleum, aut omne extra hæc
quo homo uesci potest: nūquid panis, aut uinum,
aut oleum, aut omnis cibus, tactu uestimēti in quo
caro sancta ligata est sanctificari potest? Et respon
dentes sacerdotes dixerunt: Non potest: hoc est,
nihil eorum sanctificabitur de quibus quæris, sed
ita unumquodque permanebit ut fuerat. Rursum
alia quęstio proponitur sacerdotibus: quod scilicet
bene responderint ad superiorem, & quasi similitu
do problematis coaptatur in qua imperitus facile
labi potuit. Da enim aliquem nescire legem, & si
cut respondit de sanctificata carne, non sanctificari
panem, aut pulmentum, aut uinum, aut oleum, aut
omnem cibum: & in hoc æque respondebit, & di
cet: Pollutum in anima non contaminare ea quæ
sancta caro sanctificare non potuit. Interrogat igi
tur, & dicit: Si tetigerit is qui pollutus in anima est:
hoc est, qui contagione mortui est immundus effe
ctus: ex his omnibus, panem uidelicet, aut pulmen
tum, aut uinum, aut oleum, aut reliquos cibos: nun
quid ex cōtactu eorum hæc quæ tetigerit polluen
tur? Et respōderunt sacerdotes, quorum princeps
erat Iesus filius Iosedech: unde & legem nouerant,
& dixerunt: Contactu eius qui immundus est, om
nia quæ ab eo contacta sunt pollui. Et respondit
Aggeus & dixit, de superioribus tacens: quod san
ctificata caro cæteros cibos sanctificare non possit.
Et de secunda tantummodo quæstione sermonis D
sui texens occasionem: Sic populus iste: & sic gens
ista ante faciem meam: dicit dominus: Qui immū
dus est in anima & morticinum tetigerit: omne
quod tetigerit & quod obtulerit mihi immundum
erit. Quod autem dicit secundum literam, huius
modi est: O populе qui altari tantum extructo, &
diruta domo mea hostias mihi offers in altari, & ui
ctimis eius & carnibus te sanctificari putas: scito
non tam sanctificari te ex hostijs quæ templo di
ruto tibi prodesse non poterunt: quam contamina
ri omnia opera tua, et cuncta quę agis, ex eo quod
negligis, & tuam magis domum quàm meam ex
truere conatus es: Sanctum quidem est quod offer
tur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostijs,
quàm ex eo quod in cōuallibus habitas & interes
mortuis operibus, pollueris. Hæc iuxta historiam:
quanquam spiritualis in ea intelligentiæ lineas du
xerimus. Cæterum secundum ἀναγωγὴν ecclesia
sticus uir qui immolauit agnum immaculatum &
anniculum, & indutus est Christo: si tulerit de car
nibus eius, & ligauerit in summitate uestimēti sui,
& ipsa summitas tetigerit scripturarū panem: qui
confirmat corda credentium: aut coctionem, apo
stolicas epistolas, quæ quasi ueteris legis carnes
concidunt & decoquunt, & condītas præbēt esui:
aut uinum quod lætificat cor hominis: aut oleum
in quo exhilaratur facies audientis: aut omnem ci
bum: lac quo aluntur Corinthij: & olera quibus 1.Cor.3
uescuntur infirmi, & cætera his similia: non statim Rom.14.
quasi sanctificata ea comedent quibuscunque da
ta fuerint: Non enim ex eo quod dicuntur, sed ex
eo quod suscipiuntur sanctificant audientes: quia

multi

A multi auditores ſunt,& non factores. Sed & ob id puto hæc uniuerſa quæ dixi, ex tactu ueſtimenti ad ueſcentes nequaquam ſãctificata deferri,quod ſummitate tantum palliꝰ continguntur:& ſanctiſi/ catæ carnes intrinſecus,humorem,ſanguinem,ue/ nas, neruoſq́ non norũt. Sicut igitur ſummitas ueſtimẽ/ ti dominici,& leuis tactus non ſanctifi/ cat:niſi eum qui co mederit carnes a/ gni, & ſanguinem eiꝰ biberit:Sic ecõ/ trario immundus in anima: peruerſæ quæq́ doctrinæ, quodcunq́ tetige/ rint immundum fa ciãt neceſſe eſt. Ha/ bent enim in ſacra/ mentis panem & uinum & oleum & omnem cibum,ſed ſacramenta eorum quaſi panis luctus: omnes qui ea teti/ gerint contaminabũtur. Legunt & ipſi ſcripturas, & quaſi de ſcripturarum teſtimonijs conſpargunt panem,& tota nocte in clibano coquũt illum.Sed B cum ad ueſcendum datus fuerit,comedentes ad in ſaniam prouocat. Habẽt & pulmentũ et coctionẽ, conantes iuxta peruerſitatis ſuæ ſenſum myſtica quæq́ de ſcripturis texere,& quaſi coquere & con dire carnes agni, ſed coctio illa perditio eſt. Habẽt & uinum,ſed non de uinea Sorech,& quam plan/ Hierc.2.d. tauit dominus in Hieremia: Electam & totam ue/ ram,ſed de uinea Sodomorum. Habent & oleum quod de ueteris & nouæ ſcripturæ teſtimonijs uio lenter exprimũt, & quaſi in refectionem deceptis & laſſis mentibus pollicentur, ſed deteſtatur illud Pſal.140.b ſanctus,& dicit:Oleum autem peccatoris non im/ pinguet caput meum. Habent & diuerſos cibos, multiplices uidelicet uariarum ὑποθέσεων diuer/ ſoſq́ tractatus:quos quia immundi ſunt qui ſcri/ pſerunt,& de immũdo ore prolati ſunt:omnis qui tetigerit immundus fiet,& in eorum trahetur erro/ rem. Vnde reſpondit Aggeus: qui ſcit differentias ſolennitatum,& ob id feſti ſortitus eſt nomen. Sic populus iſte & ſic gens iſta: Iudæorum uidelicet at que gentilium & hæreticorum omnium in conſpe ctu meo,dicit dñs:Omne quod fecerint, quod mi/ hi obtulerint, uel uota pro ſalute, uel pacifica uel pro peccato,uel pro delicto,uel in holocauſtum:ſi/ ue eleemoſynas, ſiue ieiunia, ſiue uictus conti/ nentiam,& corporis caſtitatem:coraminata erunt in cõſpectu meo.Quamuis enim ſancta uideantur ſpecie ſui quæ offeruntur à talibus:tamen quia ta/ cta ſunt ab eo qui pollutus in anima eſt, omnia pol luentur. 4 ¶ Et nunc ponite corda ueſtra &c.] Li/ cet omnia quæ obtuliſtis mihi in altari: quia tem/

HEB. Et nũnc ponite cor/ da ueſtra à die hac & ſu/ pra: anteq́ poneretur la/ pis ſuper lapidem in tem/ plo domini. Cum accede/ retis ad aceruũ uiginti mo diorum, & fierent decem, & intraretis ad torcular ut exprimeretis quinquagin/ ta lagenas,& fiebant uigin ti. Percuſſi uos uento uren te, & aurugine, & gran/ dine omnia opera manu/ um ueſtrarum: & non fu/ it in uobis qui reuertere/ tur ad me,dicit dominus. Ponite

SEP. Et nunc ponite ſuper corda ueſtra à die hac & ſupra:anteq́ poneretur la pis ſuper lapidem in tem/ plo domini: qui eratis:quã do mittebatis in cypſelen, hordei uiginti ſata, & fie/ bãt decem ſata hordei, & ingrediebamini torcular, ut hauriretis quinquagin/ ta amphoras, & fiebant ui ginti. Percuſſi uos ſterilita te, & corruptione aeris, & grãdine omnia opera ma/ nuum ueſtrarum,& nõ re/ uerſi eſtis ad me,dicit dñs. Ponite

plum non ędificaueratis,contaminata fuerint:ſin e C extructione quippe templi,donum omne pollutũ eſt:tamen nunc te hortor ò populc,ut ſenſu ad præ terita reuertaris: conſyderesq́ quę facta ſint: hoc eſt,ab hac die uicesimaquarta noni menſis anno ſe cundo Darij: quic/ quid retro geſtum eſt mente cõplecte/ re,& propter quæ, quanta ſuſtinueris, ut cũ deinceps pro ſpera tibi euenerit, ſcies qua cauſa eue nerint. Ergo anteq́ incipercs ædificare templum & lapidẽ ſuper lapidem po/ nere: cũ accederes ad aceruum, & pu/ tares uiginti te ha/ bere modios, nonne uix mediam par tem colligere pote/ ras? Siue iuxta Se/ ptuaginta cũ mitte/ res uiginti modios hordei in uas quod uocatur cypſele,& exiſtimares te quãq́ hordeum mitteres iumentorũ cibum,uel de ipſis uiginti mo/ dijs eſſe ſecurũ:nonne poſtea reuerſus ad uas uix decem modios reperiſti? Ad tortular quoq́ cum ac cederetis & uideretis uuas:& quiquaginta ampho ras uobis oculi pollicerentur:non dico partem me/ D diam:ſed uix uiginti amphoras exprimere potera/ tis. Et hæc feci percutiens uos uento urente, & cor ruptione aeris,& emorientibus frugibus,uacuisq́ ſpicarum folliculis, & uinearum botris: ut malorũ pondere uos ad meam noticiam prouocarẽ:& nec ſic fuit qui reuerteretur ad me. Hebręus totam loci huius continentiam ab eo quod ſcriptum eſt: Et nunc ponite corda ueſtra à die hac et ſupra:uſq́ ad eum locum ubi ait: Vinea & ficus & malograna/ tum, & lignum oliuæ non floruit: ex die iſta bene/ dicam:ita expoſuit:Certe nunc templi fundamen/ ta ſunt iacta:ex hac igitur die qua fundamenta ieci ſtis: cum in prætereum uos ſterilitate,& fame, & grandine,& ficcitate punierim,& nõ fuerit qui ad me per has plagas reuerteretur è uobis:ponite cor da ueſtra in futurũ & deinceps,& uidete quia om/ nia uobis proſpero curſu fluant. Hoc autem eueni/ et quia tẽplum meum ędificare cœpiſtis. Nec in ſo lo altari habẽtes fiduciam,ædificationem meæ do/ mus contẽnitis. Iuxta quem ſenſum breuiter poſſu mus dicere:fruſtra aliquos munera offerre deo, & eleemoſynis atque oblationibus putare deũ poſſe placari:cũ ipſi nõ extruxerint in ſe tẽplum ſpiritui ſancto. Tunc enim proſunt eleemoſynæ & mune/ ra quæ offeruntur in altari:cum ſeipſum quis ædi/ ficauerit templũ dei,& poſt ædificationem templi, dona obtulerit in altari. Porrò ſecundũ Tropolo/ giam,& ad nos dicit̃ qui nunc in Ieſum Chriſtum

A credímus,ſi tamen credímus,& opere fidei oſten/
dímus ueritatẽm:ut reuertamur mente ad illud tẽ/
pus:quando gentiles eramus,quotidie uitijs ſerui
entes:nec extruxeramus in nobis templum deo.
Quomodo autem architectus & ſcientiſſimus ce/
mentarius lapidem
iungit lapidi, & in/
ferioremſuperiori
calce gypſoq; con/
glutinat:Ita et archi
1.Cor.3.c tectus: quem ſe &
Apoſtolus eſſe di/
cit: Quaſi ſapiens
architectus funda/
mentum poſui, &
quem de Hieruſalẽ
ablaturum ſe domi
nus cõminatur: no
uit quomodo ope/
ra iũgat operibus,
& paulatim extru/
at templum dei. Fũ
damentum autem huius templi ponitur Ieſus: ſu/
per quem unuſquiſque uideat quid ædificet:Alius
ædificat aurum,argentum,lapides precioſos:alius
ligna,fœnum,ſtipulam. Et tribus bonis tria econ/
trario opponuntur mala. Iſti ſunt lapides, de qui/
Eſa.28.d bus extructurum ſe Hieruſalem dominus repro/
B mittit: Ecce ego præparabo tibi carbunculum lapi
dem tuum,& fundamenta tua ſaphyrum, & po/
nam propugnacula tua iaſpidem & portas tuas de
lapide cryſtallo,& murum tuum de lapidibus ele/
ctis.Neq; enim putandum eſt ſecundum Iudaicas
fabulas & inepta figmenta,deum auro & gemmis
ædificaturum Hieruſalem, & non uiuis lapidibus
qui nunc uoluuntur ſuper terram,et iuxta naturas
lapidum,uel igniti fide ſunt,ut carbunculus:uel to
ti cœleſtes & in thronum dei reducti, ut ſaphyrus:
uel innocentia & bonorum operum ſimplicitate
lucentes, ut cryſtallus.Dicitur ergo nobis ut con/
ſyderemus,quæ retro paſſi fuerimus antequam in
nobis ædificaremus templum dei. Cum accedere/
tis,inquit,ad aceruum uiginti modiorum & fierẽt
decem:ſiue iuxta Lxx. ὅτε ἐνεβάλετε εἰς κυψέλην εἴ/
κοσι σάτα καὶ ἐγένετο δέκα σάτα πριθῆς, id eſt cum
mitteretis in cypſelen uiginti modios hordei,& fie
rent decẽ modij hordei.Quicquid enim ante Chri
ſtum uidebamur habere uirtutum bonorũq; ope/
rum,non erat frumentum,ſed hordeum, & ipſum
hordeum,non ſecundum ſpẽ & uota noſtra:quod
Gen.26.c de Iſaac legimus,cẽtenas fruges dabat:ſed uix me/
diam partem laboris noſtri ex eo inuenire potera-
Gal.3.a mus, & diceba tur ad nos:tanta paſſi eſtis ſine cau
ſa?Sed & cum intraremus ad torcular,& quinqua
ginta uini amphoras ſupputaremus: quem nume/
rum completis ſeptem hebdomadibus unio diui/
nitatis includit, & putaremus nos habere uinum,
quod lætificat cor hominis, ſubtrahebatur nobis
Luc.3.c ſanctus numerus tricenarius in quo baptizatur
Ezechi.1.a dominus, & Ezechiel uiſionem cernit in prophe/
tiæ ſuæ exordio, & iuxta Hebraicum ſacerdotes

HEBR. Põnite corda ue/
ſtra ex die iſta & in futu/
rum : à die uiceſima &
quarta noni menſis, à die
qua fundamenta iacta
ſunt templi domini, poni/
te ſuper cor ueſtrum. Nun
quid iam ſemen in germi/
ne eſt,& adhuc ficus & ui/
nea & malogranatum,& li
gnum oliuæ non floruit?
ex die iſta benedicam.

accedebant ad miniſterium dei, & relinquebantur C
uiginti.Quem numerũ amat Eſau:unde & Iacob Gen.32.d
ſciens eum hoc numero delectari: mittit quædam
animalia in munere,uiginti & uiginti. Simulq; & יַעֲקֹב רִבְקָה
cerne quod ipſe Iacob licet ſanctus:tamen eo tem/
pore quo non erat
cũ patre ſuo Iſaac,
id eſt,riſu: & matre
ſua Rebecca,id eſt,
patientia: ſed uici/
nos habebat Aſſy/
rios,et habitabat in
Meſopotamia: hĩc
atq; inde ſe cingen
tibus fluuijs,uigin/
ti annorum ſpacio,
crudeliſſimo & aua
riſſimo ſeruiuit La/
bani. Nec moueat
quempiam, ſi dica/
mus aliquos ante
fidem chriſti & ex/

SEP. Ponite corda ueſtra
à die iſta & in futurum: à
quarta & uiceſima noni
menſis,& à die in qua fun
damenta iacta ſunt templi
domini, ponite in cordi/
bus ueſtris:Si ultra cogno
ſcetur ſuper terram area,
& ſi adhuc uinea & ficus
& malogranatum,& ligna
oliuæ quæ non ferant fru
ctum? à die hac benedicã.

Et factum

tructionem templi eius,mediam partem ſe laboris
ſui poſſe percipere: cum apud incredulos nullus
fructus ſit bonorum operum: Non enim uiginti re
ponit & inuenit uiginti,ſed ſi uiginti repoſuerit,in
uenit decem id eſt mediam partem laboris ſui. Iu/
dei & ethnici & philoſophi huius ſeculi cæterq; D
qui ſapientiam iactitant:in preſenti tantum tempo
re conuerſationis ſuæ & laboris fructum & glori/
am capiunt:omnisq; ſpes eorum & merces futuri
ſeculi tollitur.Hoc autem ideo fit ne penitus deſpe
rantes contemnant pœnitentiam: ſed aliquando
conuerſi ponant lapidem ſuper lapidem, & ædifi/
cent templũ dei.Quod ſi in incredulitate permãſe/
rint:id ipſum medium quod uidebãtur habere per
dent.Sequitur enim:Percuſſi uos uento urente, &
aurugine,& grãdine omnia opera manuum ueſtra
rum.Quicquid autem aurugine & grandine & uẽ
to urente percutitur in puluerem redigitur & fauil
lam:nihilq; in eo quod ad utilitatẽ & ad eſum per/
ueniat inuenit. Quæ quidem cuncta fecit domi/
nus:quia non eſt inuentus in eis qui reuerteretur
ad eum. Quod ſi reuerſi fuerint & ædificauerint
templum domini:à die qua ædificare cœperint, ha
bebunt quæ prophetiæ ſermo ſubtexit. a ¶Poni/
te corda ueſtra &c. ] Expoſui ait uobis quę ſuſti/
nuerítis anteq; inciperetis ædificare templum me/
um:Nunc exponam quæ uobis uentura ſunt pro/
ſpera,quia templum meum ædificare cœpiſtis. A
die igitur uiceſima quarta noni menſis,in quo tem/
pli fundamenta ſunt iacta:quanta rerum abundan
tia futura ſit conſyderate.Nonus eſt menſis quem
nos nouembrem, uel decembrem dicimus כִּסְלֵו
enim apud Hebræos menſis eſt primus: qui appel
latur menſis nouorum:eo tempore quo paſcha fa/
ciunt,id eſt,incipiente ueris exordio:qui ſecũdum
lunæ curſum ſępe quandam partem menſis martij
poſſidet:interdum incipit in aprili.Ergo ſi niſan A/
prilem intelligimus:nonus menſis ſecundum ſup/
putationem Hebræorum december erit. Igitur de/
cimus

Et factum est uerbum domini secundo ad Aggeum in uicesimaquarta die mensis, dicens: Loquere ad Zorobabel ducem Iuda dicens: Ego mouebo cœlum pariter & terram, & subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium, & subuertam quadrigam & ascensorem eius, & descendent equi & ascensores eorum, uir in gladio fratris sui. In die illa: dicit dominus exercituum: assumam te Zorobabel fili Salathiel, serue meus, dicit dominus, & ponam te quasi signaculum: quia te elegi, dicit dominus exercituum.

A cimus est mensis eo tempore quo semina latitant in terra, nec futura fœcunditas coniectari potest. Nunquid iã ait semẽ in germine est? Quod melius Hebraice dicitur, in folliculo: ut thecã frumenti significet: Nunquid uinea & ficus, & malogranatũ & lignũ oliuę florẽ suum dederunt: ut ex flore intelligatur & fructus. Vtique nono mẽse (ut diximus) decẽbri, futurarum nulla signa sunt frugũ. Ne igitur dicatis hoc me prudenti ratione conijcere: & futuram fœcunditatẽ de floribus arborũ herbisq; segetũ suspicari: ecce nulla signa sunt, & tamẽ ego prędico uobis: quia cœpistis ædificare templum meum, ad benedictionẽ meã, frugum omnium fœcunditatem. Hoc secundũ Hebraicũ diximus. Cæterum secundum Lxx. longe alter est sensus: quem & ipsum primum debemus iuxta literam exponere: ut postea cœptus tropologiæ ordo tractetur. Ponite corde uestra à die hac qua templum fundatum est, in futurum, & uidebi-
B tis tantas futuras esse segetes, & tanta de cunctis agris frumenta portari: ut area nesciat fruges suas: siue ut non sint areæ singulorum: sed præ multitudine iungatur area areæ, & arearum separatio nescíatur in terra. Vinea quoque & ficus, & malogranatum, & lignũ oliuæ quæ priùs uestro uitio non afferebant fructus, quia mihi nec dum cœperatis ædificare templum: tanta uuarũ & pomorum abũdantia curuabuntur: ut manifesta fœcunditas manifestã indicet benedictionem. Nonum autẽ mensem, non in bonã partem accipi, & quartus regno-
4. Reg. 25. d Hier. 39. d & 52. b rũ liber & Hieremiæ narrat historia: in quo obsessa dicitur esse Hierusalem. Tamẽ quoniã in fine noni mensis tẽpli fundamenta iaciuntur: hoc intelligere possumus: quod non incipiatur extrui templũ domini, nisi mala opera finiant. Vnde & in uicesimo quarto die mẽsis eiusdem, fundamẽtũ tẽpli ponit, in quo numero duplex διπλοειδὰς & tres ὁγδοάδες, quatuorq; ἑξάδες sunt, de quo iam supra plenius disputatũ est. Quicũq; ergo dei cultui se dedicauerit, & contẽpserit ῥάθυμον id est negligentem patronum: Qui in Esdræ uolumine iuxta Lxx. interpretes templũ dei ædificari uetat: iste nescit mẽsuram frugũ & mercedis suę. Vel certe propter hoc quod dicit: si adhuc cognoscet sup terrã area: q seminauerit in spiritu, et de spiritu messuerit uitã æternã, neq; sibi thesaurizabit in terra, sed omnia opera eius & mercedes operũ in cœlestibus colligentur. Vinea quoq;, id est, sermo dei, cuius in unoquoq; pater agricola est: & ficus spiritussancti dona dulcissima: & malogranatum, ecclesiastica dogmata & scientia scripturarum, quæ sponsæ gentis in cantico canticorum comparatur: & ligna oliuæ dabũt refectionem & illuminationẽ cordis ei qui cœperit ædificare templũ dei. Quod autẽ uinea & ficus & oliua (paulisper de malogranato differto) referãtur ad personã saluatoris, & dei patris & spiritussancti: in Iudicũ libro plenius legitur: ubi uadũt infructuosa ligna, ut constituant regẽ super se: dicũtq; per ordinẽ uineæ & ficui & oliuæ, ut regnẽt super ea, et tam uinea quàm ficus & oliua renuunt tale imperium: nec dignãtur super infructuosa ligna regnare: Tunc illa ueniũt ad dignũ sterilitatis suę regẽ, id est, ad ramnũ spinosum fruticẽ, & ar
C busculam sentibus uncinisq; contextã: quæ teneat quicquid attigerit, & retentũ uulneret, & uulnerato rũ sanguine delectetur: insuper & ignem emittat à se, & regnata ligna consumat. Referimus autem ramnum ad diabolum, & secundum uirgulti naturam illius naturam interpretabimur. Porrò uinea ficus & oliua ibi erunt, ubi malogranatum fuerit: quæ arbor propter granorum nimiam multitudinem, & intertextis mẽbranulis quandã geometri-
D cam compositionem, & diuersas quidem mansiunculas, sed tamẽ omnes una cortice comprehensas, semper in scripturis super ecclesiæ persona ponitur. 4 ¶ Et factum est &c. & terram. ] In Lxx. addita sunt, mare & aridam, & minus habet: Conteram fortitudinem regni gentium: quod plenius ex ipsorum lectione noscitur. Notãdum autem quod in eadem die, hoc est, in uicesima & quarta noni mensis, tacito mensis numero, quia de Christi prophetabatur abuentu & de regno eius: secundo ad Aggeum sermo fit domini nostri: nõ in manu eius ut priùs: neq; ad Aggeum prophetam, ut in uisione quarta: sed tantum ad Aggeum, id est, ad domini festa celebrantem: quia nequaquàm uenturum, sed uenientem nunciaret & cerneret. Et quomodo Abraam uidit diem Christi & lætatus est: Et Ioannes agnum dei digito demonstrauit: sic & ille uidens regnum filij dei, haberet in se uniuersas solennitates. In hoc loco apud plerosq; diuersa sententia est: Alij enim suspicantur de primo eius aduentu dici: alij de secundo, quando in sua maiestate futurus est. Nos utrũq; suscipiamus: quia et tunc regnauit cum uenit, & postea regnaturus est. Attamẽ si de fine mundi uoluerimus accipere: illud dicimus quod Apostolus ad Corinthios loquit: Destruendum omnẽ principatũ & omnẽ potestatẽ & uirtutẽ: ut sit deus omnia in omnibus. Et quia mysticum est quod dicitur, & ad finẽ rerũ pertinet: idcirco iubet propheta ad solũ Zorobabel loqui: quẽ in typo Christi propter assumptionem corporis ex semine Dauid processisse monstrauimus. Huic ergo dicuntur quæ in fine uentura sint, quod transeat

Ioan. 8. g
Ioan. 1. d

1. Cor. 15. b

A gura huius mundi, & fiat cœlum nouum & terra
noua,& commoueat dominus cœlum & terrã, &
deſtruat omnem principatum & poteſtatem & uir
tutem, & diſſipet ſedes regum: ſiue ut habetur in
Hebręo,regnorum:& interficiat omnem fortitudi
nem contrariã:ut ipſis quoq; qui ante regnauerãt,
& gentes ſub ſua tenuerãt ditione, proſit regni eo/
rum deſtructio:& omni pręliandi ſtudio diſſipato,
ſequatur pax:hoc eſt enim quod ait: Et ſubuertam
quadrigam ſiue quadrigas,& aſcẽſores earum, &
deſcendent equi & aſcenſores eorum. Et ut ſciatis
in ſubuerſione quadrigarum & corruentium equi
tum,hoc quod diximus ſignificari: Videte quomo
Zach.9.d do de Chriſto dicatur in Zacharia, quod ueniat
manſuetus rex, & aſcendens ſuper iugalem &
pullum aſinæ nouellum,et diſperdat quadrigas ex
Ephraim, & equum de Hieruſalem, ut fiat unus
grex & unus paſtor,& utrumq; agmẽ tam de gen/
tibus,quàm de Iudæis,ſub pacifico paſtore tenea/
tur. Vt autem hæc quæ peruerſa ſunt deſtruantur,
unuſquiſq; in gladio: quem ego puto ſermonem
eſſe doctrinæ acutiſſimum, & peruerſa quæq; re/
ſecantem:conſurget aduerſus fratrem ſuum,ampu C
tans omne contrarium.Sed horum uniuerſorum fi
nis eſt optimus.Poſt deſtructionẽ enim ſolſorum,
& fortitudines regnantium, & quadrigarum &
equorum & equitum:in die illa, dicit dominus om
nipotẽs: Aſſumam te Zorobabel filium Salathiel
ſeruum meum. Seruus autem dicitur propter cor/
pus humanum:quia tunc & ipſe filius ſubĳcitur ei
qui ſubiecit ſibi omnia,& in ſubiectis omnibus ui/
debitur et ipſe ſubiectus.Sed cum hoc fuerit imple
tum, ponet illum deus quaſi ſignaculum in manu
ſua.Hunc enim ſignauit deus pater:& hic eſt ima/
go dei inuiſibilis, & forma ſubſtantiæ eius,ut qui/
cunque crediderit in deum,hoc quaſi anulo conſi/
gnetur, Obſecro te lector ut ignoſcas celeri ſermo
ne dictãti: nec requiras eloquĳ uenuſtatem quam
multo tempore Hebrææ linguæ ſtudio perdidi:
quamquàm me Alecto ſemper infantẽ ac mutum
fuiſſe autumet.Cui ego dicã: Dominus dabit uer/
bum euangelizanti uirtutem multam.

Commentarĳ Hieronymi in Ag/
geum prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM COMMENTARIORVM Zachariæ ad Exuperium Tholoſanum epiſcopum prologus.



Vltimo iam autũni tempore frater noſter,filius tuus,Siſinnius monachus, tuæ mihi di/ D
gnationis epiſtolam reddidit:qua lecta,gauiſus ſum eſſe te ſoſpitẽ,& memorẽ mei:om
niumq; fratrum qui in ſanctis locis dño ſeruiũt:in quorum refrigerĳs facis tibi amicos
B de iniquo Mammona, & præparas æterna tabernacula, ut poſſis cum Dauid dicere: Quàm
Pſal.83.a dilecta tabernacula tua domine uirtutum: concupiſcit & defecit anima mea in atria domini.
Si enim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, ubi ponat pullos ſuos: cur tu qui pon/
tifex domini es: & calcas in fine mundi torcularia, ut ſitientibus populis ſanguinis Chriſti
uinum tribuas, non libere proclamabis ac dices: Cor meum & caro mea exultauit in deum
uiuum:beati qui habitant in domo tua? Audio te in ualle lachrymarum, in loco quem deus po/
ſuit ad certamen,ut uincentibus coronam daret:aſcenſiones in tuo corde diſponere,& ire de uir/
tute in uirtutem: & imitari domini paupertatem,ut cum illo diues fias,& in te reclinet caput, &
per ſingulos dies ſuſcipiatur, uiſitetur,alatur, ueſtiatur,& præcipue in ſanctarum ſcripturarum
lectione ferueres. Cumq; tibi cuperem ingenioli mei aliquod offerre munuſculum, & cœpta in
duodecim prophetas explanatio perueniret ad calcem, ſuſceptũ opus deſerere nolui:ſed quod
& abſque te dictaturus eram, tuo potiſſimum nomini conſecraui,& gaudeo quod obſcuriſſi/
mus liber Zachariæ prophetæ,& inter duodecim longiſſimus:eo tempore diſſerendus eſt: quo
ob feſtinationem eius qui reuerſurus eſt: nullam moram patitur interpretatio: ſed uelim nolim
ſaltem lucratiuis per noctem horis atque furtiuis dictare compellor,quod tibi dirigam. Scripſit
in hunc prophetam Origenes duo uolumina uſque ad tertiam partem libri à principio. Hippo/
lytus quoque ædidit commentarios:& Didymus quinque explanationum libros me rogante
dictauit:quos cum aliĳs tribus in Oſee & Micheã προσεφώνησεν: ſed tota eorum ἐξήγησις
Cant.7.d allegorica fuit,& hiſtoriæ uix pauca tetigerunt. Itaque imitari cupiens illum patremfamilias,qui
profert de theſauro ſuo noua & uetera:& ſponſam de canticocanticorum,quæ dicit:Noua cum
ueteribus fratruelis meus ſeruaui tibi: hiſtoriæ Hebræorum Tropologiam noſtrorum miſcui,
ut ædificarem ſuper petram & non ſuper arenam,ac ſtabile iacerem fundamentum,quod Pau/
1.Cor.3.b lus architectus poſuiſſe ſe ſcribit. Tuæ beniuolentiæ erit,non eruditionem noſtram,quæ uel nul
la uel parua eſt: ſed pronam in te ſuſcipere uoluntatem: ut nos ad cætera prouoces,& in longo
ſcripturarum campo currere cohorteris. Si qui autem ſunt quibus interpretationem & horum
& aliorum uoluminum ante promiſi,ignoſcant incredibili in te amori meo:& quicquid tibi ſcri/
1.Cor.13.b pſi,ſibi ſcriptũ arbitrentẽ: Charitas enim benigna eſt:charitas nõ æmulatur: non quærit quæ ſua
ſunt. Sed iã tẽpus eſt,ut Zacharię uerba ponẽtes,ſpirituiſancto interpretatiõis uela pandamus.

COMMENTARII HIERONYMI in Zachariã prophetam liber primus.

IN mense octauo &c. ] Secundo anno Darij Hystaspis septuagesimum desolationis templi annum, qui ab Hieremia prædict⁹ est fuisse complet⁹, ipse Zacharia testis est, dicẽs: Domine exercituum, usquequo non misereberis hierusalẽ, & urbium Iuda quibus iratus es? Ecce iste septuagesimus annus est. nullicq; dubium quin Cyrus rex Persarum, qui Chaldæorum destruxit imperium, primo anno regni sui, quinquaginta circiter milia hominũ captiuorum de Babylone remiserit in Iudeam: qui uasa quoque quę Nabuchodonosor abstulerat reddidit, & templum ædificari iussit in Hierusalem: Principesq; populi qui reuersus est, constituit Zorobabel filium Salathiel, & Iesum filium Iosedech sacerdotẽ magnum. Interfecto igitur apud Massagetas Cyro, qui triginta annis regnauit in Persis, à Tomyri regina Massagetarum, Cãbyses filius eius successit in regnum: qui expletis octo annis, duos magos fratres habuit successores: quibus occisis à populo, Darius filius Hystaspis, ex sententia septem familiarum rex Persarum constitutus est. Cuius regni anno secundo factus est sermo domini ad Aggeum prophetam, & ad Zachariam filium Barachiæ filium Addo. Super Aggeo iam diximus: de Zachariæ titulo pauca dicenda sunt. 1.Par.12.d Qui cum sit filius Barachiæ: quæritur quare dicatur filius Addo: 2.Reg.15.a Nec ambigitur iuxta Paralipomenon librum, quin ipse sit Addo, qui missus est ad Hieroboam filium Nabath, sub quo altare diru-
tum est, & manus regis aruit: rursumq; ad preces illius restituta est. Igitur à primo anno Cyri regis, usq; ad secundum annum Darij filij Hystaspis, supputantur anni quadraginta: in quibus tantum altare fuerat extructum, & iacta templi fundamenta, uicinis in circuitu nationibus opus prohibẽtibus: & Cãbyse rege Persarum, qui super hac re ad principes Syriæ κοίλης, & Phœnicis, ac Samarię literas miserat: Sup quo plenius Esdras scribit historiam. Sed Aggeus in mense sexto in die prima eiusdem mensis prophetare exorsus est. Zacharias uero in eodem quidem anno, sed non in eodem mẽse: Nã post duos mẽses octauo anni mẽse fudit uaticiniũ. Vnde recte iuxta ordinẽ duodecim prophetarum, ille decimus, & hic undecimus ponitur. Magnæq; cõfidentiæ est, imò spei fideiq; in dominũ: ut quod tanto tẽpore prętermissum est, uel rege prohibẽte, uel gẽtibus, ad commonitionem duorũ hominum facere incipiãt. Hęc iuxta historiam soli to more præmisimus: Nunc secundum ἀναγωγὴν breuiter differendum est. Octauus apud Hebrẽos mẽsis qui apud illos מַרְחֶשְׁוָן apud Aegyptios athyr: apud nos nouẽber dicitur, hyemis exordium est: in quo æstatis calore cõsumto, omnis terra uirore nudat, & mortalium corpora contrahũtur, nec est ulla ex lege solennitas. Scriptũ est enim quod ter per annũ apparere debeat omne genẽris masculini coram dño deo nostro. Prima festiuitas est Azymorum Phase quod apud nos Græco Latinoq; sermone pasca dicitur. Secunda pẽtecostes post septem hebdomadas, in qua panes propositionis de nouis primum frugibus offeruntur. Tertia in mẽse septimo, tubarum, propiciationis & tabernaculorũ, id est, σκηνοπηγίας, cuius extrema dies egressionis appellatur & terminus. Ergo in captiuitate populus constitutus & adhuc sub rege Persarum: nec dum ædificato templo, nec dum mœnibus muriscq; urbis extructis: non uidet prophetiam tempore lætitiæ, sed post lætitiam. Et tamẽ quia habebãt memoriam domini, & propter memoriam, benedictionem: & ob benedictionem, testimonium, idcirco ad eum Zacharias filius Barachiæ, filius Addo mittitur. Zacharias interpretatur μνήμη κυρίου, id est memoria domini: Barachia, benedictio domini: Addo, testimonium eius. Videamus ergo, sermo domini qui erat in principio apud deũ patrem, quid in Zacharia ꝓpheta sit locutus ad populum.

זְכַרְיָה בְּרֶכְיָה עִדּוֹ

*b* ¶ Iratus est dominus &c. ] Ira domini nõ perturbationem eius significat qui non irascitur: sed eorũ merita atq; peccata, in quos dei ira desæuit: alioqn dñs nũq; iratus ulciscit, sed ad hoc corripit ut emẽdet. Vñ & propheta precat in psalmis: Dñe ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Psal.6
Et in alio loco legim⁹: Corripe nos dñe: uerũtamẽ non in furore tuo, sed in misericordia. Iratus est ergo dñs super patres eorum qui nũc corripiuntur: non iuxta Lxx. interpretes ira magna, sed ira simpliciter. Si enim ira magna esset iratus, nunquã per Hier.10,d

## ZACHARIAS

IN mẽse octauo, in anno secundo Darij regis, factum est uerbum domini ad Zachariam filium Barachiæ, filium Addo prophetam dicens. Iratus est dominus super patres uestros iracundia, & dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum: Cõuertimini ad me, ait dominus exercituum: & cõuertar ad uos, dicit dominus exercituũ: ne sitis sicut patres uestri ad quos clamabant prophetæ priores, dicentes: Hæc dicit dominus omnipotens: Conuertimini ad me dicit dominus uirtutum: & conuertar ad uos, dicit dominus uirtutum: & nolite fieri sicut patres uestri: quos arguerunt prophetæ qui prius fuerant dicentes: Hæc

IN octauo mẽse anni secundi sub Dario, factum est uerbum domini ad Zachariam Barachiæ filium Addo prophetam, dicens: Iratus est dominus super patres uestros ira magna, & dices ad eos: Hæc dicit dominus omnipotens: Conuertimini ad me dicit dominus uirtutum: & conuertar ad uos, dicit dominus uirtutum: & nolite fieri sicut patres uestri: quos arguerunt prophetæ qui prius fuerant dicentes: Hæc

A Danielem & Ezechiel captiuos ad pœnitentiam prouocasset. Cumq; in illos iratus sit, ad uos loquitur dominus exercituum: pro quo in Hebraico positum est יְהוָה צְבָאוֹת quod interdum Lxx. omnipotentem, interdum uirtutum, transtulerunt. Et loquitur: Conuertimini ad me, & cõuertar ad uos: iuxta illud quod legimus: accedite ad dominum, & accedet ad uos. Quibus hoc cõtrarium est: recessistis à me, & ego recessi à uobis. Pręcipit autem eis, ut reuertantur ad dominum qui de Babylonia sunt reuersi, ut & dominus reuertatur ad eos: ne incipiant sustinere filij, quod quondam sustinuerunt patres, ad quos similiter prophetæ illius tempo
B ris sunt locuti. Notandum quod in paucis uersiculis breuibusq; sententijs semper in Aggeo & Zacharia addatur: dicit dominus exercituum: ut sciant dominum esse qui præcepit aduersus regis imperium & hostes circumfrementes, & hac ad ædificationem templi fiducia concitentur. a ¶Hæc dicit dominus exercituum &c. ] Ex superioribus pendet sententia: & quæ sequuntur prioribus coaptanda sunt. Non enim Zacharias ad populum loquitur: sed ostendit quid priores prophetæ ad patres eorum locuti sunt: ad quos clamauerunt, dicentes: Hæc dicit dominus exercituum: Conuertimini de uijs uestris malis & cogitationibus uestris pessimis. Hoc clamabat Esaias: hoc Osee, Iohel, Amos, & Hieremias, ut uias malas desererẽt, & cogitationes pessimas derelinquerent, quibus & opere & mente peccabant: & nihilominus per prophetas dominum commonentem non audierunt, neq; attenderunt: nequaquam prophetas qui eis loquebãtur, sed me dicit dominus: In illis enim ego eram
Mat.10.d qui loquebar & contemnebar. Vnde & dominus in euangelio: Qui uos, inquit, recipit me recipit.
b ¶Patres uestri ubi sunt & prophetæ? &c. ] Vbi sunt, inquit, patres uestri qui non audierunt neq; attenderunt me? ubi prophetæ uestri? ἀπὸ κοινῶ

HEB. Hęc dicit dõminus exercituum: Conuertimini de uijs uestris malis & cogitationibus uestris pessimis: & non audierunt neque attenderunt ad me, dicit dominus. Patrẽs uestri ubi sunt & prophetæ? nunquid in sempiternũ uiuũt? Veruntamen uerba mea & legitima mea quæ mandaui seruis meis prophetis: nunquid non comprehenderunt patres uestros? & cõuersi sunt, & dixerũt: Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis secundum uias nostras, & secundum adinuentiones nostras, ita fecit nobis. In diẽ uicesimaquarta undecimi mensis Sabat: in anno secundo Darij, factum est uerbum domini ad Zachariam filium Barachiæ filium Addo prophetam dicens. Vidi enim audiendum est: Patres uestri ubi sunt, & prophetæ uestri ubi sunt, id est pseudoprophetæ: nunquàm enim de sanctis prophetis diceret: nunquid in sempiternum uiuent? Et his ergo qui peccauerunt & noluerunt ad me conuerti, & his qui pec
C cantes falsis pollicitationibus deceperunt morte subtractis: uerba mea quę per prophetas meos locutus sum, permanent in æternum: quæ comprehenderunt patres uestros, & ostenderunt uera esse quæ dixi. Qui patres uestri rerum exitu prophetarum meorum in se uaticinia comprobantes, cõuersi sunt ad pœnitentiam atque dixerunt: Sicut prædixit dominus exercituum ut faceret
D nobis, secundum opera nostra atque peccata reddidit nobis. Legamus Danielem ex persona sua & populi, domino confitentem quod eum audire noluerint, & iuste sibi acciderint quæcunque perpessi sunt. c ¶In die uicesimaquarta undecimi mensis sabat, in anno secundo Darij: factum est uerbum domini ad Zachariam filium Barachiæ, filium Addo prophetam dicens. ] Quidam pro undecimo mense ponunt duodecimum: & uicesimumquartum diem eiusdem mensis arithmeticis rationibus interpretantes, quadrangulum firmum & stabilem numerum suspicantur: uolentes certa esse & stabilia quę scribuntur: nos autem dicamus, quod in eodem anno Darij regis secundo, tertio mense post primam uisionem, id est, undecimo post octauum, qui apud Hebræos appellatur שְׁבָט rursum ad Zachariam factus sit sermo domini. Secundum numerum esse immundum: & ad coniunctionem carnis & rerum seculi ac materiæ pertinentem, sæpe docuimus. Mensis autem undecimus qui appellatur שְׁבָט & lingua nostra in uirgam uertitur, austeritatem & correptionem so
2.Cor.4.d Psal.22.b nat: iuxta illud Apostoli: Quid uultis? in uirga ueniam ad uos? Et psalmistæ dicentis: Virga tua & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt: Et est in acerrimo

A acerrimo tempore hyemis: qui ab Aegyptijs Mechir, à Macedonibus περίτιος: à Romanis februarius appellat. Viceſima quoq; quarta mẽſis dies, illuſtrem noctis umbram ſignificat: deficiente luna in tenebras, & cæco ac perpetuo noctis horrore creſcente. Vnde congrue qui adhuc in captiuitate erãt, & maiore ſui parte in Medis atq; Chaldæis & Aſſyrijs exulabant, in ſecundo anno & undecimi menſis grauiſſimo frigore, & in uiceſima quarta die eiuſdem mẽſis, cernunt Iudaico populo quę ſequuntur.

4 ¶ Vidi per noctem &c.] Primum diſſeramus hiſtoriam: Vidi, inquit, per noctem: non in die ſicut Moyſes: qui deum facie uidebat ad faciem. Et Eſaias qui loqueba
Eſa.6. tur: Vidi dominũ
B ſuper thronum excelſum & eleuatũ: antequàm populus duceretur in captiuitatem: antequàm Hieruſalem deſtrueretur et templum: ſed adhuc in ſeruitutis malis populo conſtituto: ea quę pro eis uidet, cernit in tenebris. Et ecce uir aſcẽdens ſuper equum rufum: Hunc Hebræi Michaelem angelum putant, qui ultor iniquitatum & peccatorum ſit Iſrael. Et quod ſteterit inter myrteta quæ erant in profundo: Myrtos intelligi uolunt prophetas & ſanctos: qui in medio captiui populi uerſabantur, & erant in profũdo. Virum autem, id eſt Michaelem, equi rufi & uarij & albi ſequebantur, ordine ut exiſtimant commutato: ut albi Medos Perſasq; ſignificent: quia ſub ipſis dimiſſa captiuitas & templum inſtauratum eſt. Varij, Macedonas, quorum non nulli amici, alij perſecutores fuerunt. Pleniſſime ſu
Deu.8 per hoc Danielis ultima uiſio loquit̃. Rufi uero regnum Romanorum cruentum & ſanguinarium, quod populum interfecerit templumq; ſubuerterit. Alij uero ordinem qui ſcriptus eſt cõſeruantes, uirum qui aſcẽderit ſuper equum rufum: et equos rufos & uarios & albos, quatuor regna interpretantur. Primum & ſecundum ſanguinarium, Aſſyrios & Chaldæos: quorum primi decem tribus ſub Salmanaſar duxere captiuas. Secundi Iudam & Beniamin incenſa Hieruſalem ciuitate tem- C
ploq; ſubuerſo. Tertios & quartos uarios & albos, Medos ſignificari putant & Perſas: quorum alij clementes fuerunt: ut Cyrus & Darius filius Hyſtaſpis: & Aſſuerus, quem Græci Artaxerxem uocant: ſub quo Heſter impletur hiſtoria: alij crudeles, ut Cambyſes & cæteri. Vidente ergo propheta uirũ aſcẽdentem ſuper equũ rufum, & poſt eum equos rufos, uarios, et albos: & ignorante quod uideret, uiſionisq; ſuæ cupiente ſcire rationem, atque dicente: Quid ſunt iſti domine mi? Angelus qui loquebatur in eo promittit ſe eſſe dicturum: & illo reticente, uir qui ſtabat iter myrteta commemorat. Iſta ſunt regna quibus præcepit dominus, ut perambu- D
larent terram: & ſuæ eam ſubijcerẽt poteſtati. Denique angeli qui regnis & nationibus præſidebant: non ad alium ueniunt, ſed ad ipſum uirum & angelum domini, qui ſtabat iter myr
teta & dicunt: Perambulauimus terrã: & ecce omnis terra habitatur & quieſcit. Et eſt ſenſus: Omnia ſub nobis regna tuta ſunt & pacata: nec aliqua premuntur anguſtia. Ex qua reſponſione angelus qui interpellabat pro Iſrael occaſionem accipit pro populo deprecandi, & dicit ad dominum: Cum omnis orbis quietus ſit & pacatus: quare domine non miſereris Hieruſalem & urbium Iuda: maxime cum ſecundum promiſſa tua captiuitatis tempus expletum ſit? Reſpondit̃q; dominus angelo qui loquebatur in propheta uerba bona, uerba conſolatoria: Bona de futurorum promiſſione, conſolatoria de pręſentium neceſſitate. Hæc iuxta literam, ne uideremur cælare noſtros quę à pegrinę ligue magiſtris didicim⁹. Cęterum eccleſiarum magiſtri, noctem in qua cernitur uiſio, obſcuritatem myſticæ uiſionis intelligunt.
Poſuit enim deus tenebras latibulum ſuum. Et Pſal.17.b
iuxta Lxx. interpretes de eo dicitur: Abyſſus ſicut ueſtimentum amictus eius. Vir autem qui aſcendebat ſuper equum rufum, dominus atq; ſaluator eſt: qui

SEP. Vidi in nocte: & ecce uir aſcendens ſuper equum rufum: & ipſe ſtabat inter duos montes umbroſos: & poſt eum equi rufi, & uarij, & albi. & dixi: Quid ſunt iſti domine? Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Ego oſtendam tibi quid ſint hæc. Et reſpondit uir qui ſtabat inter montes & dixit ad me: Iſti ſunt quos miſit dominus ut circuirẽt terram. Et reſponderũt angelo domini qui ſtabat inter montes atq; dixerunt: Circuiuimus omnẽ terrã: & ecce omnis terra habitatur & quieſcit. Et reſpondit angelus domini & dixit: Domine omnipotens uſq;quo non miſereberis Hieruſalẽ, & urbium Iuda quibus iratus es? Iſte eſt ſeptuageſimus ãnus. Et reſpondit dñs angelo qui loquebatur

HEBR. Vidi pẽr noctem: & ecce uir aſcẽdens ſuper equum rufum: & ipſe ſtabat inter myrteta quę erãt in profundo: & poſt eum equi rufi, uarij, & albi, & dixi: Quid ſunt iſti domine mi? Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Ego oſtendam tibi quid ſint hæc. Et reſpondit uir qui ſtabat inter myrteta, & dixit: Iſti ſunt quos miſit dominus ut perambularent terrã. Et reſpõderũt angelo domini qui ſtabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus terrã: & ecce omnis terra habitatur & quieſcit. Et reſpondit angelus domini, & dixit: Domine exercituum uſq;quo tu non miſereberis Hieruſalem: & urbium Iuda quibus iratus es? Iſte ſeptuageſimus annus eſt. Et reſpõdit dñs angelo qui loquebatur

A est, qui dispensationem nostræ carnis assumens
Esa.63.a audit in Esaia: Quare rubra sūt uestimēta tua? Hic
qui nunc captiuo populo rufus ostenditur: in Apo
Apo.3.&.6.4 calypsi Ioānis in cādidis uestib⁹, & in cādido equo
sedere describitur. Quod aūt stare dicit inter duos
mōtes umbrosos: li
cet in Hebræo non
habeatur, duos: no
uum & uetus senti
unt instrumētū: qđ
dēsissimis solijs &
nemore & umbro
sis siluis dicit esse co
ŏpertū: quia multis
obscuritatib⁹ inuo
lutū est. Myrteta au
tem quę erāt in pro
fundo, inter quę sta
re describitur, angē
licas intelligunt po
testates: quæ ei etiā
in carne posito mi
nistrarunt. Vel cer
te montes (ut tolla
mus quod scriptū
nō est, duos) absо
lute & absq; nume
ro, plurimos sāctos
sentire possumus:
B & apostolos atq;
apostolicos uiros:
qui totum orbem rusi & uarij & albi peragrasse
memorātur: Quorum alij martyrio coronati sunt,
& appellantur rufi. Alij operibus & doctrina &
uarietate signorum, uarij nuncupantur. Alij uirgi
nitatis integrorumq; dogmatum & puri cordis
quod cernit deum, præmia susceperunt. Denique
interrogat propheta eundem uirum & angelum
qui stabat inter myrteta, & dicit: Quid sunt isti
domine mi? Et angelus qui loquebatur in eo, sen
sus uidelicet prophetalis, promittit se ostensu
rum esse quod cernitur. Cumq; promiserit, non ip
se respondit, sed alter qui stabat inter myrteta &
dicit: Isti sunt quos misit dominus ut perambula
rent terram. A domino enim missi sunt apostoli,
ut totum orbem euangelica prædicatione comple
rent: qui postquam expleuerūt opus, reuersi sunt
ad magni consilij angelum qui stabat inter eos:
2.Cor.2.d qui cum Apostolo loquebantur: Christi bonus
odor sumus in his qui salui fiunt & in his qui pere
unt, & inter utriusq; uocationis populos: Et dixe
rūt ad eum: Perambulauimus terram, impleuimus
opus quod nobis iniunctum est: & ecce omnis ter
ra habitatur & quiescit: quæ āte deserta erat à deo,
nunc habitatio eius est: quiescit à bellis: à uitiorum
prælijs atq; peccatis: quia hęreditatem domini su
scepit reuertentis ad patrem atq; dicentis: Pacem
Ioan.14.d meā do uobis: pacem meā relinquo uobis. Quod
autem plena misericordia postulatur: ut instante
anno septuagesimo misereatur deus Hierusalē &
urbium Iuda: ad illam intelligentiā referūt; Quod
quàmdiu uera pax ueniat, & sabbatismus & septē C
decadarum uumerus, id est annus septuagesimus
impleatur: nec Hierusalem plenam recipiat liberta
tem, quæ interpretatur uisio pacis, & est ecclesia:
nec urbes Iuda, animæ dominum confitentes. De
nicq; dns repromit
tit uerba bona &
uerba cōsolatoria:
quod nunc exparte 1.Cor.13.a
cernimus, et ex par
te prophetam⁹. Cū
autē uenerit quod
perfectū est, destru
antur quæ ex parte
sunt: & liberati de
Babylone huius se
culi, clamemus: In
conuertendo domi
nus captiuitatē Si Psal.125
on: facti sumus si
cut cōsolati. a ¶Et
dixit ad me āgelus
qui loquebaī &c.]
Adhuc uerba bona
et uerba cōsolatoria
hæc sunt, quę nunc
propheta clamare
præcipit: quod ze D
latus sit dominus
Hierusalē & Sion
zelo magno. Qui
autem zelatur, amare se eam quam zelatur osten
dit: nequaquàm dicēs per Hieremiam: Sicut despi Hier.3.d
cit mulier uirū suum, ita despexit me domus Israel.
Cui per Ezechiel dominus loquebatur: Irascens
iam non irascar tibi, & zelus meus recessit à te. Ezech.16.c
Qui ergo zelatus est Hierusalem & Sion (una est
autem & eadem ciuitas): nunc irascitur super gen
tes opulentas: quas supra equos rufos & albos &
uarios nominauit: quod ipse tradiderit eos ad corri
piendū, illæ uero sæuierint in traditos: hic ut filiū à
pædagogo uoluerit emendari, illæ ut hostem inter
ficere & punire conatæ sint. Cui simile est illud in
Esaia: Ego dedi eos in manus tuas, tu autē non feci Esa.47.b
sti eis misericordiam: Senis aggrauasti iugum, &
dixisti: ero in sempiternum domina. Zelus autem
ἀνθρωποπάθως sic accipitur ut ira. Ex quo loco con
uincunt hæretici qui ueteri detrahunt testamento:
quod irascens deus nō perdere cupiat eos in quos
irascitur, sed emendare. Quia ergo, inquit, zelatus
sum Hierusalem & Sion zelo magno, quas aduer
sarij plusq; uoluerā depressерunt: Idcirco hæc dicit
dns: Reuertar nō in una misericordia, sed in multis
misericordijs ad Hierusalē: & domus mea, id est tē
plum ędificabitur in ea sub Zorobabel & Iesu filio
Iosedech: et perpendiculū cemētariorū extendetur
super Hierusalem. Potest Hierusalē & Sion uisio
pacis & specula: quę non bella seculi, nec humilia
atq; terrena sed pacē atq; cōcordiā, et cœlorū excel
sa cōsiderat, ecclesia intelligi: Cui propter uitia atq;
peccata & refrigescentē quotidie charitatē irascēs
dominus

SEP. quebatur in me uer
ba bona & sermones con
solatorios. Et dixit ad me
angelus qui loquebatur
in me: Clama dicens: hæc
dicit dominus omnipo
tens: zelatus sum Hieruſa
lem & Sion zelo magno:
& ira magna ego irascor
super gentes quæ superim
positæ sunt: pro eo quod
ego quidē iratus sum mo
dicū: ipsi uero superpositi
sūt in mala. Propterea hęc
dicit dns: cōuertar ad Hie
rusalem in misericordia: &
dom⁹ mea instaturabit in
ea, dicit dns omipotens: &
mēsura extēdetur sup Hie
rusalem

HEB. quebatur in me uer
ba bona & uerba conso
latoria. Et dixit ād me an
gelus qui loquebatur in
me: Clama, dicens: hæc
dicit dominus exercitu
um: zelatus sum Hieruſa
lem & Sion zelo magno:
& ira magna ego irascor
super gentes opulentas:
quia ego iratus sum pa
rum: ipsę uero adiuuerunt
in malum. Propterea hæc
dicit dominus: reuertar
ad Hierusalem in miseri
cordijs: & domus mea ædi
ficabitur in ea, ait domi
nus exercituum: & perpen
diculū extēdetur sup Hie
rusalem

A dominus:tradet eam persecutionibus: ut quasi in conflatorio mundum aurum appareat & argentum. Aduersarij uero quibus tradita est eam delere nitentes, implent Hierusalem cruore cæsorum à porta usq; ad portam. Vnde dominus pacem & misericordiam repromittens,rursum eam ædificaturum esse se dicit. Et perpendiculum siue funiculum secundum mensuras & ordines singulorum in ea esse tendendum. Quid sit autem funiculus,sequenti capitulo demonstratur, ubi dicit prophetа:Leuaui oculos meos & uidi:& ecce uir & in manu eius funiculus mensorum. Templum autem dei quod aduersarij destruxerunt, potest & domini uenerabile corpus itelligi:de quo

B

Ioan.2.d

ipse dicebat: Soluite templum hoc: & ego in triduo suscitabo illud. Quod in passione destructũ, in resurrectione suscitatum est: & omnium templorum seminarium atque exordium fuit: de

2.Cor.6.d

quibus & Apostolus loquitur: Vos estis templum dei & spiritus sanctus habitat in uobis. a Adhuc clama dicens &c.] Angelus qui supra dixerat ad prophetam: Clama, hæc dicit dominus exercituum: nunc quoq; impellit ut clamet, nõ uocis intẽsione, sed mentis: & hoc est quod clamandum præcipit: Adhuc affluent ciuitates meę bonis quas nunc cernis à Babylonio igne uastatas: rursum rebus omnibus abũdabũt: & præsentibus bonis præteritã miseriam dñs consolabitur, & eliget Hierusalem quã pauloante proiecerat. Quod si referimus ad ecclesiã,cui uera bona & perpetua pollicetur: illa bona

Psal.11.7.a
Esa.1.b

esse credẽda sunt,de quibus scriptum legimus: Videas bona Hierusalem. Et in alio loco:Si uolueritis & audieritis me: quæ bona sunt terræ comedetis. Et illud:Fidens eris in domino,& eleuabit te super bona terræ. Quæ sibi uir sapiens,cui dñs incerta & obscura suæ sapientiæ reuelaret, spe futurorum

Psal.26.a

promittit, & dicit: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. His bonis post sæuissimæ persecutionis incendia,quæ & à gentilibus & ab hæreticis Arianis ecclesiæ domini pertulerunt: pace redC dita,uidemus domini ecclesias affluere,& consolatam Sion & electam Hierusalem, quas dudum abiecerat: Hoc ipsum & de templo domini, & de uno quoq; credentium intelligere possumus. Quidam

HEBR. rusalem. Adhũc clama dicens: Hæc dicit dominus exercituum:adhuc affluẽt ciuitates meæ bonis: & consolabitur adhuc dominus Sion: & eliget adhuc Hierusalem. Et leuaui oculos meos & uidi:& ecce quatuor cornua: & dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sũt hæc? Et dixit ad me: Hæc sunt cornua quæ uentilauerunt Iudam & Israel & Hierusalem. Et ostendit mihi dominus quatuor fabros,& dixi: Quid isti uenium facere? Qui ait, dicens:Hęc sunt cornua quę uentilauerunt Iudam per singulos uiros:& nemo eorum leuauit caput suum:et uenerunt isti deterere ea, ut deiciant cornua gentium quæ eleuauerunt cornu super terram Iuda ut dispergerent eam.

SEP. rusalẽ. Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me. Adhuc clama,dicens: Hæc dicit dñs omnipotẽs: adhuc diffundẽt ciuitates in bonis & miserebitur dominus adhuc Siõ: & eliget adhuc Hierusalẽ. Et leuaui oculos meos & uidi:&ecce quatuor cornua: & dixi ad angelũ qui loquebat in me: Quid sunt hęc dñe? Et dixit ad me:Hæc sunt cornua quæ disperserunt Iudam & Israel & Hierusalẽ. Et ostendit mihi dñs quatuor fabros, & dixi: Quid isti ueniũt facere? Et dicit: Hæc sunt cornua quæ disperserũt Iudã, & Israel cõfregerũt: & nullus eorum leuauit caput: & egressi sũt isti ut exacuant ea in manibus suis. Quatuor cornua, gentes sunt quæ leuauerunt cornu super terram dñi ut dispergerent eam.

consolatam Sion et electã Hierusalem: & cætera quæ in hunc modum à prophetis omnib⁹ prædicantur, ad cœlestem Hierusalem referunt: quæ destructa per ruinam, per uirtutes ædificãda sit. Quæ nos omnia rectius super ecclesia iterpretabimur.

b ¶ Et leuaui oculos meos &c.] Quatuor cornua quę uentilauerunt & dispersерunt Iudam & Israel et Hierusalem, quatuor gentes esse: Babylonios, Medos atq; Persas, & D Macedonas ac Romanos, & nunc dominus à propheta interrogatus exponit: et Daniel plenissime replicat: Qui D Dan.2.e in uisione imaginis quę habebat aureũ caput & pectus argẽteum, & subumbilicum æneum & crura ac pedes ferreos & fictiles: has quatuor gentes interpretatus est. Et rursum in alia uisione quatuor bestias: leænam & ursum & pardum,& aliam horribilem bestiam cuius nomen non posuit: easdem gentes sub alia figura monstrauit. Medos autem & Persas unum regnum esse post uictoriam Cyri: non ambigit qui & seculares & sacras literas legerit,Et rectissime pro regnis cornua posuit:hanc habente scriptura sancta consuetudinem, ut regnum

Psal.148.b

semper interpretetur in cornibus: ut est illud: Et exaltauit cornu Christi sui. Et ĩ alio loco:Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Et

Luc.1.g

decem cornua in ultimo regnatura, idem Daniel

Dan.7.b

propheta testatur. Eo ergo tempore quo hæc uisio cernebatur, iam Babyloniorum regnum præterierat,instabat Persarum atque Medorum, futurum erat Græcorum atque Macedonum & Romanorum. Quæ Babylonij, quæ Medi atque Persæ,quæ Græci id est Macedones fecerint Iudæ, Israel, & Hierusalem: uir eruditus agnoscit: maxime sub Antiocho,cognomẽto ἐπιφανεῖ, sub

A quo Machabæorum historia texitur. Post aduen/
Luc.19.g tum quoq; domini saluatoris quando circũdata est Hierusalem, quę sustinuerint Israelitæ, & euange/lium ante denunciat: & Iosephus historiæ Iudaicæ scriptor uernaculus plenissime edocet. Ista cornua uentilauerunt & di sperserũt Iudã per singulos propemo/dũ uiros: ut nemo eorum graui malo/rũ põdere depressus leuaret caput. Qua tuor quoq; fabros siue artifices quos Græci τέκτονας uo/cant: non ipse pro/pheta conspicit, sed ei dominus osten/dit: & exponit qui sint fabri & artifices, qs nos ãgelos intelligim⁹ obe diẽtes dominicæ potestati: ut quod gẽtes destruxe rant, isti ædificent. Hoc autem pro quo nos ex He/breo interpretati sumus: Venerũt isti deterere ea, regna uidelicẽt: Lxx. interpretati sunt: Venerunt isti exacuere ea in manibus suis. Exacuere autem pro deterere accipiendum est. Vel certe deterere, ut omnia sub Christi iugo colla submittant, & non ut quidã interpretatus est: cũ exacuta fuerint, pe/iora fiant: Si enim adhoc ueniant angeli ut malos peiores faciãt: nõ fabri appellãdi sunt, id est destru/ctores malorũ, & ædificatores bonorũ, sed & ipsi
B pro malis & destructoribus accipiendi. Et hoc no/tandũ quod ista quatuor cornua gentiũ, unũ cõtra populũ dei cornu eleuauerint: non enim regnaue/rũt pariter, & simul oppresserũt Israel: sed sibi inui cẽ successerũt: Babylonijs Medi & Persæ: Persarũ regno, regnum Macedonũ: regno Macedonũ, im perium Romanorum. Hæc sequentes historiæ or/dinẽ diximus. Quod autẽ oculos propheta leuasse
Psal.120.a dicit: illi spiritualiter sensui coaptandum est: Le/
Ioan.4.e uaui oculos meos in mõtes: unde ueniet auxilium mihi. Et: Leuate oculos uestros & uidete regiões, quoniam iam albæ sunt ad metendum. Et quod in
Esa.51.b Esaia legimus: Dixit sãctus: leuate oculos uestros, & uidete quis ostendit hæc omnia? Eleuatione er/go oculorũ opus est & intelligentia spirituali: ut ui deamus contrarias fortitudines, quæ cõtra nos ele uauerũt cornu suũ. Et de quibus Apostolus loqẽ:
Eph.6.b Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sangui nẽ: sed aduersum principatus, aduersũ potestates, aduersum mundi huius rectores tenebrarũ istarũ, aduersum spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Hos quatuor aduersarios qui contra sanctos semper di
Psal.90.c micabãt, Christus oppressit adueniẽs. Et de his psal mista cõgeminat: Super aspidẽ & basiliscũ ambu/labis, & cõculcabis leonem & draconẽ. Possumus quatuor cornua quæ regnauerũt contra populum dei, & quatuor πάθη accipere, quæ eruditi non uer bum de uerbo exprimentes κακοζήλως passiones, sed perturbationes interpretantur. ægritudinẽ ani/mi & gaudium, duo præsentia: & duo futura, mœ/

Cap. II

ET leuãui oculos me/os & uidi: & ecce uir, & in manu eius funiculus mensorum. Et dixi: quò tu uadis? Et dixit ad me: ut metiar Hierusalem: & uide am quãta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius. Et

tum & cupiditatem: de quibus & illustris poeta si/ C
gnificat: Hi metuunt, cupiunt, gaudẽtq;, dolentq;, aduersum has, quatuor fabri, & ut ita dicam medi/ci bonicq; artifices, non cernuntur à propheta: nec/dum enim absq; ostẽsione dei per se eos uidere po/terat, sed ostendun/tur ei à dño, quatu/or scilicet uirtutes: prudentia, iustitia, fortitudo, temperã/tia: de qbus plenis/sime in officiorũ li/bris Tullius dispu/tat, scribens propri um quoq; de qua/tuor uirtutibus li/brũ. Qui ergo uitia destruunt, uirtutes ædificant: omnesq;

Cap. II

ET leuaui oculos me/os & uidi: & ecce uir, & in manu eius funiculus geometræ, & dixi ad eum: Quò tu uadis? Et dixit ad me: ut dimetiar Hieruſa/lem & uideam quanta sit latitudo eius & quãta lõgi/tudo. Et

sancti qui hæc remedia possidentes instaurant sem per ecclesiam, fabri appellandi sunt. Vnde & apo stolus loquebatur: Quasi sapiens architectus fun/damentum posui. Et iratus dñs, de Hierusalẽ abla/turum esse se dicit architectum & uirum sapiẽtem, 1.Cor.3.b
Et ipse dominus dei omnipotentis filius & creato/ris omnium, fabri filius appellatur. Legi in cuiusdã Mat.13.g
commentarijs, quatuor fabros, quatuor euangeli/stas intelligi, qui oppressum Israelem, sensum uide licet uidentem deum, & Iudam dominum cõfiten/tem, & Hierusalem uisionem pacis, in pristinam se dem restituant: & quos uitiorum gentes dispersę/rant de ecclesia, per prædicationem euangelij retra xerunt ad salutem. Cap. II D

ET leuaui oculos meos &c.] Qui prius oculis eleuatis in quatuor cornibus tristia uiderat: nunc rursum oculos leuat ut uideat uirum, de quo scriptum est: Ecce uir oriens nomẽ eius: de quo & supra legimus: Et ecce uir ascendens super equum Zach.6.e
rufum, & stabat inter myrteta quæ erãt in profun/do, siue inter montes umbrosos. Et de quo pater lo quitur: Hic ædificauit ciuitatem meam: cuius arti/ Heb.11.c
fex et cõditor deus est. Hic et ab Ezechiel cernitur, Ezech.40.d
habens funiculum in manu, & calamum ad men/suram cubiti uirilis, ut metiatur Hierusalem: cuius descriptionem, id est latitudinem & longitudinem, idẽ propheta mystico sermone prosequitur. Qui dam putant hoc ex parte completum sub Zoroba bel, & Iesu & Esdra, & Neemia, & cæteris ducibus siue regibus: qui usq; ad aduẽtum domini saluato/ris populũ rexerũt Israel. Alij uero & maxime Iu/dæi in mille annorum regno interpretantur: corpo rales corporalia requirentes. Nostrorum autẽ ple rique referũt ad cœlestem Hierusalẽ: & hanc dicunt iterum extruendam, quæ ruina animarũ peccatri/cum fuerat destituta: Hoc hæretici suspicentur. Cę terum nos, montem Sion, & matrem primitiuorũ atq; sanctorum interpretemur ecclesiam: quæ ædi/ficata est in passione domini & resurrectione, & quotidie ædificatur ab eo qui nouit mensuras & merita singulorum. Quod de ecclesia diximus, po/test & de animabus accipi credentium, quæ quo/

tidie

A tidie ædificantur à domino & cernunt pacem eius quę apostolis est relicta. *a* ¶ Et ecce angelus qui loquebatur &c.] Angelum qui loquebatur in propheta & stabat: siue ut in hebraico legitur, egrediebatur, hoc enim significat נצא Hebræi Michaelē putant: Et alterum angelum qui egrediebatur & ueniebat in occursum eius, Gabrielem suspicātur, qui loquitur ad Michaelem, ut loquatur prophetæ: quantam rerum omnium abundantiā & multitudinē hominum & iumētorum, firmitatēq; murorum habitura sit Hierusalem: quę in presentiarum usque ad fauillam & cineres uideatur esse destructa. Nos autem iuxta spiritualem sensum hæc omnia interpretamur in ecclesia: quę

B absq; muro, siue ut Lxx. transtulerunt κατάκαρπος, id est, frugum omnium abundantia habitetur, & habeat multitudinem hominum ac iumentorum: & dominus ignis sit in circuitu eius: & ipse in medio illius uersetur in gloria. Ista est ciuitas, de qua alibi legimus: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et rursū: Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. In hac quicūq; habitat, dicere potest: Ego autem sicut oliua frugifera in domo dei. Et: Dominus regit me & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquas refectionis educauit me. Et habitabitur, inquit, Hierusalem præ multitudine hominum & iumentorū absq; muro, siue frugum omnium abūdantia. Quidam, homines & iumenta duos populos interpretantur, Iudæorum atq; gentilium: quod illi qui in lege uersati uenerint ad fidem Christi, homines appellati sint: nos autem qui post idololatriam quasi in deserto legis & solitudine fuim⁹ prophetarum, & eius recepimus passionem: iumenta dici debeamus. Alij autem rationabiles quosq; & scripturarum eruditos scientia, homines intelligi uolunt: Iumenta uero simplices quosq; credentium: & de his dici: Homines & iumenta saluos facies domine. Hæc iumenta & hæc animantia audiunt boni pastoris uocem, & cognoscunt & sequuntur eū: Qui ipse est & pastor, quia regit nos: & ostiū, quia per illum in ecclesiam & ad patrem ingredimur: & murus ignis in circuitu: ut credentes & habitantes in medio calefaciat, qui prius frigore charitatis interpuerant, & possint spiritu esse feruentes. Lupos autem & sæuissimas bestias, de quibus scriptum est: C Ne tradas bestijs animam confitentem tibi: Et quorum fructus est, fœnum, ligna, stipula: & afferunt tribulos & spinas, suo igne consumat: & qui aduersarijs ignis est, sit in medio credentiū gloria. Quod autem murus Hierusalem sit dominus: & in alio loco legimus: Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui. Hæc omnia Iudæi sub ἠλειμμένῳ, quem sibi spe uanissima repromittunt, putant carnaliter esse uentura: quod tantam Hierusalem habitura sit beatitudinē: ut præ multitudine hominum & omnium iumentorum, murum habere nō possit: Sed mur⁹ sit ipsius domini defensio: & illius in medio habitantis gloria perfruatur. D *b* ¶ O ò fugite de terra aquilonis dicit dominus &c.] Plagæ orbis quas Græci appellant κλίματα, iuxta situm Hierusalem intelligūtur & templi. Assyrij ergo & Babylonij qui dei populum uastauerunt, habitāt in terra aquilonis. Denicq; in Hieremia: olla quę iuxta Ezechiel plena est carnibus (intelligitur autem urbs Hierusalem) à facie aquilonis accenditur. Quia igitur angelus præceperat qui occurrerat angelo prophetanti in Zacharia, ut loqueretur ad puerum (ad comparationem enim angelicæ dignitatis, omnis humana natura pueritia nuncupatur: quia non angeli in nos, sed nos in angelos proficimus) Et diceret ei: Absq; muro habitabitur Hierusalem, & reliqua: Nūc idē ad eos fit sermo domini qui habitant in aquilone: ut à uentis quatuor congregentur: in quos fuerant toto orbe dispersi: & reuertantur in Sion qui habitabant in Babylone. Vel certe ita: qui in quatuor plagis cœli dispersi estis, fugite de terra aquilonis, & ò Sion quæ nunc habitas in Babylone, fuge & reuertere ad pristinam sedem. Quod autem tertio, casu uocatiuo dicitur ò, exhortatio ad fugam est: ut non semel, sed crebrius ad fugiendum sciant se esse commonitos. Dicendum & aliter. Aquilo uentus durissimus est, qui durissima habitatorum suorum corda facit, & à quo succenduntur mala super omnes qui habitant in terra, & ad quem iuxta hunc ipsum Zachariam prophetam, egrediuntur equi nigri ut in sua regione consistant. Ille quoque qui in Esaia gloriabundus dixerat, In cœlum ascēdam, super sidera cœli ponam thronum meum: sedebo

*a* HEBR. Et ecce ångelus qui loquebatur in me egrediebatur: & angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absq; muro habitabit Hierusalem, pręmultitudine hominum & iumētorum in medio eius, Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. O ò fugite de terra aquilonis, dicit dominus: quoniam in quatuor uentis cœli dispsi uos, dicit dñs: O Sió fuge quę habitas apud filiā Babylonis: Quia hęc dicit dominus. Et ecce ångelus qui loquebatur in me stabat: & ãgelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eū, dicens: Curre, & loquere adolescentulo illi, dicens: Frugifera habitabitur Hierusalem, à multitudine hominum, & iumentorū in medio eius. Et ego ero illi, dicit dominus, murus ignis in circuitu, & in gloriam ero in medio eius. O ò fugite de terra aquilonis, dicit dñs: quia de quatuor uentis cœli cōgregabo uos, dicit dñs: In Sion saluamini qui habitatis filiam Babylonis: Hæc enim

*b* SEP. tudo. Et ecce angelus qui loquebatur in me stabat: & ãgelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eū, dicens: Curre, & loquere adolescentulo illi, dicens: Frugifera habitabitur Hierusalem, à multitudine hominum, & iumentorū in medio eius. Et ego ero illi, dicit dominus, murus ignis in circuitu, & in gloriam ero in medio eius. O ò fugite de terra aquilonis, dicit dñs: quia de quatuor uentis cœli cōgregabo uos, dicit dñs: In Sion saluamini qui habitatis filiam Babylonis: Hæc enim

*a* Psal. 86.a ibi. 47.a Psal. 51.b ibi. 22.a Psal. 35.b

*b* Hiere. 1.c Ezech. 24 Psal. 124.a

A in monte ſublimi: ſuper montes excelſos in aquilone: in frigidiſſimo terrarum loco regnum habere ſe iactat. Legimus in alio loco: Ecce fumus ab aquilone uenit: & qui procul à ſancta urbe diſceſſerant: dicitur de eis: Ecce iſti de longe ueniunt ab aquilone & mari.

Eſa.14.d

Ibi.49.d

Et per Hieremiam ſpiritus ſanctus loquitur, prouocans eos qui in captiuitate ſunt ut redeant Hieruſalem: Vade & lege ſermones meos iſtos ad aquilonem, & dices: reuertere ad me habitatio Iſrael, dicit dominus. Præcipitur itaq; nobis qui habitauimus ad aquilonem, & calorem domínici feruoris amiſimus, qui diſperſi ſumus ī orbe terrarum: & de quibus euãgelium prędicat: quod in quatuor uentos mittat angelos ſuos dominus & congreget nos: qui in huius ſeculi uitijs & confuſione uerſamur: ut fugiamus in Sion eccleſiam domini, & humilia relinquentes, in ſpecula eius & ſublimitate dogmatum conſiſtamus. Quod autem ſequitur: Hæc dicit dominus exercituũ: poſt gloriam miſit me, & reliqua: Vox ſaluatoris loquentis inducitur: qui omnipotens deus à patre omnipotente miſſum ſe eſſe dicit: non iuxta id quod omnipotens eſt: ſed iuxta id quod poſt gloriam miſſus eſt. Qui cum in forma dei eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt æqualem ſe eſſe deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiẽs, & factus eſt obediens patri uſque ad mortem, & mortem crucis. Nec mirum quod Chriſtus dicatur omnipotens, ex cuius perſona legimus in Apocalypſi Ioannis. Hæc dicit teſtis fidelis initium creaturæ dei: qui eſt & erat & uenturus eſt, dominus deus omnipotens. Illud quoque quod in uicesimo tertio pſalmo legimus: Leuate portas principes ueſtras, & eleuamini portę ęternales, & introibit rex gloriæ. Rurſumq; ab alijs angelis dicitur ignorantibus myſterium incarnationis aſſumptæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus uirtutum ipſe eſt rex gloriæ: refertur ad Chriſtum. Vbi enim nos legimus, dominus uirtutum: in Hebraico ſcriptum eſt יְהוָה צְבָאוֹת quod à Septuaginta interpretibus παντοκράτορα, id eſt, in omnipotentem uertitur. Exquo intelligimus, ubicunq; dominus uirtutum de Chriſto dicitur, omnipotentem eum debere intelligi. Nec mirum ſi Chriſtus dicatur omnipotẽs: Cui tradita eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra.

Hier.46.d

B

Marc.13.c

Philip.2.a

Apoc.1.b

Mat.28.d

HEBR. cit dominus exercituum: poſt gloriã miſit me ad gẽtes, quæ ſpoliauerũt uos: qui enim tetigerit uos, tangit pupillam oculi eius. Quia ecce ego leuo manum meam ſuper eos: & erunt prædæ his qui ſeruiebant ſibi: & cognoſcetis: quia dominus exercituum miſit me. Laũda & lætare filia Sion: quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui, ait dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa: & erunt mihi in populũ, & habitabo in medio tui: & ſcies quia dñs exercituum miſit

Et qui dicit: Omnia quæ patris ſunt, mea ſunt. Si autem omnia, id eſt deus ex deo dominus ex domino, lumen ex lumine: ergo & ex omnipotente omnipotens: neq; enim fieri poteſt ut quorum una natura eſt, diuerſa ſit gloria. Miſſus eſt ergo poſt gloriam diuinæ maieſtatis ad gẽtes quæ ſpoliauerant populum dei: ut qui eos fuerant ante prædati, prædæ ſint ſeruientibus ſibi, & omnis quondam ſeruientiũ turba cognoſcat: quoniam deus omnipotens miſerit eum. Quod autẽ dicit: Qui tetigerit uos, tangit pupillã oculi eius: Tactum pro uexatione et iniuria accipe: iuxta illud quod legimus: Nolite tãgere Chriſtos meos, et in prophetis meis nolite malignari. Qui eñ ſanctos domini tetigerit: ſic eſt quaſi uexare cupiat pupillam oculi eius: et illum nitatur clara luce priuare: de qua loquitur in euangelio: Vos eſtis lux mundi. Eleuat autem deus manum ſuam, ut percutiat gentes aduerſarias, et populum ſuum uel in Hieruſalem reducat uel in eccleſiam. Gentes aduerſarias: iuxta tropologiam, contrarias accipe fortitudines, quę quotidie peccatores ſuæ ſubijciunt poteſtati, & ſibi eos ſeruire compellunt. a ¶ Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego uenio &c.] Et hæc adhuc ex perſona domini intelligenda: quod hortetur populum ſuum de captiuitate in ſedem priſtinam reſtitutum gaudere atq; lætari: quod ipſe dominus ueniat & habitet in medio eius, & multæ gẽtes credituræ ſint in eũ: de quibus dicitur: Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ: Et habitet in medio eius: loquens ad diſcipulos: Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi. Et poſſideat dominus Iudam partem ſuam confitentem & credẽtem nomini ſuo: & non alibi poſſideat, niſi in terra ſancta: quæ interpretatur eccleſia: & eligat adhuc Hieruſalem quam tentationi in perſecutionibus dereliquerat. Iudæorum alij putant ſub Zorobabel & Ieſu & Eſdra & Neemia hæc ex parte completa: maxime quoniam Hieruſalem eligitur & poſſidetur Iudas: duæ uidelicet tribus que reuerſę ſunt de captiuitate Babylonica: & appellatæ ſunt Iudas & nõ Iſrael, qa apud Medos hucuſq; uerſãt. Alij uero in futurũ differũt, quod tũc credituræ ſint gẽtes in eum qui mittat à dño & eligẽda ſit Hieruſalem: cũ utiq;

C

Ioan.17.b

SEP. enim dicit dominus omnipotẽs: poſt gloriam miſit me ad gentes quæ ſpoliauerunt uos: quia qui tetigerit uos, quaſi tangat pupillam oculi eius: Ecce ego inferam manum meã ſuper eos: & erunt prædæ his qui ſeruierant eis: & cognoſcetis, quia dominus omnipotens miſit me. Lætare & gaude filia Sion: quia ecce ueniã & habitabo in medio tui, dicit dominus: & confugient gentes multæ ad dominum in die illa: & erũt ei in populũ, & habitabunt in medio tui: & ſcies qm̃ dñs omnipotens

Pſal.140.b

D

Mat.5.b

Pſal.2.b

Mat.28.d

A utiq; iam omnes gentes crediderint in dominum saluatorem: nec possit eligi quę omnino destructa est. Recte autem post captiuitatem filia Sion pro-
uocatur ad gaudium: de qua in psalmo dicitur: Cũ
Psal.52.b conuerterit dominus captiuitatem populi sui: exul-
tabit Iacob & lætabitur Israel. a ¶ Sileat omnis caro à facie domini &c. ] Cum hæc sic habeãt, & possessurus sit dominus Iudam partem suam: & electuros Hierusalẽ: omne hominũ genus domini formidet aduentum: quia surrexit de habitaculo sãcto suo. Surgere autem dominus dicitur & quasi euigilare de sõno, quãdo consurgit in uindictam populi sui: iuxta illud qd̃ scri-
Eph.5.b ptũ est: Exurge ut quid dormis domine? Siue iuxta Septuaginta qui dixerunt, surrexit de nu-
B bibus sanctis suis: patriarchas, pphetas, & apostolos in-
Esa.5.b tellige: quibus mandauit dominus ne pluant super Israel imbrem. Istæ sunt
Esa.45.b nubes, de quibus scriptum est: Et nubes spargant iustitiam: neq; enim nubes istæ corporeæ in quas aer dẽsior cogitur, possunt pluere iustitiam. In his
Luc.21.e & cum his nubibus dominus in euangelio uentu-
Esa.19.a rum se esse dicit. Et in Esaia legimus, quod dominus in Aegyptum uenerit in nube leui. Aegyptus mundus accipitur: in quem dominus descendisse memoratur in carne, quæ ędita de utero uirginali, nullo humani seminis & peccatorum pondere grauabatur. Quod autem omnis caro, non absolute
Psal.64.a hominum & bestiarum & uolatilium & piscium: sed specialiter hominum accipiatur: illa scriptura significat: Exaudi orationem meam, ad te omnis caro ueniet. Neq; enim ad dominum omnis caro irrationabilium uentura est animantium: sed illa quę
Ioel.2.g donum sancti spiritus susceptura est: & de qua dicitur: Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem, & prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ. Cap. III

ET ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum, stantem &c. ] Antequàm ueniamus ad intelligentiam spiritualem, quomodo Hebræi locum istum ediſſerant: strictim breuiterq; dicendum est, Iesum sacerdotem magnum quem Græci ἀρχιερέα, Latini pontificem uocant: filium Iosedech intelligi

HEBR. misit me ad te. Et possidebit dominus Iudã partem suam in terra sanctificata: & eliget adhuc Hierusalem. Sileat omnis caro à facie domini: quia consurrexerit de habitaculo sancto suo. Cap. III

ET ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum, stantem coram angelo domini: & satan stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei. Et dixit dominus ad satan: Increpet dominus in te satan: & increpet domin9 in te qui elegit Hierusalem: Nunquid non iste torris est erutus de igne? Et Iesus erat indutus uestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli: qui respondit, & ait ad eos, qui stabant coram

uolunt: qui cum Zorobabel populo prę fuit. Ex cu-
ius dextris stabat aduersarius: hoc enim interpreta-
tur satan, ut aduersaretur ei. Et recte stabat à dex- C
tris illius, non à sinistris: quia uera erat accusatio: שטן
eo quod & ipse cum cæteris alienigenam accepis-
set uxorem: quod
in Esdra & in Ma- 1.Esdre.10.a
lachia qui hunc pro- Malach.2
phetam sequitur: plenissime scriptũ est. Dixitq; dominus ad sathan: ad accusatorem & ad aduersarium eius: ipse est enim inimicus Apoc.12.
& uindex ac accusator fratrum suorum: Increpet dominus in te sathã, ut pluit dominus à domino: & increpet dominus in te qui elegit Hierusalem. Cum ergo de cunctis Iudæ urbibus nunc electa sit Hierusalem, nequaquam ei imputante dño peccata quę fecit: cur quasi torrem quem uulgo titionem uocant, Iesum conaris obruere, qui de Babylonica captiuitate quasi semiustus euasit? Quod autem sequi-
tur: Iesus erat indutus uestibus sordidis: tripliciter interpretantur: Vel ob coniugium illicitum: uel ob peccata populi: uel propter squalorem captiuitatis. Angelus autem ante cuius faciem stabat Iesus: præcepit cęteris angelis ex persona domini, ut auferrent ab eo sordida uestimenta: de quibus supra diximus. Qui cum pręceptum opere complessent: rursum idem angelus loquitur ad Iesum: Ecce abstuli à te iniquitatem tuam: hæc sunt sordida uestimenta: & indui te mutatorijs, hoc est Israelitem tibi coniugem copulaui: pro quo Lxx. trãstulerũt ποδήρη, quam nos tunicam talarem possumus dicere: eo qd̃ usq; ad talos & pedes defluat. Quodq; sequitur: Ponite cidarim mũdam super caput eius: pro cidari in Hebræo legimus צניף quæ mitra à pleriscq; dicitur: & in hac uolunt intelligi sacerdotij dignitatem: quod ablatis sordibus peccatorum, mundum habuerit sacerdotium: Hæc Iudæi. Nostri autem ita differunt: Sacerdotem esse magnum ad quem dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui quoniam per se uideri non potest à domino, prophetæ ostenditur stans corã angelo domini: quem uolunt magni consilij esse angelũ: non quod alter & alter sit, aut duas

A personas recipiamus in filio, sed qđ idē atq; unus, & quasi homo sordidatus ostenditur: & quasi angelus mediator hominum & dei apparere dicatur. Non autē esse Iesum filiū Iosedech, ex hoc conātur ostendere: quod nō sit appositum in præsenti loco, filius Iosedech: qui in alijs locis ubi uere de Iesu dicit filio Iosedech, semper patris cognomine cēseatur. Stans igit cernitur Iesus et stabili cōsistēs gradu: & sathan stabat à dextris eius ut aduersaretur ei: Tēta tus enimest per omnē modū absq; pec/
Mat.4.a cato. Et in euāgelio ad eum tētator accedit: quærēs semp dextris eius & uirtutibus contraire. Quodq; sequit: Increpet dominus in te sathā: & increpet dñs in te qui elegit Hierusalē: sic edisserunt: quia pater & filius dñs est: & in cēteſimonono psalmo legimus: Dixit
B dominus dño meo, sede à dextris meis: Dñs de altero dño loquit: nō quod ipse dominus qui loquit increpare nō possit, sed quod ex unitate naturę cū alter increpauerit, increpet ipse qui loquit. Qui em̄ uidet filiū, uidet & patrē: et ille est qui elegit Hierusalē: ecclesiam quæ pacem dñi contēplatur. Torris autē de igne erutus, rectissime intelligi potest: qui cum in Babylone fuerit, non est Babylonio igne cō sumptus, nec flāma seculi huius attactus. Vnde &
Exod.3.a Moyses in solitudine cernit uisionē magnā, in qua ardebat rubus, & nō cōburebat. Hic Iesus erat indutus uestibus sordidis: qui cū nō feciſſet peccatū, pro nobis peccatū factus est: & ipse infirmitates nostras portat & pro nobis dolet: et nos reputauimus
Esa.53.b eum esse in dolore & in plaga & in angustia. Ipse uero uulneratus est propter iniquitates nostras, &
Gal.3.b infirmatus est propter peccata nostra. Et in Apostolo legimus: Christus redemit nos de maledicto legis, factus ꝓ nobis madedictum. Hic in uicesimo primo psalmo loqt̄: Longe à salute mea uerba delictorū meorū. Et in sexagesimo octauo psalmo: Deus tu scis insipientiā meā, & delicta mea à te non sunt abscōdita: Quæ uniuersa appellant̄ sordida uestimenta, & auferent̄ ab eo cum nostra peccata deleuerit: ut quia ille sordidis indutus est uestibus: nos resurgentes in eo audiamus post baptisma: Candida sint semper uestimēta tua: credētiūq; omnis ecclesia audit per Esaiam: Lauamini, mūdi estote. Et de ipsa prophetat̄ in cāticocanticorū: Quæ est ista que ascendit dealbata: ποδήρη autē incarnationē C
eius accipe: quę de terra est et significat̄ in pedibus. Esa.1.d
Cidarim mundā sup caput illius, splendorē diuinæ Can.3.c
maiestatis intellige: ut unus atq; idem secundū hominē ποδήρη, secundū deum cidari ornatus esse uideat̄. a ¶ Et angelus dñi stabat &c.] Hebræi cœptæ interpretationis ordinē prosequētes, ad Iesū filiū Iosedech In greco sic
ab angelo dñi hæc dicta intelligūt: qđ post ablationem uestium sordidarū, & restitutā mundi sacerdotij dignitatē: præcipiatur ei iuxta illud quod in euangelio scriptū est: Ecce sanus factus es, ultra noli peccare: ne quid tibi deterius fiat: & repromittitur ei præmiū, si in uijs domini ambulauerit, & eius præcepta seruauerit: quod & ipse iudex sit domus eius: id est pontifex perseueret in tēplo, et cu
Ioan.5.c
D
stodiat atria eius atq; uestibula, & det ei dominus ex angelorum numero, qui eo tempore stabant ante conspectum eius: quorum circūualletur auxilio: & ab omni hostium fraude securus sit. Iuxta nostros qui hæc omnia referunt ad dominum saluatorem: hoc uidetur esse difficile quod Iesu ab angelo dicitur: Si ambulauerit in uijs domini & eius præcepta seruauerit: ipse quoq; iudicet domū eius: & custodiat atria illius: & det ei dominus ambulantes de his qui assistant ei. Quod facile soluitur: si cōsideremus eum qui formam serui est dignatus assumere: & cum diues esset, pro nobis pauper factus Phil.2.a
est. Quicquid igitur de membris dicitur, refertur ad corpus: & nostri profectus, domini uictoria est 2.Cor.8.b
Cunq; nos peruenerimus in uirum perfectum: in Eph.4.c
mensuram ętatis plenitudinis Christi: ille iudicabit domum dei: secundum id quod Apostolus dixit: Christus autem sicut filius super domum eius: cuius domus sumus nos. Et ad Timotheū: Si tardauero ut scias quomodo debeas in domo dei conuersari, que est ecclesia dei uiuentis, columna & firmamentum ueritatis. Et non solum iudicabit domum eius: sed custodiet atria domini: de quibus scriptū est: Adorate dominum in atrio sancto eius. Iudicabit autem siue dijudicabit domū eius: & pro meritis singulorū, alij dās decē ciuitates, et alij quinq;, & alios in ecclesia constituēs prophetas, alios apostolos, alios doctores, alios signa faciētes, alios pro oculis habēs, alios pro manib⁹, alios pro pedibus:
Heb.3.b
1.Tim.3.d
Psal.28.a
iuxta

HEBR. coram se, dicens: Auferte uestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli à te iniquitatē tuam & induī te mutatoriis. Et dixit: ponite cidarim mundam super caput eius, & posuerunt cidarim mundā super caput eius. & induerūt eum uestibus. Et angelus domini stabat: & contestabatur angelus domini Iesum, dicēs: Hæc dicit dominus exercituū: Si in uijs meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris: tu quoque iudicabis domum meam: & custodies atria mea: & dabo tibi ambulantes de his

SEP. coram facie sua, dicens: Auferte uestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli à te iniquitates tuas: & induite eū poderem: & inponite cidarim mundam super caput eius: & imposuerunt cidarim mundam super caput eius: & circundederunt eū uestimētis. Et angelus domini stabat: & contestabatur angelus domini ad Iesum, dicens: Hæc dicit dominus oīpotens: Si in uijs meis ambulaueris: & præcepta mea custodieris, & tu iudicabis domū meā, & si custodieris atriū meū, & dabo tibi qui cōuersent̄ in medio

τοῦ ἀφελεῖν. καὶ ἀπὸ σοῦ τὰς ἀνομίας σου, καὶ περὶ μαρτίαν περιπατεῖν ἐν ἐνδύσασι ἄνδρα ποδήρη, καὶ ἐπιθεῖναι μίτραν, καὶ κιδαρίν καθαρὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. ἐπέθηκαν μίτραν καθαρὰν καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν ἱματισμὸν, καὶ ἄγγελος κυρίου ἑστήκει παρακαλῶν τὸν Ἰησοῦν λέγων

A iuxta illud quod legimus: Deus ſtetit in ſynagoga deorũ, in medio autem deos dijudicat. Dedit quoque ei de angelorũ numero miniſtros: qui in carne cõſtituti, ſimiles angelorũ ſunt: & de quibus Apoſtolus loquebatur: Noſter municipatus in cœleſtibus eſt. Si enim angeli nõ nubũt neq; nubũt: & qui in uirginali cõtinẽtia perſeuerãt, ſimiles angelorum ſunt: Cur nõ putemus angelicæ dignitatis apoſtolos & ſanctos quoſq; datos Ieſu: qui aſſiſtant ei in eccleſia, & nunc̃ fluctuantes habeãt pedes, ſed cum ſtante ſtent dño? a ¶ Audi Ieſu ſacerdos magne, &c.] Noſtri in hoc loco artantur à Iudæis quod iuxta cõſequẽtiã textũq; ſermonis magis debeãt Ieſum ſacerdotẽ intelligere filium Ioſedech quã dñm

HEB. his qui nunc hic aſſiſtunt. Audi Ieſu ſacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te: quia uiri portendentes ſunt. Ecce enim ego adducam ſeruum meum oriẽtem: quia ecce lapis quem dedi corã Ieſu: ſuper lapidem unum ſeptem oculi ſũt. Eccẽ ego cælabo ſculpturam eius, dicit dominus exercituũ: & auferam iniquitatem terræ illius in die una. In die illa, dicit dominus exercituum: uocabit uir amicum ſuum ſubter uineam & ſubter ficum.

B ſaluatorem. Si enim ad dñm ſermo eſt: & ad Chriſtũ dicitur: Audi Ieſu ſacerdos magne: quis eſt de quo infertur: Ecce ego adducã ſeruũ meũ oriẽtẽ: qui alio nomĩe lapis appellatur, & datus eſt corã Ieſu: & ſuper hoc lapide ſeptẽ ſunt oculi? E cõtrario noſtri nituntur aſſerere: & Ieſum ſacerdotem magnũ, & oriẽtẽ & lapidem: ſecũdum diuerſas intelligẽtias Chriſtum appellari. Sed hoc quomodo de ipſo dicaſ ad eum quaſi de altero, exponere difficillimũ eſt. Qui igitur Ieſum uolunt eſſe filium Ioſedech ſacerdotem magnum: amícos eius qui habitant uel ſedent coram eo, & qui uiri ſunt portendentes: diſcípulos eius interpretanſ & prophetas: pphetæ em̃ in ſignũ ſunt poſiti futurorũ. Quid eſt igitur quod Ieſus & amici eius coguntur audire? Adducam ſeruum meum oriẽtem, & reliqua. Supra promiſerat deus Ieſu filio Ioſedech ſacerdoti magno, quod ſi in uijs eius ambulaſſet & eius præcepta ſeruaſſet: ipſe dijudicaret domũ eius & atria eius cuſtodiret, & daret ei miniſtros angelicæ dignitatis: Nunc ei dicit & amicis illius, plenam felicitatem & perfectam beatitudinem tunc futuram, quando uenerit oriens: de quo ſcriptum eſt: Ecce uir oriens nomen eius. Et in Malachia: Orietur uobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ: & ſanitas in pennis eius. Et in numeris: Orietur ſtella ex Iacob & homo ex Iſrael. In euangelio quoq; apertiſſime de Chriſto legimus: In quibus uiſitauit nos oriens ex alto: Illumínare eos qui in tenebris et umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis. Qui oriens, ipſe dicitur & lapis angularis: quia populum utrumq; coniungat: & duos

SEP. medio ſtantium iſtorum. Audi ergo Ieſu ſacerdos magne & proximi tui qui ſedent ante faciem tuam, quia uiri τερατοσκόποι, id eſt portẽtorũ ſpectatores ſũt: qa ecce ego adducã ſeruũ meũ orientẽ: qa lapis quẽ dedi añ faciẽ Ieſu: ſup lapidẽ unũ ſeptẽ oculi ſunt. Ecce ego fodiã foueam, dicit dñs omnipotens: & contrectabo omnẽ iniquitatem terræ illius in die uno. In die illo, dicit dominus oĩpotẽs: Vocabit unuſ quiſq; proximum ſuum ſubter uitẽ & ſubter ficum.

parietes in unam domum conſociet: Hic non credentibus lapis ſcandali eſt: de quo & in pſalmis dicitur: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: A domino factum eſt iſtud. Super hũc lapidem ſeptem oculi ſunt: de quibus loquit̃ Eſaias: Exiet uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: et requieſcet ſuper eũ ſpiritus dei, ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritꝰ ſcientiæ & pietatis, et implebit eum ſpiritꝰ timoris dei. Qui ſacerdotem magnũ & amicos eius, dominum ſaluatorem & diſcipulos illius intelligi uolunt: uiros τερατοσκόπους et portendentes ſic accipiunt: ut ad apoſtolos referant qui eius myſtice ſigna perſpexerint, & ex

D præſentibus futura cognouerint: dum in eo qui à natiuitate cæcus fuit, oculos reſtitutos ſuper populo gentilium interpretantur: Et in muliere ſanguine defluente, eccleſiam ediſſerunt ſanguinis operibus liberatam. Hoc autem quod ſequitur: Quia ecce lapis quem dedi coram Ieſu: amatores hiſtoriæ ſic de Chriſto intelligunt: ut poſt Ieſum filium Ioſedech Chriſtum dicant eſſe uenturum. Hoc enim eſſe coram Ieſu, id eſt in conſpectu eius & ante faciem, ut futura ſignificet: & appellari eum lapidem pro fortitudine & robore quo omnia regna contriuerit, quem etiam in Daniele de monte ſine manibus præciſum legimus. b ¶ Ecce ego &c.] Supra dixerat: ecce lapis quem dedi coram Ieſu, ſuper lapidem unum ſeptem oculi ſunt: Nunc conſequenter μεταφορὰν ſeruat à lapide & dicit Cælabo ſculpturam eius: ſiue ſculpam cælaturam illius: Quod enim Hebraice ſcriptum eſt מְפַתֵּחַ פִּתֻּחָהּ Aquila interpretatus eſt διαγλύψω ἄνοιγμα αὐτῆς, id eſt ſculpam aperturam eius: Theodotio & Symmachus, ſculpam ſculpturam eius. Et eſt ſenſus: Iſtũ lapidẽ, clauis crucis & lancea militis faciam uulnerari: & in illius paſſione auferam iniquitatẽ terræ in die una: de qua ſcriptum eſt: Hæc eſt dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in eo. In illa die paſſionis Chriſti, uocabit uir qui perfectus eſt in Chriſto: & cum apoſtolis ad dominicæ beneuolentiæ culmẽ aſcendit: proximũ ſuum, uel credentes ex Iudęis: uel certe gentilium populum, ſubter uineam quæ appellatur Sorech: & de qua dicit in euangelio: Ego ſũ uitis, & cuius fructꝰ lætificat cor hominis: & ſubter ficũ, ſpũs ſancti poma dulciſſi-

Pſal.81.a Phil.3.d Mat.22.c Zach.6.c Malach.4.a Num.24.c Luc.1.g Pſal.117.e Eſa.11.a Dan.2.g Ioan.15.a

A ma,ut æterna pace requieſcant, & compreſſa ſedi/tione mundi & cruore bellorum, ſciant ſe eſſe ſub rege cuius myſtice in Salomone nomen eſt pacis. Mich.4.b De hac eadem ſeſſione ſubter uineam, & ſubter fi/cum:etiam Micheas propheta commemorat, di/cens: In die illa uo/cabit unuſquiſque proximum & fra/trem ſuum ſubter fi cum et uineam ſuã, & non erit qui ex/terreat. Quod autẽ ſcriptum eſt iuxta Lxx. Ecce ego fo/diam foueam, poſ/ſumus foſſam uel foueã pro ſculptu/ra lapidis intellige/re: omne em̃ quod ſculpitur et foditur. Tamen ſiquis con/tentioſus noluerit hoc referre ad lapi/dem:ſed quaſi pro/prium habere prin/cipium ſuamq; ſen/tentiam: Dicamus deum omnipoten/tem in die paſſionis filij ſui:ſiue ut Iudei

B putant in ultimo fi/ne mundi quando iudicaturus aduenerit: effodere & in medium proferre opera ſingulorum, & con/trectare uniuerſam terram in die iudicij: hãc enim eſſe diem unam,& in die illa unumquemq; ſancto/rum ſocios ſuos & amicos qui & ipſi ſunt ſancti, uocare ad requiem,et operum ſuorum uirtute gau dere.

## Cap. IIII

ET reuerſus eſt angelus &c. ] Quò enim abie/rat ut reuerteretur: maxime qui loquebatur in propheta:et abſq; eo in quo loquebatur eſſe non poterat:Sed quotienſcunq; humana fragilitas ſuæ relinquitur imbecillitati:dei à nobis & angelorum eius auxilium abire credendum eſt. Ergo & pro/pheta ſtupore magnæ uiſionis attonitus tota men te torpebat, & clarum ueritatis lumen uidere non poterat:unde à uiſione præterita ſuſcitat̃ ad aliam uiſionẽ quaſi de ſomno euigilans: ut uideat quod Prou.23.a clauſis oculis non uidebat. Dicamus & aliter: Pro/uerbiorum Salomonis teſtimonium eſt:Si ſederis, abſq; timore eris:Si autem dormieris,dulciter dor/mies:& non timebis terrorem ſuperuenientem ti/bi,nec impetus impiorũ ingruentes.Qui hoc ſom no dormierit, & audierit dictum de ſe quod ſcri/

Ioan.11.b ptum de Lazaro legimus:Si dormit,ſaluus erit:po/

Can.5.a terit cantare cum ſpõſa:Ego dormio & cor meum uigilat. Videamus ergo ad quæ contemplãda qua ſi de ſomno propheta conſurgat. b ¶Et dixit ad me,quid tu &c. ] Angelus qui ſuſcitauit Zachari/am quaſi de ſomno hominem conſurgentem,inter rogat quid uiderit;ut illo reſpondente & ignorãte & ſciſcitante quid cernat, atq; dicente: Quid ſunt C hæc domine mi:audiamus ab eo: Hoc eſt uerbum domini ad Zorobabel: Non in exercitu nec in ro/bore, ſed in ſpiritu meo, dicit dominus. Dicamus igitur ſingula percurrentes primum quid uidea/tur Hebræis:à qui/bus in ueteri teſta/mento eruditi ſu/mus: deinde per hos quaſi gradus ad eccleſiæ culmi/na conſcendamus. Candelabrum au/reum ſolidum, le/gem,id eſt νόμον in terpretantur:Lam/padem autem, id eſt flammam in uer tice candelabri, lu/centem atque ful/gentem Chriſtum qui caput legis ſit, & omnem mundũ illuminet: Septem lucernas ſuper can/delabrum, ſeptem gratias ſpiritus ſan/cti:de quibus ſupra diximus, quod in lapide uno ſeptem oculi ſint. Nulli em̃ D

Cap. IIII

ET reuerſus eſt angelus qui loquebatur in me,& ſuſcitauit me ſicut ſu ſcitari ſolet homo de ſom no ſuo.Et dixit ad me, qd tu uides? & dixi: Vidi,& ecce candelabrum aure/um totum & lampas ſu/per eum: & ſeptem lucer/nas ſuper illud: & ſeptem infuſoria lucernarum quæ erant ſuper illud. Et ecce duæ oliuæ ſuper illud:una à dextris lampadis & una à ſiniſtris: & interroga/ui & dixi ad angelum qui loquebatur in me, di/cens: Quid ſunt hæc domine dubium quin lex ſpiritu ſancto dictante conſcripta ſit. Septem autem infuſoria in quibus oleum ſit quod mittatur in lucernas quæ ſuper candelabro luceant, hoc intelligi uolunt, ſeptem iſtas gratias de cœlo ad homines per legem deſcendere. Duas autem oliuas ſuper candelabrum à parte dextera & ſiniſtra:inter quas media lampas luceat: legem & prophetas interpretantur. Cũq; propheta nar/raſſet uiſionem ſuam,neſciens quid uideret: inter/rogat angelum loquentem in ſe:ſenſum uidelicet à deo illuminatum:Iſte enim angelus noſter eſt,qui prudenter intelligens,dei nobis indicat uoluntatẽ, & dicit:Quid ſunt hæc domine mi? Angelus autẽ non explanat uiſionẽ prophetæ ut rogatus ab eo fuerat:ſed interrogãtem rurſum interrogat: Num ignoras quid ſint hæc? Quo reſpondente, neſcio: etiam ipſe reſpõdit, Hoc eſt uerbũ dñi ad Zoroba bel dicẽs:Nõ in exercitu nec in robore ſed in ſpiri/tu meo,dicit dñs. Sermo ergo dñi ad Zorobabel qui locut⁹ eſt nõ in exercitu,neq; in robore, ſed in ſpũ meo,ipſe eſt interpretatio uiſionis:nõ in exer/citu neq; in multitudine bellatorũ,ſed in ſpũ dei re/ductũ populũ & plenius reducẽdũ:& aduerſarios eſſe uaſtãdos.Quodq; ſequit̃:Quis tu mõs magne corã Zorobabel in planum:ad diabolum dictũ in/telligũt:qui ſtabat à dextris Ieſu ut aduerſaret̃ ei:et ſe leuabat cõtra Zorobabel & populũ Iudæorum. In planũ autem uerſus & humiliatus eſt:& ſub pe/dibus iacet Iſrael:quia educet de⁹ lapidẽ primariũ, Chriſtũ filium ſuum qui ſemp auxilio fuit populo

Iſrael

A Iſrael. Et gratia eius, id eſt lapidis in eos quos reduxit de captiuitate, exæquabit gratiam quam in patres eorum ſemper exercuit. Hæc ab Hebræis dicta reperimus: Nunc quid ab eccleſiaſticis uiris in cõmentarijs ſcriptum ſit diſſeramus. Cãdelabrum autem de auro puriſſimo eccleſiam intelligunt quę in ſcripturis ſanctis ſenſum ac mentem magis quàm uerba perquirit. Quod autẽ in ſenſu aurum accipiatur: poſteriora et humeri columbæ in ſexageſimoſeptimo pſalmo oſtendunt: quæ dicuntur auri uirore ſiue fulgore radiare. Lampadem & ipſi Chriſtum intelligunt quod luceat in eccleſia: qui de
Mat.5.b ſeipſo dicebat: Nemo lucernam accẽdit & ponit eam
B ſub modio: hoc eſt ſub menſura legis: ſed ſuper candelabrum, id eſt euãgelij libertatem: ut luceat cunctis qui ſunt in domo. Lucernas ſeptem & effuſoria earum, & ipſi gratias ſancti ſpiritus intelligunt: per quas oleum miſericordiæ dei cunctarumq; uirtutum eccleſia ſuſcipit. Duas oli-
Mat.17.d uas ſuper candelabrum: & ipſi Moyſen & Heliam intelligunt: qui cum domino loquebantur in monte: & ſignificabant quid in Hieruſalem paſſurus eſſet. Omnis enim lex & prophetæ de Chriſti prædicant paſſione. Alij duas oliuas ſtantes à dextris & à ſiniſtris, legem & euangelium interpretantur: ut in dextra euangelium ſit, in ſiniſtra lex: de qua
Can.2.b dextra & ſiniſtra dicitur in canticocanticerum: Siniſtra eius ſub capite meo & dextera illius amplexabitur me. Montem autem plerique noſtrorum, diabolum interpretantur & antichriſtum: qui coram Zorobabel de quo naſciturus eſt Chri-
Mat.4.b ſtus, ſtare audeat & ſe erigere: & in euangelio dicere: Hæc omnia mihi tradita ſunt: & dabo ea tibi, ſi procidens adoraueris me. Quem dominus ſuis pedibus proſternens, & de ſuperbo humilem faci-
Deu.6.b ens atque deiectum, dicit: Vade retro ſathana: ſcriptum eſt enim: Dominum deum tuum adorabis,
Mat.17.c & ipſi ſoli ſeruies. Dantq; exemplum in euangelio lunatici, quem cum apoſtoli non potuiſſent ſanare: interrogant cur ſanare nequiuerint, & audiunt: Amẽ dico uobis: ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic tranſi hinc, & tranſibit: & nihil impoſſibile erit uobis: Hoc autem genus non eijcitur, niſi per orationem & ieiunium: Mõs ibi aperte diabolus accipitur. Alij autem temerita-
te non parua, hoc quod manifeſte de diabolo dici-

HEB. domine mi? Et reſpondit angelus qui loquebatur in me & dixit ad me Nunquid neſcis quid ſunt hæc? & dixi: non domine mi. Et reſpondit & ait ad me dicens: Hoc eſt uerbũ domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore: ſed in ſpiritu meo, dicit dominus exercituum: Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum? & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius. Et factũm eſt uerbũ domini

tur ad Chriſtum referunt, qui in ſcripturis ſanctis C
mons ſępius appellatur: Nec neceſſe eſt dare exempla: quorum magna copia eſt Ad hunc autem ducuntur errorem: quia ſcriptum eſt in Septuaginta Quis es tu mons magne ante faciem Zorobabel ut corrigas? quod uidelicet mons iſte qui ãte faciem Zorobabel eſt: hoc eſt, qui de Zorobabel ſtirpe deſcendat: uelit mundum ipſe corrigere: & de ipſo ſit quod ſequitur: Educam lapidem hæreditatis: de qua ſcriptum eſt: Tu es Pſal.15.b
qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Et in alio loco: Ibi.46.a
Elegit nobis hæreditatem ſuam, pulchritudinem Iacob quam dilexit. Et rurſum: Facta eſt pars domini Iacob, funiculum hæreditatis eius Iſrael. Et D
in ſecundo pſalmo: Dominus dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te. Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Educet autem dominus lapidem primariũ: de quo legimus: In principio erat uerbum, Ioan.1.a
& uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: Et omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod autem dicit: Exæquabit gratiã gratiæ eius: hoc ſignificat, nos omnes de plenitudine eius accepimus, & gratiã pro gratia, id eſt pro gratia legis gratiam euangelij, ut æqualem gratiam & par munus, & ex Iſrael credentes accipiant, & populus ethnicorũ. Vnde & Gabriel loquitur ad Ma- Luc.1.c
riam: Inueniſti gratiam apud dominum. Et Paulus Eph.2.a
apoſtolus ſcribit: Gratia enim ſaluati eſtis. Et Ioan- Ioan.1.b
nes euangeliſta: Lex, inquit, per Moyſen data eſt gratia autem & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. 4 ¶ Et factum eſt uerbũ domini ad me, dicẽs: Manus Zorobabel fundauerunt domũ iſtã &c. ]

SEPT. domine? reſpondensq; angelus qui loquebat in me, & dixit ad me: Non cognoſcis quid ſunt hæc? Et dixi: Non domine. Et reſpondit & ait ad me dicens: Iſte eſt ſermo domini ad Zorobabel dicens: Non in fortitudine magna neque in robore: ſed in ſpiritu meo, dicit dominus omnipotens: Quis es tu mons magne ante faciem Zorobabel ut corrigas? & educã lapidẽ hæreditatis: ęqlitatẽ gratiæ gratiã eius. Et factũ eſt ſermo domini

Ab Hebræis & à noſtris multa dicuntur: quorum pleraq; ſectantes & alia repudiantes, quid nobis placeat inferamus, ſeruantes hiſtorię ueritatem: ut ex hac poſſimus eum qui per hiſtoriam prophetatur agnoſcere. Manus Zorobabel principis Iudęorum qui reuerſi ſunt de Babylone, templi fundamenta iecerunt: & manus eius uſq; ad templi faſtigia uenient, complentes quod cœperant: & omnia 1. Eſd.4.& 6
quæ cœpta fuerant extruentes. Legimus apud Eſdram quod à Zorobabel templum cęptum ſit atq; perfectum. Cunq;, ait Zacharias propheta, in templo quod nunc ædificatis uideritis à uobis culmen impoſitũ: tunc intelligetis me miſſum à dño, & quę locutus ſum ipſo mandante dixiſſe. Quis enim deſpexit

A ſpexit dies paruos? Quis hic pro raro accipitur: iuxta illud: Quis putas eſt diſpenſator fidelis & prudens? Et: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Et: Quis aſcendet in montem ſanctum tuum? Rarus ergo eſt qui dies paruos huius ſeculi deſpiciat, & regiam poteſtatem putet eſſe nihili. Quãdo uidemus potentes ſeculi fulgere auro, purpura gemmisq; rutilare, circundari exercitu: dicamus in nobis: quis putas deſpicit dies paruos? Vnde & Iacob uitam hominũ breuem intelligẽs: Parui ſunt, inquit, & peſſimi dies uitæ meæ. Qui ergo deſpexerint dies paruos, hoc autem refert ad regiam potestatem, ut commoneat Zorobabel & Ieſum & populum

B ædificantes tẽplum dei, nequaquàm aduerſarios timere, prohibentes, ſed audire dominum cohortantem: ex eo quod deſpiciunt regale faſtigium lætabuntur & uidebunt auxilium ſaluatoris qui de Zorobabel ſtirpe promittitur: & propter fortitudinem, lapis appellatur, & lapis ſtanneus: Proquo in Hebraico ſcriptum eſt אֶבֶן הַבְּרִיל eo quod ſit murus & fortitudo roburq; credentium. Sicut enim ſtannum ab igne alia metalla defendit: & cum ſit natura æs ferrumq; duriſſimum, ſi abſq; ſtãno fuerit, uritur & crematur: ſic omnis angelorum et hominum fortitudo, ſi nõ habuerit auxilium ſaluatoris, imbecilla probatur & fragilis. Lapis autem iſte, id eſt maſſa qui apud Hebræos הַבְּרִיל ſcribitur, id eſt ſtanneus, ἐτυμολογεῖται ἀποχωρίζων, id eſt ſeparans & ecernens: ut quomodo ſtannum mixta & adulterata inter ſe per ignem metalla diſſociat: Ita dominus uerus probator & χωνευτὴς ab auro & argento bonorum operum æs uitiorum plumbumq; ſecernat: ut purum aurum remaneat & argentum. Aliis uerbis ἀποχωρίζων iſte & ſeparator in euan

Luc.3.d gelio ſcribitur: Cuius uentilabrum in manu ſua: & ipſe purgabit aream ſuã: & ſeparabit paleas à tri-

Hiere.3.f tico. qui clamat per Hieremiam: Quid paleis ad frumentum? dicit dominus. Multi noſtrorum manus Zorobabel, qui fundauerit domum & ipſe perfecerit eam, Chriſtum interpretantur. Quod ſi recipimus, cogemur exponere qui ſit lapis ſtanneus in C manu Zorobabel: Neq; eũ in manu Chriſti, Chriſtus alius approbandus eſt: Licet quidam lapidem ſtanneum corpus domini acceperint: quod nullis peccatorum fuerit maculis ſordidatum: nec plumbum uocetur, ſed ſtãnum puriſſimũ. Septem autem oculos qui diſcurrunt in uniuerſa terra & cuncta dijudicant, ſupra expoſuimus ſeptẽ eſſe ſpiritus: et quod deum nihil lateat, qui & prętеritorum & præſentium & futurorum conſcius eſt: & reddit unicuiq; ſecundum opera ſua, maxime cum in perſona ſeparantis bonos à malis & conflatoris aduenerit.

a ¶ Et reſpondi & dixi ad eum: quid ſunt duæ oliuæ iſtę ad &c.] Interrogan D te propheta quid ſignificarent duæ oliuæ: quarum altera ſtabat ad dexteram candelabri, altera ad ſiniſtrã: dominus ſiue angelus dñi noluit reſpõdere. Quod propheta intelligens, ſecũdo ſciſcitatur & dicit: Quid ſunt duæ ſpicæ iſtæ oliuarum ſiue duo rami? de minoribus interrogãs: quoniam maiora audire nõ meruit. Duo autem iſti rami ſunt in manu duarum nariũ, ſiue ſuper duo roſtra aurea quæ Hebraice צַנְתְּרוֹת Græce μυξωτῆρες appellãtur, qui & ipſi duo μυξωτῆρες ſup quos duæ ſpicæ ſunt, uel duo rami oliuarum de auro puriſſimo. Cumq; & de duobus ramis propheta quęreret: & rurſum interrogaretur ab angelo: utrum nam ſciret quid duo rami ſignificarent: & ille dixiſſet, non domine: Reſpondit angelus domini. Iſti ſunt duo filij olei: ut Symmachus uoluit: ſiue σιλωνότητος, ut interpretatus eſt Aquila, id eſt ſplendoris: uel πιότητος, hoc eſt pinguedinis, ut uerterunt Septuaginta: aut λαμπρότητος, id eſt claritatis, ut Theodotio tranſtulit: qui aſſiſtunt dominatori uniuerſæ terræ. De duabus oliuis quę erant ad dextram lampadis & ſiniſtram, ſupra legimus: Et idcirco nunc interrogans ſuper his propheta, non meretur audire: quia priora non retinet: ſiue quod ibi obſcurius dictum eſt, hic manifeſtius audire deſiderat: aut certe ſilentio angeli cõfutat eius pertinacia, quod maiora ſe ſcire cõtendat: q̃ quàm

Hebræi

---

HEB. domini ad me, dicẽs: Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam: & manus eius perficient eã: & ſcietis quia dominus exercituũ miſit me ad uos Quis eñ deſpexit diespar uos? & lætabuntur & uidebũt lapidẽ ſtanneũ in manu Zorobabel: ſeptem iſti oculi ſunt domini: qui diſcurrunt in uniuerſa terra. Et reſpõndi & dixi ad eũ: quid ſunt duæ oliuæ iſtæ ad dexteram cãdelabri & ad ſiniſtram eius? Et reſpõdi ſecundo & dixi ad eum: quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria exauro? Et ait ad me dicens: Nunquid neſcis quid ſunt hęc? Et dixi: non domine mi.

Et

SEP. domini ad me, dicẽs: Manus Zorobabel fundauerunt domũ iſtam: & manus eius complebũt eã. Et ſcies qm̃ dñs omnipotens miſit me ad te: quis enim deſpexit in dies paruos? & lætabuntur & uidebũt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel: ſeptẽ iſti oculi dñi ſunt qui reſpiciunt ſuper oẽm terram. Et reſpõdi & dixi ad eũ: quid ſunt duæ oliuæ iſtæ à dextris candelabri & à ſiniſtris? Et interrogaui ſecundo & dixi ad eum: quid ſũt duo rami oliuarum qui in manibus duarum nariũ aurearum ſunt: & quæ infundunt & rettrahũt ſuffuſoria aurea? Et dixit ad me: neſcis quid ſunt hæc? & dixi: nequaq̃ domine.

Et

A Hebræi ideò eum de oliuis interrogantem, nihil audiſſe confirment: quia non bene interrogauerit, nec totum quęſierit quod ſcire debuerat. Deníque poſtea plenius ſciſcitatur addens, ſpicas uel ramos oliuarum: de quibus ſupra tacuerat: ibi enim dixit: Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ: hic interrogat, quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum? μεταφορικῶς quod in morem ſpicarum rectæ ſint arbores, & quaſi ſpicæ ariſtis, ſic iſtæ uallo quodam ramorum atque foliorum tectæ ſint & in ſublime ſurgentes. Duas oliuas quidam è noſtris filium interpretantur & ſpiritum ſanctum, & mediam lampadem deum patrem. Sed neſcio quomodo abſque blaſphemia alterũ à dextris, alterum accipiant à ſiniſtris. Ramos quoque ſiue ſpicas oliuarum, incarnationem ſal-
B uatoris, & ſimilitudinem columbæ ſpiritus ſancti ediſſerunt: qa totas oliuas uidere nequeamus, ſed partem quandam, & ut ita dicam, ramuſculos incarnationis Chriſti, & oſtenſionis ſpirituſſancti nobis eſſe monſtratos. Alĩ duo intelligunt teſtamenta: à dextris euangelium: à ſiniſtris legem: eo quod in altero ſpiritualis ſenſus ſit: in altero corporalis, & quod nec totum euangelium nec totam legem explanare poſſimus: & nunc ex parte cognoſcamus, & ex parte prophetemus, & necdum poſſimus intelligere quod perfectum eſt. Sunt qui duos ramos oliuarum uel duas ſpicas, & filios pinguedinis uel ſplendoris: ſacerdotium interpretentur & legem: quæ præbeant gaudium uniuerſæ terræ. Alĩ Enoch & Heliam: quorum alter in præputio, alter in circunciſione placuit deo, & cum corpore raptus in cœlum eſt. Pro ſplendore & oleo & pinguedine & claritate: in Hebraico legimus רִצְחָר iuxta illud quod de gaudio & felicitate ſanctorum in pſalmis ſcriptum eſt: Inebriabuntur ab ubertate ſiue pinguedine domus tuæ: πιότητος enim magis pinguedinem quàm uberPſal.35.b tatem ſonat. Hæc ut quiuimus, & ut uires ingenioli noſtri ferre potuerunt, locuti ſumus, & Hebræo-C rum & noſtrorum uarias opiniones breuiter perſtringentes: ſi quis melius imò uerius dixerit, & nos libenter melioribus acquieſcimus.

Caput V

HEBR. Et dixit: Iſti ſunt duo filij olei: qui aſſiſtunt domiatori uniuerſę terrę.

Caput V

ET cõuerſus ſum & leuaui oculos meos, & uidi, & ecce uolumen uolãs: & dixit ad me: Quid tu uides? Et dixi: Ego uideo uolumen uolans: longitudo eius uiginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me: Hęc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciem uniuerſæ terræ: Quia omnis fur ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur, & omnis iurans, ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educam illud dicit dominus exercituum, & ueniet ad domum furis & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & conſumet eum, & ligna eius, & lapides eius.

Et

SEP. Et ait: Iſti ſunt duo filij pĩguedinis qui aſſiſtũt domino uniuerſæ terræ.

Caput V

ET conuerſus ſum & leuaui oculos meos & uidi falcem uolantem. Et dixit ad me: Quid tu uides? Et dixi: ego uideo falcem uolantem, longitudinis cubitorum uiginti, & latitudinis cubitorum decem. Et dixit ad me: Hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur ex hoc uſque ad mortẽ pũnietur, & omnis periurus ex hoc uſque ad mortem cruciabitur: Et educam illud, dicit dominus omnipotens: & ingredietur in domum furis, & domum iurantis in nomine meo mendaciter: & requieſcet in medio domus eius, & conſumet eum & ligna eius & lapides eius.

Et

Caput V

ET conuerſus ſum & leuaui oculos meos &c.] Conuerſus, inquit propheta, ad aliam uiſionem, & à lætis atque felicibus oculos meos ad triſtiora ſuſtollens: cerno uolumen uolans: quod Hebraice dicitur מְגִלָּה & ab Aquila & Theodotione uerſum eſt δὶς φθέγξαι, à Symmacho κεφαλὶς, id eſt, capitulum, iuxta illud quod in pſalmo legimus: In capitulo libri ſcriptũ eſt de me: ſiue iuxta Septuaginta ἀρὲ πανου πετόμενου, id eſt, falcem uolantem. Omnia enim quæ ſupra uiderat: ædificationem templi, aduentum domini ſaluatoris, libertatem de Babylone populi nunciarant. Itaque ne eleuaretur cum Apoſtolo cor eius: cui datus eſt angelus ſatanæ qui eum colaphizaret, ne ſe extolleret: uidet & ipſe quæ triſtia ſunt: ut quicquid ex bonorum reuelatione arrogantiæ creuerat, ex triſtium comminatione decreſcat. Volumen autem uolans oſtenditur, in quo omnium peccata deſcripta ſunt: ut unuſquiſque recipiat ſecundum opera ſua, ſiue bonum ſiue malum: dícente Daniele: Throni poſiti ſunt & libri aperti ſunt. Sín autẽ falcem accípimus, ut Septuaginta tranſtulerunt: de Apocalypſi Ioannis ſumamus exemplum in quo ſcriptum eſt: Et reſpondit angelus, & dixit ei qui ſedebat ſuper equum: Mitte falcem tuam acutiſſimã, & mete uineam tuam, quoniam maturæ ſunt uuæ eius. Pro falce in Deuteronomio ſagittas & gladium legimus: Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Et quia deus angelis peccantibus non pepercit, qui proprio uitio habitaculum perdidere cœleſte: Ideo ipſe dicit per Eſaiam: Inebriatus eſt gladius meus in cœlo. Gladio enim interibunt omnes peccatores

D

Pſal.39.b

2.Cor.12.b

Dan.7.e

Apoc.14.e

Deut.32.f

Eſa.34.a

populi

populi,nõ utique gladio corporali,si quidem mul/
tæ & diuersæ prẽter gladium ad mortem uiẽ sunt:
sed gladio spirituali,quo percutiendi sunt qui non
egerunt pœnitentiam, & quibus comminatur
psalmista proclamans: Nisi conuertamini, gladi/
um suum uibrabit:
arcum suum teten/
dit et parauit illum:
Et in ipso parauit
uasa mortis. Et in
Hieremia legimus:
Vsquequo secabis
mucro uel gladius
domini? Vsq; quo
non quiesces? con/
uertere in uaginam
tuam. Iste gladius
non solum falx ap/
pellatur, quæ fœ/
num, stipulam,spi/
nasq; succidit: sed
& securis arborum
dicitur: quæ succi/
det qui non fece/
rint dignos fructus
pœnitentiæ. Et de
quibus Ioannes ba
ptista proclamat:
Ecce securis ad ra/
dices arborum posita est: Omnis arbor quæ non
facit fructum bonum, excidetur & in ignem mitte/
tur. Volumen istud in quo peccata omnia descri/
buntur: siue falx quæ cunctorum delicta succidit:
mittitur in uineam Sodomorum: de qua scriptum
est. Inimici nostri insipientes: ex uinea enim So/
domorum uinea eorum,& propago eorum de Go
morris: Vua eorum uua fellis & botrus amaritu/
dinis eis.Furor draconum,uinum eorum, & furor
aspidis insanabilis. Hæc falx uiginti habet cubitos
longitudinis, & decem latitudinis:in quo numero
tristibus læta sociantur.Ad hoc enim dominus cor
ripit ut emendet.In uicesimo qui ex duabus deca/
dibus efficitur,austera & tristia nunciantur: in de/
cimo,id est, una decade, meliora & prospera: Per
omnia enim flagella atque supplicia eruditur Isra-
el.Simulq; moneamus eos qui parua putant crimi
na furtum atque periurium,quod inducatur male/
dictio quæ in uolumine ac falce descripta est,in do
mum furis atq; periuri,& commoretur in ea,et om
nia eius ligna lapidesq; consumat. Quod si in his
quæ minora putantur(furtum dico & periurium)
tanta pœnarum comminatio est: quid dicimus de
fornicatione,adulterio,homicidio,sacrilegio: cun/
ctisq; criminibus quæ ab Apostolo inter carnis
opera numerantur? Legi uiginti cubitos longitu/
dinis & decem latitudinis,ad ætatem referri domi/
ni saluatoris,id est tricenarium numerum efficere:
quod non iudicet pater quemquam: sed omne iu
dicium dederit filio, & ab eo mundus iudicandus
sit. a ¶Et egressus est angelus qui loquebatur in
me & dixit ad me: Leua oculos tuos, & uide quid

A

Psal.7.c

Hier.47.d

B

Mat.3.c

Deut.32.c

Gal.5.e

Ioan.5.d

HEB. Et egressus est an/
gelus qui loquebatur in
me & dixit ad me: Leua
oculos tuos, & uide quid
sit hoc quod egreditur.
Et dixi: Quid nam est?
Et ait: Hæc est amphora
egrediens, & dixit. Hæc
est oculus eorum in uni/
uersa terra. Et ecce talen/
tum plumbi portabatur,
& ecce mulier una sedens
in medio amphoræ: Et di/
xit: Hæc est impietas, &
proiecit eam in medio am/
phoræ,& misit massam
plumbeam in eos eius.
Et le/
sit hoc quod egreditur.Et dixi:&c. ] Amphora si/ C
ue mensura egrediebatur & ferebatur in aere. Et
ne dubitaremus quo proprie uocabulo nuncupe/
tur: ipse angelus qui ostenderat amphoram siue
mensuram,illi nomen imponit,& dicit iuxta Lxx.
hęc est iniquitas eo
rum in uniuersa ter
ra:Iuxta Hebræos:
Hic est oculus: id
est: ostensio omni/
um peccatorum. Et
ecce mulier sedebat
in medio amphoræ
uel mensuræ: quæ
apud Hebræos dici
tur אֵיפָה crebroq;
a Lxx.in ὄιφι uer
titur, & hæc ipsa
mulier uocabatur
impietas. Cum hęc
ita cerneret: ecce ta
lentum plumbi, id/
est,massa instar lapi
dis ferebatur, uel
suo impetu uel do/
mini iussione:uel fe D
rebatur ab alio cu/
ius nomen tacitum
est. Angelus autem
iste qui loquebatur in propheta, & egrediẽs ex eo
illi uniuersa monstrabat: arripuit mulierem quæ
uocabatur impietas,& præcipitem misit in medi/
um amphoræ quæ prius libere ferebatur, & supra
amphoram sedens omnibus apparebat. Ac ne
forte rursum eleuaret caput, & sua iniquitate &
impietate gauderet, talentum plumbi in modum
grauissimi lapidis mittit in os amphoræ:ut impie/
tatem in medio opprimat atque concludat,ne quo
modo possit erumpere. Hæc quasi umbras quas/
dam & lineas futuræ imaginis duximus: ut quod
reliquum est suis coloribus impleamus. Angelus
qui loquebatur in propheta egressus de eo,& qua/
si cominus loquens præcipit illi ut leuet oculos
suos & uideat peccata populi Israel, in mensuram
coaceruata perfectam, & impleta delicta cuncto/
rum: & hanc esse oculum eorum: quod hebraice
dicitur עֵינָם & scribitur per ע י ג ם Siue ini/
quitatem eorum: quæ si per ר literam scripta es/
set:recte legeretur עֵרָם ut Septuaginta putaue/
runt:& hic error in æditione uulgata frequenter
inoleuit:ut quia ר & י literæ eadem forma, sed
mẽsura diuersæ sunt,altera legatur pro altera. Hęc
amphora siue mensura,oculus eorum est in uniuer
sa terra:hoc est,ostensio peccatorũ, ut quorum ui/
tia dispersa latitabant in unum coaceruata oculis
omnium panderentur, & egrederetur de loco suo
Israel: & cunctis gẽtibus qualis in terra sua fuerit,
mõstraretur.Et ecce talentũ plũbi portabatur.Pro
talento plumbi in consequẽtibus legimus lapidem
plũbi. Talentũ uocatur בִּכָּר lapis אֶבֶן Ipse est igit
lapis plumbi qui et talentum plũbi:quod nos mani
festius

A festius exprimentes, massam uel spæram plumbi interpretati sumus, ex quo significatur pōdus grauissimum peccatorum. Et super hanc mensuram at q; amphoram omnium delictorum, media sedebat impietas, quam alio nomine idololatriam possumus appellare & negationē dei. Vnde & à saluatore dicitur ad Iudæos: Implete mensuram patrum uestrorum. Hæc impietas quæ sedebat super peccata Israel: & in suo scelere gloriabatur: postea mittitur in mediū Babylonis & captiuitatis malo premitur. Vel iuxta Theodotionē, ipsa se proiecit & abscondit in medium amphoræ, ducitq; super se pondus grauissimum plumbi, ut obturatum os habeat et ultra se iactare nō possit. Vel certe ab angelo dei opprimitur: ut quæ prius lætabatur in scelere, æterno silentio conticescat. Quo autem & à quibus concluſa portetur, sequēs lectio docet. a ¶ Et leuaui &c. ] Duas mulieres egredientes, Iudęi arbitrantur regnum Medorum & Macedonum, quorum utrumq; afflixerit populum Babylonium, & ibi impietas eorum sedem posuerit. Hoc autem arte confingunt: ne quod de se dictum est, in se intelligatur. Duæ enim mulieres quæ egrediuntur, haud dubium quin de terra Iudæa, accipiēdæ sunt decem & duæ tribus: quarum alteræ ab Assyriis alteræ à Chaldeis captæ sunt. Et in alis earum erat spiritus, id est, potestas diaboli, de quo in Ecclesiaste scriptum est: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te: locum tuum ne dimiseris. Et in euangelio spiritum immundum legimus, qui cum de domo sua fuerit eiectus, circuiens deserta & arida, cum alijs septem spiritibus nequioribus se reuertitur in pristinum domum. Ab hoc igitur spiritu istæ mulieres quasi uento flatuq; raptatæ, uolatu celeri ferebantur, & habebant alas iuxta Hebraicum חֲסִידָה quod Aquila, Symmachus, Theodotio ἐρῳδιὸν, id. est, Herodionem: soli Lxx. ἔποψα, id est, upupam transtulerunt. Hasidam Hebræi miluum putant, auem rapacissimam & semper domesticis auibus insidiātem. Herodionum uero, hi qui de uolucrū scripsere naturis, tria genera autumant: unum album, aliud stellatum, tertium nigrum, quod & sæuissimum est & sanguinarium, & pugnās, ad coitum impatiens: ita ut ex oculis eorum erumpat cruor. Vpupam autem quamnos de Græci nominis similitudine traximus, nam & ipsi ἔποψα appellant ab eo quod stercora humana consyderet: auem dicunt esse spurcissimam: C semper in sepulchris: semper in humano stercore commorantem: deniq; & nidum ex eo facere dicitur & pullos suos de uermiculis stercoris alere putrescentis. Quancunq; ex tribus auibus intelligere uolueris hasidam: conuenit istis mulieribus Iudæ & Israeli: quę propter peccata potentia traditæ sunt dæmonum potestati, & ab eis ductæ in captiuitatem. Tulerūtq; amphoram siue mensuram in qua clausa tenebat impietas, massa plumbi desuper posita ne posset exire, & pondus grauissimum omnium peccatorū per aerem inter terram & cœlum. Quod propheta intelligens, non interrogabat quæ sint istæ mulieres: patebat D

Matt. 23. d

Ecc. 10. d

Luc. 11. d

HEBR. Et leuāui oculos meos & uidi, & ecce duæ mulieres egredientes: & spiritus in alis earum, & habebant alas quasi alas milui: & leuauerunt amphoram inter terram & cœlū. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quò istę deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, et stabiliatur & ponatur ibi super basem suam.

Caput. VI

ET cōuersus sum & leuaui oculos meos & uidi

SEPT. Et eleuaui oculos meos & uidi, & ecce duæ mulieres egrediētes & spiritus in alis earum, & ipsæ habebant alas sicut alæ sunt upupæ. Et eleuauerunt mensurā inter terram & cœlum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quò istæ deferunt mensurā? Et dixit ad me: Vt ædificent ei domum in terra Babylonis: & præparent & ponant eam ibi super sedem suam. Caput. VI

ET conuersus sum & leuaui oculos meos, & uidi

enim spiritui prophetali: nec quid portent, de quo supra fuerat eruditus: sed quò portent. Deniq; sequitur: Dixi ad angelū qui loquebatur in me: Quò istæ deferunt amphoram? Qui respondit: ut ædificetur ei domus in terra Sennaar: Pro quo Lxx. trā stulerunt, in terra Babylonis. Sennaar enim cāpus est Chaldæorum: in quo hi qui mouerant ab oriente pedes suos, & in dei seruitute stare non poterāt, ædificauerunt turrim superbiæ: unde & ciuitas ipsa appellata est Babylon, id est, confusio, eo quod ibi linguæ omnium confusæ sint atque permixtæ. Impietas ergo defertur ab istis mulieribus in Babylonem: ut ibi ædificetur domus eius & stabiliatur & ponatur super basem suam, & æterna statione requiescat. Vere enim in Babylone sedes est impietatis, & iuxta historiam & iuxta mysticos intellectus. Si uolueris duas mulieres accipere hæreticorum populos & Iudæorum, quorum utrique egrediuntur à facie dei: & spiritu ferūtur incerto, & habent alas milui, herodij & upupæ: dum semper in modum perdicis faciunt diuitias non cum iudicio: & de ecclesia rapere festinant, & contentionibus ac iurgijs delectantur, & quoscunque deceperint, trahunt ad interitum: uolutantur in cœno libidinum & sordibus sempiternis: Istæ mulieres leuant pondus impietatis grauissimum, & ædificant in confusione domum suam, & seruiunt regi Babylonio: ut ibi habitent hæreticorum populi & Iudæorum: ubi morantur idololatræ, ligno & lapidibus seruientes. Caput. VI

ET conuersus sum &c. ] Transiui ait ad aliam uisionem: & oculos cordis mei ad cœlum altius subleuaui: Vidiq; q̄tuor quadrigas egredien-

A tes de medio duorum montium qui erant ænei, id est, insuperabiles atq; fortissimi: et qui nulla possint uetustate consumi: Quos enim supra montes myrteos uel umbrosos dixerat atq; nemorosos, nunc æneos uocat. In quadriga prima equi rufi erãt cruenti & sanguinarij: & babylonia crudelitate terribiles. In quadriga secunda equi nigri: regnum Medorũ atq; Persarum: quod bigæ sedens & egrediẽs per Assueri regis edictum, mortẽ omnium Iudęorum tristi nuncio præferebat. In quadriga tertia equi albi, Macedones: sub quorum rege Antiocho Machabæorum uictoriam legimus. In quadriga quarta equi uarij fortes. Scimus enim Romanorum reges, alios ingentem Iudæam fuisse clementes: ut B C. Cæsarem, Augustum & Claudium: alios persecutores atq; terribiles, ut C. Caligulam, Neronem, Vespasianum & Hadrianum. Pro fortib⁹ quos Aquila κραταιοὺς Lxx. ψαροὺς transtulerũt: in Hebraico scriptum est אֲמֻצִּים Et quædam exemplaria male habent πυῤῥοὺς, cõfundentia colorum differẽtias atq; regnorũ, cum πυῤῥοὶ, id est, rufi nõ אֲמֻצִּים sed אַרְמוֹנִים appellentur. Propheta ergo quęrente quid sibi uellent significare quæ cerneret: angelus qui loquebatur in eo respondet, & narrat quatuor esse uentos cœli, id est, quatuor plagas mundi quæ Græci uacant κλίματα, qui assistant & pareant domini uoluntati. Nihil enim hæc quatuor regna quæ diximus absque domini uoluntate fecerunt. In qua erant equi nigri: egrediebãtur, inquit, in terram aquilonis. Quã pulchre quadriga prima in qua erant equi rufi præmittitur: & quid secunda & tertia fecerint quartaq;, describitur: Iam enim eo tempore quo hæc propheta referebat: regnum præterierat Babylonium, & omnem Asiam Medorum potentia possi- C debat: sub quorum rege Dario, anno eius secundo, mense undecimo qui appellatur שְׁבָט uicesi maquarta die mensis, omnia quæ supra exposuimus, contemplatur. In qua erant igitur equi nigri,

HEBR. & uidi: Et ecce quatuor quadrigæ egrediẽtes de medio duorum montium: & montes, montes ænei. In quadriga prima equi rufi: in quadriga secunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi uarij & fortes. Et respondi & dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc domine mi? Et respõdit angelus & ait ad me: Isti sunt quatuor uenti cœli qui egrediuntur ut stent coram dominatore omnis terræ. In qua erant equi nigri, egrediebantur in terrã aquilonis, & albi egressi sunt post eos, & uarij egressi sunt ad terram austri. Qui autem erant robustissimi: exierunt & quærebãt ire & discurrere per omnẽ terram. Et dixit: Ite & perambulate terram; & perambulauerunt terram. Et uocauit me & locutus est Ad me, dicens: ecce qui egrediuntur in terram aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis.

SEPT. & uidi. Et ecce quatuor quadrigæ egrediẽtes de medio duorum montium, & montes erant mõtes ænei. In quadriga prima equi rufi: & in quadriga secunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi: & in quadriga quarta equi uarij sturnini. Et respondi & dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc domine? Et respondit angelus qui loquebatur in me & dixit: Hi sunt quatuor uenti cœli qui egrediuntur ut assistant domino omnis terræ. In qua erant equi nigri, egrediebantur super terram aquilonis, & albi egrediebantur post eos, & uarij exibant in terram austri, & sturnini egrediebantur & considerabant ut circuirent terram. Et dixit: Ite & circuite terram, & circuierunt terram, & clamauit & locutus est ad me dicens, Ecce qui egrediunt super terram aquilonis: requiescere fecerunt furorem meum in terra aquilonis.

egrediebantur in terram aquilonis: ut Chaldæorum regnum modica uirtꝰ euerteret. Et hoc notandum quod κλίματα, id est, plagæ orbis & mundi: iuxta situm Hierusalem & templi in scripturis sanctis appellentur. Albi quoq; egressi sunt post eos, secuti Medorum Persarumq; uestigia, reges Macedonum, ut Chaldæos ac Babylonẽ suo imperio subiugarent. Quarti uero, id est, sturnini et uarij, pro ק in Hebręo legitur בְּרֻדִּים & qui alio nomine appellãtur amassim, id est, fortes D atque robusti: egressi sunt ad australem plagam: & totam terram impetu celeri lustrauerunt: Clamatq; angelus qui loquebarur in propheta, ad imperium Romanorum: Ite perambulate terram, & orbem circuite terrarum, uestrisq; pedibus cuncta regna substerni te. Conuersusq; ad prophetam clara uoce testatur: Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis: requiescere fecerunt spiritum meum in terra ad quam profecti sunt. Traditum mihi est ab Hebræis in loco uel difficillimo: quod Alexander & omnes Macedones, id est, equi albi qui egressi sunt post Medos & Persas: qui & ipsi perrexerant in terram aquilonis, requiescere fecerint spiritum prophetalem in terra aquilonis: eo quod contra Medos dei impleuerint uoluntatem, & in breui imperium Medorum atq; Persarum à Macedonibus sit deletũ. Grãdis enim eorum est consolatio qui premuntur, si sciant hostes suos cito esse perituros. Hęc ut potuimus imò

ut

A ut accepimus, nostræ linguæ studiosis tradimus, se quētes historię ueritatē: Nec quadrigas Pharaonis & currus Babylonios instar explanationis Aegyptiæ tenaci memoria cōquirentes: Nō enim quid ubi scriptū, sed qua ratione sit scriptum consyderā dum est: Iuxta allegoriam quæcunque in quatuor cornibus & quatuor fabris diximus, etiam in præsenti loco accipiamus. Legi in cuiusdam uolumine quatuor quadrigas in quibus sunt equi rufi & nigri & albi & uarij ac fortes, quatuor euangelia intelligenda, & equos apostolos per diuersitatem colorum diuersas gratias possidentes: quorum alij rufi sint in martyrio: alij obscuri & nigri & Christi
Psal.17.b mysteria cognoscentes: de quibus dicatur in psalmis: Caligo sub pedibus eius. Et: Posuit tenebras latibulum suum. Alij albi gratia uirginali: alij uarij & fortes, habentes gratiam curationum diuersarumq; uirtutum. Hæ quadrigæ quatuor siue currus: missi sunt in quatuor uentos cœli, id est, ad car- C dines mundi & uniuersum orbem terrarum: ut explerent domini uoluntatem: quibus postea infertur ab angelo: Ite & perambulate terram: & in cunctis terrarum finibus euangelium seminate. Hoc quoque quod sequitur: Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis: sic explanauit: ut diceret requieuisse spiritum domini siue angeli: quando in terra aquilonis, diaboli regna durissima apostolica prædicatione subuersa sunt: & hæc esse regna quæ domino saluatori in monte excelso diabolus ostendens, sibi tradita gloriatus sit.

Commentarij primi in Zachariam prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM COMMENTARIORUM Zachariæ ad Exuperium Tolosanum episcopum procœmium.

AB obscuris ad obscuriora transimus, & cum Moyse ingredimur in nubem & caliginem. Abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarū dei: & gyrās gyrādo uadit spiritus, & in circulos suos reuertitur, Labirynthios patimur errores, & Christi cæca regimus filo uestigia. Ad hanc difficultatem urget petasatus libri portitor, dimidium facti qui bene cœpit habet, quanto magis nos qui tertiam partem iam confecimus uiæ, eodem debemus in reliquis labore sudare, ne perdamus præterita, & imperfectum opus augeat
B lectoris desyderium. Itaque mi Exuperi papa uenerabilis, adesto præsens orationibus, qui corD pore absens es, & impetra à domino ut auferatur à facie mea uelamen Zachariæ quod ante oculos ostendebatur Moysi, quia fulgorem uultus eius uulgus ignobile ferre non poterat, ut Psal.67.c ego quoque cum Dauid queam dicere, Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtutem multam. Secundi libri explanationum in Zachariam istud exordium est, quem tanta celeritate dictamus, ut penè non sit emendandi spacium, dum frater Sisinnius Aegyptum ire festinat, ut odorem bonæ fragrantiæ qui à te missus est fratribus, illuc quoque perferat, Et nequaquàm Aethiopiæ flumine, sed Galliarum largissimis aquis rigentur arua sitientia.

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Zachariam prophetam Liber secundus.

ET factum est &c.] Semel proposui arcana eruditionis Hebraicæ, & magistrorum synagogæ reconditam disciplinā, eam duntaxat quæ scripturis sanctis cōuenit, latinis auribus prodere. Quamobrem necesse mihi est in locis obscurissimis historiæ lineas ducere, & sic quę ab ecclesiasticis uiris accepi proferre in medium: lectoris arbitrio quid magis sequi debeat relinquens. Et primum lectionis ordo reddēdus est: ut quod dicitur iuxta literam perspicuum fiat. Accipe, inquit, ab Holdai & à Tobia & ab Idaia qui de Babylonica captiuitate uenerunt, & sumes ab eis quę offeruntur munera, argentum & aurum, & intrabis domum Iosiæ filij Sophoniæ: & ibi facies coronas, auri atq; argenti uarietate distinctas: non unā coronā: sed uel duas uel plures עֲטָרוֹת quippe, id est, στέμματα, non unum, sed uel dualem uel pluralem numerū significant. Cūq; coronas feceris, impones unam ex eis in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni & loqueris ad eum: Hæc dicit dominus omnipotēs: Ecce uir cuius no-



ET factum est uerbū domini ad me dicens: Sume à transmigratione ab Holdai & à Tobia & ab Idaia, & uenies tu in die illa & intrabis domum Iosiæ filij Sophoniæ qui uenerunt de Babylone. Et sumes argentum & aurum & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni: & loqueris ad eum dicens: Hæc ait dominus

ET factus est sermo domini ad me, dicēs: Accipe quæ de captiuitate sunt à Principibus & ab utilibus eius & qui cognouerunt eam, & ingredieris tu in die illa in domum Iosiæ filij Sophoniæ qui uenit de Babylone, & accipies argentum & aurum & facies coronas, & impones super caput Iesu Iosedech sacerdotis magni, & dices ad eum, Hæc dicit dominus

A men est:oriẽs:quod Hebraice dicitur צֶמַח nõ per ש sed per ע literã scriptũ. Qui idcirco oriẽs, id est, ἀνατολὴ, uel ἀναφύη siue βλάστημα nũcupatur, id est germẽ:qa ex se repẽte succrescet:& ex radice sua ĩ similitudinẽ germinis pullulabit: qui uir ædificabit tẽplũ dñi. Cunq; illud extruxerit: ipse quoq; portabit gloriã, id est coronã alterã quæ Hebraice חֵלֶם & ab alio ἐπιδοξότης: ab alio ἐπιθωρέωσις: ab alio ἀρετὴ ab alio δοξα scribit, q̃ uel iclytũ uel decorẽ uel uirtutẽ uel gloriã sonãt. Significari autẽ putãt Zorobabel: qui ex humili atq; captiuo in ducẽ populi Iudaici repẽte cõsurgens, ædificauit tẽplum domini: & sedit super solio suo, & principis potestate dominat9 est: sed & pontifex, inquit,

B Iesus filius Iosedech sedebit in sacerdotali throno, & iunctis animis atq; consiliȝ dei populum gubernabunt. Et erit pax inter duos illos: hoc est inter eum qui de tribu regia est, & eum qui de Leuitica stirpe descẽdit, ut sacerdotium pariter & regnum dei populum regant: ipsasq; coronas quas de auro feceris & argento, postquam impositæ fuerint capiti Iesu filij Iosedech, & capiti Zorobabel filij Salathiel, nominibus eorum à quibus oblatæ sunt consecrabis in templo, id est, Helam & Tobiæ & Idaiæ & Hen. Nomen secũdum & tertium idem est quod supra. Primum mutatum est, & pro Holdai nunc Helem posuit. Quartum quod supra non dixerat additum, hoc est, Hen: de quibus loquemur in consequentibus. Repositis autem ait coronis in templo domini, & in sempiternam memoriam consecratis de toto orbe terrarum & procul positæ gentes uenient, & ædificabunt in templo meo unusquisq; pro uiribus suis: Et tunc exitu rerum & prosperitate omnium cognoscetis quod dominus miserit me: & ipso cuncta iubente prædixerim. Hæc autem omnia erunt si obedieritis præceptis domini & mandata illius feceritis. Holdai interpretatur deprecatio domini, quod Græce significantius dicitur λιτάνευσις κυρίου. Tobia, bonus domini. Idaia notus domini. Pro חֶלְדַּי nunc in primo loco posuit חֶלֶם quod interpretatur somnium, & in quarto loco addidit חֵן id est, gratia. Horum quatuor hominum coronæ erunt apud filiũ Sophoniæ, quem

חֶלְדַּי טוֹבִיָּה יְדַעְיָה

HEBR. dominus exercituum, dicens: Ecce uir oriens nomen eius: & subter eum orietur, & ædificabit templum domino. Et ipse extruet templum domino, & ipse portabit gloriã, & sedebit & dominabitur super solio suo, & erit sacerdos super solio suo: & consilium pacis erit inter illos duos. Et coronæ erunt Helam & Tobiæ & Idaiæ & Hen filio Sophoniæ, memoriale in templo domini. Et qui procul sunt, uenient & ædificabunt in templo domini, & scietis quia dominus exercituum misit me ad uos: erit autẽ hoc si auditu audieritis uocem domini dei uestri.

Et factum

SEPTVAGINTA. dominus omnipotens: Ecce uir oriees nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabit domum domini, & ipse accipiet uirtutem, & sedebit & imperabit super throno suo. Et erit sacerdos à dextris eius, & consilium pacis erit inter duos: corona autem expectantibus & utilibus eius, & qui cognouerunt eam, & in gratiam filij Sophonię, & in psalmum in domo domini: & qui longe sunt ab eis uenient & ædificabunt in domo domini. Et scietis quia dominus omnipotens misit me ad uos, & erit si auditu audieritis uocem domini dei uestri.

Et factum

supra Iosiam legimus, qui custos & ædituus est templi domini: & ibi æterna statione requiescent. Hebræi Ananiam, Azariam, & Misahel de captiuitate uenientes: aurum & argentum in munera templi, & coronas pontificis ac ducis attulisse commemorant: & quẽ supra non dixerat, Hen, id est, gratiã, Danielem uenisse cum munere, & idcirco Helẽ positum pro Holdai, ut ex interpretatione nominis quod dicitur somnium ostendatur in captiuitate positũ Danielem, & tres pueros regalis somnij mysteria cognouisse. Assumptis enim trib. pueris, Daniel orauit dominum, & interpretationẽ sõnij consecutus est. Hæc iuxta historiam, circuncisio conatur exponere. Nobis autem incũ- D bit necessitas iuxta Septuaginta interpretes dicere quæ nostri dixere maiores. Accipe à captiuitate & à principibus & ab utilibus eius & ab his qui cognouerunt eam, aurum & argentum, & ingressus in domum Iosiæ filij Sophoniæ, qui & ipse uenit de Babylone: fac in ea coronas aureas & argenteas: quas impones super caput Iesu filij Iosedech sacerdotis magni. Captiuitatis Iudæorum: id est, populi dominum cõfitentis, uitia sunt atq; peccata, quæ qui cœperit agere pœnitentiam & desiderare pristinam Hierusalẽ, id est ecclesiam Christi, Babylonẽ deserit ac dimittit, & offertur à principibus captiuorum & ab utilibus eius, id est, captiuitatis: qui & ipsi pro utilitate sua traditi sunt angelo satanę in interitum carnis ut spiritus saluus fieret, & ab his qui cognoscunt eam, uidelicet captiuitatem, in bonã partem post supplicia esse uertendam. Offertur autem aurum & argentum ab his: qui & sensu & sermone dominum confitentur: & fiunt ex eo: id est, auro & argento in domo Iosiæ qui interpretatur saluatus, & est filius uisitationis domini: id est, ἐωσιαχοτῶς κυρίου. Visitatur enim à domino qui prius male ægrotauerat. Et recte dicitur Iosias saluatus: quia & ipse reuersus est de Babylone. Imponuntur autem coronæ uel corona Iesu filio Iosedech sacerdoti magno: quia nobis proficientibus & reuersis ad meliora, per singulas uirtutes nostras, dominus coronatur, imò nobis uirtute pœnitentiæ coronatis, saluator in sin-

יאשיה

gulis

A gulis coronam accipit,iuxta illud & Paulus loqui/
1.Tim.4.b tur: De cætero repoſita eſt mihi corona iuſticiæ quam reddet mihi iuſtus iudex:non ſolum autem mihi,ſed & omnibus qui diligunt aduentum domini ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Vnde à corona iuſticiæ & pater domini ſaluatoris nomen accepit. Ioſedech enim interpretatur dominus iuſticiæ, eo quod reddat unicuique ſecundum opera ſua. De hac corona & Iacobus in
Iacob.1.b epiſtola ſua loquitur: Beatus uir qui ſuſtinet tentationem:quia cũ probatus fuerit,accipiet coronam uitæ,quam repromiſit deus diligẽtibus ſe. Iubetur autem prophetæ,ut poſtquàm coronam impoſuerit uel coronas ſuper caput Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni: loquatur ad eum & dicat: Hæc dicit dominus:Ecce uir oriens nomen eius:& ſubter eũ orietur,& reliqua. Non Ieſum diuidimus,nec duas perſonas in unam poſſumus facere perſonam:ſed ipſe qui Ieſus appellatur,eo quod ſaluauerit mundum,& oriens dicitur: quia in diebus eius orta eſt
Pſal.84.b iuſticia. Et canitur in pſalmo: Veritas de terra orta
B eſt:eo quod de utero uirginali in ſeculorũ conſummatione generatus dixerit: Ego ſum ueritas:et extrema hora uenerit,iuxta Ioannis epiſtolam dicen-
Ioan.14.a tis: Filioli nunc extrema hora eſt:In qua ſtantem & nihil agentem gentium populum conduxit ex denario,& miſit ad uineam. Alioquin ſi ſecundum diuerſitatem nominum diuerſus efficitur:alius erit paſtor:alius aries:alius agnus:alius ianua:alius lapis offenſionis & petra ſcandali. Iſte igitur qui noſtris uirtutibus coronatus eſt:orietur & appellabi-
Pſal.1.b tur oriens. Ad quem locutus eſt pater:Filius meus es tu: ego hodie genui te. Et ſubter eũ orietur multitudo credentium,et ædificabit domum domini ecclesiam,& ipſe accipiet uirtutẽ & decorem ac profectum & gloriam ſingulorum:& ſedebit & dominabitur in throno ſuo,in throno Dauid. De quo et in euãgelio ſcriptum eſt: Et erit ſacerdos à dextris eius:ſiue iuxta Hebraicum, ſuper thronum ſuum: quia ipſe & rex & pontifex eſt:Et ſedebit tam in regali quàm in ſacerdotali throno,& conſilium pacificum erit inter utrumq; :ut nec regale faſtigium ſacerdotalem deprimat dignitatem:nec ſacerdotij dignitas regale faſtigium:ſed in unius gloria domini Ieſu utrumque conſentiat. Legi in cuiuſdam libro hoc quod dicitur:Et conſilium pacificum erit inter duos:ad patrem referri & ad filium: quia nõ ſuam ſed patris uenerit facere uoluntatem:& pater in filio ſit,& filius in patre. Corona autem: id eſt, inſigne uictoriæ:cum Chriſtus fuerit coronatus, his quoque repromittitur qui expectant eum,& intelligunt utilitatem quondam captiuitatis ſuæ,& noPſal.136.a uerunt dei uniuerſa myſteria,ut ſint in gratiam filij Sophoniæ:hoc eſt uiſitationis domini. Et qui in Babylone dicebant: Super flumina Babylonis ibi ſedimus & fleuimus cum recordaremur Sion: In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra:poſtquàm reuerſi fuerint in Hieruſalem,acci- C
piant pſalmum & tympanum,& canant in eccleſia domini, & qui per maiora peccata longe fuerant ab Iudæa & confeſſione ueriſſima,ueniant: & per ſingulos profectus ſuos ædificent domum domini,& tunc uniuerſi pari mente cognoſcant, quod dominus omnipotens prophetam miſerit ad eos. Fient autem omnia quę promiſſa ſunt,ſi dominum audire uoluerint,& acta pœnitentia in bonis operibus manſerint.

## Cap. VII

ET factum eſt in anno quarto Darij regis: facta eſt uerbum domini ad

## Cap. VII

ET factum eſt in quarto anno ſub Dario rege: factꝰ eſt ſermo domini ad

Cap. VII ET factum eſt &c. ] In quarto anno Darij regis, in menſe nono,qui appellatur בִּסְלֵו & in quarta menſis eiuſdem die:miſerunt ad domum dei: id eſt,ad templum quod iam à Zorobabel & ab Ieſu fuerat inſtauratum: Saraſar & Regemmelech & cæteri qui cũ eis erãt, ꝗs Perſas fuiſſe duces regis Darij timentes deum, Hebræi autumant: ut quia iam audierant templum eſſe conſtructum: quærerent à ſacerdotibus domus domini & prophetis: utrum ſecundum cõſuetudinem priſtinam flere & ieiunare deberent:an luctũ mutare lætitia. שַׂרְאֶצֶר וְרֶגֶם מֶלֶךְ
Et eſt ſenſus ſciſcitantium: Quinto menſe qui ap- D
pellatur apud Romanos Iulius:à Nabuchodonoſor ſubuerſa eſt Hieruſalem:quam ob cauſam propter ſolitudinem templi hucuſque ieiunauimus & planximus:& mœrorem noſtrum fletu & ieiunijs conſolati ſumus: Nunc quia dicitur templum eſſe conſtructum:& uidemus nequaquàm cauſam permanere triſtitię:reſpondete quęſumus, utrum hoc facere debeamus, an mœrorem gaudio commutare. Et ſimul conſiderandum quod fletus atque ieiunium ſanctificatio dicitur. Vnde & in Iohel præce- Iohel.1.c
ptum eſt ſacerdotibus, ut ſanctificent ieiunium & prædicent curationem. Curat enim uulnera delinquentis,abſtinentia & ieiunium, & curatos quoſque ſanctificat. Poſtquàm interrogauerant Perſarum duces per eos quos miſerant,& ad ſacerdotes atque prophetas ſciſcitantium fuerat expleta legatie:fit ſermo domini ad prophetam:imperans ut loquatur ad uulgum et ad ſacerdotes,quid legatis debeant reſpondere. Quando ieiunabatis & plangebatis in quinto menſe captiuitatis Hieruſalem, & in ſeptimo menſe quando Godolias interfectus eſt ab Iſmael,per annos ſeptuaginta deſolationis templi & ſubuerſionis Hieruſalem:nunquid mihi proderat quod ieiunabatis? Et econtrario: Si quando manducatis & bibitis:nunquid nõ uobis & comeditis & potatis? Neque enim his rebus placatur deus,ſed bonis operibus, & ſi illius præcepta faciamus:quia eſca nos non commendat deo. Neq; ſi non manducauerimus deficiemus: neque ſi manducauerimus abundabimus. Nunquid non hæc ſunt uerba mea adhuc ſtante Hieruſalem & urbibus Iuda, quæ loquebar ad uos in manibus prophetarum meorum cum adhuc ſtaret Hieruſalem, & urbes Iuda rebus omnibus abundarent: & tam montana regio quàm campeſtris frugibus redun-

A daret, & fidiſſima pace frueretur: Hęc autem erant uerba domini, quæ ſeqns ſcriptura teſtatur: uelle ſe uerum iudicium & miſericordiam in proximos, & uiduam & pupillum & aduenam & pauperem non calumniari, & malum non cogitare in corde ſuo. Hęc, inquit, noluerũt facere, & ſurdis auribus mea imperia cõtempſerunt: quam ob rem uenit indignatio magna ſuper Hieruſalem: & quomodo illi me audire nolue/runt, ſic & ego non exaudiui eos, & nunc tanta ſcrupuloſitate quærunt, quando debeant ie
B iunare & plãgere, cum ante dixerim
Eſa.58.b per Eſaiam: Non tale ieiunium elegi, dicit dominus: neque ut humiliet homo animam ſuam: ſed ſolue omne uinculum iniquitatis: diſſolue obligationes uiolẽtarum cautionum: Eſurienti da panẽ tuum ex animo. Si uideris nudum, operi eum, & pauperem & abſq; tecto induc in tabernaculum tuũ: Tũc erumpet tempora/nea lux tua, & ſanitates tuæ cito orientur. Hoc quod ſcriptum eſt in Septuaginta: Miſit de Bethel Saraſar & Arbath Sager rex: nullus noſtrorum potuit exponere: neq; enim qđ male uerſum eſt ex Hebræo ulla ratione explanari poteſt. Quis eſt enim iſte Sara/
ἀρβὰθ σαρὲς ſar uel Arbeth Sa/

HEBR. ad Zachariam in quarta mẽſis noni, qui eſt Caſleu. Et miſerunt ad domum dei Saraſar & Regẽmelech, & uiri qui erant cũ eo ad deprecandum faciẽ domini: ut dicerent ſacerdotibus: domus domini exercituum & prophetis loquentes: Nunquid flendũ eſt mihi in quinto menſe, uel ſanctificare me debeo, ſicut feci iam multis annis? Et factum eſt uerbum domini exercituũ ad medicẽs: Loquere ad oẽm populũ terrę & ad ſacerdotes dicens: Cum ieiunaretis & plangeretis in quinto & ſeptimo per hos ſeptuaginta annos: nunquid ieiuniũ ieiunaſtis mihi? & cum comediſtis & cũ bibiſtis: nunquid non uobis comediſtis & uobiſmetipſis bibiſtis? Nunquid non ſunt uerba quæ locutus eſt dominus in manu prophetarum priorum, cum adhuc Hieruſalem habitaretur & eſſet opulenta, & ipſa & urbes illius in circuitu eius, & ad auſtrum & in campeſtribus habitaretur? Et factũm eſt uerbum domini ad Zachariam, dicens: Hæc ait dominus exercituum dicens: Iudicium uerum iudicate, & miſericordiam & miſerationes faci/te unuſquiſq; cum fratre ſuo. Et uiduam & pupillum & aduenam & pauperem nolite calumniari, & malum uir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. Et noluerunt attendere, & uerterunt ſcapulam recedentẽ, & aures ſuas aggrauauerũt ne audirẽt, & cor ſuũ poſuerunt

SEPTVAGINTA. ad Zachariam † quarta die menſis noni qui eſt Chaſeleu, & miſit de Bethel Saraſar & Arbath Sager rex, & uiri eius ut deprecaretur dominum, dicens: ad ſacerdotes domus domini omnipotentis & ad prophetas, dicens: Ingreſſa eſt huc in menſe quinto ſanctificatio iuxta quod fecerunt iam annis pluribus: & factus eſt ſermo domini uirtutum ad me dicens: Dic ad omnem populum terræ & ad ſacerdotes dicens: Si ieiunatis & plangitis in quintis & ſeptimis, & ecce ſeptuaginta anni: nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? & ſi comeditis aut bibitis, nónne uos comeditis & uos bibitis? Nunquid non iſta ſunt uerba mea, quæ locutus eſt dominus in manibus prophetarum qui fuerunt prius quando Hieruſalem habitabatur & erat abundans, & ciuitates eius per circuitum, & montana & campeſtria habitabantur? Et factus eſt ſermo domini ad Zachariam dicens: Hæc dicit dominus omnipotens dicens: Iudicium iuſtum iudicate, & miſericordiam & miſerationem faciat unuſquiſq; ad fratrem ſuum, & uiduam & pupillũ & pauperem non opprimatis, & malitiæ unuſquiſq; fratri ſui nolite meminiſſe in cordibus ueſtris. Et noluerũt attendere, & dederũt dorſum contemnens, & aures ſuas aggrauauerunt ut non audirent, & cor ſuum poſuerunt

C ger rex: aut cuius rex prouinciæ, aut in quam, uel de qua miſit Bethel: aut cuius Bethel rex eſſe poterat Arbath Sager, quæ olim cum Iudæa fuerat deſtituta, & eo tempore nequaquam uocabatur Bethel, id eſt, domus dei: ſed Bethauen: id eſt, domus idoli? Hoc quoque quod ſequitur: In greſſa eſt huc in menſe quinto ſanctificatio ſicut fecerant iã per multos annos, ſic conantur exponere: ſanctificationẽ ingreſſam: uaſa templi quæ à Nabuchodonoſor ſublata fuerant, illo tempore reſtituta. De quinti autem & ſeptimi ieiunio, tentauerunt referre ad dies hebdomadis. Sed quia ſequitur: D decimi ieiunium, cõpulſi ſunt ad mẽſes referre, & quod ſit ipſum quinti, ſeptimi, decimiq; mẽſis ieiunium, omnino ſiluerunt. Vnde priore ſimus explanatione contenti, & non inclinemur ad falſos commentantium conatus, qui de interpretationis errore uenerunt. a ¶ Et factum eſt &c.] Hęc magis uolui: iſta quæſiui, quæ non facientes captiuitati eſtis traditi, & nõ deſolationis ac mortis quinti menſis ſeptimiq; ieiunium. Iuſtum iudicium iudicate, ne audiatis in pſalmis: Vſq; quo iudicatis iniquitatem, & perſonas peccatorum ſumitis? Iudicate pupillo & uiduæ

In greco ſic: πατρόθεν πρὸς μγνὸς πόλεως τοῦ ἔσι χασελεῦ.

בֵּיתאֵל

בֵּיתאָוֶן

Pſal. 81.a

A duæ:humilem & pauperem iuſtificate: ne uobis
Eſa.5.f quoq; loquatur Eſaías:Qui iuſtificãt impium pro/
pter munera:& quod iuſtum eſt,iuſto auferunt,&
Habac.1.a propter uos. Habacuc ex perſona eorum qui op/
primuntur,deo faciat inuidiam: Cõtra me factum
eſt iudicium: & iu/
dex accipit:ideo diſ
ſipata eſt lex,& nõ
peruenit uſq; ad fi/
nem iudicium:quia
impius opprimit iu
ſtum. Nec nouum
putemus dei eſſe
præceptum: olim
per Moyſen iſta
mãdauerat:Sic ma/
Leuit.19.c gnum iudicabis ut
paruũ: perſonã nõ
accipies, & paupe/
ris non miſereberis
in iudicio: quoniã
dei iudicium eſt:mi
ſericordiam quoq;
& miſerationes fa/
cite unuſquiſque
cum fratre ſuo.Poſt
iudicij ueritatem ſe
B quatur in cunctos
clementia, & maxi
me in fratres, quos
uel eiuſdem ſangui
nis uel unius nobi/
ſcum fidei eſſe per/
ſpicimus. Viduam
quoque & pupil/
lum, de quibus no/
bis præceptum
Exod.4.b eſt:Eſto pupillis pa
ter,& pro uiro ma/
tri eorum:iudicans pupillum & iuſtificãs uiduam.
Et aduenam & pauperem nolite calumniari: quia
alterum peregrinatio, alterum egeſtas humilem
facit. Et malum uir fratri ſuo non cogitet in corde
ſuo: ſiue ut à Septuaginta dicitur: καὶ κακίαν ἕκα/
στος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ μὴ μνησικακείτω ἐν ταῖς καρδίαις
ὑμῶν: id eſt, & malicíæ unuſquiſque fratris ſui
non meminerit in cordibus ſuis. Fratrem autem &
proximum,uel omne hominum genus debemus
accipere:quia ex uno ſumus parente generati: uel
eos qui domeſtici fidei ſunt,iuxta parabolam euan
gelij, quæ proximum non conſanguineum, ſed
omnes homines uult intelligi. Quod autem ante
debeat ira finiri, quàm ſol occumbat, & omnium
malorum quę ab alijs paſſi ſumus,deleri memoria,
& in multis locis legimus,& maxime in Hieremia:
qui ex perſona dei loquitur: Et malicíæ proximi
ſui unuſquiſq; in cordibus ueſtris ne memineritis.
Cum ego iſta præceperim,illi attendere noluerũt,
& uerterunt ſcapulam recedentem, ſiue dorſum
contemnens: ex habitu corporis mea imperia re/
ſpuentes. Solemus enim quando rugata fronte,&
nare contracta contemnimus admonentes, dor/ C
ſum uertere,iuxta illud quod ſcriptum eſt: Verte/
runt ad me dorſa,& non facies ſuas. Et aures,in/
quit,ſuas aggrauauerunt ne audirent:ſicut aſpidis
ſurdæ obturantis aures ſuas, quæ non audiet uo/
cem incantantium,
& uenefici incan/
tantis ſapienter.In/
grauauerunt enim
aures ſuas ut non
audirent: & cor ſu/
um poſuerunt, ut
non acquieſcerent
legi dei. Vnde Eſa/
ias ad eos commi/
nans loquitur: In/
craſſatum eſt cor Act.28.g
populi huius,& au
ribus ſuis grauiter
audierunt, & ocu/
los ſuos clauſerunt,
ne forte uiderent
oculis ſuis,& audi/
rent auribus,& cor
de intelligerent, &
conuerterentur, &
ego ſanarem eos.
Porrò quod dicitur
iuxta Hebraícum:
Et cor ſuum poſue/ D
runt Adamantem,
duritiã cordis oſtẽ/
dit & cor lapide/
um,quod noluerint
uerba dei ſuſcipere.
Adamas enim la/
pis fortiſſimus: qui
Hebraice dicitur
שָׁמִיר íntantum
dũrus eſt,ut omnia metalla confringat,& ipſe non
confringatur ab ullo. Vnde à Græcis ἀδάμας, id
eſt,indomabilis dicitur. Ab hoc Adamante indu/
ratum eſt cor Pharaonis, ne dimitteret populum
dei.Et quia habuerunt, imò poſuerunt cor ſuum
Adamantem, propria uoluntate cordis duritiam
ſuſcipientes,ne audirent uerba domini, quæ mi/
ſit in ſpiritu ſuo,id eſt,in ſpiritu ſancto:Per manum
prophetarum priorum, Eſaiæ, Oſee, & cætero/
rum, qui mundas habuerunt manus: quos ante
captiuitatem fuiſſe manifeſtum eſt:Idcirco ad ma-
gna peccata,magna facta eſt indignatio, & domi/
ni uerba conpleta ſunt,par pari referentis, ut ſicut
illi ambulauerunt ad eum peruerſi, & ipſe aduer/
ſum eos peruerſus incederet, & non audiret uer/
ba inclamantium: quia & illi uerba domini ſurda
aure contempſerint. Quamobrem & diſperſit eos
per omnia regna quæ neſciunt:Aſſyriorũ, & Chal
dæorum,Medorum,atq; Perſarum,& gentium cę
terarũ,quæ his imperijs ſubiacebant, & in quarũ
terris diſſeminati ſunt. Et omnis Iudæa deſerta eſt,
eo quod nullum habuerit habitatorẽ, & non eſſet

HEBR. poſuerunt Ada/
mantem, ne audirent le/
gem. Et uerba quæ miſit
dominus exercituum in
ſpiritu ſuo per manũ pro/
phetarum priorum, & fa/
cta eſt indignatio magna
à domino exercituum. Et
factum eſt ſicut locutus
eſt, & non audierunt: ſic
clamabunt & non exaudi/
am,dicit dominus exerci/
tuum. Et diſperſi eos per
omnia regna quæ neſciũt,
& terra deſolata eſt ab eis,
eo quod non eſſet tranſiẽs
& reuertens, & poſuerunt
terram deſiderabilem in
deſertum. Cap. VIII
ET factum eſt uerbũ
domini exercituum,
dicens:Hæc dicit dominus
exercituum: zelatus ſum
Sion zelo magno, & indi/
gnatione magna zelatus
ſum eam.Hæc dicit domi/
nus

SEPTVA. poſuerunt ino
bediens, ut non audirent
legem meã: & uerba mea
quæ miſit dominus omni/
pòtẽs in ſpiritu ſuo, in ma/
nibus pphetarũ priorũ. Et
facta eſt ira magna à domi
no omnipotente, & erit ſi/
cut dixit,& non audierunt
eum. Sic clamabunt &
non exaudiam eos, dicit
dominus omnipotens: &
eiſciam eos in omnes gen/
tes quas ignorauerunt, &
terra deſolata eſt poſt eos
à perambulante & reuer/
tente, & poſuerunt ter/
ram electam in ſolitudi/
nem. Cap. VIII
ET factus eſt ſermo
domini omnipoten/
tis, dicens: Hæc dicit dns
omnipotens: zelatus ſum
Hieruſalẽ & Siõ zelo ma/
gno, & furore maximo ze
lat9 ſum eã. Hęc dicit domi
nus

A in ea transiens & reuertens. Et terram quæ fauus erat præ omnibus terris, & propter abundantiæ multitudinem, lacte & melle manabat, uerterũt in solitudinem. Possumus hæc & ad eos referre, qui in ecclesia delinquentes, proiecti sunt de terra confessionis: quia nolu

HEBR. nus exercituum: reuersus sum ad Sió, & habitabo in medio Hierusalem, & uocabitur Hierusalem ciuitas ueritatis, & mõs domini exercituum, mons sanctificatus. Hæc dicit dõminus exercituũ: Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Hierusalem, & uiri baculus in manu eiꝰ præ multitudine dierum: Et plateæ ciuitatis cõplebũtur infãtibus & puellis, ludẽtibꝰ in plateis eius.

SEPT. nus omnipotens: reuertar ad Sion, & habitabo in medio Hierusalem, & uocabitur Hierusalem ciuitas uera, & mons domini omnipotentis, mons sanctus. Hæc dicit dominus omnipotens: Adhuc sedebunt senes, & anus in plateis Hierusalẽ: unusquisque in manu uirgã suã retinens, præ multitudine dierũ, & plateæ ciuitatis replebuntur pueris & puellis ludentibus in plateis eius.

erunt audire dominum, & uerterunt ad eum scapulam recedentem, & aures suas aggrauauerunt, & cor posuerunt ut Adamantẽ. Et facta est super eos indignatio domini, & dispersi sũt per omnia regna uitiorum: & desolata est terra eorum, uel anima uel corpus, non habens habitatorem dominum, nec in se spiritum reuertentem. Et terra quondam desiderabilis quæ erat hospitium trinitatis: uersa est in desertum, habitatiónemque draconum. Quæ plana sunt, uelociter trãseamus, ut in obscuris spacium differendi sit: non

B enim longos florentesq; tractatus in quibus plausibilis ludit oratio, sed commentarios scribimus: quorum officium est, præterire manifesta, obscura differere. Cap. VIII

ET factum est &c. ] Quod dominus Hierusalem, id est, Israeliticum populum in solitudine instar uxoris acceperit, & iacentem in idololatriæ sanguine, operuerit pallio suo, & amore coluerit maritali: in Ezechiele plenius discimus: quæ postea similã comedens, & mel & oleum, & uestibus ornata pulcherrimis, & habẽs ex largitate uiri oĩa ornamenta gemmarum, fornicata est cũ Assyrijs atq; Chaldæis, & audiuit à domino: Sicut despicit uxor uirum suũ, sic despexit me domus Israel. Captiuitati autẽ tradita & illusa ab amatoribus suis, & pristino decore nudata: postquàm diuaricauit pedes suos omni transeunti, & polluta est usq; ad uerticẽ: memor pristinæ felicitatis ingemit: Reuer-

Osee.2.b tar ad uirum meum priorẽ: quia melius mihi erat tunc quàm nunc. Quam ille suscipiens, & rursum habens in coniugio, cui prius dixerat: Non irascar tibi, & zelus meus recessit à te: nunc loquitur: Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. Quantum prius indignatus sum, quod à multis amatoribus deturpata est, & maculauit thorum meum: unde & tradidi eam amatoribus suis, nequaquàm ut sub marito adultera am, sed ut scortum & uile mancipium, & in lupanaribus prostitutam: Tanto nunc amplius ad eam reuersus sum: quia egit pœnitentiam: & ædificauit templum meum, in quo habitabo in medio illius. Et uocabitur ciuitas ueritatis, quæ antea diceba-

C tur urbs mendacij, de qua & in Esaia scriptum est: Veritas dormiuit in ea: nunc autem homicidę. Vo Esa.14.f
cabitur autẽ & mons domini omnipotentis, mons sanctificatus: in quo templo instaurato immolãtur uictimæ, cæremoniarum ordo seruatur. Hęc iuxta hístoriã. Cæterum nulli dubiũ est, Siõ & Hierusalem, speculam & uisionem pacis, posse accipi animas fideliũ: quibus cum peccauerint, iratus dominꝰ tradit eas captiuitati, ut quæ deum per bona ꝓsperaq; non senserãt, per mala sentiãt & aduersa. Cunq; egerint pœnitentiam, reuertetur dominus ad Sion, & habitabit in medio Hierusalẽ: quã unã atq; eandem intelligimus ciuitatẽ: & in quibus ante regnabant uitiorum peccatorũq; mendacia, postea Christus ueritas commorabitur. Et mons domini exercituũ uocabitur mons sanctus, de quo dicitur: Qui cõfidunt in domino sicut mons Sion. Psal.124
D Et: Magnꝰ dominus & laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto suo. De quo Esaias Mi- Psal.47.a
cheasq; clamitant: In nouissimo dierum: erit mons Esa.2.a
domini præparatus in uertice montiũ, & sublimis Mich.4.a
super colles: & fluẽt ad eum omnes populi, & properabunt gentes multæ, & dicent: Venite ascendamus in montem domini & ad domum dei Iacob. De hoc monte & de hac ciuitate & apostolus Paulus (si tamen in suscipienda epistola, Græcorum autoritatem Latina lingua non respuit) sacrata oratio Hebr.12.f
ne disputans ait: Accessistis ad montem Sion & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem cœlestem, et multorum angelorum milia, et ecclesiam primitiuorũ, qui scripti sunt in cœlis. a ¶ Hæc dicit dominus exercituũ: Adhuc habitabunt &c. ] Tanta, inquit, erit reuersio mei in Sion: & habitãte in medio Hierusalẽ, rerum omnium prosperitas, & bellorũ quies, atq; tranquillitas: ut nullo hoste remanẽte, usq; ad ultimã ætatẽ in utroq; sexu senilis ętas perueniat, & tremẽtes artus baculo regẽte sustentent. Plateæ quoq; ciuitatis impleãtur pueris puellisq; ludentibus. Hoc autẽ fieri solet, quando securitas & profunda pax urbium est, ut gaudiũ ciuitatũ, lusibus & choreis ætas lasciua concelebret. Quòd si referimus ad ecclesiam, de qua dicitur: Gloriosa dicta Psal.89.a
sunt de te ciuitas dei. Et: Fluminis impetus lętificat Psal.45.a
ciuitatẽ dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus: deus in medio eius non cõmouebitur: Quis poterit ambigere, plateas ecclesiæ esse uirtutes: in quibus sapiẽtia agit fiducialiter, & in murorũ summitatibꝰ prædicatur? Vnde & ad dominũ psalmi-

sta

A ſta conclamat: Latum mandatum tuum uehemen-
ter. In his plateis dominum ſaluatorem ſponſa
Cant.3.d perquirens loquitur in Canticocanticorum: Con
ſurgã & circuibo ciuitatẽ in foro & in plateis eius:
donec inueniam eum quem dilexit anima mea.
Habitabunt igitur uel ſedebunt ſenes & anus, de quibus ſcriptum eſt: ſi cui tamẽ placet librum recipere: Senectus honorabilis, non
Sapi.4.b multi tẽporis, nec numero annorum æſtimabilis. Cani autem ſunt hominum prudentia, & ſenectus uita immaculata, de quibus & dominus loquitur ad Moyſen:
Exo.24.a conſtitue tecum ſeptuaginta ſenes quos ipſe noſti: quoniam ſenes ſunt: quam obrem et ante Abra
Gen.25.a am nullus appellatus eſt ſenex, de quo ſcriptum legimus: Deficiens Abraham mortuus eſt: nutritus in ſenectute bona, ſenex & plenus dierum. Gloria enim ſenum cani ſunt, de quibus dicitur: Cani ho-
Sapi.4.b minis ſapientia eius. Hi tenebunt præ dierum mul
B titudine uirgas & baculos in manibus ſuis, & dicent ad diſcipulos: Quid uultis? an in uirga uenia ad uos? an in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis? Qui enim de labijs ſuis profert ſapientiam, uirga percutit uirum ex corde. Et econtrario: Qui parcit baculo, odit filium ſuum: qui autem diligenter corripit, diligit. Et non ſolum ſenes, ſed anus quoq; ſedebũt in plateis Hieruſalem: quas Paulus apoſtolico ore
1.Tim.5.a deſcribens: Honora, inquit, uiduas quę uere uiduę ſunt. Et in alio loco: Vidua eligatur non minus annorum ſexaginta, quæ fuit unius uiri uxor, in bonis operibus habens teſtimonium: ſi educauit liberos: ſi recepit hoſpitio: ſi ſanctorum pedes lauit: ſi in tribulationibus poſitis miniſtrauit: ſi omne opus bonum proſecuta eſt. Iſtiuſmodi ſenes & anus ſedebunt in plateis Hieruſalem, & tenebunt baculos in manibus ſuis, & plateæ ciuitatis conplebuntur pueris & puellis ludentibus. Iſti ſunt pueri & puellæ, ſenes & iuuenes: quos pſalmiſta ad cantandum
Pſal.148.b domino cohortatur dicens: Iuuenes & uirgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen domini. Et Io-
1.Ioan.2.b annes euangeliſta atque apoſtolus: Scribo, inquit, uobis pueri, quoniam dimittuntur uobis peccata, propter nomen ſaluatoris: Scribo uobis patres, quia cognouiſtis eum qui à principio eſt. Et de his
Prou.1.a Salomon in Prouerbis loquitur: Et det innocentibus uerſutiam: puero autem iuniori ſenſum & intelligentiam. Et rurſum: Audite pueri diſciplinam patris: & attendite ut cognoſcatis intelligentiam.
Pſal.96.b De his pueris, uirgunculis, ac puellis: & quadrageſimus quartus pſalmus: Adducentur, inquit, regi uirgines poſt eam. Iuxta quod ſcriptum eſt: Exulta uerunt & lætatæ ſunt filiæ Iudæ in omnibus iudi-
cijs tuis domine. Quæ cum audierint ab Apoſto- C
lo: Gaudete, iterum dico gaudete: mentis lætitiam Philip.4.a
geſtu corporis indicabunt, & tripudiante ſaltatu dicent cum Dauid: Saltabo & ludam in conſpectu domini. a ¶Hæc dicit dominus exercituum &c.]

HEBR. Hæc dicit dõminus exercituum: Si difficile uidebit in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis: nunquid in oculis meis difficile erit, dicit dominus exercituum? Hæc dicit dõminus exercituum: Ecce ego ſaluabo populum meum de terra orientis, & de terra occaſus ſolis. Et adducam eos & habitabunt in medio Hieruſalem, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum, in ueritate

SEPTVA. Hæc dicit dominus omnipotens: Si impoſſibile erit coram reliquijs populi huius in diebus illis: nunquid & coram me impoſſibile erit, dicit dominus omnipotens? Per ſingula uerba atq; ſententias quibus Iſraeli proſpera & pro rerũ magnitudine pene incredibilia promittũtur, propheta ꝓponit: Hæc dicit dominus omnipotẽs: alio ſermone hoc loquẽs: Ne putetis mea eſſe quæ ſpondeo, & quaſi homini non credatis: dei ſũt promiſſa quæ replico. Supra dixerat: an & ſenes in plateis eſſe ſeſſuros, & pro temporis lõgitudine baculos manibus retenturos: artãdas plateas hominum multitudine: pueros ac puellas quaſi in feſtis diebus choros ducere: & extruendã Hieruſalem, atq; in ſtatum felicitatis priſtinę reſtituendam. Hoc reliquijs populi quę de captiuitate uenerãt, uidebatur incredibile, cernentibus urbem penitus deſtitutam, murorum ruinas, combuſtos parie- D
tes, manus Babylonias oſtentare, idcirco cõſociat: Si uobis qui eſtis reliquiæ captiui populi, uel difficile uel impoſſibile uidetur eſſe quod ſpõdeo, ut in diebus illis quibus ædificanda eſt Hieruſalem, tanta felicitas ſit: nunquid in conſpectu domini aut difficile erit aut impoſſibile: qui hæc futura meo ore promittit? Quæ enim apud homines impoſſibilia ſunt, apud deum poſſibilia ſunt. Hæc perſecutionis tempore in eccleſijs Chriſti expleta conſpeximus, quando in tantam rabiem perſecutorum feritas excitata eſt, ut etiam conciliabula noſtra deſtruerent, diuinos libros ignibus traderent: omnes inſulæ, metalla, carceres, confeſſorum & martyrũ catenatis gregibus implerentur. Quis eo tempore crederet rurſum eccleſias cõſtruendas, ab his ipſis qui ante deſtruxerant? non quod ijdem homines fuerint, ſed quod eadẽ regalis poteſtas quæ prius ſedebat in inſidijs cum diuitibus, & quaſi ex ſenatuſconſulto Chriſti nomen conabatur extinguere: nunc expenſis reipublicæ eccleſiarum baſilicas extruat, & exaltet ſumma faſtigia, ut nõ ſolum laquearia & tecta fulgentia auro decoret, ſed parietes diuerſi marmoris ueſtiat cruſtis, & diuinos libros quos prius tradebat incendio: nunc deauratos & purpuratos, & gemmarum uarietate diſtinctos, in cuſtodiam Romani ueneretur ſtatus. b ¶Hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego &c.] Hæc Iudæorum alij dicunt, poſt Zorobabel & Neemiam ædificato tẽplo & muris ciuitatis extructis, & ſtatu Iudaico reſtituto, à Machabæis & diuerſis principibus: qui uſq; ad Herodẽ rexere Iudæam, eſſe cõpleta. Alij in cõſummatione mũdi ſub Chriſto, quem

A quem frustra præstolantur, explenda commemorant. Nos autem & illo tempore, id est, post Zorobabel & Neæmiam: dicimus ex parte completa, et quasi in typis & imaginibus præcessisse: quando populus eductus est de captiuitate, & habitauit in Hierusalem, & dei populus appellatus est, & rursum dominus uocatus est deus eorum: nequaquam in mendacio & iniquitate, sed in ueritate & iustícia: Et nunc plenissime sub domino saluatore in ecclesía: id est, in uera Hierusalem promissionem rebus expleri, maxime quia dicit: Ecce ego saluabo populum meum de terra orientis, & de terra occidentis, de quibus et dominus in euangelio loquebatur: Multi de oriMat.8.b B ente & occidente uenient, & accubabunt in regno cœlorum cum Abraam, Isaac, & IaPsal.49.c cob. Et multo ante psalmista promiserat, dicens: Deus deorũ dominus locutus est & uocauit terrã. Ab ortu solis usq; ad occasum: de Sion decor pulchritudinis eius. Veniet enim ex Sion qui eripiat & auertat iniquitates ab Iacob: quando ab oriente & occidente incensum offertur nomini domini in omni loco & sacrificium mundum: nequaquàm in uictimis ueteris testamenti, sed in sanctitate euangelicæ puritatis, de quo incenso & alibi legimus:
Psal.140.a Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Et quod sit hoc incensum, sequens sermo demonstrat: Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Postquàm enim de uirga Iesse pullulauit, qui dominaretur gentibus: & in ipso gentes sperarunt, & de oriente & de occidente tã primus populus quàm nouissimus in dominum credíderunt, & factus est grex unus: tunc ad lætitiam omnes prouocatæ sunt nationes, & concitatæ ad gau
Rom.15.c dium, propheta dicente: Lætamini gentes cum po
Psal.21.f pulo eius. Iuxta illud quod alibi scriptũ est: Recordabuntur & conuertentur ad dominum omnes fines terræ, & adorabunt coram eo uniuersæ familiæ gentium. Quodq; sequitur: In ueritate & iustícia, hoc significat: quod ueteris legis umbra discedat, & euangelij ueritas ueniat: nequaquàm in iustícia Iudæorũ, sed in iustícia Christiana: ipse enim
Psal.84.b dominus ueritas est atq; iustícia, de quo legimus: Veritas de terra orta est, et iustícia de cœlo prospexit. Vnde & in quartodecimo psalmo, iustícia simul & ueritas nominãtur: Qui ambulat sine macula & operatur iustíciam, & loquitur ueritatem in corde suo. a ¶ Hæc dicit dominus exercituũ &c.] C Lxx. pro domino exercituum, dominum omnipotentẽ: cætera similiter transtulerunt. Aedificato tẽplo sub Zorobabel & Iesu: In quarto enim anno Darij regis, quarta die mẽsis noni, qui appellatur בִּסְלֵיו hæc uniuersa dicũtur, quando iam tẽplum fuerat extructum. Idẽ prophetæ Aggeus & Zacharias, qui ut ædificaretur, & duces & populũ fuerant cohortati: nũc cohortãtẽ eos, ut ex priorũ ueritate his quæ in futurũ promittuntur, accõmodent fidẽ: & confortent manus suas: ne quaq; Medorũ impetum & impedire cupientiũ per circuitum nationum insídias formidantes: & cõfortentur per os propherarũ ex die quo templi fundamẽta sunt iacta, D usq; ad diem quo superædificatum est templum, et audiant quæ sequuntur. Breuiter explanamus hístoriam: quícquid de Hierusalem & de templo dícitur, spiritualiter ad ecclesíam referentes: in qua confortantur manus per bona opera: & fundatur domus, quando fidei fundementa iaciuntur: templumq; extruitur, quando multitudo credentium roboratur: & ita uiuit, ut templum dei esse mereatur. b ¶ Siquidem ante dies illos &c.] Lxx. ad futurum tempus omnia retulerunt: sed melius ad pręteritum, ut in Hebraico habetur, & expositionis ueritas approbabit. Antequàm fundaretur domus domini & ædificaretur templum domini, omnis labor uester irritus fuit. Et tam homines quàm iumẽta in agricultura, in mercimonijs, operibusq; diuersis, cassis conatibus frustrabantur: foris aduersarij, domi seditio turbabant pacem: & erat ubiq; iustítium ob bellorum frequentiam et insídias domestícas: dum nec frater fratri exhibet fidem: & omnis est inimica propinquitas. Hunc sensum alijs uerbis Aggei.2.c Aggeus propheta cõprehendens ait: Et nunc ponite corda uestra à die hac & supra: anteq; ponerétur lapis super lapidem in templo domini. Cum accederetis ad aceruũ uiginti modiorũ, et fierẽt decẽ: & intraretis ad torcular, ut exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant uiginti: Percussi uos uẽto urẽte & aurugine, et grãdine omnia opera manuũ uestrarũ: & nõ erat in uobis q reuerteretur ad me, dicit dñs: Q d & in ecclesía & in unoquoq; credentiũ accipere possumus. Si quidẽ anteq; domus dei in nobis fundamẽta iaciantur, & ædificemur templũ deo: & audiamus ab Apostolo: Vos estís templũ dei

A dei: & ſpiritus ſanctus habitat in uobis: quicquid
2.Cor.6.d boni operis habere uideamur: ſiue rationales, qui
Pſal.35.b appellantur homines: ſiue ſimplices, qui iumenta
dicuntur (homines enim & iumenta, inquit, ſaluos
facies domine) mercedem non habet apud deum:
& ſunt in nobis bel
la atq; diſcordiæ, &
ubiq; tribulatio &
ſine pace Chriſti:
quam ad patrem
uadens, apoſtolis
dereliquit: imple-
turq; in nobis do-
Mich.7.8 mini ſententia: Ini-
mici hominis do-
Hierr.9.b meſtici eius. Om-
nis enim frater ſup-
plantatione ſupplā
tat: & omis amicus
fraudulenter ince-
dit: ueritatem non
loquitur: didicit lingua eorum loqui mendacium.
Quod ſi cōuertamur ad Chriſtum, & templū eius
efficiamur, ſtatim audiemus Apoſtolum procla-
mātem: Vnuſquiſq; accipiet propriam mercedem
1.Cor.3.b iuxta opus ſuum. a ¶ Nūc autem &c.] Priuſquàm
domus dei fundamenta iacerentur, & ædificaretur
templum: merces hominū non erat, nec merces
iumentorum: nec prę tribulatione & anguſtia pax
introeuntibus & exeuntibus: & omnes homines
B inter ſe hoſtili odio diſſidebant. Nunc autem quia
iam domus domini fundamenta iacta ſunt & tem-
plum ædificatū eſt: nequaquàm faciam ut prius fe
ceram his qui de captiuitate Babylonia ſunt reuer
ſi: ſed erit ubiq; pax & gaudium: & ariditatem ac fa
mē priſtini temporis futura abundantia compen
ſabit. Vinea enim dabit fructum ſuum, & torcula-
ria omnia complebuntur: terra lætis ſegetibus ue-
ſtietur: & irrigātibus pluuijs ac rore nocturno, om
nia pullulabunt: uniuerſa quæ dixi, faciam populi
mei reliquias poſſidere: quia fundamēta domus ia
cta ſunt, & templum extructum eſt. Hęc eadem &
Aggeus propheta eodem tempore loquitur, qui
Aggei.2.e ſupra dixerat: Percuſſi uos uento urente & aurugi
ne & grandine omnia opera manuum ueſtrarum:
poſtquàm templi fundamenta ſunt iacta: ponite, in
quit, in corda ueſtra ex die iſta & in futurum: à die
uiceſimoquarto noni menſis: à die quo fundamen
ta iacta ſunt templi, ponite ſuper cor ueſtrum: Nū-
quid iam ſemen in germine eſt: & adhuc uinea &
ficus & malogranatū & lignum oliuæ nō floruit?
Ex die iſta benedicam: & rurſum mouebo cœlum
pariter & terram. Dicamus & aliter, cœptā ſuper
eccleſia explanationem ſequentes. Priuſquam fidē
Chriſti quis recipiat, & in eo ſpiritus ſancti funda-
menta iaciantur: nullus audire poterit, eſt merces
operi tuo. Siue ille Iudæus ſit, ſiue hæreticus, ſiue
gentilis, quicquid boni operis fecerit, niſi in nomi-
ne Chriſti fecerit, mercedē ſui boni operis non ha-
bebit. Videmus hæreticorū uirgines, philoſopho-
rum rigorem, Iudæorum in eſcarū uarietate obſer-

HEBR. germen ſuum, & cœli dabunt rorem ſuum: & poſſidere faciā reliquias populi huius uniuerſa hęc. Et erit ſicut eratis maledictio in gētibus domus Iuda & domus Iſrael, ſic ſaluabo uos & eritis benedictio, nolite timere, confortentur manus ueſtræ. Quia hæc dicit dñs exercituum, Sicut

SEP. ra dabit germina ſua, & cœlum dabit rorem ſuum: & poſſidere faciam reliquias populi mei hęc omnia. Et erit ſicut eratis i maledictiōe iter gētes dom⁹ iuda & dom⁹ Iſrael, ſic ſaluabo uos, & eritis in bn̄dictione, cōfidite & cōfortamini † i cordib⁹ ueſtris, qa hæc dicit dñs omnipotēs: Sicut

uantiam: & tamen dicimus iuxta Aggeū q̄ come- C
dāt & nō ſatiētur: bibāt & nō inebrientur: operian Aggei.1.b
tur, & non caleſiant: et qui mercedes cōgregat, mit
tet eas in pertuſum ſacculum. Poſtq̄ uero fidem
Chriſti receperint, & illi & hi qui in eccleſia fuerāt
peccatores: & pro
magnitudine deli-
ctorū captiuitati hu
ius mūdi traditi, &
Babylonio igne cō
buſti, & audierint
dominum prædicā
tem: Spiritus domi Eſa.61.a
ni ſuper me, pro-
pter quod ūxit me:
euangelizare pau-
peribus miſit me:
prædicare captiuis In græco ſic
remiſſionem, & cæ ἐμ πτωις χερ-
cis ut uideant: ſana- σὶμ ὑμῶν.
re eos qui contrito
ſunt corde: & completū fuerit in eis illud quod per
Amos dicitur: Conuertā populi mei Iſrael captiui- Amos.9.d
tatem, & ædificabūt ciuitates diſſipatas: & planta-
bo eos: Tunc & in diebus illis oriet iuſticia & mul Pſal.71.b
titudo pacis. Vinea dabit fructum ſuum, quæ dicit
in euangelio: Ego ſum uitis, uos rami. Omnem ra- Ioan.15.a
mū qui manet in me, mundat pater: ut maiores fru
ctus afferat. Cumq; mūdati fuerint rami eius, id eſt,
flagella & propagines: & gēmantibus oculis ſpē fu
turorū cœperint fructuum polliceri: ut impleatur
illud quod ſcriptū eſt: Vineæ florētes dederūt odo D
rem: Tūc pendētes botros colorabit ſol iuſticię: ut Can.2.c
miſſi in torcularia octaui & octogeſimitertij pſal-
mi, qui pro torcularibus inſcribuntur, domini cal-
cent pede: qui aſcendit de Boſor, ut fundat uinū q̄
lætificat cor hominis. Terra, quoq; dabit germen
ſuum: nō arida & petroſa & plena ſentiū, ſed terra
bona quæ dat cēteſimū & ſexageſimū fructū & tri-
ceſimū: ut q̄ ſemīauerit ī lachrymis, ī gaudio metāt.
Sed & cœli dabunt rorē ſuū: de quibus in decimo-
octauo pſalmo ſcriptum eſt: Cœli enarrant gloriā
dei, & opera manuū eius annūciat firmamentum.
De his cœlis in Deuteronomij cantico dicitur: Læ Deu.32
tamini cœli cum eo, id eſt, cū dño ſaluatore: quos
præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imagi- Rom.8.f
nis filij ſui, qui loquitur cū Moyſe: Expectetur ut
pluuia eloquium meum: & deſcēdant ut ros uerba
mea. Reſurgent enim qui erant peccatis mortui: &
ſuſcitabunt̄ qui iacebāt in ſepulchris dealbatis, quę
plena ſunt oſſibus mortuorum: & lætabuntur qui
morātur in terra. Et quæ ſit cauſa lęticię, ſequēs ſer
mo demōſtrat: Ros em̄ qui a te eſt, ſanitas eorū eſt.
Et hæc oīa pacē uidelicet & uinearū fructū & terra
rū abūdātiā, quę cœlorū rore ſuccreuit, poſſidebūt
reliquiæ populi: de quibus Eſaias loquitur: Niſi do Eſa.1.e
minus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen ſicut So-
doma eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſe-
mus. Reliquiæ enim ſecundum electionem gra-
tiæ, ſaluæ factæ ſunt: nos ex operibus, alioquin
non eſſet gratia. a ¶ Et erit &c.] Hæc poſt ædifica
tionem

A tionem templi futura promittit: ut ſicut erant in cunctis gentibus in maledictionem & in ſibilum, & in exemplum domus Iuda & domus Iſrael: duæ uidelicet & decem tribus: ſic cum ſaluatæ fuerint et reuerſæ in Iudæam, ſint omnium benedictio. Noli te, inquit, timere ad uerſarios rebellantes: confidite uera eſſe quæ per me dominus pollicetur: confortentur manus ueſtræ: implete opera quæ cœpiſtis. Cauſa conſortationis dñi promiſſio eſt: Hęc enim dicit dominus omnipotens: cui nil impoſſibile eſt, qui poteſt quæ promittit implere: Sicut excogitaui ut affligerem uos, & captiuitati traderem: quia me patres ueſtri ad iracundiam prouocarunt, & non ſum miſertus: quod Se-

B ptuaginta tranſtulerunt οὐ μετενόησα, hoc eſt: non me pœnituit: quod Hebraice ſcribitur וְלֹא נִחַמְתִּי Non ſum autem miſertus: ut uos captiuitate corrigerem, & per omnia tormenta & flagella erudirem: ſic nunc in præſenti tempore cogitaui, ut benefaciã Hieruſalem & domui Iuda. Et notandum quod quãdo iraſcitur, maledicti ſunt in gentibus domus Iuda & domus Iſrael, id eſt, omnes duodecim tribus quæ captiuitati traditæ ſunt. Poſquam autem cogitauit ut benefaciat, non facit Iudæ & Iſrael, id eſt, duabus & decẽ tribubus, Hieruſalem uidelicet & Samariæ, Oollæ & Oolibæ: ſed relicto Iſrael ĩ captiuitate, benefacit Hieruſalem & domui Iuda: & iungit in fine: Nolite timere, ſiue confidite, eo ſenſu quem ſupra expoſuimus. Super eccleſia autem & ſuper unoquoq; credentium ſic intelligi poteſt: quod perſecutionis tempore cunctis in circuitu gentibus in maledictum, & in exemplum fuerint Chriſtiani: quia offenderint dominum ſuum: & poſtea ſint in benedictione, quãdo pax reddita fuerit: & hoc omne eueniat: quia dominus qui prius fuerat iratus, poſtea ſit miſertus Hieruſalem, uiſioni pacis: & Iudæ, quę fidem domini confitetur. Singuli quoq; credẽtium, qui propter uitia eĳciuntur de eccleſia: & tradun-

*1.Cor.5.b* *1.Tim.1.d* tur ſatanæ in interitum carnis, ut diſcant non blaſphemare: cum egerint pœnitentiam, reuertẽtur in priſtinum ſtatum: & uidebunt pacem dei, & confeſſionis ſuæ gloriam poſſidebunt. Hoc quod ſcriptum eſt: Non ſum miſertus, uel non me pœnituit: calumniantur hæretici, quaſi aut crudelis, aut mutabilis ſit deus, ſi eum aut non pœniteat, aut pœniteat: Si enim pœnituerit, dicunt eum eſſe mutabilem: ſi non pœnituerit, aſſerunt eſſe crudelem. Pœnituit autem deum quod Saul unxit in regem. Et apud Niniuitas, quibus per prophetam denunciauerat: Adhuc triduum & Niniue ſubuertetur: quia egerunt pœnitentiã, dicitur & ipſe mutaſſe ſententiam ſuã: non uitio mentis improuidę, ſed ex eorũ qui male aut bene faciunt uarietate. Si eñ male fecerint, cõminatur: ſi priſtina peccata defleuerint, non mutatur deus qui unus atq; idẽ eſt, & mutari non poteſt: ſed illis ex malis ad bona opera cõmutatis, mutat & ſuũ ipſe decretũ. Qui et in Geneſi loquitur: Clamor Sodomorum & Gomorræ multiplicatus eſt: et peccata eorum magna ſunt nimis: deſcẽdẽs ergo uidebo ſi iuxta clamorẽ eorũ qui uenit ad me compleant: ſin autem non, ut ſciam. Quod dicit, hoc eſt: Si permanſerint in furore, non deerit pœna peccantibus: ſi deſierint ab inſania, mea fient cognitione digniſſimi. Cognoſcit autem dominus eos qui ſui ſũt. Et apoſtolus ſcribit ad Galatas: Sed tunc neſcientes deum. Cũq; nouerit omnes deus, & nihil eum nec præteritorum, nec præſentium lateat, nec futurorum: impios in euangelio neſcire ſe dicit: Recedite à me operarĳ iniqtatis, neſcio uos. Ergo & noticiam, & pœnitentiam, & iram, & indignationem & omnes affectus dei: non humani ſermonis uitio, ſed diuinæ maieſtatis ſenſu accipiamus. *a* ¶ Hæc ſunt ergo uerba &c. ] Promiſi me non iuxta dies priores facere reliquĳs populi captiuorum. Et ſicut cogitaui ut afflĳgerem eos, cum me ad iracundiam prouocaſſent patres eorum, & non ſum miſertus: ſic nunc cogitaui cõuerſus in diebus iſtis, ut benefaciam Hieruſalem & domui Iuda. Vt igitur permaneat ſententia mea: & non fiat irrita pollicitatio, hæc facite quæ præcipio: Loquimini ueritatem cum proximis ueſtris. Proximũ omne hominum genus accipiamus: quia ex uno ſumus parente generati. Alioquin ſi pximus propinquus accipitur, peregrinis & alienis mentiendũ eſt. Hoc idem Apoſtolus loquitur: Deponentes mendacium, loquimini ueritatẽ unuſquiſq; cum proximo ſuo. Veritatem, inquit, & iudicium pacis iudicate in portis ueſtris. In iudicio prima ſit ueritas atq; iuſticia: deinde ſequitur miſericordia. Hoc eſt enim iudicium pacis, ut propoſitum iudex habeat pacificare diſcordes: iuxta illud euangelĳ: Beati pacifici, quoniam filĳ dei uocabuntur. Quodq; ſequitur: In portis

C *1.Re.15.c* *Ione.3.a*

SEP. Sicut cogitaui ut afflĳgerem uos in eo quod me ad iracundiam prouocaſſent patres ueſtri, dicit dñs omnipotens: & nõ me pœnituit: ſic paratus ſum & cogitaui in diebus iſtis, ut benefaciam Hieruſalẽ & domui Iuda, confidite. Iſti ſermones ſunt quos facietis: loquimini ueritatem unuſquiſq; cũ pximo ſuo: ueritatẽ & iudiciũ pacificũ & iuſtũ iudicate in portis ueſtris: & unuſquiſq; malũ proximo ſuo nõ cogitet in cordib⁹ ueſtris: & iuramẽtum mendax ne diligatis: quia

D *Gene.18.c* *2.Tim.2.c* *Gal.4.a* *Mat.18.d* *Epbe.4.f* *Ibid.* *Mat.5.a*

portis uestris, illi prophetico congruit: Oderunt in portis corripientem: & uerbum sanctum abominati sunt. Et in alio loco: Non confundentur cum loquentur inimicis suis in porta. Dauid quoq; iudicabat in portis, quando Absalon ueritatem iudicij repromittens, patri tẽdebat insidias. Et quæritur quare apud Iudęos in portis locus fuerat iudicandi: Ne cogerẽtur agricolę intrare urbes, & aliquod subire dispendium, iudices in portis residebant: ut tam urbanos quàm rusticos in exitu et introitu urbis audirent: & finito negocio, unusquisque confestim ad sedes proprias reuerteretur. Et malum, inquit, contra amicos uestros, ne cogitetis in cordibus uestris רַעָה quod omnes uoce consona κακίαν, id est, maliciam interpretati sunt, dupliciter accipere possumus: & pro afflictione, & pro malo. Pro afflictione: Si est malicia in ciuitate quã dñs non fecerit. Et: Sufficit diei malicia sua. Pro malo in Iona propheta loquit̃ deus: Ascendit clamor maliciæ eorũ ad me. Et in Apostolo legimus: Repleti omni iniquitate & malicia. Vtroq; igitur modo nec affligit amicũ suum, nec malum aduersum eum cogitat in corde qui sanctus est. Et iuramẽtũ, ait, mendax ne diligatis: Præcipiente dño in euãgelio: Ego autẽ dico uobis ut non iuretis penitus: sed sit uester sermo, est est, nõ nõ: qui enim non iurauerit, nũq; poterit peierare. Qui iurat, audiat illud qđ scriptũ est: Non assumes nomẽ domini dei tui sup re uana. Omnia hæc sunt quæ odi, dicit dominus: iuxta Malachiæ uerba dicentis: Et omnia quę oderã faciebatis. In præceptis quæ ad uitam pertinẽt & sunt perspicua, non debemus quęrere allegoriã: ne iuxta Comicũ, nodũ quæram⁹ in scirpo. *a* ¶ Et factum est &c.] Ad id quod supra Sarasar, Regem melech per legatos quęsierant: utrũ in mense quinto & in mense septimo, sicut habetur in Septuaginta, ieiunare deberent & plangere: an post ædificationem templi finire ieiunium, luctũq; deponere: Multis in medio positis quæ facerent, & quę sperarent: ex persona domini propheta respondit: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi, ἀπὸκοινῦ enim subauditur mensis, domui Iuda & Hierusalẽ in dies festos uertetur & gaudium: Veritatem tantũ deus quęrit & pacẽ. In hoc loco nostrorũ multi multa dixerũt & inter se dissonãtia. Quidã obscuritatem silẽtio professi, quasi profundissimam foueam in commentarijs transierunt: rectius arbitrantes nihil omnino cũ parũ dicere. Cogimur igitur ad Hebræos recurrere, & scientiæ ueritatem de fonte magis quàm de riuulis quærere: præsertim cum non prophetia aliqua de Christo, ubi tergiuersari solẽt, & ueritatem cælare mendacio: sed historiæ ex precedentibus & consequentibus ordo texatur. Ieiuniũ quarti mensis, qui apud Latinos uocatur Iulius, die septima & decima eiusdem mẽsis, illud arbitrantur: quando descẽdens Moyses de mõte Sina tabulas legis abiecerit atq; confregerit: & iuxta Hieremiã muri primũ rupti sint ciuitatis. In quinto mense qui apud Latinos appellat̃ Augustus: cũ propter exploratores terræ sanctæ seditio orta esset in populo, iussi sunt montem non ascẽdere: sed per quadraginta annos longis ad terram sanctã circuire dispendijs: ut exceptis duobus Chaleb & Iosue, omnes in solitudine caderent. In hoc mense & à Nabuchodonosor, & multa post secula à Tito et Vespasiano, templum Hierosolymis incensum est atq; destructum: capta urbs Bethel ad quam multa milia cõfugerãt Iudæorũ: aratum templum in ignominiam gentis oppressæ à Tito Annio Rufo. In septimo uero, qui apud nos appellatur October, sicut supra diximus, occisus est Godolias; & Iudę tribus ac Hierusalem reliquiæ dissipatæ. Legamus Hieremiã. Mẽse decimo, qui apud nos Ianuarius dicit̃: eo quod ianua anni sit atq; principium: Ezechiel in captiuitate positus audiuit & cũctus populus captiuorũ, quinto mense templum esse subuersum: quod plenissime in eodem propheta cognoscimus. Hoc est igitur omne quod dicitur: Dies plãctus & ieiuniorum quos hactenus habuistis in luctum, sciatis uobis quia cogitaui ut benefaciam Hierusalem & domui Iuda, in læticiam & gaudium & solẽnitates esse uertendos: ita duntaxat si ueritatem diligatis & pacem. Iuxta ἀναγωγὴν: quia tũc ieiunamus, quã do sponsus aufertur à nobis, & nõ meremur eius habere prẽsentiam: cum reuersus fuerit dominus ad nos, & cogitauerit ut benefaciat nobis: omnis tristicia uertetur in gaudium: & fames pristina sermonis dei prẽsentia doctrinarũ eius, & cœlestis panis saturitate pensabitur. *b* ¶ Hæc dicit &c.] Ieiunium quarti, & quinti, & septimi, & decimi mensis in solennitates optimas commutabitur: intantum ut ciuitates Iudææ quæ prius desertæ erãt, frequẽti habitatore celebrentur: & una ciuitas pergat ad alteram: & se mutuo cohortentur & dicant: Quia per hos septuaginta annos uiæ Sion luxerãt, eo

HEB. omnia enim hæc sũt quę odi, dicit dñs. Et fãctũ est uerbum domini exercituũ ad me, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi, erit domui Iuda in gaudium, & in læticiam, & in solennitates præclaras: ueritatem tantum & pacem diligite. Hæc dicit dominus exercituum: usquequo uenient populi

SEP. quia hæc omnia odi, dicit dominus omnipotẽs. Et factus est sermo domini omnipotentis ad me, dicens: Hæc dicit dñs omnipotens: Ieiunium quartũ, & ieiuniũ qntũ, & ieiuniũ septimũ, & ieiuniũ decimũ, erũt domui Iuda i gaudiũ & in lęticiã, & i festiuitates bonas: (hoc eñ Hebraice dicit̃ טֹבִים id est, ἀγαθὰς.) & lętamini & ueritatẽ & pacẽ diligite. Hęc dicit dñs ọ̃nipotẽs: adhuc ueniẽt populi

Amos.5.c
Psal.129.a
2.Re.19.b
Mat.5.c
Exo.20.b
Ionæ.1.d
Rom.1.d
Exo.32.f
Hiere.52.b
4.Re.25.g
Hiere.39.b & 41.a
Ezech.33.e
Hiere.52.c

A quod nō eſſet qui iret ad ſolennitatē: omnes portæ eius deſertæ, & ſacerdotes illius gementes: Nunc pace reddita, pergamus Hieruſalē: in qua lege præceptum eſt, ut uictimas immolemus: & ter in anno omne maſculinum noſtrum appareat in cōſpectu domini: & dicēte altera ad alterā: Eam⁹ et deprecemur faciē dñi, & quæramus dominum omnipotentē. Reſpondebit altera ciuitas: Vadā etiā ego: quo tēpore uenient populi multi & gētes innumerabiles & robuſtæ, ut ſacrificia in Hieruſalem offerāt domino exercituū, & deprecēt faciem eius. Appropīquat enim dominus his qui non tentant eū: & oſtendit faciē ſuam his qui nō ſunt increduli. Qui uiderit filiū, uidet & patrē: & imago eſt dominus ſaluator dei

B inuiſibilis: nō quod filius uiſibilis ſit, & inuiſibilis pater, ſed quod filio nomināto ſentiat pater. Ne quaquam enim pater ſi non habet filium. Vnde &

Ioan.17.a ipſe loquitur in euāgelio: Pater, manifeſtaui nomē tuum hominibus. Quod de Hieruſalem & Zorobabel ſiue poſt Zorobabel diximus, rectius & plenius refertur ad Chriſtum, & Hieruſalem quæ intelligitur eccleſia: & tunc de terrarum toto orbe & populos & gentes ad offerenda in templo domini ſacrificia concurſuras. Perſecutionis quoq; tempore ut ante perſtrinximus: magiſtri & ſacerdotes eccleſiæ audacter captiuis & credentibus repromittant: quod rurſum ædificandæ ſint προοιμίαι, & pacis reddenda tranquillitas: & in eccleſijs facies domini deprecanda. Manifeſta tranſcurrimus, ut in obſcurioribus immoremur. a ¶Hæc dicit &c. ] Quidā ex Iudæis hæc ſub Zorobabel & poſt Zorobabel dicunt eſſe completa. Alij in futurum tempus differunt, quando Chriſtum ſperant eſſe uenturum. Nos autem in aduentu domini ſaluatoris, quādo de Maria natus eſt uirgine: & rectius & ue-

Zach.8.d rius intelligimus. Denicq; ſcriptum eſt: Vſq; quo ueniant populi? Quando dicitur, uſq; quo: nō de præſenti tempore ſignificat, in quo erant Zorobabel & Ieſus: ſed de futuro, quando uenient populi multi & gentes robuſtæ, ut quærant dominum exercituum in Hieruſalem, & deprecentur faciem domini. In illo igitur tempore & in illis diebus, apprehēdēt decē homines ex omnibus linguis gētium fimbriā uiri Iudęi, dicētes: Ibimus uobiſcū: audiuimus C enim quoniā deus uobiſcū eſt. Et in Eſaia legimus: Eſa.4.a Apprehendent ſeptem mulieres uirum unū, dicentes: Panē noſtrū comedemus, & ueſtimētis noſtris operiemur: tantū uocetur nomē tuū ſuper nos: aufer opprobriū noſtrū. Quę igitur ibi ſeptē mulieres appellantur, id eſt, eccleſiæ: quarū numerus et in Paulo apoſtolo cōtinetur: ad ſeptem enim ſcribit eccleſias: ad Ro. ad Corinthios: ad Galatas: ad Epheſios: ad Philippēſes: ad Coloſſenſes: ad Theſſalonicēſes. Et in Ioannis Apoca- Apoc.1.d lypſi i medio ſeptē cādelabrorū, id eſt, eccleſiarū, Epheſiorū, Smyrnenſium, Pergamenorum, Thyatirenorū, Sardenſium, Philadelphienſiū, Laodicenorum: uarietate et auro puriſſimo do- D minus accinctus in greditur: nūc in prophęta Zacharia de cē nominātur, quas requiſiuit & dominus: ut ſi inueniſſet in Sodomis & Gomorris, Adama & Seboim, eas de interitu liberaret. Iota enim litera, ex qua ſumit nomen ſaluatoris exordiū: nō ſolū apud Grecos, ſed & apud Hebræos, denarium numerū ſignificat. Et hoc myſtico ſermone monſtratur, quod omnes qui cēſentur uocabulo Chriſtiano, quos & dominus ſeptē 3.Reg.19.d milia tempore perſecutionis Hiezabel & fugæ Heliæ reliquiſſe ſe dicit: qui nō curuauerūt genua ante Baal: & in menſuram uiri perfecti uenerint, ex omnibus linguis & nationibus: apprehendent fimbriā uiri Iudæi, id eſt, domini ſaluatoris: de quo & in pſalmis dicitur: Iuda rex meus. Et: Iudas, te lau- Pſal.59.a dabūt fratres tui. Et rurſum: Nō deficiet princeps ex Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec ueniat cui repoſitū eſt: & ipſe erit expectatio gentiū: Erit enim radix Ieſſe: & qui exurrexerit ut dominetur Eſa.11.a gētibus, in ipſo gētes ſperabūt. Cūq; apprehenderint eū, cupient eius hærere ueſtigijs: quoniā deus cū eo ſit. Vel certe ex omnibus linguis & nationibus quicūq; crediderint, apprehendēt uirū Iudæū: apoſtolos qui ex Iudæis ſunt, & dicēt: Eamus uobiſcū: audiuimus enim per prophetas, & omnium ſcripturarū uoce cognouim⁹, quod dei filius Chriſtus deus & dominus ſit uobiſcū. Vbi manifeſtiſſima prophetia eſt: & de Chriſti atq; apoſtolorum eius prædicatur aduentu, & fide uniuerſarum gentium

HEBRE. puli & habitent in ciuitatibus multis: & uadant habitatores unus ad alterum, dicentes: Eamus & deprecemur faciem domini: & quæramus dominum exercituum. Vadam etiam ego & uenient populi multi: & gentes robuſtæ ad quærendum dominum exercituum in Hieruſalem, & deprecandum faciem domini. Hęc dicit dōminus exercitum: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gētium: & apprehendent fimbriam uiri Iudæi, dicentes: Ibimus uobiſcū: audiuimus enim quoniam deus uobiſcum eſt. Ca.IX Onus

SEPT. puli multi & habitatores urbium multarū: & congregabunt qui habitant ciuitates in una ciuitate, dicentes, Eamus ut deprecemur faciem domini, & quæramus uultum domini omnipotentis. Vadā etiam ego, & uenient populi multi & gentes pluri-mæ, ut quærant faciem domini omnipotentis in Hieruſalem, & ut deprecentur faciem domini. Hæc dicit dominus omnipotens, In diebus illis ſi apprehenderint decē uiri de omnibus linguis gentium, & tenuerint fimbriam uiri Iudæi, dicentes, Ibimus tecū, quia audiuimus quod deus uobiſcum eſt. Cap. IX Aſſumptio

A tium,nihil amplius requiramus. Quod autem numerum ſeptem milium ad Chriſtianorum nomen diximus pertinere: ſupputa Græce ἑπτακις χιλίους χριστιανούς, & eundem numerum ſummamq; reperies: id eſt, mille nongẽtos quadragintaſex. Sed & parabolam decem uirginũ in euãgelio quas in sẽsibus carnis & ſpiritus interpretamur, ſi oleum bonorum operum ſuis lãpadibus præpãrarint, & quinarium numerũ duplicauerint: ut ſint ſanctæ (iuxta Apoſtolũ) corpore & ſpiritu: ad huius numeri referũt ſacramẽtũ. Decem quoq; ciuitates quas qui corporis sẽſus optime gubernarit, numero duplicato accipiet in futurũ. Ca. IX

Mat.25.a

Luc.19.c

ONus uerbi domini in terra Hadrach, & Damaſci requiei eius: quia domini eſt oculꝰ hominis & omnium tribuũ Iſrael. Hamath quoq; in terminis eius & Tyrus & Sidõ, aſſumpſerũt quippe ſibi ſapientiam ualde. Et ædificauit Tyrus munitionẽ ſuã, & coaceruauit argentum quaſi humum, & aurũ ut lutum platearum. Ecce dominus poſſidebit eã, & percutiet in mari fortitudinẽ eiꝰ: & hæc igne deuorabit.

Videbit

B Onus uerbi domini in terra Hadrach &c.] Omnis hęc uiſio ſiue põdus et onus uerbi domini, ut interpretatus eſt Aquila: ad uocationem gentiũ & extructionẽ eccleſiæ pertinet. Et eſt ordo uerborũ: Aſſumptio uerbi domini, acuti in peccatores, mollis in iuſtos חַדְרָךְ quippe hoc reſonat ex duobus integris nomen compoſitum חַד acutũ דְךָ molle tenerumq; ſignificãs: & nõ ut male à quibuſdam legitur, Sedrach. Quidam referũt Hadrach ad populum Iudæorũ: Damaſcũ ad uocationem gentiũ. Vnde põdus ſiue aſſumptio uerbi domini ſit in terra Hadrach, ſuper quã & auſteritatẽ ſuã dominus exercuit & clementiã. Auſteritatẽ in eos, qui credere noluerunt: clemẽtiam in illos, qui cum apoſtolis ſunt reuerſi. Damaſcus autem proprie requies domini eſt: iuxta illud quod ſcriptum

Eſa.8.4

eſt in Eſaia: Et erit requies eius honor. Siquidẽ anteqũ ſciret puer eligere bonum aut malũ, et uocare patrẽ & matrẽ, accepit uirtutem Damaſci & ſpolia Samariæ. Vnde & Damaſcus in linguã noſtrã uertitur, ſanguinem bibẽs, aut ſanguis cilicij: ut prior interpretatio cruentum populũ ſignificet: ſecũda crudelitati eius pœnitentiam copulatam. Quodq; ſequitur: Quia domini eſt oculus hominis & omnium tribuum Iſrael: ſic ediſſerunt: Idcirco templũ dei de utroq; populo conſtruendũ eſt: id eſt, & de terra Hadrach & de Damaſco requie eius: quia domini eſt, quicunq; & de gentibus reſpicit deum, & ſperat in eum & de cunctis tribubus Iſrael. Siue iuxta Lxx. quia dominus æqualiter cunctos homines reſpicit & uniuerſas tribus Iſrael. Dicamus & aliter: In terra Hadrath onus uerbi dñi eſt & pondus grauiſſimum. In Damaſco autem uictimæ eius & ſacrificium: quia dominus & gentium fidem & circunciſionis perfidiam abſq; acceptione ulla reſpicit perſonarum, & eſt æqualiter omnium deus: C
alij ſententiæ ſuæ graue pondus imponẽs, & in alterorũ ſede requieſcens. Iudæi hæc omnia in aduentu Chriſti quem ſibi ultimo tempore repromittũt, dicunt eſſe complenda: ut & terra Hadrach et Damaſcus & Hamath & Tyrus & Sidon & Aſcalon & Gaza, Accaron quoq; & Azotus & Philiſtĩ, potẽtiſſimo regi colla ſubmittãt, et ei ſeruiãt habitãti in Hieruſalem: nullusq; audeat eleuare contra Iſrael manũ, pacatis omnibus per circuitum. Quæ nos uniuerſa ſpiritualiter in aduentu domini & in eccleſia eius tranſacta conuincimus. a ¶ Hamath &c. ] חֲמָת quæ interpretatur χόλος, id eſt, indignatio: ipſa eſt quę

A Sſumptio uerbi dñi in terra Hadrach & Damaſci ſacrificiũ eius: qa dominus reſpicit homines & omnes tribus Iſrael. Emath in finibus eius Tyrus & Sidon, quoniam ſapientes fuerũt nimis: & ędificauit Tyrus munitionem ſuam: & congregauit argentum ut humum, & aurum ut lutum uiarum. Propterea dominus poſſidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius: & ipſa in igne cõcremabit.

Videbit

ab Antiocho ἐπιφανῆ, Epiphaniæ nomen accepit: & nunc Syriæ cœles eſt ciuitas. Et hæc igitur D
& Tyrus & Sidon erunt in terminis Damaſci, ſiue in terminis terrę Hadrach, ut credant in dominum ſaluatorem: cui à patre dictũ eſt: Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Huius Tyri filiæ, id eſt, animæ Chriſto credentium deferent regi munera: ut impleatur quod ſcriptum eſt: Adorabũt eum filiæ Tyri in muneribus. Cumq; urbs dei eccleſia fuerit extructa: de qua pſalmiſta decantet: Gloriosa dicta ſunt de te ciuitas dei: ſtatim ſequentur & cætera: Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopũ, iſti nati ſunt ibi. De alienigenis in duobus pſalmis dicitur: Mihi alienigenæ ſeruiunt, ſiue ſubiecti ſũt. De Aethiopibus in propheta legimus Sophonia: Trans flumina Aethiopiæ inde ferent dona mihi. Et ĩ pſalmo: Aethiopia prẽueniet manus eius deo. De Tyro autem euangeliũ loquitur: Væ tibi Chorozaim, uæ tibi Bethſaida: quoniam ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent uirtutes quæ factæ fuerunt in uobis: olim forſitan in ſacco & cinere pœnitentiã egiſſẽt. De Tyri & Sidonis finibus illa mulier Chananæa Syrophœniſſa, cuius filia male ſe habebat à dæmonio, occurrit domino ſaluatori: et Tyriorum ac Sidoniorum fidei primitias dedicauit: ut quæ tẽpore Chriſti non crediderant, quia necdum uiderant ſigna atq; uirtutes, poſtea uiderent per apoſtolos & crederẽt: eſſentq; beatitudinis illius compotes quam dominus repromittit, dicens: Beatiores qui non uiderunt & crediderunt. Tyrus autẽ Sidon, quarum altera στενοχή, id eſt, anguſtia: altera θήρευμα, id eſt, uenatio interpretatur: intantum ſibi ſumpſere ſapientiam, ut ſophiſmatibus ſuis &

Pſal.2.b

Pſal.44.c

Ibi.86.a

Ibi.86.b

Sopho.3.b

Pſal.67.g

Mat.11.c

Mat.7.e

Ioan.20.g

A dialecticorum retibus & σαρκὶν texturis: quas munitiones ſcriptura commemorat: proponeret ænigmata Salomoni, id eſt, regi pacifico: & argentum ſuum, nitorem uidelicet eloquentiæ: & aurum, ſenſuum calliditatem, inſtar pulueris & luti quod in plateis ac uijs eſt congregaret: ut regnum idololatriæ quod munierat, poſſideret. Sed aduerſus has 2.Cor.10.b munitiões Apoſtolus loquitur: Nam arma militię noſtrę non ſunt carnalia: ſed potẽtia deo, ad deſtructionem munitionũ: cogitatiões deſtruentia, & omnẽ altitudinem extollentẽ ſe aduerſum ſciẽtiam dei. Et ſub perſona Niniue, quæ interpretatur ornata uel pulchra: Nihil enĩ mundo ornatius eſt: dei per prophetam cõ-
B tra mũdi homines ſermo dirigit: Et tu inebriaberis, eriſq; deſpecta: & quęres auxilium ab inimico: omnes munitiones tuæ ſicut ficus cum groſſis ſuis: ſi concuſſæ fuerint cadent in os comedentis. Et Tyrum igitur & Sidonem dominus poſſidebit, cum ante percuſſerit fortitudinem earum in ſalſiſſimo & amariſſimo mari huius ſeculi: & ne quid in eis priſtinæ remaneat ſapientiæ, id eſt, tumentis ſtulticiæ: per quam ſibi imbecillas munitiones, & argentũ & aurum luto ſimilia compararunt: igne eas excoquet & mundabit ad purum: de quo ſaluator loquitur in euangelio: Ignem ueni mittere ſuper terram, & quàm Luc.12.f uolo ut ardeat: iuxta illud quod in Marco ſcriptum Mar.9.g eſt: Omnis igne ſalietur. a ¶ Videbit Aſcalon & timebit &c.] Aſcalon interpretatur, ignis ignobilis, ſiue ponderata: Gaza, fortis, aut imperium: Accaron, ſterilis, ſiue eradicata: Azotus, quæ Hebraice dicitur אשדוד ignis generans, aut ignis patrui, uel ignis mammillæ. Iebuſæus cõculcatam ſonat. Nominum expreſſimus etymologiam, ut ſenſum breuiter percurramus: Videns Aſcalon & Gaza & Accaron quod Hamath eſſet in finibus Damaſci: & Tyrum & Sidonem, poſtquàm percuſſæ ſunt in circuitu: & omne earum fœnum, ligna, & ſtipulam incendio cõflagrauit, poſſeſſas eſſe à domino: & ipſæ timore ac dolore & confuſione perterritæ, cœperunt ſperare meliora. Denique aſcalõ, in qua erat prius diabolus ignis ignobilis: & uſq; ad menſuram ac pondus uenerat peccatorum, pauore cõtremuit: eo quòd habitatores habere deſiuerit. Et C. gaza doluit nimis, agens pœnitudinem ſcelerum priſtinorum: quæ quondam fortis ac dura fuerat indomabilis: & ſibi regnum omnium promittebat: eo quod rex eius & princeps, ſermo contrarius & poteſtas inimici, ſuum perdidiſſet imperium. Accaron quoq; ſterilis, quia abſque lege & notícia dei filios non habebat: eradicata eſt. In greco ſic ut audiret illud propheticum: Lætare ſterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non partu ris: quoniam plũres filij deſertæ magis quàm eius quæ habet uirum. Cumq; Aſcalon & Gaza & Accaron fuerint perterritæ & doluerint: eo quod uel habitatores nõ habuerint, uel regemperdiderint, uel ſpes D eas fruſtrata ſit priſtina: alienigenæ ſedebunt in Azotõ, ubi ignis generat: quem dominus mi ſit ſuper terram, & ardere deſiderat. Ipſe enim baptizat in ſpiritu ſancto & igne: ubi fratruelis & patruus eſt ἀδελφιδὸς καὶ παράδελφος. Quem in canticocanticorum Cant.1.d ſponſa deſiderat: ubi ignis mammillę eſt & largiſſimi uberis: de quo in eodem Cantico legimus: In medio uberum meorum cõmorabitur. Et in Apoſtolo: Lac uobis potũ dedi nõ eſcam. Pro eo quod 1.Cor.3.d nos iuxta Lxx. diximꝰ: Ἐκατοικήσουσιν ἀλλογενεῖς ἐν ἀζώτῳ, id eſt, & habitabunt alienigenæ in Azoto: in Hebræo legitur, habitabit uel ſedebit, בְּאַשְׁדּוֹד in Azoto: pro quo nos poſuimus: & ſedebit ſeparator in Azoto. Separatorẽ dominum intellige: qui frumentum à paleis ſeparet, & piſces bonos à piſcibus malis: & argentum & aurum à ſordibus ſcoriaq; diſcernet. Cumq; hoc fecerit, promittit & cætera: Diſperdam iniuriam uel ſuperbiam Philiſtinorum. Pro quibus Lxx. alienigenas, id eſt, ἀλλοφύλων tranſtulerunt. Philiſtim interpretantur in lingua noſtra, cadentes poculo: quod de calice bibérint Babylonis, & inebriati corruerint. Hi itaque tempore uocationis gentium & aduentus Chriſti non habebunt ſuperbiam, ſed humilem & manſuetum ſequentur Ieſum. Et auferet de ore eorum ſanguinẽ: uerba blaſphemiæ, & abominationes, idolorum cultum, & eſum eorum que immolata ſunt idolis, de medio dentium eorum: ut poſtquam hęc ablata fuerint, ipſi Philiſtim, hoc eſt, alienigenæ re-

HEBR. Vidèbit Aſcalon & timebit, & Gaza, & dolebit nimis, & Accaron, quoniam confuſa eſt ſpes eius, & peribit rex de Gaza, & Aſcalon non habitabitur. Et ſedebit ſeparator in Azoto, & diſperdam ſuperbiam Philiſtinorum, & auferam ſãguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentiũ eius, & relinquetur etiam ipſe deo noſtro, & erit quaſi dux in iuda, & Accaron quaſi Iebuſæus. Et circundabo domum meam ex his qui mihi militant, euntes & reuertentes, & non tranſibit ſuper eos ultra exactor, quia nunc uidi in oculis meis.

Exulta

SEP. Videbit Aſcalon & timebit: & Gaza, & dolebit nimis, & Accaron, quoniam confuſa eſt † de ſpe ſua, & peribit rex de Gaza & aſcaló nõ habitabit. Et habitabunt alienigenæ in Azoto, & deſtruã iniuriã alienigenarũ & auferã ſanguinẽ eorꝫ de ore illorũ, & abominationes eorum de medio dentiũ illorũ, & remanebunt & iſti deo noſtro, & erũt ut χιλίαρχος, id eſt, tribunus in Iuda, & Accaron ſicut Iebuſæus. & ponam in domo mea eleuationẽ, ut nemo pertranſeat ſiue reuertat, & nequaquàm ſuperueniat eis ultrà abactor & eminãs, quia nunc uidi in oculis meis.

Gaude

A linquantur domino: & ſit dux in Iuda, id eſt, in populo dominũ confitẽte: ut prior populus qui erat in capite, uertatur in caudã, & nouiſſimus qui erat cauda, in caput tranſeat: & Accaron ſterilis quondam: & idcirco eradicata, ſit quaſi Iebus, id eſt, quaſi Hieruſalem. Hæc enim ciuitas tribus nominibus appellatur: Iebus, Salem et Hieruſalem. Et cir/cũdabo, inquit, domum meam, hoc eſt, eccleſiã, ex his qui militant mihi, id eſt, ex his qui mihi ſeruiunt in uarijs miniſterijs: & ad meum imperiũ huc illucq; diſcurrũt, eũtes & reuertentes: Siue circũdabo domum meã angelorum præſidio: de quibus & in alio loco ſcriptum eſt: Immittet angelus dominí in circuitu timentium eum & eripiet eos: ut nõ ſit qui uadat & B reuertatur: hoc eſt, qui inſidias meo populo moliatur. Nec trãſibit ſuper eũ ultra exactor: de quo Eſa.14.b dicit Eſaias: Ceſſauit exactor: uel certe ἀφελαύνων id eſt foras educens & uinctos in captiuitatem trahens: quia oculis ſuis, quos prophetas & omnes ſanctos intelligere poſſumus: uidit dominus uocationem gentium & eccleſiæ ſecuritatẽ. a ¶ Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem, ecce rex tuus ueniet tibi, iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam &c. ] Hanc prophetiam euangeliſtæ ſcribunt eſſe completam, quando dominus ingreſſus eſt Hieruſalem, ſedens ſuper aſinam & pullum aſinæ: & puerorum cum palmarũ ramis occurrit turba, clamantium: Benedictus qui uenit in nomine domini: oſanna in excelſis: & increpantibus phariſæis cur nõ corriperet clamãtes pueros: Reſpõdit: Non legiſtis: Ex ore infantium & lactẽtium perfeciſti laudem? Exultat ergo Sion & iubilat Hieruſalem: una atq; eadem ciuitas: Siõ enim arx eſt Hieruſalẽ: quia uenit ei rex ſuus, qui omnium prophetarum uaticinijs repromiſſus eſt: Iuſtus & ipſe ſaluator, id eſt, Ieſus: ſicut angelus interpretatus eſt, loquens ad uirginem: Et uocabitur Ieſus: quia ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis ſuis. Pauper quoq;, ſiue ut Lxx. tranſtulerũt, mãſuetus: qui cum diues eſſet, pro nobis pauper factus eſt: & dicit in euangelio: Diſcite à me, quoniam mãſuetus ſum & humilis corde. Et aſcẽdens ſuper aſinam ſubiugalem, ſiue ſuper pullum nouũ: utrumq; uidelicet populum, circunciſionis & præputij: quorum prior grauiſſimum legis portauerat Act.15.c iugum: ſicut in Actis apoſtolorũ ſcriptum eſt: Nec nos nec patres noſtri potuerunt portare graue le/

pſal.33 Mat.21.d Pſal.8.a Zach.9.b Luc.1.c Mat.11.d

HEBREI. Exultã ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem: ecce rex tuus ueniet tibi, iuſtus & ſaluator: ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam & ſuper pullum filium aſinæ. Et diſperdam quadrigam ex Ephraim & equum de Hieruſalem: & diſſipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus: & poteſtas eius à mari uſque ad mare, & à fluminibus uſque ad fines terræ. Tũ quoque in ſanguine

SEPTVAGINTA. Gaude uehementer filia Sion: prędica filia Hieruſalem: Ecce rex tuus ueniet tibi iuſtus & ſaluans, ipſe manſuetus & aſcendens ſuper ſubiugalem & pullum nouum, & diſperdet quadrigas ex Ephraim & equum de Hieruſalem, & diſperdet arcus pugnantium & multitudinem, & pacem ex gentibus, & dominabitur ab aquis uſque ad mare, & à fluminibus uſque ad exitus terræ. Et tu in ſanguine

Gal.5.a

lolatriæ eliſus atq; confractus, domini ſeſſione didicit ambulare & rectam uiam ingredi. Et diſpdã, inquit, quadrigam ex Ephraim. Adhuc ex dei patris perſona dicit: q; quadriga ſiue currus ex Ephraim pereat, & equus de Hieruſalem. Et interim ſecundum literam hæc loquitur: Nõ erunt prælia: õnibus Chriſti aduẽtu & natiuitate pacatis. Porrò ſecũdũ altiorẽ intelligẽtiã, Ephraim refert ad hęreſum multitudinem, quę interpretatur κάρπωσις: id eſt, ubertas & frugum abundantia: de quibus ſcriptum eſt in ſeptuageſimoſeptimo pſalmo: Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli. De his quadrigis & curribus legimus: Hi in curri P pſal.19.b bus & hi in equis, nos autem in nomine domini dei noſtri inuocabimus: ipſi obligati ſunt & ceciderũt, nos autem ſurreximus & erecti ſumus. Equus qui diſperdit de Hieruſalẽ, ille eſt de quo legimus: Fal/ Pſal.32.d lax equus in ſalutem. Et in Hieremia, qui luxuriæ Hiere.5.c uacabãt & libidini, audiũt: Equi inſanientes in fœminas facti ſunt mihi: unuſquiſq; ad uxorem proximi ſui hinniebat. Vnde reuocanť ad pœnitudinẽ, dicente pſalmographo: Nolite fieri ſicut equus & mulus in quibus non eſt intellectus. Cũq; diſperderit deus currus Ephraim et equũ de Hieruſalem: qui de iſtiuſmodi equis et curribus fuerint liberati, transferentur in dñi ſeruitutẽ, & efficientur cherubim: & de ipſis dicetur: Currus dei decẽ miliũ multiplex, milia lætantium. Et: Equitatui meo in curri/ Ibi.67.d bus Pharaonis aſſimilaui te proxima mea. Et: Aſcẽ Can.1.c de equos tuos, & equitatio tua ſalus. Diſſipabitur arcus belli, ut nõ mittanť ignita iacula, quæ uoluptuoſorũ poſſint corda pcutere. Et loqueť pacẽ gẽtibus: de qbus ſcriptũ eſt: Ipſe erit expectatio gen/ Gene.49.b tiũ. Et rurſũ: Sup ipſũ gẽtes ſperabunt. Et poteſtas eio à mari uſq; ad mare, et à fluminibo uſq; ad fines terræ. Hoc non eſt extenuandũ per allegoriam, ſed credẽdũ uere eſſe cõpletũ, ſecũdũ illud qđ legimus: Poſtula à me & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & P pſal.2.b poſſeſſionẽ tuã terminos terrę. In ſeptuageſimo q/que primo pſalmo ſub pſona Salomonis et ueri pacifici dicit: Et domiabit à mari uſq; ad mare, & à flumine uſq; ad terræ terminos. a ¶ Tu quoq; &c. ]

אפרים D

A Postquam sermo prophetæ, imò ipse deus pater omnipotens, nunciauit Sion & Hierusalem quod ueniret ad eas rex suus mitis, & ascendens super asinam subiugalem, & pullum asinæ: & potestas eius esset futura à mari usq; ad mare, & à fluminibus usq; ad terminos terræ: facit apostropham ad ipsum Christum, de quo uaticinium est, & loquitur: Tu quoque in sanguine testamenti siue pacti tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo nõ est aqua. Quod ita intelligit: In sanguine passionis tuę eos qui uicti in carcere tenebantur infernit: in quo nõ est ulla misericordia, tua clementia liberasti. Denique postquàm dominus resurrexit, hi qui peccatis Adam: siue, ut quidam uolunt erroris inoliti, ac mortis uinculis tenebantur: resurrexerũt cum eo, & apparuerunt in sancta ciutate. De hoc
B sanguine testamenti, & ipse futuram indicans passionem, ad discipulos loquebatur: Accipite & bibite ex hoc omnes: hic est enim calix noui testamenti in sanguine meo. In huius præfigurationem lacus qui non habet aquas: & Ioseph à fratribus missus est in lacũ: & Daniel & Hieremias à Chaldęis & populo Iudæorum: Banaias quoque tempore niuis & frigoris descendit in lacum, ut ibi leonem interficeret. Hieremias autem non in aquam laci, sed in lutum cœnumq; laci demergitur: quod posset suffocare magis quàm refrigerare sitientem.

Mat.26.b

Dan.6.c

Vnde in psalmo scribitur: Infixus sum in limum profundi, & non est substantia. In hoc lacu inferni morabat̃ diues ille quõdã purpuratus: cuius lingua magniloqua pœnarũ exurebat̃ incendijs: & intantum non habebat ulla aquarum refrigeria, ut extremi digiti pauperis tincti in aqua refrigerium postularet. Rursumq; ad ipsos qui uincti erant, & Christi misericordia liberandi sermo dirigitur: Conuertimini ad munitionẽ uincti spei. Et est sensus: Qui nunc uincti estis & immiti atque terribili inferno tenemini: qui solutionem uinculorum in Christi speratis aduentu: conuertimini ad munitionem, siue sedebitis in munitione: de qua scriptum est: Munimentum sancti timor domini: ut possitis dicere:

Psal.68.a

Psal.59.a

Esto mihi in deum protectorem, & in locum munitum, ut saluum me facias: & de uobis quoque propheta commemoret: Ecce ciuitas firma, & salutare nostrum ponet murum & antemurale. Hãc autem munitionem ad quam deus cohortatur uinctos spei, siue uinctos sperantes ecclesiæ: non aliam debemus accipere nisi habitationem paradisi: in quam primus cum domino latro ingressus est: et idcirco per Zachariam prouocantur ad munitionem: quia iam tũc & ex illo tempore dominus promittebat, ut pro breui tribulatione, æterna reciperent præmia. Siue ut in Lxx. legitur: pro una die peregrinationis tuæ, duplicia reddam tibi. Ad comparationem enim ętternitatis: omne quod patimur in mundo una dies appellanda est: non habitationis, sed peregrinatiõis. Quia aduenæ sumus & peregrini sicut omnes patres nostri. Nam in presẽti momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplãtibus quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna. a ¶ Quoniam extendi mihi Iudam &c.] Hoc Iudæi ad Machabæorum tempora referunt: qui uicere Macedonas: & sordidatum templum
D idolatria, post trium & semis annorum spacium mundauerunt. Quodq; sequitur: Quasi arcum impleui Ephraim: eos significari existimant, quide decem tribubus quæ appellantur Israel, uenerãt sub Ezechia: quibus etiam Iosias regnasse memoratur: ita dũtaxat ut prius testimonium aliter quàm nos explanauimus interpretentur & dicant: O Christe quem speramus esse uenturum: & qui regnaturus es in uniuersis terminis terræ: in sanguine testamenti tui quo consperssam Hierusalem, iuxta Ezechiel in suo sanguine reperisti: & inisti pactum cum Abraam in diuisionibus uituli & arietis et hirci: dimisisti populum tuum Israel de captiuitate & camino Chaldæorũ, in quibus nulla erat misericordia: Propterea & uos ò Israelitæ qui uincti eratis: & sperabatis in domino, reuertemini ad munitissimam Hierusalem: quoniã hodie uobis habetis dominum pollicentem: quod pro breui captiuitatis iniuria, duplicata omnia recipiatis: sicut recepisse legimus & Iob. Iuxta tropologiam hic locus explanari sic potest: Extenditur Iudas in arcu, cum dominus atque saluator à patre in hunc mundum mittitur, qui ipse est & arcus, & sagittarius & sagitta. Arcus, ut in presẽti loco. Sagittarius, ut in xliij. psalmo: Sagittæ tuæ acutæ potentissime: quibus qui fuerit uulneratus, dicit: Vulneratus charitate ego sum. Sagitta uero ipse est, qui loquitur per Esaiam: Posuit me sicut sagittam electam: & in pharetra sua abscondit me. Sagitta electa, uerbum dei est: pharetra in qua sagitta absconditur, dispẽsatio carnis assumptæ. Hac impletur Ephraim, ut cum armatus fuerit & paratus ad bellum: & ipse cum gentibus sagittis domini uulneretur: ex cuius tribu primus populum scidit Hieroboam: quem in

C

Tropologia

Esai.49.a

hæreticorum

HEBREI. sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu in quo non est aqua: conuertimini ad munitionem uincti spei: hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi. Quoniam extendi mihi Iudam: quasi arcum impleui Ephraim, & suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia, & ponã te quasi gladium fortium

SEPTVAGINTA. sanguine testamenti emisisti uinctos tuos de lacu qui non habet aquam: sedebitis in munitione uincti cõgregationis: & pro una die peregrinationis tuæ duplicia reddam tibi. Quoniam tetendi te Iuda mihi quasi arcum, impleui Ephraim, & suscitabo filios tuos Siõ super filios Græcorũ, & attrectabo te quasi gladium pugnatoris

A hæreticorũ persona accipi, Osee propheta plenius
Psal.77.b demonstrat: & quod supra diximus: Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. Suscitante enim domino filios Sion, hoc est, filios ecclesiæ: & contrariorum dogmatum magistri, & philosophorũ omnis assertio atq; argumenta gentilium destruentur: quia ipse dominus gladius fortiũ est: de quo dicitur:
Ibi.44.a Accingere gladio tuo super fœmur tuum potẽtissime. Specie tua & pulchritudine tua: intẽde, prospere procede & regna: Propter ueritatẽ & mãsuetudinẽ & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Hoc gladio æthiopes uulnerantẽ, de quibus scriptum
Soph.2.c est: Et uos Aethiopes uulnerati meo gladio eritis: qui postq; Christi
B gladio fuerint uulnerati, deponent tetrum colorẽ, & exultantes loquentur: Erit splendor domini dei nostri super nos: quod & Dauid sibi post pœnitentiam repromittit: Lauabis me & super niuem dealbabor. Iste est gladius de quo scribit Apostolus:
Psal.89.d Ibi.50.b Heb.4.c Viuens sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionẽ animæ ac spiritus. a ¶ Et dominus deus super eos uidebitur &c.] Et hunc locum ad Machabæorum referunt tempora, quod illis cõtra Antiochum dimicantibus atq; uincentibus, domini fuerit pugna atq; uictoria: qui egressus sit fortis ad prelium: & instar fulguris illius potentia apparuerit, uictisq; aduersarijs & turbinis more dispersis, protexerit populum Iudæorum. Nos autem referemus cuncta ad intelligentiam saluatoris de quo supra dictũ est: Extendi mihi Iudam quasi arcum. Quo extento & hæreticis atq; gẽtilibus à Siõ filijs interfectis, apparebit gloria domini: & egredietur ut fulgur iaTropol. culum eius: de quo fulgure et in Habacuc legimus:
Habac.c In luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ. Quod fulgur & splendor, alio uocabulo tuba appellatur & clangor: ut cum sanctus clamor insonuerit, dicat qui prius surdis auribus fuerat: disciplina domini aperuit mihi aures: & dedit mihi aurem ad audiemdum. Quodq; sequitur: Et uadet in turbine Austri: siue uadet in motu
Esai.49.a comminationis suæ. Ideo comminatur & dicit se illaturum esse supplicia, ut pœnitentium miseretur. Denique iungit & dicit: Dominus omnipotens proteget eos: quos prius sua comminatione terruerat. Legamus historiam Niniuitarum. b ¶ Et deuorabunt & subijcient lapidibus fundæ: &

HEBREI. fortium. Et dõminus deus super eos uidebitur: & exibit ut fulgur iaculum eius: & dominus deus in tuba canet, & uadet in turbine Austri. Dominus exercituum proteget eos. Et dẽuorabunt & subijcient lapidibus fundæ: & bibentes inebriabuntur quasi uino. & replebuntur ut phialæ, & quasi cornua altaris: & saluabit eos dñs deus eorũ in die illa ut gregẽ populi sui: qa lapides sãcti eleuabũt sup terrã eius.

Quid bibentes inebriabuntur quasi uino: & replebun- C
tur ut phialæ, &c. eleuabuntur super terram eius.] Pro eo quod nos diximus, eleuabuntur: & in Hebraico scriptum sit מתנוססות potest interpretari uagantes siue fugiẽtes. Protectis filijs Sion & domino canente, & uadente in turbine contra aduersarios eorum: tanta erit ruina Græcorum, ut non dicam gladijs, sed iactu lapidum & fundarũ rotatibus opprimãtur: ita ut predę sint & deuorationi inimicis suis. Tunc bibentes inebriabuntur quasi uino: Nõ hi qui cæsi sũt ebrij erunt sanguine suo: sed hi qui uicerint quasi ebrij cum desperatione pugnabunt: & placebunt domino quasi altaris cornua, eiusq; libatio. Hoc enim intelligitur in phialis quibus super altare liba funduntur. Saluabit quoque domi- D
nus eos sicut oues & gregem populi sui: Nõ enim ut armatus exercitus & instructus arte bellãdi aduersũ Macedones dimicabit: sed ueniet quasi grex paratus ad mortem: & domino auxiliante superabit. Et lapides sancti qui oppressi fuerint: (lapides autem uocat propter duriciam tribulationum & animi fortitudinem) eleuabuntur de humilitate sua: & erunt in terra illius glorioſi. Aliter: Lapides sancti eius de genere sacerdotali per diuersa fugientes: illo tribuente uictoriam consequentur. Dicamus & iuxta anagogẽ, imò explanemus prophetiam multis obscuritatibus inuolutam. Filij Sion protecti à domino suo, deuorabunt aduersarios suos: quos intelligimus filios Græciæ. Et subijcient lapidibus fundæ, comminationibus scripturarum, de aduersarijs suis subiectos humilesq; facientes: Nihil enim ita percutit, ut exemplum de scripturis sanctis, & testimonium rotatu oris emissum. Quod autem in Septuaginta dicitur: Et bibent sanguinem eorum quasi uinum: in Hebræo non ita legimus: sed bibentes inebriabũtur quasi uino: ut audiant illud de canticocanticorum: Bibite amici & Can.5.a inebriamini. Et ita placebit eorum ebrietas, quasi altaris sacrificium: & quasi cornua siue anguli altaris. Saluabit quoq; eos dominus, quasi gregem populi sui: quia lapides sancti uoluẽtur super terram eius: qui tantum erunt leues & in sublime nitẽtes, ut non præstolentur ædificantium manus: sed ipsi festinent imponi super fundamentũ Christi, & cõtineri angulari lapide: de quibus & Petrus apostolus loquitur: Sicut lapides uiui superędificamini in 1.Pet.2.a domũ spiritualem & sacerdotiũ sanctum, offerẽtes

Anago.

A spirituales uictimas placentes deo. Isti sunt lapides qui clamabunt si tacuerit populus Iudæorum: & uoluentur quamdiu in corpore fuerint super terrã: quia aggrauat terrena habitatio sensum multa cu/rantem: & in carne positus sanctus loquitur: Quis
Psal.54.b dabit mihi pennas sicut columbæ: qui quantum in se est conatur & uoluitur & erigitur ad sum/ma: sed carnis fragi litate retinetur. Ter ra autem illa est su/per quam uoluun/tur lapides de qua
Psal.65.a legimus: Canta/te domino omnis terra. Et: Omnis ter ra adoret te, & psal lat tibi. a ¶ Quid enim bonum eius est &c.] Ideo, inqui unt, machabæi huc illucq; fugiẽtes, do/mino auxiliante su perabunt: ut eiectis Macedonibus de
B terra Israel: munde/tur templum: legis præcepta seruẽtur: & eruditio scripturarũ rursum germinet uirgines: id est, populos credentium in unum deũ: qui prius idololatriæ fuerant cultibus constuprati. In frumẽ to electorum: id est, בחורים non νεανισκους, id est, iuuenes, ut Lxx. transtulerunt, sed electos & eru/ditos uiros intelligi uolunt: qui frumentum, id est, legem dei comedere mereãtur. Pro uino quod He/braice dicitur תירוש Aquila οἰνίαν interpretatus est: quod & ipsum ad ubertatem uindemiæ referri potest: Hæc Iudæi existimãt. Cæterum nos frumẽ/tum electorum siue iuuenum, & uinum germinãs uirgines, siue uinum boni odoris ad uirgines: intelli gimus dominum saluatorem: qui loquitur in euan
Ioan.12.d gelio: Nisi granum tritici cadens in terram mortu/um fuerit, ipsum solum permanet: sin autem mo/riatur, maiores fructus affert. De hoc tritico effici/tur ille panis, qui de cœlo descendit: & qui confir/mat cor hominis. Hunc panem comedunt, qui in
1.Ioan.2.b Christo robusti sunt: & ad quos Ioannes euangeli sta loquitur: Scribo uobis iuuenes, quia sermo dei in uobis manet, & fortes estis & uicistis malignũ. Qui frumentum est electorum siue iuuenum, ipse est & uinum quod lætificat cor hominis: et bibitur ab his uirginibus, que sunt sanctę & corpore & spi ritu: ut inebriatæ atq; gaudentes, sequantur eccle si
Psal.44.d am, & dicatur de eis: Adducentur regi uirgines post eam, proximę eius afferentur tibi: afferentur in lætitia & exultatione. Quomodo enim lętitiam non habebunt, quæ inebriatæ poculo saluatoris
Can.2.a generantur in uirgines, & audent dicere: Introdu/cite me in cellulam uini; confortate me in unguen/tis: Vinum hoc boni odoris est: unde in eodem car C
mine dicitur: Potabis me de uino unguentarij: de riuis malogranatorum tuorum. Hoc uino inebria/ti sunt qui sequuntur agnum dei quocunq; uadit, uestiti candidis uestibus: quia se cũ mulieribus non coinquinauerunt: uirgines enim per/manserunt. Cap. x

HEBREI. Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & uinũ germinans uirgines?

Cap. x

PEtite à domino pluui/am in tempore seroti/no, & dominus faciet ni/ues, & pluuiam imbris da/bit eis: singulis herbam in agro. Quia simulachra locuta sunt inutile, & di/uini uiderunt mendaci/um: & somniatores loquu ti sunt frustra, uane con/solabantur: idcirco addu/cti sunt quasi grex, affligẽ/tur quia nõ est eis pastor.

SEPTVA. Quia siquid optimum illius, & si quid bonum ab eo, frumentum iuuenibus, & uinum boni odoris ad uirgines.

Cap. x

PEtite pluuiam à domi no opportunam, tem poraneam & serotinam: dominus fecit phantasias, & pluuiam hyemalẽ dabit eis: unicuiq; herbã in agro: quoniam hi qui loquebantur loquuti sunt labores: & diuini uisiones falsas, & sõ nia falsa loquuti sunt, uane consolabant: ideo arefacti sunt sicut oues & afflicti sũt, qa nõ erat qui sanaret.

Super quæ prædicta sunt sui terminum præstolantur: Petite à domino ut det uobis pluuiam serotinam: ut Christus qui promissus est, ueniat & tribuat uo bis rores & niues: pro quibus scriptum est in He/braeo חגיים Et nescio quid uolentes Septuagin/ta phantasias interpretati sunt: nisi forte magnitu/dinem gratiæ admirationemq; donorum, nomine phantasiæ uoluere describere. Dominus ergo qui facturus est niues, & siccitatem omnis terræ euangelicæ prædicationis irrigaturus est plu/uijs: ipse dabit imbres credentibus, & ubertate omnia complebuntur: ut postquàm in Christo crediderint nationes, intelligant uana esse quæ ante coluerunt. Siue ipse Israel intelligat qui quon/dam deceptus idololatriæ erroribus tenebatur, frustra se coluisse simulachra: & diuinorum au/disse mendacia, & acquieuisse somnijs, quibus scriptura præcipit non credendum. Et ob hanc causam ducti sunt quasi grex in captiuitatem: & afflicti absque pastore deo, quia legis noticiam non habebant: Omnis hic locus obscurus & du/bius est: & debet nobis lector ignoscere, si in his quę ambigua sunt, & nos pendulo incedimus gra/du. Possumus autem iuxta spiritualem intelligen/tiam dicere, quod credentes in Christo, dominus adhortetur ut petant serotinam pluuiam in con/summatione mundi, quando plenitudo donanda
Psal.22.d est gratiæ: & singulis in agro suo herba succrescet; ita ut possit dicere: Dominus regit me, et nihil mihi deerit; in loco pascuæ ibi me collocauit: Sup aquas refectionis educauit me. Omnia em̃ simulachra, & D
diuini

A diuini, & somniatores frustra locuti sunt, & uane consolabantur. Quæ de hæreticis loquitur, qui sub nomine Christiano non intelligunt, nec de quibus dicant, nec de quibus affirment & attendunt spiritibus erroneis, & magistris dæmoniorum in hypocrisi mendacia loquentium, & cauteriatam habẽtes cõscientiam: ut nequaquam credentes eorum consolationibus abducãtur qui uana promittunt: & propterea traditi sunt satanæ in interitum carnis: & abducti in captiuitatem regis Babylonij, & affligẽtur: quia Christum pastorem non habent quem sibi falso nomine repromittũt. a ¶ Super pastores iratus est &c.] Et in hoc loco duplex Iudæorum expositio B est. Alij enim arbitrantur in aduentu Christi uniuersa complẽda: alij sub Machabæis iam esse completa. Est autem eorum quę dominus pollicetur ista explanatio: super pastores & principes ac sacerdotes iratus est dominus & super hircos: & populum uisitauit: iuxta illud quod scriptum est: Grex perditus factus est populus meus, pastores eiecerunt eos: ut uitio magistrorum discipuli punirentur: non iniusticia iudicis, qui peccata patrum reddit in filios, sed quia illis peccantibus populus applausit simul: & tunc quidem uisitauit dominus hircos suos, uel agnos pinguissimos: & fecit iuxta Lxx. ξηραινόμενος ξηρανθήσεται, id est, ariditate siccari. Postea uero uisitauit dominus omnipotens gregem suum domũ Iuda: suscitauit enim Iudam Machabæum & cęteros ex eo, contra duces Antiochi: & posuit illos quasi equum gloriæ suæ in prelio, hoc est, qui de illius stirpe generati sunt: multo enim tempore Macedonas oppresserũt. Quodq; sequitur: Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij, ex ipso egredietur omnis exactor simul: sic μεταφορικῶς intelligũt: ut angulũ interpretentur, regiam potestatem, quod parietes ipsa contineat. Et ex ipso, inquit, paxillus, id est, sacerdotium. Lege Esaiam, in quo Heliachim in templo dei quasi paxillus figitur. Ex ipso arcus prælij, fortes ad bellandum: ex ipso etiam omnis exactor simul: quod in Hebraico scriptum est נגש & Aquila interpretatus est εἰσπράσσων: ut non solum fortes & boni, sed alij ex eis fuerint indigni genere suo. Iudas enim Machabęus & omnes qui de genere ipsius principes fuere in populo: & angulus erant, quia regia potestate populum continebant: & paxillus, ipsi enim erant sacerdotes: & arcus prælij: quia uiri extitere fortissimi: ut C non solum exercitum aciemque disponerent: sed primi ad prælium prosilirent. Possumus de hoc quod sequitur: Et ipso egredietur omnis exactor simul: pro quo Septuaginta transtulerunt: Ex ipso egredietur omnis qui educit simul: & hoc dicere, nulla erit dignitas in exercitu quæ non illius arbitrio disponatur. Et erũt uiri fortissimi, conculcantes Macedonas quasi lutum uiarũ in prælio: erunt autem fortissimi, atq; bellabant, quia dominus cum eis est. Nostri hæc ad persecutionis tempora referunt, quod prouitio sacerdotũ frequenter etiam populus tradatur aduersarijs: & tamen dominus omnipotens uisitet postea D gregem suum domum Iuda: qui deum & sermone & animo cõfitetur, & ponat eos quasi equum gloriæ suæ in bello de quo sancti dicunt: Ascẽde super equos tuos, & equitatio tua salus. Ipse erit & arcus furoris dñi, de quo ait: Inebriabo sagittas meas sãguine. Et rursum: Sagittę meæ consument eos. De hoc arcu, & de his sagittis in septimo legimus: Arcum suũ tetẽdit & parauit illum: Et in ipso parauit uasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Et cõculcabunt, ait, aduersarios suos in martyrio coronati & dicent: Dominus illuminatio mea, & salus mea quẽ timebo? Dñs protector uitæ meæ, à quo trepidabo? Dũ appropinquarẽt sup me nocẽtes, ut ederẽt carnes meas. Qui tribulãt me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt: Si cõsistant aduersum me castra, nõ timebit cor meũ: Si exurgat aduersum me præliũ, in hoc ego sperabo. Quando implebit illud eloquiũ: unus ex uobis persequet mille, & duo conuertent in fugam multa milia. b ¶ Et cõfundent &c.] Et hæc iuxta superiorẽ sensum dupliciter edisserũt: ut aut sub Machabæis trãsacta iã dicãt: aut sub Christo in ultimo seculo trãsigẽda cõmemorẽt. Et est sensus: Cũ positus fuerit Iudas, q̃si equus decorus in prælio: et cõculcauerit quasi lutũ aduersarios: & dño secũ bellãte superarit, tũc omis equitatus Græcię corruet, & dom⁹ Iuda et domus Israel (eam enim uocat domũ Ioseph, id est, decem tribuum) pariter saluabuntur: et couuertam eos de captiuitate in qua fuerant: & erunt sicut eo tempore, quando non proieceram eos: Ego enim sum dominus deus eorum, qui illos exaudiam deprecantes. Et Ephraim qui nunc captiui retinent, postea laxabũt: et intantũ uenient gaudij, ut eos uino madidos

HEBRE. Super pastores iratus est furor meus, & super hircos uisitabo: quia uisitauit dominus exercituum gregem suum domum Iuda: & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij, ex ipso egredietur omnis exactor simul: & erunt quasi fortes conculcantes lutũ uiarũ in prælio: & bellabũt quia dominus cũ eis. Et cõfundẽtur ascensores equorum: & cõfortabo domum Iuda, & domum

SEP. Super pastores concitat⁹ est furor meus, & super agnos uisitabo: & uisitabit dñs deus omnipotẽs gregem suũ domum Iuda: & ponet eos sicut equũ decorẽ suũ in prelio: & ex ipso respexit, & ex ipso posuit, & ex ipso arcus in furore egredietur omnis qui educit simul: & erunt quasi bellatores conculcantes lutum uiarum in prælio: & præparabũtur quia dominus cũ eis est. Et cõfundentur ascensores equorũ: & cõfortabo domũ Iuda, & domum

Hiere. 50. a

Deu. 32. f

Psal. 26. a

A madidos arbitreris. Filij quoq; eorum cernent patrum triumphos, & in domino lætabũtur: quo præbente, uictoriam consequuti sunt. Quæramus historiam quando Iudas & Israel aduersum Græcos pariter dimicarint: uel quo tẽpore Ephraim de captiuitate Assyria sit reuersus: quãdo iuxta Ezechiel duæ uirgæ, id est, Iudas et Ephraim sibi iunctæ sunt & in unũ baculum copulatę. *Tropologia* Quod iuxta tropologiam sic explanari potest: Quando uisitauerit dominꝰ omnipotens gregẽ suum domum Iuda, tunc confundentur ascẽsores equorum, de quibus scriptum est: Cãtemus domino, glorioſe enim magnificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare: De quibus etiam psalmistæ uoce cantatur: Ab increpatione tua deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos. Et sanctorum congeminant chorus: Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine dei nostri inuocabimus: ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos uero surreximus & erecti sumus. In hoc equitatu confidebat rex Aegyptius, & præcipitatus in mare, quasi plumbum submersus est in profundũ: & suo exemplo didicit uerum esse, quod scriptum est: Fallax equus ad salutem. Hos currus & quadrigas, supra in quatuor perturbationibus interpretati sumus: qui nisi frenis boni regãtur aurigæ, ad præcipitia deferuntur. Alius est autem auriga: de quo loquitur Helisæus: Pater pater, currus Israel & auriga eius. Tunc deus domum Iuda & domum Ioseph confortare se dicit: ut qui Hieroboam regnante diuisi sunt, Christo imperante socientur: & sit unus pastor & unus grex. Et Iudas enĩ & Ioseph diuersis nominibus, ad unam saluatoris conferuntur intelligentiam: quia & Ioseph esurientibus in Aegypto populis frumenta largitus est. Et dominus famem mundi sua saturauit præsentia. Et conuertet eos & miserebitur eorum: & sic erũt unum sicut fuerunt antequàm proiiceret eos. Hæc uniuersa in persecutionibus accipe, quãdo desperatis omnibus exaudiuit seruos suos dominus. Et erunt quasi fortes Ephraim: qui primum debiles & infirmi, postea fortes erunt & suo nomine digni: Ephraim enim interpretatur ubertas. Et lætabitur cor eorum cum biberint uinum: quod expressum est de uinea Sorech. Filij quoq; eorũ quibus Paulus apostolus loquitur: Filioli mei quos rursum parturio donec Christus formetur in uobis. Et Petrus princeps apostolorum: Sicut filij ait obedientiæ, non conformati iuxta priorem cõuersationem. Et in psalmo legimus: Venite filij audite me: timorem domini docebo uos. Isti igitur filij exultabunt & lætabuntur, & cor eorum gaudebit in domino. ¶ Sibilabo eis & congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos &c. ] Signum congregationis suæ, uel sub Macedonibus, uel in consũmatione mũdi, ut prius diximꝰ: meum, inquit, habebunt sibilum, ut ex sibilo meo illos congregem, & me docceam esse pastorem. Ego enim redemi eos & liberaui de captiuitate

B mare: De quibus etiam psalmistæ uoce cantatur: Ab increpatione tua deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos. Et sanctorum congeminant chorus: Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine dei nostri inuocabimus: ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos uero surreximus & erecti sumus. In hoc equitatu confidebat rex Aegyptius, & præcipitatus in mare, quasi plumbum submersus est in profundũ: & suo exemplo didicit uerum esse, quod scriptum est: Fallax equus ad salutem. Hos currus & quadrigas, supra in quatuor perturbationibus interpretati sumus: qui nisi frenis boni regãtur aurigæ, ad præcipitia deferuntur. Alius est autem auriga: de quo loquitur Helisæus: Pater pater, currus Israel & auriga eius. Tunc deus domum Iuda & domum Ioseph confortare se dicit: ut qui Hieroboam regnante diuisi sunt, Christo imperante socientur: & sit unus pastor & unus grex. Et Iudas enĩ & Ioseph diuersis nominibus, ad unam saluatoris conferuntur intelligentiam: quia & Ioseph esurientibus in Aegypto populis frumenta largitus est. Et dominus famem mundi sua saturauit præsentia. Et conuertet eos & miserebitur eorum: & sic erũt unum sicut fuerunt antequàm proiiceret eos. Hæc uniuersa in persecutionibus accipe, quãdo desperatis omnibus exaudiuit seruos suos dominus. Et erunt quasi fortes Ephraim: qui primum debiles & infirmi, postea fortes erunt & suo nomine digni: Ephraim enim interpretatur ubertas. Et lætabitur cor eorum cum biberint uinum: quod expressum est de uinea Sorech. Filij quoq; eorũ quibus Paulus apostolus loquitur: Filioli mei quos rursum parturio donec Christus formetur in uobis. Et Petrus princeps apostolorum: Sicut filij ait obedientiæ, non conformati iuxta priorem cõuersationem. Et in psalmo legimus: Venite filij audite me: timorem domini docebo uos. Isti igitur filij exultabunt & lætabuntur, & cor eorum gaudebit in domino. ¶ Sibilabo eis & congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos &c. ] Signum congregationis suæ, uel sub Macedonibus, uel in consũmatione mũdi, ut prius diximꝰ: meum, inquit, habebunt sibilum, ut ex sibilo meo illos congregem, & me doceam esse pastorem. Ego enim redemi eos & liberaui de captiuitate

C

D

*Exo.15.a* *Psal.75.b* *Ibi.19.b* *Ibi.32.d* *4.Re.2.b*

HEBREI. & domum Ioseph saluabo: & conuertã eos, quia miserebor eorũ: & erunt sicut fuerant quando non proieceram eos: ego enim dominus deus eorum, & exaudiam eos. Et erũt quasi fortes Ephraim: & lætabitur cor eorum quasi à uino: & filij eorum uidebunt, & lętabuntur: & exultabit cor eorum in domino Sibilãbo eos, & congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati. Et seminabo eos in populis, & de longe recordabuntur mei, & uiuent cum filijs suis & reuertentur. Et reducam eos de terra Ægypti, & de Assyrijs congregabo eos, & ad terrã Galaad & Libani adducã eos, & non inuenietur eis locus

SEPTVAGINTA. & domum Ioseph saluabo: & habitare eos faciam, quia dilexi eos. Et erũt sicut qñ non eos abiecerã: quia ego dominus deus eorũ & exaudiam eos: & erunt quasi bellatores Ephraim: & lætabitur cor eorũ quasi in uino: & filij eorum uidebũt, & lætabuntur: & gaudebit cor eorum in domino. Significabo eis & suscipiam illos, quia redimã eos, & multiplicabuntur sicut erant plurimi, & seminabo eos in populis, & qui erãt de longe recordabuntur mei: Nutrient filios suos & conuertentur, & conuertam eos de terra Ægypti, & de Assyrijs suscipiam illos, & in Galaaditin & in Libanum introducã eos, & nullus ex eis deerit

Et trãs

Et per extento brachio: & ego eos multiplicabo, qui ante multiplicaueram: ut dispersio in populis non uideatur esse diuisio, sed sementis operatio, & liberorum ac nepotum segete multiplicata, uiuãt cum filijs suis: & reuertantur non solum de terra Aegypti, sed & de Assyrijs: & ex utraque orbis parte redeant ad Iudæam, & ad terram Galaad & Libani quam prius decem possidebant tribus, quæ appellantur domus Ioseph & Ephraim, & tantus erit numerus reductorum, ut multitudinem terra non capiat. Secundum ἀναγωγὴν significat dominus & sibilat his qui peccatis fuerant ante captiui, & loquitur ad eos: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & inuenitis requiem animabus uestris: Tollite iugum meum super uos, & discite à me quia mansuetus sum & humilis corde: Iugum enim meum suaue, & onus meum leue est. Quid hac significatione sibilo q; clementius: quo dispersus populus congregatur? Congregantur autem quia dominus redemit eos: non corruptibilibus argento & auro ex uana sua conuersatione: sed precioso sanguine, quasi agni immaculati dñi Iesu. Vnde

*Gal.4.c* *1.Pet.1.c* *Psal.33.c* *Mat.11*

loquitur

A loquitur in psalmo: Exultatio mea erue me à circũ/
Psal.31.b dantibus me. Et iterũ: Redemisti me domine deus
Ibi.30.b ueritatis. Et multiplicabit eos sicut fuerant antea
multiplicati, ut impleretur illud quod promissum
Gen.17.a est Abrahæ: Multiplicabo eum & benedicam illi,
& benedictus erit
ut fiat pater multa/
rum gentium. Fili/
os autẽ Abraham
Ioan.8.c non eos debemus
accipere, quibusdo
minus loquitur: Si
filij essetis Abrahã,
opera patris uestri
faceretis, sed illos
quibus Apostolus
ait: Quotquot ex fi
de sũt, filij sũt Abra/
ham. De hac multi/
Esa.60.d plicatione et Esaias
mystico sermone testatur dicẽs: Qui modicus est,
erit in milibus: & qui paruus, erit in gentem ma/
gnam. Multiplicationem autẽ & benedictionem
liberorum: non accipiamus carnaliter: alioquin He
B lias & Heliseus & Hieremias & Baptista Ioãnes,
quo maior inter natos mulierum non fuit, hac be/
nedictione caruerunt, sed illam qua uocantur ad fi
dem multitudines nationum. Denicp sequitur: Se/
minabo eos in populis & de longe recordabuntur
mei. Seminati sunt in populis qui domini audiere
Mat.28.d fermonem: Euntes docete omnes gentes. Et in alio
Ioan.15.c loco: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos: & po
sui uos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus ue
ster maneat in ęternum. Cumcp apostoli fuerint in
populis seminati: gentes & populi longe positi re/
cordabuntur mei: illo prophetico huic sententiæ
Psal.21.f congruente: Reminiscentur & cõuertentur ad do/
minum uniuersi fines terræ. Et adorabunt in con/
spectu eius uniuersæ familiæ gentium: Quoniam
domini est regnum, & ipse dominabitur gentium.
Quodcp dicitur: De longe recordabuntur mei: illi
simile est: Qui longe estis recordamini domini, &
Hierusalem ascendat super cor uestrum. Longe
fuit omnis gentium multitudo, sed recordata est
dei: quia ex uno omnes parẽte generamur. Cumcp
apostolis in cunctis gentibus seminatis: gentes lon
ge positæ, dei fuerint recordatæ: uiuẽt cum filijs su
is: ut qui prius infidelitate mortui erant, fide uiue/
2.Cor.3.d re incipiant. Isti sunt filij quos Paulus nutriuit in
euangelio scribens ad Corinthios: Lac uobis po/
1.Pet.1.d tum dedi. Et Petrus in dispersione scribit fidelibus
qui renati erant: Non ex semine corruptibili, sed
incorruptibili per sermomem uiuentis dei & per/
manentis: sicut modo generati paruuli: ut rationa/
bile lac concupiscerent, & in ipso crescerent in sa/
lutem. Ad hos filios scribebat & euangelista Ioan/
1.Ioan.5.d nes: Filioli custodite uos ab idolis. Et reducam, in/
quit, eos de terra Aegypti, & de Assyrijs congre-
Ezech.29.d gabo eos de terra Aegypti in qua imperabat rex
Pharao: qui quondam gloriabundus aiebat: Mea
sunt flumina & ego feci ea: Et de terra Assur quam
tenebat rex Assyrius, sensus magnus: qui & ipse di C
cebat: Super sydera cœli ponam thronum meum, Esa.14.d
& ero similis altissimo. Cum autẽ de tenebris Ae/
gypti & de tribulatione mundi: & de potestate As/
syrij, qui interpretatur arguens atcp conuincens: ip
se est enim inimi/
cus & ultor: natio/
nes dominus con/
gregarit: iducet eas
in terram Galaad
& Libani. Galaad
in linguã nostram
uertitur testimoni/
um transmigratio/
nis: quando de car/
nalibus transimus
ad spiritualia: de p/
te uenimus ad to/
tum: terrena relin/
quimus & ad cœle/
stia transmigramus. Libanus autem interpretatur
λευκασμὸς, id est, dealbatio. Adducimur itacp de D
tenebris Aegypti, ut postquàm transierimus & mi
grauerimus è mundo, dealbemur in domino, & di/
catur de nobis: quæ est ista quæ ascendit dealbata?
Alij iuxta Græci sermonis ambiguitatem: qua &
mons Phœnicis & tus Libanus dicitur: nunc Liba
num tus interpretantur, & ex ture significari pu/
tant deum: ut postquàm de terra transierimus ad
cœlum, impleatur in nobis oratio saluatoris: Pater
da eis ut sint in nobis unum, sicut ego & tu unum
sumus. Vnde & sponsa in Cantico dicit ad spon/
sum: Odor uestimentorum tuorum sicut odor Li/ Cant.4.e
bani. Cuncp induxerit nos in terram Galaad & Li/
bani, non inuenietur nobis locus, ut nequaquàm
terræ stringamur angustijs, sed cœlorum latitudi/
ne perfruamur. a ¶ Et transibit in maris &c.] Nar
rant Hebræi captiuum populum Iudæorum: non
solũ in Medos & Persas, sed in Bosporum quocp
& septẽtrionalẽ plagam ab Assyrijs atcp Chaldæis
esse translatum, & postea eos ex parte reuocatos,
dei eos ad se cõuertente clemẽtia, & hoc esse quod
nunc dicitur: Trãsibunt in mari angusto Proponti/
dis angustias, quæ Chalcedonẽ, & quondam By/
zantium breui freto diuidunt. Et percutiet, inquit,
dominus uadens ante populum suũ maris fluctus,
& confundentur omnia profunda fluuiorum: ut Iosue.3.c
olim factum est Iordane siccato, & mare rubrũ trãs
gressus est populus in deserto. Cumcp fuerit de ca/
ptiuitatis profundo & malorum amaritudine libe
ratus, humiliabitur Assur: & Aegypti imperium
recedet ab eis. Et confortabuntur in domino, & in
nomine illius ambulabũt in terra Israel, dicit domi/
nus. Hæc ut ab hebræis nobis tradita sunt, nostræ
linguæ hominibus expressimus, fidem dictorum
ad eos à quibus sunt dicta referentes. Cæterũ nos
qui Christi censemur nomine, occidentẽ relinqui-
mus literam & sequimur spiritum uiuificantẽ, imò
spiritualia spiritualibus comparamus. Nõ Bospo/
rum & siccitatem rursum maris & arentia fluenta
Iordanis, quæ fabularum similia sunt, sed dignam

A in ſeruos ſuos dei clementiam quærimus: quo præ
eunte & nobis aperiente uiam, trāſimus maris fre/
tum ſiue anguſtum mare, quod peccatoribus latiſ/
ſimum eſt: Lata enim & ſpacioſa uia quæ ducit ad
mortem: arta & anguſta quæ ducit ad uitam. De/
Pſal.106.c hoc mari & in pſalmis legimus: Qui deſcendūt in
mare nauibus, faciētes operationem in aquis mul/
tis: ipſi uiderunt opera domini & mirabilia eius in
profundo. In hoc mare ſeculi: in quo ſanctorū nu/
merus coartatur & in tribulatione poſitus eſt: de/
ſcenderunt apoſtoli & primus dominus, ut nos de
amaris fluctibus liberaret. In hoc mare ſagena euā
gelij mittitur: quæ teſtimoniis texta eſt ſcriptura/
rum: ut piſces multos & obrutos mūdi huius gur/
gitibus in auram extrahat liberā: ut poſſint laudes
deo canere. Hi ſunt qui deſcenderunt in mare, et in
eccleſiarum nauibus faciūt opera multa, & dei cer
nunt mirabilia in profundo diuitiarum ſapientiæ
& ſcientiæ eius: & in ſpiritu ſancto qui ſcrutaī eti/
Mat.4.c am alta dei, quibus dominus loquit: Venite poſt
me, & faciam uos piſcatores hominum. De his pi/
ſcatoribus qui deſcendunt in mare & ſunt in naui/
bus, Eſaias quoq; uaticinatur: Volabunt in naui/
Eſa.60.a bus alienigenarum: & mare pariter deprædabun/
tur: In eccleſijs enim de numero gentium congre/
gatis, toto apoſtoli orbe uolitarunt: ut deprædarē/
Pſal.103.c tur mare, & draconis ſpolia tollerent qui regnabat
in mari, & de quo ſcriptū eſt: Hoc mare magnum
& ſpacioſum manibus: illic reptilia, quorum nō eſt
numerus: Animalia puſilla cum magnis, illic naues
pertranſibunt: Draco iſte quem formaſti ad illu/
B dendum ei. Latum & ſpatioſum mare eſt paruis et
magnis animātibus, quæ cum dracone uerſantur,
& quorū non eſt numerus. Qui autem ſuper ma/
re ſunt, & in ipſo mari uolitant in nauibus: audient C
cum ſaluatore: Tu dominaris poteſtati maris: mo/ Pſal.88.b
tum fluctuum eius tu mitigas. Cumq; tranſierint
in maris freto, & fluctus eius ſuo conculcauerint
pede, confundentur omnia profunda fluminis, de Ibi.65.b
quo ſcriptum eſt: Qui conuertit mare in aridam, in
flumine pertranſibunt pede, ut humilietur iniuria
ſiue ſuperbia Aſſur, & Aegypti à ſanctis atque cre
dentibus recedat imperium, & qui liberati ſunt cō
fortentur in domino, & dicant: Fortitudo mea & Ibi.117.b
laudatio mea dominus. Et iterum: Diligam te do/ Ibi.17.a
mine fortitudo mea. Et cum Hieremia: Fortitudo Hiere.16.d
mea & auxilium meum & refugium meum domi/
ne deus meus. Vnde et apoſtolus, in quo Chriſtus
loquebatur aiebat: Omnia poſſum in eo qui me cō Philip.4.c
fortat. Et non ſolum confortabuntur in domino,
ſed & gloriabuntur in eo, & dicent: Mihi autem Galat.5.d
abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chri/
ſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt & ego
mundo. Et: Qui gloriatur, in domino glorietur. Et 1.Cor.1.d
in alio loco: Nō glorietur ſapiens in ſapientia ſua, Hiere.9.g
neque fortis in fortitudine ſua, neque diues in di/
uitijs ſuis: ſed in hoc gloriet̄ q gloriatur: intelligere
& ſcire dominum, & facere miſericordiam & iudi/
cium in medio terræ. Verum quia in Hebraico ſcri
ptum eſt: Et in nomine eius ambulabunt: ſic intel/
ligendum eſt: quod in nomine Chriſti ambulent
Chriſtiani, & ſcribatur in calculis eorum nomen
nouum, & ſub tanti nominis dignitate ambulent
cum domino: ſicut ambulauit Enoch & placuit
deo & translatus eſt.

Commentarij ſecundi Hierony/ D
mi in Zachariam prophe/
tam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM COMMENTARIORUM Zachariæ ad Exuperium Toloſanum epiſcopum, procœmium.



Rget me frater Siſinnius incompta & impolita tranſmittere: ut non dicam emendandi, ſed ne relegendi quidem habeam facultatem. Ille feſtinat in opus ſuum: nos in noſtro opere minus facimus, dum eruditio in caſſum uertitur: & quicquid ſenſu concipimus, compoſito non licet ornare ſermone. Rudes igitur non mea culpa, ſed ſtudio portitoris ſuſcipe libros: dum ipſe tua feſtinat ſanctis æra diuidere, & nos non patitur noſtra tibi æra numerare. Quamuis enim elegans ſit exercitatumque ingenium, & longo uſu trita currat oratio, tamen niſi autoris manu curata fuerit & polita, redolet ſordes negligentiæ, & uel nimio uerborum flore luxuriat, uel hiulca uocalibus fit, uel aſpera conſonantibus. Vnde & de Vergilio traditum eſt, quod libros ſuos quaſi urſorum fœtus lingua compoſuerit, & lambendo fecerit eſſe meliores, qui durarent in memoriam ſempiternam, & neceſſitatem metri libera oratione complerent. Tranſimus ad libanum, & ad duas uirgas tresq; paſtores qui in uno menſe ſucciſi ſunt, & ad triginta argenteos, de quibus emptus eſt ager figuli in ſepulturam peregrinorum, & ad ſtulti uaſa paſtoris, & cætera uſque ad finem uoluminis, quæ tantis ſunt contexta myſterijs, ut miſericordia dei & tuis indigeamus orationibus, ne curſus noſter aliquo præpediatur errore, & maleuolis iuſta ſit occaſio detrahendi, qui ad hoc ſolum linguas habere ſe putant, ut proximos lacerent, & duritiam frontis attritæ, uerborum rabie conſolentur.

A COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Zachariam prophetam
liber tertius.

Peri líbane &c.] Perſpícue Líbanus ad quem prophetalis ſermo conuertitur, dícens : Apí Líbane portas tuas: templum intelligítur ludæorũ, quod inſtauratum, imò ædificatum, à Zorobabel: rurſum à Veſpaſiano & Tito canitur ſubuertendum. Et quia Líbanum templum appellauerat μεταφορικῶς, & in relíquis ſeruat translationẽ, ut per cedros & abietes & quercus Baſan ſaltumq; nemoroſum: príncipes ac ſacerdotes & populum ſignificet ludæorum. aperit autem Líba-
B nus portas ſuas ut Romanus intret exercitus, & comedat ígnis cedros eius: ut uel incẽdio cuncta uaſtentur, uel hoſtili impetu duces ac príncipes conſumantur. Vlulant abietes quia cecidit cedrus: mutuo ſacerdotes & príncipes ſua populatione lugentes. Quodq; prius dixit obſcure, nunc ponit manifeſtius: quoniam magnifici uaſtati ſunt. Cupio ſcire, quæ ſint cedri Líbani quæ combuſtæ ſunt, quæ abietes quibus ululatus índicítur, quæ pinus quæ corruit: magnifici, inquit, uaſtati ſũt. Vlulate quercus Baſan: id eſt confuſionis & ignomíniæ: quía ſaltus munítiſſimus, qui Hebraíce dicitur בָּצִיר & à Septuaginta translatus eſt, nemoroſus excíſus eſt: quia templum quod inexpugnabíli creuerat firmitate, & à diuerſis regíbus & príncipíbus, ac poſtea ab Herode cõſtructum eſt, Romano oppugnante deletum eſt. Hunc locum quídam non intellígentes, Líbanum & abietes & pínos & quercus Baſan, & ſaltum nemoroſum ſíue munitum, ad contrarias re-
Ezech.31.a ferunt fortitudínes, de quíbus & in Ezechiel ſub nomine Aſſur & Pharaonis dictum ſit: Ecce Aſſur cypreſſus in Líbano: & bonus ramis, & cõdenſus umbraculo: & excelſus magnitudine, & in medio nubium factum eſt cacumen eius: aqua nutriuit eum: abyſſus exaltauit íllum: & cætera quæ tam de Aſſur quam de Pharaone dícuntur uel ad contrarias fortitudines, uel ad ſuperbos quoſq; & príncipes dici arbitrantur, de quíbus & in pſalmo legimus: Vox domíni confringentis cedros: & cõfrin- C
det dominus cedros Líbani. Et in alio loco: Dies Pſal.28.a
domíni ſabaoth ſuper omnem contumelioſum Eſa.2.c
& ſuperbum, & ſuper omnem exelſum atq; ſublimẽ. Et poſt paulũ: Et ſuper omnẽ cedrũ Líbani excelſã: & ſuper omnem arborẽ quercus Baſã. Et de hoc Líbano aſſerũt prophetarí: Líbanus cum excelſis cadet. Nos autẽ priorẽ ínterpretatiónẽ ſequamur: præſertim cũ & ea quæ ſequuntur huic ſenſui congruant. b

## Cap. XI

Peri Líbane portas tuas, & comedat ígnis cedros tuas. Vlula abies quia cecidit cedrus, quoniam magnifici uaſtati ſunt. Vlulate quercus Baſan, quoniam ſucciſus eſt ſaltus munitus. Vox ululatus paſtorum, quia uaſtata eſt magnificentia eorum. Vox rugitus leonum, quia uaſtata eſt ſuperbia Iordanis. Hæc dicit dominus deus meus: paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſederant occidebant, & non dolebant, & uendebant ea dícentes: benedíctus dominns, díuites facti ſumus, & paſtores eorum non parcebant eis.

Peri Líbane portas tuas & comedat ígnis cedros tuas. Vlulet pínus, quía cecídit cedrus quia optímates † contríti ſunt. Vlulate quercus Baſanítidis, quoniam depoſitus eſt ſaltus nemoroſus. Vox lugẽtiũ paſtorũ, qm̃ miſera facta eſt magnificẽtia eor. Vox rugientiũ leonũ, quia affli-
ctus eſt fremitus Iordanis. Hæc dicit dñs omnipotẽs: paſce oues occiſionis: quas qui poſſederunt interfície-
bant, & non agebãt pœnitentíam, & qui uendebant eas dicebant: benedictus dominus & díuites facti ſumus, & paſtores earum nihil patiebantur ſuper eis.

Ideo Et ego

¶ Vox ululatus paſtorũ &c.] Pars ſuperioris capituli & in his uerſículis cõtinetur: Quos uocauerat cedros, abíetes, pínos & quercus Baſan, & exponẽs quæ eſſent iſtæ arbores intulerat, D
dicẽs: Quoniã magnifici uaſtati ſunt: nũc per aliam μεταφορὰν dícit eſſe paſtores, id eſt príncipes atq; doctores, & qui primi erant in populo, quod flere debeãt & lugere: quia magnificentia eorum & pulchrítudo & decus uaſtata ſit atq; cõſumpta: tẽplũ uidelicet, in quo ſibi gloriabant. Et uox, inquit, rugitus leonũ: quos excelſas arbores, & rurſũ paſtores: eoſdẽ nunc leones appellat. Et quia leones dixerat, ſeruat trãslationẽ ut inferat: Quoniã uaſtata eſt ſuperbía Iordanis, ſíue fremitus & ſonitus aquę decurrẽtis, qui Hebraíce dícitur גְּאוֹן Et quo modo tẽpli altitudinẽ iuxta ſitũ terræ ludęæ altitudíni Líbani cõparauit: nihil enim Líbano in terra repromiſſionis excelſius eſt, nec nemoroſius atq; condenſius: Sic Iordani fluuio qui maximus in Iudæa eſt, iuxta quem morantur leones: fremitũ iunxit leonum propter ardorem ſitis, & ob deſerti uíciníam & latitudínem uaſtæ ſolitudinis, & arundíneta & carecta. Vnde & per prophetam dícitur: Hie.4.b
Aſcendit leo de Iordane: uolens oſtendere Nabuchodonoſor de ſedíbus ſuis quaſi leonem de cubili exiſſe cõtra Hieruſalẽ. Alíter: Vox rugítus leonũ, quoniam uaſtata eſt ſuperbía Iordanis. Vox, inquit, optímatum, quia templum deſtructum eſt, unde ſperabant ſemper auxílium, & quod iuſtos & bellatores ac potẽtes quondam nutriebat leones.

c ¶ Hæc dicit &c.] Vbi manifeſtíſſima prophetía



In græco ſic ἐπαλαιωθή ρησαν

A est, & per translationem historiæ uerus ordo narratur, superflua est Tropologiæ interpretatio: ut alios bonos alios malos dicamus esse pastores, & hoc tam ad ueterem populum referri quam ad nouum: id est, tam ad Iudæorum sacerdotes & principes: quàm ad episcopos & presbyteros Christianorũ: & quicunq; pastores fuerint negligẽtes, & unum de minimis scandalizauerint: ipsos esse qui nutriant pocora occisionis, & non patiantr̃ super eis quicquam, nec doleant, nec possint dicere cũ Apostolo: Quis scandalizatur, & ego nõ uror? & uendant populos sibi creditos, de quibus scriptum est: qui deuorant populum meum sicut cibum panis, & ex aliorũ mortibus diuitias

2. Cor. 11. g

Psal. 52. d

B consequantur: laudantes eos qui prædas agunt de miseris & iniquis benedicentes. Hæc alij interpretentur ut uolunt: Nos teneamus explanationis ordinem quem semel arripuimus: Quoniam apertus est Libanus, & cedri eius atq; abietes flamma urente combustæ sunt: ululatusq; pastorum auditus est & rugitus leonum: quia omnis pulchritudo & superbia Iordanis uastata est atq; consumpta: idcirco hæc mihi dicit dominus deus meus: O propheta Zacharia ad te iste sermo confertur: Pasce gregem occisionis: hoc est, nũc interim nutriatur et crescat, qui postea ab hostibus occidendus est: quas oues & pecora, principes Romanorum, qui possidebãt ea & obtinebant iure uictoriæ, interficiebant et nõ miserebantur: siue immolabant & non sentiebant dolorem: id est nihil mali pro tanta crudelitate patiebantur, & uendebant ea quæ non propter clementiam, sed propter precium reseruabant. Legamus ueteres historias & traditiones plangentium Iudæorum, quod in tabernaculo Abrahæ, ubi nũc per annos singulos mercatus celeberrimus exercetur: post ultimam euersionem quam sustinuerunt ab Hadriano, multa hominum milia uenundata sint, & quæ uendi non potuerint, translata in Aegyptum: & tam naufragio & fame quàm gentium cæde truncata. Isti ergo uictores & domini ultores qui occidebant & non dolebant & uendebant pecora atq; dicebant: benedictus dominus, diuites facti sumus: hanc habebant sententiam: Propter peccata sua offendere Iudæi: ideo eos oppressimus, & ex precio eorum diuites facti sumus. Nec mirum, inquit, si hostes iure uictorum occidebant pecora, & non dolebant: uendebant & in suo scelere gloriabantur, cum ipsi pastores eorum, atque doctores C non pepercerint eis, & culpa eorum grex lupis traditus sit. a ¶ Et ego non parcam &c.] Hoc quod Septuaginta in extremo capitulo transtulerunt. καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς εἰς τὴν χαναανῖτιν, id est: Et pascam oues occisionis in terra Chanaanitide, non est in Hebræo & à nullo alio trãsfertur interpretum. Quia ergo pastores eorum non parcebant eis, & ipsi primum meum populum deuorauerunt: Idcirco & ego non parcam ultra super habitatores terræ Iudææ, dicit dominus. De hac enim terra loqtur, de q̃ ei sermo erat: & non de orbe terrarum, sicut Iudæi male interpretãtes à se uolunt in aliam partem dei deprauare sententiam. Post euersionem quippe templi: D quæ propterea eis accidit, quia per quadraginta et duos annos postquam passus est dominus, accepto spacio, pœnitentiam agere noluerunt, Dimittam, inquit, unumquemq; cõtra proximum suum, & mutua se cæde truncabunt: siue in ipsa obsidione templi: quando Hierusalem Romanus cinget exercitus: tanta enim inter ipsos Iudæos erunt bella atq; discordiæ, ut in tres partes populus diuidatur. Legamus Iosephum & septem Iudaicæ captiuitatis libros: & hanc prophetiam esse compleram, historiæ ueritate cernemus. Et concident ait terram: haud dubium quin Romani omnem terram & uniuersas urbes destruxerint Iudæorum. Et non eruã eos de manu eorũ. Audi Iudæe qui tibi spes uanissimas repromittis, & nõ audis dicentẽ dñm atq; firmantem: non eruam de manibus eorum, quod æterna sit apud Romanos tua futura captiuitas. Et pascã pecus occisionis, ut semper Iudæi nutriantur ad mortem: propterea quia dei est ista sententia. O uos qui estis pauperes gregis: hoc est iusti de Israel: qui credidistis in dominum Iesum, & dei filium suscepistis: audite quæ dicantur, & sequentis capituli sacramẽta cognoscite. Quod autem secũdum Lxx. legimus: Et pascam oues occisionis in terra Chanaan: sic possumus intelligere: quod populum Iudæorum qui destinatus est morti, in toto orbe dispersum: hoc est in terra Chanaan atq; gentilium: pascat dominus & nutriat ad immolandum. b ¶ Et assumpsi &c.] Supra dixerat: Propter hoc ò pauperes gregis, & facta ἀποσιωπήσει subaudiebat attẽdite: quia Libani portæ apertæ sũt, & quercus Basã, abietes cedriq; succisę, & in

Iudic. 7. f

A & intulerat cõminãs: Nõ parcã ultra ſuper habitatores terræ, dicit dñs: Et hoc de uno Iudaico populo dicere uidebaſ: qđ interfectis ꝓphetis, etiã in filiũ dei miſiſſent manus, & uoce temeraria conclamaſſent. Sãguis eius ſup nos & ſup filios noſtros. Nũc creator uniuerſitatis & dñs, myſteria ſui orbis exponit, & dicit: duas habuiſſe ſe uirgas: q̃rũ alterã decorẽ uocauerit, alterã funiculos, & in duab⁹ uirgis uinctũ pauerit gregẽ: tres quoq; paſtores in uno mẽſe ſuccíderit & cõtracta ſit ſiue indignata: aut ut Lxx. trãſtulerũt, καὶ βαρυθήσεται ἡ ψυχή μου, id eſt, ingraueſcet anima mea ſuper eos: haud dubium quin paſtores ſignificet, quos ſuccidit in mẽ

HEBRAEI. Siquidẽ & anima eorum uariauit in me. Et dixi: non paſcam uos: quod moriturmoriatur, & quod ſuccíditur ſuccidatur, & reliq deuorent unuſquiſq; carnẽ proximi ſui. Et tuli uirgam meam quæ uocabatur decus, & abſcidi eam ut irritum facerem fœdus meum quod percuſſi cum omnibus populis. Et in irritũ deductũ eſt indie illa, & cognouerũt ſic paupes gregis q̃ cuſtodiũt mihi, quia uerbũ dñi eſt. Et

B ſe uno. Redditq; cauſam cur paſtorib⁹ indignatus ſit in tantũ ut eos in uno menſe ſuccíderit: Si quidẽ & anima, inquit, eorũ uariauit in me. Et eſt ſenſus: Non me pleno animo dilexerũt, nec paſtores mercenarij uerũ amauere paſtorẽ: Quia paſtor bonus ponit animã ſuã ꝓ ouib⁹ ſuis. Quã ob rem & ego indignatus ſentẽtiam protuli & ad ipſos paſtores, quos mea indignatiõe ſuccíderã: ſiue ſucciſis paſtoribus ad reliquũ gregẽ locutus ſum: Nõ paſcã uos: ſed quod mortem elegit ſua uoluntate moriatur: et ſe alterutrum deuorent, mutuaq; cæde dilanient. Hæc παραφρασικῶς diximus: ut futurę explanationis ſemitam ſterneremus. Creator & paſtor cuius oues cognoſcunt uocem & ſequuntur eum: duas ſibi aſſumpſit uirgas: ſiue duas σκυτάλας: id eſt, baculos, qui Hebraice dicuntur בֹּקְלוֹת ut paſtoris habitum demonſtraret. Vnam uirgam uocauit decorem: hoc eſt, ſub Noe omne hominum genus ſua benedictione protexit: quãdo inſtaurato mundo, nec dum peccata ſorduerant. Et idcirco uocatio cunctarum gentium appellatur decora & pulchra: quia nihil iuſtius eſt, quàm uniuerſitatis parentem uocare omnes æqualiter, quos æquali conditione generauit. Et alteram uocauit funiculos: quando enim diuidebat altiſſimus gentes, & diſſeminabat filios Adam: ſtatuit terminos gentium, iuxta numerũ angelorum dei. Et facta eſt pars domini populus eius Iacob: funiculus hæreditatis eius Iſrael. Et paui, inquit, gregẽ: Siue ipſum Iſraelem: ſiue cum Iſraele omne hominum genus. Et ſuccidi, inquit, tres paſtores in uno menſe. Legi in cuiuſdam cõmentarijs: paſtores domini indignatione ſucciſos, in ſacerdotibus & falſis prophetis & regibus intelligi Iudęorum: quod poſt paſſionem Chriſti, uno omnia ſucciſa ſint tẽpore, de quibus loqui

SEP. Si quidem & animę eorum † rugiebant ſuper me Et dixi non paſcã eos: quod moriturmoriatur, & quod deficit deficiat, & reliqui deuorent unuſquiſque carnes proximi ſui. Et aſſumam uirgam meam pulchram, & proiiciam eam, ut diſſipem teſtamentum meum quod diſpoſui ad omnes populos, & diſſipabitur in die illa, & cognoſcent Chananæi oues: quæ cuſtodiuntur mihi, quia uerbum domini eſt. Et

tur Hieremias: Sacerdotes nõ dixerunt ubi eſt dominus: tenentes legem meam, neſcierunt me. Et paſtores preuaricati ſunt in me, & prophetæ prophetabant in Baal & idola ſecuti ſunt. Nec hac explanatione contentus: tres paſtores in uno menſe ſucciſos, eos uult accipi: qui in patrẽ & filiũ & ſpiritũ ſanctũ peccauerunt: Oẽs enim hęreticos aut unam, aut in duas, aut ĩ tres ſimul peccare pſonas. Dixerit ille quod uoluit: neq; enim alterius ſenſui detrahẽdum eſt: Nobis tres paſtores q̃ in uno mẽſe ſucciſi ſunt: Moyſes uidet & Aarõ & Maria: quorũ Maria in menſe primo, q̃ uocaſ מִרְיָם mortua eſt ĩ deſerto Sĩ: & in eodem loco propter aquam cõ

C Hiere. 2. b

Græci habent ἐπορεύοντο, forſan legendum ruebant

tradictionis, eodẽq; menſe, Moyſes & Aaron condẽnati ſunt: ne terrã repromiſſionis intrarent. Atq; ita factũ eſt, ut è tribus paſtorib. alia pręſenti morte ſuccíderet: alij ſentẽtia mortis futuræ. Et cõtracta eſt, inquit, anima mea ſup eos: uidelicet ſuper tres paſtores quos præpoſuerã gregi meo. Quia & illorum anima uariauit in me: nõ enim glorificauerũt me ad aquã cõtradictionis. Sí aũt ad populũ referimus, quod anima populi uariauerit in deum: ſic exponẽdũ eſt: Idcirco eis indignatus ſum: quia & ipſi inter me & idola fluctuãtes, uarijs contra me pugnauerunt modis: Quamobrem indignatus dixi ad Moyſen: Nõ paſcam uos: dimitte me & diſperdam eos. Quando autem dicit cum iraſcitur, dimitte me: prouocat ad rogandum, & oſtendit ſe ab eo poſſe retineri. Quod moritur, inquit, moriatur: & quod ſuccíditur, ſuccidatur: omnium corpora ruãt in ſolitudine, & uerſi in ſeditionem, inſtar beſtiarũ mutuis lacerẽtur morſibus: nullusq; terram repromiſſionis introeat. Quidam duas uocationes Iudęorum & gentium: in primo Iſrael, & nouiſſimo intellexere nomine Chriſtianos. Sed quomodo uocatio Chriſtiana ante proiecta ſit, & Iudæi remãſerint & paſti ſint à deo, nõ ſatis attẽderũt. a ¶ Et tuli &c.] Poſt uocationẽ Iſraelis & aſſumptionẽ uirgæ ſecũdæ, quæ uocabaſ, funiculus: tulit dominus uirgam primam totius orbis nationes, quę uocabatur decora: & abſcidit eas à cultu ſuo: quia uenerabiles ſunt idola, & omnes declinauerũt: ſimul inutiles facti ſunt. Manifeſtiusq; exponens quæ eſſet hæc uirga: intulit. Vt irritũ facerem fœdus meũ quod percuſſi cum omnibus populis: Statim enim ut Iſrael aſſumptus eſt, gentium turba proiecta eſt, & ut nata eſt filia archiſynagogi quę poſtea in euãgelio cum duodecim eſſet annorum ęgrotare & mor

D

Mar. 5. a

A tua esse narrat: ἁιμορροοῦσα cœpit sanguine fluere & ppetua infirmitate cruciari. Et in irritũ, ait, deductũ est fœdus meũ, qđ cũ omnib. inierã nationibus. Et intellexerũt paupes gregis: id est, populus Israel q mea mãdata custodit: qa uerbũ dñi est: id est, uolũtatis est dñi abiȷce re gẽtes negãtes, & in Abrahã Israel assumere confitentẽ. Pro eo qđ nos interpretati sumus, et cognouerũt sic paupe res gregis: Septuaginta transtulerũt, οἱ γνώσονται διχαναίοι τὰ προβατα τὰ φυλασσόμενά μοι, id est, & cognoscent Chananæi oues, quæ custodiuntur mihi, quod ita nonnulli ediderunt: Cognoscet populus Iudæorum ad quem dictum est: Semen Chanaan & non Iuda: qui nunc meis ceremonijs custodi

Dani.13.f

B tur: Siue quia Chanaã interp̃tanť, parati ad humilitatẽ, cognoscẽt qui olim parati sunt ut humilientť à dño & relinquanť. Cur aũt pro eo quod nos interpretati sumus, sic paupes: illi dixerũt, Chananæos: causa manifesta est, apud Hebræos em̃ sic בֶּן dicitť עֲנִיִּי pauperes: illi duo uerba ĩ unũ copulãtes: pro eo qđ est, sic pauperes, hoc est בֶּן עֲנִיִּי nomẽ בִּנְעֲנִי id est, Chananęę gẽtis interpretati sunt. a ¶ Et dixi &c.] Cognoscẽtibus Israelitici gregis pauperib. qui mea mãdata custodiũt: uerbũ esse dñi qđ locutus sum, & uera quæ dixi: id est, ad pauperes gregis: si uobis placet, homines enim estis & semel libero arbitrio uos creaui: quibus & in eremo locutus sum: Si audieritis me, quæ bona sunt terræ comedetis: Pro hac assumptione, qua abieci uniuersum hominum genus, & uos mihi in peculiarem elegi gregem, & creator omnium uolui paruũ habere funiculum: Reddite mihi mercedem meam, id est, mea præcepta seruare. Sin autem non uultis mercedem reddere: nec placet in oculis uestris meo censeri nomine: aperte renuite & facite quod

Exod.24.b

uultis. Qui tunc quidem respondẽrũt Moysi: Omnia quæcũq; dicit dominus faciemus: In fine autẽ temporum pro eo quod eos elegi de medio nationum, & liberaui de Aegypti fornace ferrea: appenderunt mercedem meam triginta argenteos, pro meo sanguine dantes Iudæ proditori. Et dixit, inquit propheta, dominus ad me: siue ipse saluator cuius priora sunt uerba: patrem ad se locutum esse esse contestans: Proȷce illud ad statuariũ: pro quo in Hebræo legitur יוֹצֵר id est, τὸν πλάσσοντα: quem nos fictorẽ & figulum possumus dicere. Et est sensus: Proȷce precium meum ad figulum, qui creator & fictor est omniũ: Nec dixit, depone: sed proȷce: ut fictoris plastæq; iudicio merces domini penderetur: & εἰρωνικῶς precium suum, id est, diuinæ maiestatis, in triginta cernens argenteis, & tam uili mercede se proditum: Decorum, inquit, precium

C

HEBRAEI. Et dixi ad eos: Si bonum est in oculis uestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite: & appenderunt mercedem meam, triginta argenteos. Et dixit dominus ad me: proȷce illos ad statuarium: decorum preciũ quod appreciatus sũ ab eis & tuli triginta argenteos & pieci illos in domum domini ad statuarium. Et prẽcidi uirgam meam secundam: quę appellabať funiculus, ut dissoluerem germanitatem inter Iudã & Israel. Et

SEP. Et dicam ad eos: Si bonum est in cõspectu uestro, date statuẽtes mercedem meam, aut renuite. Et statuerunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dñs ad me: depone eos in conflatorium, & recogita si probatũ est, sicut probatus sum pro eis. Et tuli triginta argẽteos & misi eos in domũ domini in conflatorium. Et abieci uirgam meam secundã, quæ appellabať funiculus: ut dissiparem testamentũ quod erat inter Iudam & Israel. Et

quod appreciatus sum ab eis: hoc autẽ pressius est legẽdum cum irrisione et subsannatione dicentis: Tanto me populus meus & pauperes quõdam gregis et à me electi in filios, emendum atq; uendendũ precio iudicarũt. Et tuli, ait dominus per prophetã: sicut mihi à deo fuerat imperatum, triginta argenteos, & non eos deposui, sed ȷecieci in domum domini ad fictorẽ: In domo domini feci eos à proditore reddi sacerdotibus &

D Pharisæis, ipso confitente qui uendidit: Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi, quoniam precium sanguinis erat, noluerunt illud reponere in corbonam, id est in gazophylacio: sed emerunt ex eo agrũ figuli in sepulturam peregrinorum: Nos enim omnes qui peregrini & aduenę legis fuimus, redẽpti precioſissimo eius sãguine, in domo fuguli creatoriscq; oĩum sepelimur & requiescim⁹. Pro πλάσσοντα at q; fictore, statuariũ oĩ interp̃tatus sũ, uerbi ãbiguitate cõpulsus: qđ statuariũ fictorẽq; uno sermone significat. Iudęi istũ locũ malicioſe interp̃tãtes: triginta argẽteos, triginta legis mãdata cõmemorãt quę facere iubeãť in lege, et rursum triginta ſex alia quę prohibeãtur in lege, & dici eis, ut argentũ mãdatorum domini plastę suo atq; fictori reddãt deo: quod quia facere noluerint, esse proiectos. Breuiter indicare uolui quid sentiant: alioquin explanationem eorum lacinioſiſſimam tædet reuoluere: ut ad relíqua transeamus. b ¶ Et prẽcidi uirgam &c.] Et in hoc loco longam cuiusdam explanationem, imò tricas inextricabiles legisse me noui: duarum uirgarum in unam societatem ex Ezechielis uolumine proferentis, & omnia quæ de cõcordia Iudæ & Ephraim spiritualiter sentienda sunt huic capitulo coaptantis. Nos autem cœptum sequamur ordinem. Postquàm à iudęis crucifixus est dominus, & triginta appreciatus argenteis, & precium sanguinis eius in sepulturam profecit gẽtium: quæ peregrinæ erant à lege & mandatis dei: statim dominus sententiam suam ultra non differens: Præcidi, ait, uirgam meam secundã: quæ proprie mea erat: quæ sic mihi hærebat, ut in Hieremia perizoma & cinctorium atque lumbare, siue ut consueto uerbo

Matth.27.a

Hiere.13.a

utar

A utar,coxale ſit appellata:Quę ſecunda uirga quon dã appellata funiculus & pars mea:à me ideo proiecta eſt,ut diſſoluerem fœdus & germanitatem atque concordiam,quæ inter Iudam fuerat & Iſrael, & fratres à ſe inuicẽ ſepararẽ: Vt in apoſtolorum & eorũ qui egerant pœnitẽtiam numero,rurſum Iuda appellaretur & confitens deum ſuum: Iſrael autẽ & Ephraim & Ioſeph uocarẽtur, qui in cordis duritia permanentes dixerunt: Non habemus regem niſi Cæſarem. Vnde non intulit: ut irritum facerẽ pactũ, ſiue teſtamentum quod habui cum Iuda & Iſrael: uſque hodie enim pœnitentibus porrigit manum: ſed ut de uno populo credentes alios,& alios nõ credentes inter ſe diuideret, dicens: Nolite arbitrari, quia ueni mittere pacem in terram, non ueni mittere pacẽ, ſed gladium: Veni enim ſeparare hominem aduerſum patrem ſuum, & filiam aduerſum matrem ſuam, & nurũ aduerſum ſocrum ſuam: & inimici hominis domeſtici eius. a ¶Et dixit dominus ad me:adhuc ſume tibi uaſa paſtoris ſtulti:Quia &c.] Quando dicit:adhuc ſume tibi uaſa paſtoris ſtulti: illud ſignificat quod ſupra aſſumpſerit ſibi uirgas duas:unam decorem,& alteram funiculum. Et quia illas ſuo uitio peccatóque proiecit,& ſoluta germanitate inter Iudam & Iſrael:nos inſerti ſumus in radicem bonæ oliuæ: & cæcitas ex parte facta eſt domui Iſrael donec intraret plenitudo gentium: Nũc prophetæ dicitur:ut graui ſſimum paſtoris ſtulti ſiue imperiti aſſumat uaticinium. Paſtor ſtultus & imperitus, haud dubium quin antichriſtus ſit:qui in conſummatione mũdi dicitur eſſe uenturus:Et qualis uenturus ſit indicatur. Vaſa autẽ paſtoris, inſignia illius & habitum debemus accipere,peram,baculum, fiſtulam & ſibilum. Et quomodo Eſaias, ut captiuitatem populi demonſtraret nudus ingreditur: & Hieremias uadit ad domum figuli:ut ex diſſipatione uaſis quod currebat in rota & manu fingebatur artificis,& interitum Iſrael & dei potentiam oſtenderet: Et ezechiel ut ſubuerſionem Hieruſalem & fugam Sedechiæ & onera captiuorum,non ſolum uoce,ſed & habitu demonſtraret: perfodit parietem & in ſuis humeris excipitur: Sic Zacharias habitum ſtulti & imperiti paſtoris aſſumit, ut eum nunciet qui uenturus eſt. Iſte paſtor ideo conſurget in Iſrael: quia uerus paſtor dixerat: Iam non paſcam uos: Qui alio nomine:et in Daniel propheta,et in euangelio, & in epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes: abominatio deſolationis,ſeſſurus in templo domini prophetatur, & ſe facturum ut deum,qui & per Eſaiam magnus ſenſus dicitur. Et ad hoc uenit non ut ſanet, ſed ut perdat gregem Iſrael. Paſtor enim bonus ægrotãtia pecora uiſitat:diſperſa inquirit,relicta affert,laſſa ſuſtentat. Econtrario paſtor malus, omnia aduerſa agit: & carnes pinguium deuorat:ungulas arietum & ouium diſſoluit atq; peruertit, ne recto ingrediantur pede. Hunc paſtorem ſuſcepere Iudæi: quẽ dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & euacuabit illuminatione aduentus ſui:ut qui non crediderunt ueritati ne ſalui fierent, credant mendacio & iudicentur,quia conſenſerunt iniquitati. Deſcripto autem paſtore peſſimo,ſtulto & imperito:ad ipſum paſtorem prophetalis ſermo conuertitur:O paſtor et idolum. Tam ſceleratus eſt paſtor:ut non idolorum cultor:ſed ipſe idolum nominetur,dum ſe appellat deum, & uult ab omnibus adorari. Qui dereliquit gregem à beſtijs deuorandum:quem dominus tanto tempore cuſtodierat. Gladius ſuper brachium eius & robur, & ſuper oculum dextrum eius: quo ſe acute dei iactabat cernere ſacramenta, & plus uidere quàm omnes retro prophetæ uiderant:intantum ut dei filium ſe uocaret. Gladius autem ille eſt, de quo & ſupra diximus:& nunc dicemus ex parte,de quo & Eſaias loquitur:inebriatus eſt gladius meus in cœlo. Propterea autẽ gladius domini ſuper brachium eius: & ſuper oculum dextrum illius erit: ut robur eius & omnis iactantia fortitudinis eius ariditate ſiccetur,& ſcientia quam ſibi falſo nomine promittebat æternis tenebris obſcuretur. Cap. XII

ONus uerbi domini ſuper Iſrael: Dixit &c.] Triplex interpretatio eſt ab eo loco, in quo legimus: Ecce ego ponam Hieruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu:uſq; ad

HEBRAEI. Et dixit dõminus ad me: Adhuc ſume tibi uaſa paſtoris ſtulti: Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra qui derelicta non uiſitabit: diſperſum non quæret,& contritum nõ ſanabit. & id quod ſtat non enutriet,& carnes pinguium comedet,& ungulas eorum diſſoluet. O paſtor & idolum derelinquens gregem:gladius ſuper brachium eius & ſuper oculum dextrum eius:brachium eius ariditate ſiccabitur,& oculus dexter eius tenebreſcẽs obſcurabitur.

Caput. XII

ONũs uerbi domini ſuper Iſrael: Dixit dominus extendens cœlum, & fundans terram, & fingens

SEPTVA. Et dixit dominus ad me: Adhuc ſume tibi uaſa paſtoralia paſtoris imperiti: Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorẽ ſuper terram qui derelictum non uiſitet, & diſperſum non requirat,& fractum non ſanet, & integrum non dirigat, & carnes electorum deuoret, & talos eorũ peruertat. O qui paſcitis uana & qui dereliquiſtis oues: gladius ſuper brachium eius,& ſuper oculum eius dextrum: brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius cæcitate obſcurabitur. Caput. XII

ASſumptio uerbi domini ſuper Iſrael, dicit dominus extendens cœlum & fundans terram, & fingens

Zach.11.b
Dan.9.g
Mar.13.b
2.Teſſal.2.b
Eſa.32.b
Eſa.34.a

A eum locum ubi ſcriptum eſt: Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum: & ſuper uirum cohærentem mihi, dicit dominus exercituum: Percute paſtorẽ & diſpergentur oues. Alij enim Iudæorum putant iã hæc ex parte cõpleta à Zorobabel, uſq; ad Cn. Pompeium: qui primus Romanorum Iudæam cepit & templum: quã hiſtoriã ſcribit Ioſephus. Alij uero quando Hieruſalem fuerit inſtaurata in fine mundi eſſe complẽda: quod ſibi cum ἀλειμμένῳ ſuo quẽ ſupra ſtultũ paſtorem legimus: miſerabilis gens Iudæa promittit. Alij autẽ, hoc eſt, nos qui Chriſti cenſemur nomine: in eccleſia uſq; ad finem mũdi
B quotidie expleri & explenda memoramus. Et ne per ſingula extendamus modũ uoluminis, proponentes: Hæc dicunt illi: ſic alij ſuſpicantur: nos ita ſẽtimus, Tres poſuimus ſententias, ut ex interpretationis uarietate quid cui coaptandum ſit prudens lector intelligat. Dominus igitur qui cœlum extendit ut pellem, & terram alta mole ſolidauit & ſpiritum hominis finxit in eo, idem animarum creator eſt omnium: ut ex duabus ſubſtantijs animæ & corporis unum animal compingeret. Spiritus enim pro anima frequenter accipitur: ut ibi: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et: Auferes ſpiritum eorum & deficient & in puluerem ſuum reuertẽtur. Iſte igitur creator uniuerſitatis & dominus, ſe Hieruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu poſiturum eſſe teſtatur: ut qui limẽ eius attigerit, inebrietur & corruat: ſiue ipſum ſuperliminare in eum corruat à quo cõtingitur. Sed & Iudas obſeſſa Hieruſalem, eſt captus à gentibus: et in illarum tranſiens ſocietatem, cogetur obſidere metropolin ſuam. Non ſolum autem dominus Hieruſalem ponet cunctis populis quaſi ſuperliminare crapulæ, ſed ponet illam quaſi lapidem oneris cunctis populis: quem qui leuare uoluerit, conciſione lacerabitur. Congregabuntur enim ad uerſum Hieruſalem omnia regna terrarum. Mos eſt in urbibus Palæſtinæ: & uſque hodie per omnem Iudæam uetus conſuetudo ſeruatur: ut in uiculis, oppidis & caſtellis rotundi ponantur lapides grauiſſimi ponderis: ad quos iuuenes exercere ſe ſoleant, & eos pro uarietate uirium ſubleuare: alij ad genua: alij ad umbilicum: alij ad humeros & caput: nonnulli C ſuper uerticem erectis iũctiſq; manibus, magnitudinem uirium demonſtrantes, pondus extollant. In arce Athenienſium iuxta ſimulachrum Mineruæ, uidi ſphęram æneam grauiſſimi ponderis: quã ego pro imbecilli tate corpuſculi mouere uix potui: Cũ autẽ quęrerẽ, qd nã ſibi uellet: reſponſũ eſt ab urbis eius cultoribus, athletarũ in illa maſſa fortitudinem cõprobari: nec prius ad agonẽ quemquam deſcendere, quàm ex leuatione ponderis ſciatur quis cui debeat comparari. Senſus ergo iſte eſt: Ponã Hieruſalem cunctis gentibus, quaſi grauiſſimum lapidem ſubleuandum. Le- D uabunt quidem eã, & pro uirium uarietate uaſtabunt: ſed neceſſe eſt ut dum leuatur, in ipſo nixu & eleuatione ponderis, grauiſſimus lapis ſciſſurã aliquam uel raſuram in leuantium corporibus derelinquat. Super eccleſia ſic interpretari poteſt: quod cuncti perſecutores qui cõtra dominum domini dimicarunt, inebrientur eo calice quo uniuerſis gentibus propinat Hieremias: ut bibant, & inebrientur, & cadant, & uomant & inſaniant. Scio perſecutionis tempore multos è noſtris contra eccleſiam pugnare conpulſos: ſed quicunq; hoc pondus uoluerit ſubleuare, leuabit quidem: & pro ira domini qua corripit peccatores, ſuis manibus ſuſtentabit: Verum ipſe non erit impunitus, dei contra ſe gladio dimicante. Pro lapide oneris, quẽ nos ut potuimus interpretati ſumus: Septuaginta uerterunt λίθον καταπατούμενον, id eſt, lapidem cõculcatum à cunctis gentibus. Omnis qui conculcauerit eum ſiue eam, id eſt Hieruſalem, illudẽs illudet. Qui manifeſtus eſt ſenſus, quod utroq; modo Hieruſalem, & ab inimicis gentibus, & à perſecutoribus conculcanda ſit, & illudendum ei pro uoluntate illudentium. Sed melior & uerior eſt ſenſus ſuperior. Breuiter ſingula exponimus ut tandem ueniamus ad calcem: ne ſi prolixius ſcripſerimus, & rerum obſcuritate, & ſermonis longitudine, lectoris animus confundatur. a ¶ In die illa dicit dominus &c.] In illo tempore, hoc enim ſignificat dies, quando obſeſſa fuerit Hieruſalem: ita ut Iudas quoque eam obſidere cogatur, & carnaliter & ſpiritualiter percutiet dominus omẽs aduerſariorũ equos in ſtuporem

HEB. & fingẽs ſpiritum hominis in eo: Ecce ego ponam Hieruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: ſed & Iuda erit in obſidione contra Hieruſalem: Et erit in die illa, ponam Hieruſalẽ lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuauerunt eam conciſione lacerabuntur, & colligentur aduerſus eam omnes gentes terræ. In die illa, dicit dominus, percutiam omnem equum in ſtuporem, & aſcenſorem eius in amentiam, & ſuper domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam

SEPTVA. & fingens ſpiritum hominis in eo, Ecce ego ponam Hieruſalem ut ſuperliminaria quæ mouentur omnibus populis incircuitu, & in Iudæa. Et erit obſidio circa Hieruſalem, & erit in die illo, ponam Hieruſalem lapidem qui conculcatur à cunctis gentibus, omnis qui conculcauerit eam illudens illudet, & congregabo ſuper eam omnes gentes terræ. In die illa, dicit dominus omnipotens, percutiã omnem equũ in ſtupore, & aſcenſorẽ eius in amẽtia. ſuper domũ autẽ Iuda aperiam oculos meos, & omnes equos populorũ percutiam

Luc.23.f
Pſal.103.d
Hier.25.c

A in ſtuporem: ita ut omnes ſtupeãt qui eos uiderint eſſe percuſſos: & aſcenſores eorum, malorum premente magnitudine, uertentur in amentiam, & ſuper domum Iuda, qui contra metropolim ſuam facere aliquid cogebantur, aperiet dominus oculos ſuos ut eorum miſereat, & eos dignos ſuo faciat aſpectu, oculorumq; ſuorũ illuſtret lumine: omnes autẽ equos populorũ æterna percutiet cæcitate. Qui ſpiritualiter equi intelligẽdi ſint, ſupra diximus: Fallax equus in ſalutem. Et: Hi in curribus, et hi in equis. & cætera his ſimilia. Aſcenſores quoq; eorũ: uel dæmones uel falſos magiſtros diximus: qui omnes in ſtuporem uertentur & amẽtiam, ut nihil ſapere cõuincantur, ſed palpabiles eos opprimãt tenebræ: quales fuerunt quãdo Aegyptiorũ primitiua percuſſa ſunt. Super domum autem Iuda, id eſt, populum qui confitetur deum, & fractus perſecutionis anguſtijs ac timore perterritus, uidetur eſſe in numero perſequentium, aperiet dominus oculos ſuos, ut pleroſque reſpiciat dicẽtes ad ſe: Reſpice in me & miſerere mei, & mereantur audire: Erit tibi dominus lumen æternum. Hęc eſt grauiſſimi lapidis laceratio: quam in aduerſarios ſuos, qui Hieruſalem leuare & uexare conati ſunt, dominus conminatur. a ¶ Et dicent duces Iuda in corde ſuo, confortentur mihi habitatores Hieruſalem in domino exercituum deo eorum. ] Quum aperuerit dominus oculos ſuos ſuper Iudam, & percuſſerit omnes equos gentium cæcitate: duces Iuda, de quo ſupra dictum eſt: Sed & Iudas erit in obſidione contra Hieruſalem: uota facient in cordibus ſuis, quia loqui libere non audebunt, ut uincat Hieruſalem, & uictus Iudas cum hoſtibus, uincat cum ciuibus ſuis. Pro eo quod nos dicimus: confortentur mihi: & Lxx. tranſtulerunt εὑρήσομεν ἑαυτοῖς, id eſt inueniemus nobis: In Hebraico ſcriptũ eſt אֲמַצָּה לִּי quod Aquila tranſtulit καρτέρησόν μοι, id eſt, conforta mihi: ut ſit ſenſus: Optabunt chiliarchi & tribuni, ac duces Iuda: ac uota facient in abſcondito mentis arcano: ut deus confortet habitatores Hieruſalem in domino deo ſuo & uincãt aduerſarios ſuos. Iuxta Tropologiam: duces ac tribuni, apoſtoli ſunt, & omnes apoſtolici uiri atq; doctores, qui Chriſti exercitui præfuerunt: qui nollent ſibi alios inueni-

HEBRAEI. tiam in cæcitate. Et dicent duces Iuda in corde ſuo, confortentur mihi habitatores Hieruſalem in domino exercituum deo eorum In die illa ponam duces Iuda ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut facem ignis in fœno, & deuorabũt ad dextram & ad ſiniſtram omnes populos in circuitu, & habitabitur Hieruſalem rurſus in loco ſuo in Hieruſalem. Et ſaluabit dominus tabernacula Iuda ſicut in principio, ut non magnifice glorietur domus Dauid, & gloria habitantium Hieruſalem

SEPTVA. tiam in cæcitate. Et dicent tribuni, id eſt, οἱ χιλίαρχοι Iuda in cordibus ſuis, inueniemus nobis qui habitant Hieruſalem in domino omnipotẽte deo eorũ. In die illa ponã tribunos Iuda ſicut torrem ignis in lignis, & ſicut facẽ ignis in ſtipula, & deuorabunt à dextris & ſiniſtris omnes populos dñi per circuitũ, & habitabit Hieruſalẽ adhuc in ſemetipſa, & ſalua faciet dñs tabernacula Iuda ſicut à principio, ut non magnificetur gloria domus Dauid & elatio habitatorum Hieruſalem

re, niſi eos qui habitẽt in Hieruſalem uiſione pacis, C & qui habitent in domino omnipotente deo ſuo. De his ducibus Paulus apoſtolus fuit: qui inuenit Titum & Timotheũ, Lucam atq; Syluanum: Petrus quoq; qui Marcum ſcriptorem erudiuit euangelij, & cæteri apoſtoli, qui omnem mundum ſua doctrina & eruditione compleuerũt, ut haberẽt diſcipulos habitatores Hieruſalem. b ¶ In die illa ponam duces Iuda ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut facem ignis in fœno, & deuorabunt ad dextram & ad ſiniſtram omnes populos in circuitu, & habitabitur Hieruſalem rurſus in &c. ] Quando duces Iuda dixerint in cordibus ſuis: Conforta mihi domine obſeſſos Hieruſalem: ut qui ſua imbecillitate uicti ſunt, tuo ſuperent auxilio: Tunc ego Dominus omnipotens deus eorum, ponam principes Iuda ſicut fornacem ignis in lignis, & ſicut facem in ſtipula: ut deuorent aduerſarios, quibus ſimulata amicitia iungebantur. Deuorent autem à dextris & ſiniſtris: & omnes populos occidant in circuitu, ut rurſum Hieruſalem habitetur in loco ſuo, & nequaquam hoſtiles impetus timeat. Vrbes quoq; & oppida ac uillas & uiculos tribus Iudę, qui direpti fuerant atq; uaſtati, inſtaurẽt ſicut fuerant antequam uaſtarentur: & nequaquam domus regia & inclyti ac magnifici tribus Iuda, & habitatores Hieruſalẽ glorientur aduerſum tribum Iuda: quod ſuo regatur imperio, ſuo cõſilio gubernetur: ſed ſciẽt quod domini ſit in utriſq; uictoria. Hæc iuxta hiſtoriam ſeu facta ſint ſeu futura, fidem rerum domini iudicio relinquentes, & ſanctis eius qui ab eo ſapientiæ ac ueritatis ſpiritum receperunt: Nos dicamus quod in tẽpore perſecutionis eccleſiæ, duces & tribuni nominis Chriſtiani: de quibus ſupra diximus: cum dominus pacẽ reddiderit Hieruſalẽ & interfecerit aduerſarium ſpiritu oris ſui: futuri ſint quaſi caminus ignis in lignis, ut deuorent infructuoſas arbores, & ſicut faces in ſtipula: ut quodcũq; frumentum non habet, & circunfertur omni uento doctrinæ tradatur incendio, Et deuorabunt (inquit) duces Iuda et tribuni ad dexterã et ad ſiniſtrã, eos qui in medio itinere incedere noluerũt, neſcierũt ὑποβολὰς εἶναι κακίας: unde dei populus pollicet̃; nec ad dexterã, nec ad ſiniſtrã declinabim⁹: uia

Tropologia

A regia gradiemur. Via dextra, parcitas est, quam Græci φειδολίαν uocãt: sinistra, luxuries: media rectaq́, frugalitas. Omnes igitur qui sunt in uia dextra, quib⁹ dicit: Ne sis iustus nimis: Et in sinistra, qui audiunt: Viæ quæ ad sinistram sunt, peruersæ sunt: deuorãs flamma cõsumet: & deletis aduersarijs atque sublatis, rursũ Hierusalem, id est ecclesia pristinam gloriam recipiet, & erit in suo statu, & Iudæ tabernacula saluabũtur, toto orbe dispersa Christianorum concilia abulat: de quibus quasi tentorijs et tabernaculis ire cupimus ad domum quæ nõ est manufacta, & ad cœlestem Hierusalem. Propterea autem tabernacula plebis & omnium qui censentur nomine Christiano, et reputãtur in uulgus, antiquam pacem recipient obsessis

B ecclesiarum principibus, & in fugam uersis: ut nequaquàm putent magistri atque doctores sua doctrina & sapientia: sed domini auxilio pacem ecclesijs redditã. *a* ¶ In die proteget dominus &c.] Iuda obtinente uictoriam & domino restituente tabernacula eius sicut fuerant à principio, ut nequaquam domus regia contra populum glorietur: In illa die & in illo tempore dominus, cuius auxilio Iudas à dextris & à sinistris aduersarios deuorabit, proteget etiam obsessos Hierusalem, & in tantã felicitatem ac beatitudinem omnia mutabuntur: ut qui uilissimus putabatur, sit quasi domus regia, & qui de domo regia erat, sit quasi de domo dei, id est, quasi nuncius domini & angelicæ dignitatis, in cõspectu eorum

*Anagog.* qui eo tempore fuerint resaluati. Iuxta Anagogẽ: Proteget dominus habitatores ecclesiæ, pace ecclesiarum post persecutionem grauissimam reddita, quando & sui nominis interpretatione decorabitur: Hierusalem enim uisio pacis exprimit. Et tam beati erunt qui pro ecclesia militarunt, & in persecutione dominum sunt cõfessi: ut qui minimus fuerit, & quasi homo in aliquo peccato dictoq́ offenderit, ponatur in ordine magistrorum: Et magistri qui suum seruauerint gradum, sint quasi domus dei, et quasi angelus domini: quia hoc omni studio laboramus positi in terra, & uario labore sudantes, ut transformemur in angelicam gloriam. *b* ¶ Et erit in die illa &c.] In die illo quando proteget dominus habitatores Hierusalem, quæret dominus

HEBRAEI. salem contra Iudam. In diẽ illa proteget dominus habitatores Hierusalem, & erit qui offenderit ex eis in die illa quasi Dauid, & domus Dauid quasi dei: sicut angelus domini inconspectu eorũ. Et erit in diẽ illa: quærã conterere omnes gentes quæ ueniunt contra Hierusalẽ. Et effundam super domũ Dauid, & super habitatorem Hierusalem, spiritum gratiæ & precum. Et aspicient ad me quem confixerunt & plangent eum planctu quasi super unigenitũ, & dolebunt super eum ut doleri solet in morte primo-

SEP. salem super Iudam. Et erit in die illa proteget dominus habitatores Hierusalem: & qui infirmus in eis fuerit in die illa erit quasi domus Dauid, & dom⁹ Dauid q̃si domus dei, et angelus dñi in conspectu eorum. Et erit in die illa quærã auferre oẽs gentes quæ ueniunt contra Hierusalẽ, & effundam super domũ Dauid & super habitatores Hierusalem spiritũ gratiæ & misericordię. Et aspicient ad me pro eo quod insultauerunt, & plangent super eum planctum quasi super chariſſimum, & dolebunt dolore quasi super primo-

C conterere omnes gentes, quæ ueniunt contra Hierusalem. Conteret autem non in perditionem: sed in emendationem: ut aduersum Hierusalem militare desistant, & esse incipiant de Hierusalẽ. Si enim de nihilo creauit omnia: non idcirco fecit ut perderet quæ creauit: sed ut illius misericordia quę creata sunt, saluarentur. Vnde & in sapientia quæ Salomonis inscribitur, (si cui tamẽ placet librũ recipere) scriptũ reperimus: Creauit ut essent omnia, & salutares generationes mundi: & non erit eis uenenum mortiferũ. Sicut enim uenit dominus ut quæreret quod perierat, & saluauit humanum genus: sic & gentes in eo perdidit, qd' gentes erãt aduersariæ. Deniq́ sequitur: Effundam super domum Dauid & super habitatores Hierusalem, D spiritum gratiæ & misericordiæ De hac gratia scribit & Paulus: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et in supradicto uolumine continetur: Quæ in cœlo sunt: quis inuestigabit: nisi quod tu dedisti sapientiam, & spiritũ sanctum tuum misisti de excelsis, & sic correctæ sunt semitæ eorum qui uersantur in terra, & quæ tibi placent, eruditi sunt homines. Et in Esaia loquitur deus: Dedi spiritũ meũ super te. Et rursum de eodẽ scriptura cõmemorat: Dedi spiritũ meũ super eum. Verbũ autẽ effusionis, sensum largitatis ostẽdit: sicut manifestũ est in eo quod diximus: Charitas dei diffusa est in cordibus uestris. Et ĩ alio loco expersona dei: effundam de spiritu meo super omnem carnem. Qui sit autem spiritus gratiæ: idem Apostolus loquitur ad Hebræos: Quãto magis putatis deteriora mereri supplicia eũ qui filiũ dei cõculcauerit, & sãguinẽ testamẽti pollutũ duxerit: in quo sãctificatus est, & spiritui gratiæ cõtumeliã fecerit: Vnde & spiritus sancti diuersæ gratiæ esse dicunt. Et salutatio Apostoli: Gratia (inquit) uobis & pax multiplicet: ut postq́ nobis peccata donauerit, tũc pax per misericordiam consequatur. Hęc Iudæi ex parte iam facta: & plenius in cõsummatione mundi futura commemorant: Nos autem post aduentum Christi quotidie impleri intelligimus & probamus. *c* ¶ Et aspiciẽt &c.] Hebraicæ literæ ר & ד hoc est, d & r similes sunt, & paruo tantũ apice distinguuntur. Ex quo euenit ut idẽ uerbũ diuerse

Sap. 1. d

Sap. 9. d

Esa. 42. d

Ioel. 2. g

Hebr. 10. d

legentes

A legentes, aliter atq; aliter transferant. Intelligentiæ gratia unum demus exẽplum: Et uestitus, inquit, erat Samuel אֵפוֹד בָּד id est, indumento líneo בָּד enim línum appellatur: Vnde & בָּדִים lína dicuntur: Pro quo Hebraico, Græco Latinoq; sermone male quidã legunt, ephod bar: Si quidem בַּר aut filius appellatur, aut frumenti manipulus, aut electus, aut ὄυλος, id est, crispus. Quod ibi errore interpretationis accidit, etiam hic factũ deprehendimus. Si enim legatur דָּקָרוּ ἐξεκέντησαν id est, compunxerũt siue confixerunt accipitur. Sin autem contrario ordine literis commutatis רָקָדוּ ὠρχήσαντο id est, saltauerunt intelligitur, & ob similitudinem literarũ error est natus. Ioannes B autem euangelista q de pectore domini hausit sapiẽtiam: Hebreus ex Hebrę is, quem saluator amabat plurimum, non magnopere curauit quid Græcæ literæ continerent, sed uerbum interpretatus e uerbo est, ut in Hebræo legerat: et tempore dominicæ passionis dixit esse completum. Quod si quis non recipit, det testimonium, de quo sanctarum scripturarum loco Ioannes ista protulerit, & cum non repererit, cogetur ingratis suscipere ueritatem. Plangẽt autem Iudæi quasi super unigenito & primogenito: idipsum significante in domino saluatore, & unigenito & primogenito. Vnigenitus dicitur propter naturæ proprietatem: primogenitus, iuxta Apostolum ex mortuis resurgentium. Pro unigenito ἀγαπητὸν, id est charissimũ, Lxx. transtulerunt de quo in euangelio legimus: Mat.3.d Hic est filius meus charissimus in quo mihi cõplacui. Tunc dolebunt à se crucifixum, cum uiderint in claritate regnantem. Verbum κατωρχήσαντο apud Græcos non ab illusione, sed à saltatu compositum est: quod scilicet contra dominum quasi ludendo saltauerint: quando dicebãt illudentes at- Mat.15.c que ridentes: Vah, qui destruis templum: & in tribus diebus ædificas illud. Saluum fac temetipsum descendens de cruce. Hæc & alia illudẽtes, & quodam amentiæ tripudio saltantes loquebãtur a ¶ In die illa &c. חֲדַדְרִמּוֹן pro quo Lxx. transtulerunt ῥοῶν, urbs est iuxta Hiezraelem, quę hoc olim uocabulo nuncupata est, & hodie uocatur Maximianopolis in campo Mageddõ: in quo Iosias rex iustus à Pharaone cognomento Nechao uulnera- c tus est: super quo lamẽtationes scripsit Hieremias, quę leguntur in ecclesia, & scripsisse eum Paralipomenon testatur liber. Sicut igitur eo tempore post reges peccatores spes omnis populi erat in Iosia & occiso illo, magnus plãctus in urbe commotus est: sicut legimus in Hebraico: Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus: in umbra tua uiuemus in gentib⁹: licet alij iuxta intelligentiam spiritualem hoc referãt ad dominũ Iesum: Ita crucifixo saluatore renouabit plãctus in Hierusalẽ, sicut quondam fuit in urbe Adadrimõ in campo Magedon. Quodq; sequitur: Plangent familiæ & familiæ, siue D tribus et tribus seorsum: familię domus Dauid seorsum, & uxores siue mulieres eorũ seorsum: hoc significat, quod tempore tribulationis & iudicius non debeamus seruire coniugijs & operi nuptiarum. Vnde & in Iohel captiuitate propinqua dicitur ad Iudæos: Egrediatur sponsus de cubiculo suo, & sponsa de thalamo suo. Et impendente diluuio, imperatur Noe: Ingredere in arcam tu, & filij tui, & uxor tua, & uxores filiorum tuorum. Et postea finito diluuio, dicit ad eum: Egredere tu & uxor tua, & filij tui, & uxores eorum: ut qui in arca impendente discrimine fuerant separati, redditi mundo, generationi & liberis deseruirent. Hoc autem non solum in tempore fit angustię, sed & in tẽpore orationis: quando uolumus dominum deprecari: dicente Apostolo ad Corinthios: Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi. Igitur & nunc tribus domus Dauid, & tribus domus Nathan, & tribus domus Leui, & tribus domus Semei à suis uxoribus separantur: ut plangant unigenitum & primogenitum dominum Iesum: de quo dixerãt: Sanguis eius super Mat.27.e nos & super filios nostros. In Dauid, regia tribus accipitur, hoc est Iuda: In Nathã pphetalis ordo describitur: Leui, refertur ad sacerdotes, ex quo ortũ est sacerdotium: In Semei doctores accipiuntur: ex hac enim tribu magistrorum agmina pullularunt. Reliquas tribus tacuit, quæ non habent aliquod priuilegium dignitatis. In eo autem quod ait, Oẽs tribus reliquæ, tribus et tribus seorsum, &

HEBRAEI. primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Hierusalẽ sicut plãctus Adadrimõ in campo Maged dõ, & planget terra: familiæ & familiæ seorsũ: familię domus Dauid seorsũ, & mulieres siue uxores eorũ seorsum: (Verbũ enim Hebraicũ נָשִׁים id est γυναῖκες utrũq; significat.) Familiæ domus Nathã seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ Semei seorsum, & mulieres eorũ seorsũ: omnes familię reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorũ seorsum.

Caput. XIII

In die amabat plurimum, non magnopere curauit quid Græcæ literæ continerent, sed uerbum interpretatus e uerbo est, ut in Hebræo legerat: et tempore dominicæ passionis dixit esse completum. Quod si quis non recipit, det testimonium, de quo sanctarum scripturarum loco Ioannes ista protulerit, & cum non repererit, cogetur ingratis suscipere ueritatem. Plangẽt autem Iudæi quasi super unigenito & primogenito: idipsum significante in domino saluatore, & unigenito & primogenito. Vnigenitus dicitur propter naturæ proprietatem: primogenitus, iuxta Apostolum ex mortuis resurgentium. Pro unigenito ἀγαπητὸν, id est charissimũ, Lxx. transtulerunt de quo in euangelio legimus: Mat.3.d Hic est filius meus charissimus in quo mihi cõplacui. Tunc dolebunt à se crucifixum, cum uiderint in claritate regnantem. Verbum κατωρχήσαντο apud Græcos non ab illusione, sed à saltatu compositum est: quod scilicet contra dominum quasi ludendo saltauerint: quando dicebãt illudentes at- Mat.15.c que ridentes: Vah, qui destruis templum: & in tribus diebus ædificas illud. Saluum fac temetipsum descendens de cruce. Hæc & alia illudẽtes, & quodam amentiæ tripudio saltantes loquebãtur a ¶ In die illa &c. חֲדַדְרִמּוֹן pro quo Lxx. transtulerunt ῥοῶν, urbs est iuxta Hiezraelem, quę hoc olim uocabulo nuncupata est, & hodie uocatur Maximianopolis in campo Mageddõ: in quo Iosias rex

SEPTVA. primogenito. In die illa magnus erit planctus in Hierusalem, sicut plãctus maligranati quod in campo succiditur, & plãget terra per tribus ac tribus: tribus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus domus Iudę seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus Symeon seorsum: & mulieres eorum seorsum: omnes reliquę tribus seorsum, & mulieres eorum seorsum.

Caput. XIII

In die hoc significat, quod tempore tribulationis & iudicius non debeamus seruire coniugijs & operi nuptiarum. Vnde & in Iohel captiuitate propinqua dicitur ad Iudæos: Egrediatur sponsus de cubiculo suo, & sponsa de thalamo suo. Et impendente diluuio, imperatur Noe: Ingredere in arcam tu, & filij tui, & uxor tua, & uxores filiorum tuorum. Et postea finito diluuio, dicit ad eum: Egredere tu & uxor tua, & filij tui, & uxores eorum: ut qui in arca impendente discrimine fuerant separati, redditi mundo, generationi & liberis deseruirent. Hoc autem non solum in tempore fit angustię, sed & in tẽpore orationis: quando uolumus dominum deprecari: dicente Apostolo ad Corinthios: Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi. Igitur & nunc tribus domus Dauid, & tribus domus Nathan, & tribus domus Leui, & tribus domus Semei à suis uxoribus separantur: ut plangant unigenitum & primogenitum dominum Iesum: de quo dixerãt: Sanguis eius super Mat.27.e nos & super filios nostros. In Dauid, regia tribus accipitur, hoc est Iuda: In Nathã pphetalis ordo describitur: Leui, refertur ad sacerdotes, ex quo ortũ est sacerdotium: In Semei doctores accipiuntur: ex hac enim tribu magistrorum agmina pullularunt. Reliquas tribus tacuit, quæ non habent aliquod priuilegium dignitatis. In eo autem quod ait, Oẽs tribus reliquæ, tribus et tribus seorsum, &

Iocl.2.d

Gen.7.d

Ibidem.8.c

1.Cor.7.d

uxores

A uxores eorum seorsum: uniuersas absq; nomine cõprehendit. Dicamus & iuxta Lxx. ῥοῶν appellatur, nõ una arbor malorum granatorum, id est, malipunici: sed locus his arboribus consitus: de quo iuxta intelligentiam spiritualem sponsus dicit in canticocãticorum: Descendi ut uiderem in genimine torrentis si floruisset uinea, si floruissent mali punici. Descẽdit enim saluator ad torrentem huius seculi, & turbidas aquas, de quibus et in typo eius Helias bibisse describitur: ut post flores uineæ & mali punici fructum utrumque susciperet, & inebrians ecclesiam suam audiret ab ea: Potabis me de uino unguentarij, de uino malorum granatorum meorum. Huiuscemodi potio nõ solum æstus stomachi fugat, sed & corruptum uentrem sanare dicitur, & reliquis prodesse uisceribus. Nihil hoc pomo pulchrius: in rubore ecclesiæ significat uerecundiam, in granorum ordine, gradus & membra totius corporis per singula officia distributa. Cum in huiuscemodi uinea & malis fructũ saluator non inuenerit, dicet: Omnem palmitem non ferentem fructum, tollet pater: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Et in alio loco Ioannes baptista conclamat: Iam securis ad radices arborum posita est: Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur & in ignem mittetur. In succisione uitium uel malorum, quando in die iudicij omnia deponentur nomina dignitatum, & impletum fuerit illud quod scriptum est: Ecce homo & opera eius: et palea à tritico separata: erit plãctus magnus non in alio loco, sed in Hierusalem: Etenim plaga atq; iudicium à sanctis incipiet: & reges & sacerdotes & prophetæ & doctores tundent manibus pectora: cum mala pulcherrima uiderint esse succisa: & eum quem confixerant in patris ac sua maiestate regnare.

Can.6.d

B

Ioan.15.a

IN die illâ erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Et erit in die illa, dicit dominus exercituum: Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra: & prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Et erit cum prophetauerit quispiam ultrà, dicent ei pater eius & mater eius qui genuerũt eum: Non

Cap. XIII

IN die illa erit fons patẽs domui Dauid &c. ] De hoc fonte qui egreditur de domo Dauid, & in Ezechiele propheta scribitur: quod erumpat fons in domo domini, & crescat in fluuium, qui appellatur aqua remissionis & indulgentiæ: & pergat ad solitudinem & ad mare quod nunc uocatur mortuum, piscesq; omnes uiuificet: & ex utraque ripa fluminis uarij generis consurgant arbores, per singulos menses, semper nouis fructibus abundantes. Et ut sciamus domum, hoc est, templum dei ipsam esse domum Dauid: quæ in Ezechiel, domus dei, in Zacharia, domus Dauid appellatur: hic fons de domo dei egrediens, refertur ad ecclesiam & ad scientiam scripturarũ: ut omnes renascamur in Christo: et in aqua baptismatis nostra nobis peccata donentur. Nihil immundius menstruata, quæ quicquid attigerit, immundum facit: & huius tamen sordes Christi abluentur baptismate. Pro ablutione peccatorũ & menstruatæ. Lxx. transtulerunt, transmutationem & aspersionẽ: quod de lege transeamus ad euangeliũ: de litera ad spiritum: de umbra ad ueritatem: pro breuibus & præsentibus futura & æterna succedãt. Aspersio autem sanguinẽ domini significat: de quo & Petrus apostolus loquitur: Gratia uobis et pax multiplicetur, in obediẽtiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi. Et rursum: Scientes quod non corruptibilibus argẽto & auro redempti estis: sed sanguine precioso, ut agni immaculati & purissimi, quo qui aspersus fuerit & redẽptus, dicere poterit cum propheta: Asperges me domine hysopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. b ¶ Et erit in die illa, dicit dominus exercituum &c. ] In die illa quam crebro commemorat, omnia idola auferentur de terra: Siue illa idola de quibus psalmista dicit: Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum: ut nulla sit alia religio nisi tantum nominis Christiani: & de quibus in propheta scriptum est: Vlulate sculptilia in Hierusalem & in Samaria. Sicut enim feci Samariæ et sculptilibus illius: sit faciam Hierusalem & idolis eius. Siue hæc idola: de quibus Apostolus loquitur: Spiritus autem manifeste dicit: quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi falsiloquorum: cauteriatam habentium conscientiam suam. Sicut enim idola fiunt manu artificis: ita hæreticorũ peruersa doctrina, quodcũque simulauerit, uertit in idolum: & facit pro Christo adorari antichristũ. Pro pseudoꝓphetis, in Hebraico absolute leguntur prpphetæ, id est, נְבִיאִים qui & ipsi pseudoprophetas significãt: sed tamen & ab ethnicis, sacerdotes idolorum uocantur prophetæ. c ¶ E erit cum &c. ] Nominibus idolorum de terra sublatis, et pseudoprophetis, atq; immũdo spiritu qui loquebatur in eis: si quis ultrà tentare uoluerit, & quippiam ex persona domini prophetare: statim pater eius & mater obliuiscẽtur parentum, ut dei retineant seruitutem: & proferent contra filium mortis sententiam: & tam piæ erunt omnium

C

IN die illa erit omnis locus apertus in Domo Dauid, & habitãtibus Hierusalem: & in transmutationem & in aspersionem. Et erit in die illa, dicit dñs sabaoth: Disperdã nomina idolorum de terra, & non erit ultra eorũ memoria: & pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra. Et erit si prophetauerit homo ultrà, dicet ad eum pater suus & mater sua, qui genuerũt eum: Non

1.Pe.1.a

D

Psal.50.b

Ibi.119.b

A omnium in deum mentes, ut non expectetur publicum iudicium: sed pereant qui tales sunt sententia propinquorum. Pro eo quod nos diximus: configent eum, idem est uerbum in Hebræo, quod supra בָּקַר Qua ergo ratione Lxx., interpretes ibi κατωρχήσαντο: id est, insultauerunt, siue illuserunt: & ut uerbū de uerbo exprimam, cōtra eum saltauerunt: & hic συμποδίσωσιν transferre uoluerunt, id est compedient: cū & Aquila & Symmachus & Theodotio, & ibi et hic similiter uerterent, confixerunt. Recte autem qui falsa prophetauerit, homo appellatus est, dicēte Apostolo: Cum enim sint inter uos æmulationes & cōtentiones, nōne carnales estis & secundum hominem ambulatis? Et in psalmis: Vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis. Et indigni spiritu dei merētur audire: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis: quia carnes sunt. a ¶ Et erit in die illa: confundentur prophetæ unusquisq; ex uisione sua cū prophetauerit: &c.] Qui prophetare tentauerit & parentum iudicio fuerit condennatus: & uaticinij illius falsitatem rerum contrarius exitus approbarit, confundetur ex uisione sua: nec ultrà operietur cilicio ut mentiatur. Hic enim erat habitus prophetarum: ut quando populum ad pœnitentiam prouocabant, induerentur cilicio. Vnde & Esaiæ præcipitur: ut auferat saccum de lumbis suis, & nudus incedat: nequaquàm enim tempus esse pœnitentiæ, sed imminentis captiuitatis. Ergo & iste pseudopropheta nequaquàm habitum accipiet prophetalem, ne sub alieno uestitu & operimento simplices quosq; decipiat: sed magis terram findet uomere: & agriculturæ deditus hominem se probabit, deiq; subiacere sententiæ: qui locutus est ad Adam: Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi: & comedes herbas terræ: & in sudore uultus tui uescēris pane. Cumq; se ostenderit ad hoc natum, ut in sudore faciei suæ comedat panem suum: interrogabit eum alter, & dicet: Quid sibi uolunt istæ plagæ: & hæc uulnera quæ in medio manuum tuarum sunt? Et est sēsus: Quare adhæres patibulo? Cur manus tuæ transfixæ sunt clauis? Quid commisisti, ut huic pœnæ & cruciatui subiaceres? Et ille respondebit, & dicet: Hęc uulnera & has accepi plagas parentum meorum iudicio condēnatus: & eorū qui me nō oderant, sed amabant. Et intantum fugato mendacio ueritas obtinebit: ut etiā ipse qui suo punitus est uitio, recte perpessū se esse fateatur. Hebræi hoc quod scriptū est: Nec operientur pallio saccino ut mentiantur: sic edisserunt: & nō replebuntur spiritu dæmoniaco quos τριχιῶντας, id est pilosos, in Esaia legimus: ne per hāc occasionem ementiti habitus, dei in se eloquia mentiantur, siue dominum negent בַּחַשׁוּ enim & mētiantur & negent, interpretari potest. b ¶ Framea suscitare super pastorem meum: & super uirum cohærentem mihi, dicit dominus exercituum: Percute pastorem, & dispergentur oues, & conuertam manum meam ad paruulos. Et erunt super uirum &c.] Pro framea quam Lxx. ῥομφαίαν transtulerunt: in Hebraico חֶרֶב apud Aquilam & Symmachum, μάχαιραν, id est gladiū siue mucronem reperimus. Et pro eo quod nos uertimus, super uirum cohærentē mihi, id est πρόσκεκολλημένον μοι, Aquila interpretatus est: super uirum contribulem meum, id est, σύμφυλόν μου: Symmachus, super uirum populi mei: quod Hebraice dicit עֲמִיתִי Lxx. super uirum ciuem eius, id est, ἐπὶ ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ: Theodotio, super uirum proximū eius י in fine sermonis pro ו legentes, quæ literæ sola inter se distant magnitudine: & si ו legatur, meum significat: si י, eius. Miror autem quosdam hanc prophetiā quā euāgelista Matthæus retulit ad dominū saluatorē posq; in passiōe eius fugere discipuli, et tūc eā dicit esse cōpletā, allegoricis interpretationibus uelle tenuare: & dū plus cupiūt uideri nosse q̄ cæteri, ueritatis regulā nō tenere. Refert em euāgelista Matthæus: Tūc dicit illis Iesus: oēs uos scādalū patiemini in me in ista nocte: Scriptū est em: Percutiam pastorē et dispergentur oues gregis. Et iterum

SEPTVA. Non uiues, quoniam mendacium locutus es in nomine domini, & compedient eum pater eius & mater eius qui genuerunt eum cum prophetauerit. Et erit in die illa, confundentur prophetæ unusquisque ex uisione sua cum prophetauerit, & induentur pelle cilicina, quia mentiti sunt, & dicet, Non sum prophetes ego, † quia homo genuit me à iuuentute mea. & dicam ad eum, Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet, Quibus percussus sum in domo diligentis me. Framea consurge super pastorem meū, & super uirum ciuem eius, dicit dominus omnipotens, Percute pastorem & dispergentur oues, & inducam manum meā super pastores. Et erit

HEBR. Non uiues: quia mendacium locutus es in nomine domini, & configent eum pater eius & mater eius qui genuerūt eum cum prophetauerit. Et erit in die illa confundentur prophetæ unusquisq; ex uisione sua cū prophetauerit: nec operientur pallio saccino ut mentiantur: sed dicet: non sum propheta, homo agricola ego sū: quoniam Adam exemplū meū ab adolescentia mea. Et dicetur ei: Quid sūt plagæ istæ in medio mānuū tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorū qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum, & super uirum cohærentem mihi, dicit dominus exercituum: Percute pastorem, & dispergentur oues, & conuertam manum meam ad paruulos. Et erunt

B

C

D

a In græco sic habetur: καὶ ἐρεῖ, οὐκ εἰμὶ προφήτης ἐγώ, ἄνθρωπος γεωργὸς ἐγώ εἰμι, ὅτι ἄνθρωπος &c.

b Mat. 26. d

A iterum: Hoc autem totum factum est, ut inplerentur
Ibidem f scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. Nec putandum est de altero loco assumptum testimoniũ: quia in euangelio deus à se dicit pastorem esse percussum, & in præsenti loco, gladio atque mucroni legimus imperatum: Percute pastorem & dispergẽtur oues. Hic gladius & hæc romphæa est et framea: de qua in uicesimo primo psalmo dominus loquitur ad patrem: Erue à framea animam meã, & de manu canis unicam meam. De hac romphæa & in
Amos.9.c Amos propheta scriptum est: In gladio morientur omnes peccatores terræ. Quod iuxta literam penitus stare non potest: multi enĩ peccatores naufragio pereunt, alij
B ueneno: hi aquis suffocantur, illos consumit incendium. Hoc autem gladio & hac rõphæa omnes moriuntur peccatores, & tetri coloris Aethiopes: de
Soph.2.c quibus Sophonias sacro ore testatur, dicens: Sed & uos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. Postquàm pastor bonus qui animam suam posuit pro ouibus suis, qui locutus ad patrem est: Quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt, & super dolorem uulnerum meorum adij-
Luc.23.g ciebant, patris uoluntate percussus est: & uir cohærens deo, qui ait: Ego in patre, & pater in me: pepẽdit in patibulo, & dixit: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: statim dispersæ sunt oues, omnis in Christo multitudo credentium. Conuertitq; dominus manum suam: ut in Lxx. legimus ad pastores: quos multi male Iudæorum principes interpretantur: Vt autem in hebræo scriptum est, ad paruulos: quibus dominus dixerat in euangelio:
Ibi.11.d Ne timeas grex paruule: Et in Esaia: Ecce ego &
Esa.8.d pueri siue paruuli quos mihi dedit deus. Et duę partes factæ sunt in omni terra Iudæorum atq; gentium: qui pariter perierunt & defecerunt: In passio-
Psa.11.a ne enim eius, uox psalmistę completa est, dicentis: Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus. Et: Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, nõ est usq; ad unum. Pereũtibusq; gẽtilibus & Iudæis, tertia in orbe pars:

HEBRAEI. Et erunt in omni terra, dicit dominus: partes duæ in ea dispergentur & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem: & uram eos sicut uritur argentum: & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse uocabit nomen meum, & ego exaudiam eũ: dicam, populus meus es: & ipse dicet, dominus deus meus. Cap. XIIII

ECcẽ dies ueniunt domini: & diuidẽtur spolia tua in medio tui. Et congregabo omnes gẽtes ad Hierusalem in prælium: & capietur ciuitas, & uastabuntur domus: & mulieres uiolabuntur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur

SEP. Et erit in die illa, dicit dominus, duæ partes peribunt & deficient, & tertia pars relinquet in ea, & trãsducam tertiam partem per ignem, & uram eos sicut uritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse inuocabit nomẽ meum, & ego exaudiam eum, & dicam, populus meus iste est, & ipse dicet, dominus deus meus es tu.

Cap. XIIII

ECce dies domini ueniunt, & diuidentur spolia tua in te, & congregabo omnes gentes super Hierusalem ad bellandũ, & capietur ciuitas & diripientur domus, & mulieres polluentur, & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, reliqui autẽ populi mei non peribunt de ciuitate

C hoc est, tertius Christianorũ populus, repente succreuit. Et pulchre ait: Tertia pars relinquetur in ea, hoc est, in terra: quia de Iudæis atq; gentilibus hi qui dominum confessi sunt, soli uitæ & habitationi terræ reseruati sunt. Ipsa quoq; tertia pars ne delicata esset, & secura confessione: quasi argentum & aurum per ignem ducitur & probatur: quem & dominus in credentibus ardere cupit: & Paulus feruere desiderat. Vnde & Apostoli in spiritu et igne domini baptizati, loquũtur in psalmo: Quoniam probasti nos deus: igne nos
Psal.65.b examinasti, sicut examinatur argentum. Et post paulum: Transiuimus per ignem & aquã, & eduxisti nos in refrigerium. Et in alio loco dicitur ad
Esa.43.c credentem: Si transieris per ignem, flãma non cõburet te: quia tecum sum. Id circo autem non cõsumit incendium, et flamma non deuorat: quia uox domini intercidentis flãmam ignis. Cum sic probati fuerint paruuli, super quos dominus conuertit manum suam: et per uocationem eorum omnis nationum turba crediderit: tunc credentiũ populus uocabit Christum nomine suo: & illo dicente: Tu es populus meus, Populus respondebit: Dominus deus meus es tu. Iudæi hæc ad Christum referunt, & in ultimo tempore futura contẽdunt: sed hoc inter nos & illos est, quod nos expleta iam dicimus, illi explenda commemorant. Cap. XIIII

ECce dies ueniunt domini, & diuidentur spolia &c.] Dies quos uenturos dominus connminatur, ut diuidãtur spolia Hierusalẽ in medio eius, & cætera quæ propheticalis sermo comprehendit: hi sunt de quibus & in Esaia legimus: Dies domini insanabilis ueniet furoris & iræ, ponere totum orbem in solitudinem, & peccatores auferre de eo. Quanta autem necessitas erit, ut spolia eius diuidantur in medio illius? Solet hoc frequenter accidere, ut quę subito impetu in ciuitate direpta sunt, foris in agro aut in solitudine diuidantur, ne forte hostes superueniãt. Hic autem tantum malorum pondus incumbet, ut quæ direpta sunt, in ciuitatis medio diuidantur pro securitate uictoriæ. Et non solum

A solum capietur Hierusalem cunctis gentibus ad/
uersum eam in prælio concitatis: sed & uastabũ
tur domus habitantium Hierusalem: & mulieres
uiolabuntur in dolorem dominorum & maritorũ:
qui nec populationem domorum, nec uxorum
stuprum ab hosti/
bus prohibere po/
terunt: iuxta illud
quod alibi legimus:
Qui congregati sũt
in mediotui, gladio
cadent: & filios ue/
stros in conspectu
uestro allident: &
domus uestras de/
prædabuntur, &
uxores uestras ha/
bebunt: quo nihil
crudelius nihilq; mi
serius inueniri po/
test: ut timore mortis propriæ, nec salutẽ filiorum,
nec uxorum pudicitiam defendere audeant. Hoc
ipsum & Amos propheta ad Amasiã impiũ sacer
Amos.7.d dotem comminans loquitur: Vxor tua in ciuitate
fornicabitur: & filij tui & filiæ in gladio cadent, &
humus tua funiculo metietur. Et hæc populo Iu/
Psal.2.a dæorum uniuersa contingent: Quia fremuerunt
gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt
reges terræ, & principes conuenerunt in unũ, ad/
B uersum dominũ & aduersum Christum eius. Qui
irrisit & subsannauit eos, & in furore suo contur/
bauit illos, in tantum ut Apostolus quoq; cernens
eos annos qui ad pœnitentiam dati fuerant iam es
se cõpletos: & nihilominus illos in negatione persi
stere qui occiderunt dominum, & prophetas & a/
postolos persecuti sũt, dixerit: Peruenit super eos
ira in finem. Hæc omnia plenissime Iosephus, qui
Iudaicã scripsit historiam: & multo maiora quàm
legimus in prophetis, eos sustinuisse commemo/
rat. Cornelius quoq; Tacitus qui post Augustum
usq; ad mortem Domitiani uitas cæsarum triginta
uoluminibus exarauit. Quomodo autẽ media ps
capta sit ciuitatis: & reliquus populus in urbe per
manserit: & illo tempore & alijs approbatur, septẽ
trionalem urbis et inferiorem partem esse captam:
montem autem templi & Sion in quo arx erat in/
tegra remansisse: Iudæi hæc sub Gog dicunt esse
complenda: alij temporibus Macedonum et Aegy
ptiorum, diuersarumq; gentium ex parte trãsacta.
Nos temporis uarietatem domini sententiæ relin/
quẽtes: quæ scripta sunt, explicemus. a ¶ Et egre
dietur dominus & præliabitur contra &c.] Egredi
deum & pugnare cõtra gentes, et stare pedes eius
super montem oliueti: & cætera quæ in scripturis
sanctis ἀνθρωποπαθῶς dicta, & carnaliter continen
tur, digne deo debemus accipere: Alioquin, cũ lo/
Col.1.b quatur Apostolus: Qui est imago dei inuisibilis. Et
1.Tim.d rursũ: Regi autẽ seculorũ incorruptibili inuisibili
Ioan.1.b deo. Et in euangelio scriptũ sit: Deũ nemo uidit un
Ibi.6.c quàm: unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse
narrauit. Et iterum: Nõ quia deum uidit quisquam
præter eum qui est de patre: sicut iram eius & pœ C
nitentiam, & animam, & manus, & pedes, & uen/
trem, & oculos, & cætera corporis membra, pro
uarietate causarum & sensuum interpretationis ac
cipimus: sic & hoc quod scriptum est: Egredietur
dominus & præliabitur, iuxta illud ac
cipiendum quod in
Habacuc legimus: Habac.3.c
Egressus es in salu
tem populi tui: in sa
lutem cum Christo
tuo. Et in Micheа: Mich.1.a
Quia ecce domi/
nus egredietur de
loco suo, & descen/
det & calcabit su/
per excelsa terræ:
& consumẽtur mõ
tes super eum ual/
les q; scindentur. In Esaia quoque: Dominus uirtu/ Esa.42.b
tum egredietur, & conteret bellum, & suscitabit
zelum, & clamabit super hostes suos cum fortitu/
dine. Egreditur ergo deus de loco suo, quando
quietem & mansuetudinem & clementiam suam
pro emendatione peccantium rumpere cogitur:
qui cum per naturam dulcis sit, uitio nostro πα/
ραπικραίνεται, id est, amarus efficitur: non sibi, sed
patientibus, quibus amara tormenta sunt. Iste qui
alibi loquitur per prophetam: Ego sum deus & nõ
conmutor. Et ad ipsum dicitur: Tu autem idem es Psal.101.d
& permanes. Et in epistola Iacobi: Apud quem nõ D
est commutatio. Nunc egreditur & præliatur si/
cut in die certaminis: quando Pharaonem in mari
submersit rubro, & pro Israelitico populo dimica/
uit. Et stabunt pedes eius his quorum misertus fue
rit & nequaquàm mouebuntur: ut rursum de eo
dici possit: Et dominus tuba canet: & ambulabit in
commutatione iræ suæ. Nec ambulabit declinãte
iam sole, & uicinis tenebris post meridiem: quod
super Adam eum fecisse legimus. Cum q; steterit,
non stabit in ualle & in locis humilibus, sed in mõ
te qui non infructuosas arbores habeat, & syluam
sterilem: sed ubi oliueta nascuntur: quibus alitur lu
men æternum, & soluũtur infirmitates, & requies
lassis tribuitur. Et ipse mons oliuarum in quo stant
pedes domini, contra Hierusalem est & orientem,
unde oritur sol iustitiæ: illis q; oliuis consitus est: de
quibus dicitur: Filij tui sicut nouellæ oliuarum in Psal.127
circuitu mensæ tuæ. Cuius media pars scindetur
ad orientem, in qua sunt arbores plantatæ de gen/
tibus, de quibus una loquitur: Ego autem sicut oli/ Ibi.51.d
ua fructifera in domo dei. Et altera media pars
scindetur ad occidentem & mare prærupto gran/
di ualde: qui circuncisionis est populus: adquem
deus loquitur per prophetam: Quid dilecta mea
in domo mea fecit abominationem? Nunquid
uota & carnes sanctæ auferent à te malicias, aut
in his effugies? Hæc dilecta in domo dei fecit
abominationem: ut dei filium crucifigeret & au/
diret: Oliuam umbrosam & nemorosam pulchri/

A tudinem uocauit dominus nomen tuum: & inutiles facti sunt rami tui, qui fracti sunt de bona radice, ut nos in locum eorum insereremur. Et animaduerte mysteria scripturarũ: quomodo media pars quæ uergit ad occidentem, & salsis atq; amaris fluctibus tunditur: nõ simpliciter in mari esse dicatur, sed in prærupta maris uoragine & magna ni
Mich.1.b mis: de qua & Micheas loquitur: Descendet dominus & calcabit super excelsa terræ: & liquescent montes subter eum, & conualles scindentur sicut cera a facie ignis, & sicut aquæ quæ decurrunt de præcipitio. Descendet inquit,

A ad se mutuo gradiantur. a ¶Et erit in die illa non erit lux &c. Manifeste de secundo saluatoris prędi catur aduentu: de quo & Ioannes in Apocalypsi sua loquitur: Ecce ueniet cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus & qui eum compunxerunt. Et dominus in euange lio pronunciat uen turum filium homi nis in nubibus cœli cum fortitudine & gloria multa. Veni et autem cum nubi bus, id est angelis: qui sūt ministri spi ritus & ad diuersa mittūtur officia, & cū prophetis atq; apostolis: de quib. scriptū est: Veritas tua usq; ad nubes. Cumq; dies aduentus eius fuerit impletus: nō erit lux, sed frigus & gelu: refrigerata omnium charita te: & prę multitudine malorum quæ superuentura sunt, frigescentibus cunctis & calorem pristinæ fi/
B dei perdentibus. Postq; autem omnes peccatores frigus suum geluq; contraxerit: una dies erit atq; perpetua, nequaq; sibi luce & tenebris, die & no/cte succedentibus: sed ipse dominus erit lux omni/
um. De quo Esaias plenius: Nō erit, inquit, tibi sol in lucem diei: neq; ortus lunæ illuminabit te per no ctem, sed erit tibi dominus lux ęterna, & deus tuus gloria tua. Qui & in alio loco clamat ad Hierusa/lem, Illumināre illumināre Hierusalem: uenit enim lux tua super te & gloria dei tui super te orta est. Ec ce enim tenebrę & caligo operient terrā super gen tes, super te autem apparebit dominus, & gloria dei tui super te orta est. Et ībūt reges in lumine tuo, & gentes in splendore tuo. Si caligo & tenebræ o/perient terram super gentes: quomodo rursum gē tes ambulabunt in splendore domini? Sed illæ gen tes erunt in tenebris quas frigus geluq; cōtraxerit, & illæ ambulabunt in lumine domini, quæ secutæ fuerint reges, apostolos & prophetas: de quibus scriptum est: Cor regis in manu domini. Deniq; in tēpore uesperi, hoc est tenebrarum & tristiciæ om nium peccatorū, sanctis lux erit, & una & æterna dies: quæ si nota erit domino (neq; enim ignorare poterit quā creauit) considerandum est quomodo dicat in euangelio, quod diem illam nec angeli nec filius nouerit nisi solus pater. b ¶Et erit in die illa nō erit lux, sed frigus & gelu. Et erit dies una &c.] In illo tēpore: hoc enim significat dies quæ soli no/ta est domino: in qua non sibi succedent lux & te/nebrę, sed erit lumen perpetuum: iuxta illud quod in Apocalypsi legimus: Et ciuitas non habebit ne/cessariam lucem solis: quoniam dominus deus om nipotens lumen eius erit, egredientur aquæ uiuen tes de Hierusalem: de quibus supra, ponentes Eze chielis testimonium, disputauimus: quarum media pars ibit ad mare orientale: quod Græcorum libri λίμνην ἀσφαλτῖτιν uocant, & uulgo mare appella/

HEB. Et erit in die illā non erit lux, sed frigus & gelu. Et erit dies una quæ nota est domino: non dies neq; nox: & in tempore uesperi erit lux. Et ἔrit ī die illa exi/būt aquæ uiuę de Hierusa lē: mediū earū ad mare ori entale: & mediū earum ad mare nouissimū: ī æstate & in

SEP. In die illa non erit lux, sed frigus & gelu erit una die: & dies illa nota erit do/mino: & nō dies neq; nox: & ad uesperam erit lux. In die illa egredietur aqua ui ua de Hierusalem: media eius pars ad mare primū, & media pars ad mare no/uissimum, in æstate & in

tur mortuum, ex eo quod nihil in aquis eius possit C uiuere: Et media pars ad mare nouissimum, quod ducit ad Aegyptum & facit littora Palæstinæ. In æstate, īquit, & in hyeme ita erit: ut aquæ istæ quę exibūt de Hierusalē, nec gelu constringantur hye/mis, nec æstatis ni/mio feruore siccen/tur: quamq; ꝑ hye/me uernū tempus Lxx. transtulerūt, quod ad distinctio/nem æstatis non cō uenit. Cūq; uitales aquæ utrūq; mare fuerint ingressæ, & amaras aquas dulci flumine mitigarint: tunc erit dominus rex super omnem terram. Aqua quæ egreditur de Hierusalem, hoc est de ecclesia, doctri nam indicat saluatoris. De Sīō enim egreditur lex, & uerbū domini de Hierusalem: iuxta illud quod alibi scriptum est: Repleta sunt omnia scientia dñi: sicut aqua multa operiens mare. Harum aquarum Esa.11.c media pars ibit ad mare orientale, populum circū/cisionis, qui in apostolis & per apostolos est ele/ D ctus: & mediū earum ad mare nouissimum: ut de oriente & occidente ueniant qui accumbent cum Abraham, Isaac & Iacob. Vel certe orientale mare & mare nouissimum intelligamus uetus instrumē tum & nouū, quod nisi flumine saluatoris & spiri/tuali eius intelligentia fuerit dulcoratum, amarissi/mū est, occidente litera & spiritu uiuificāte. Qd̄q; sequitur: in æstate & in hyeme erunt: subauditur aquæ uiuæ quæ egrediuntur de Hierusalem: ut & in pace & in persecutionibus istæ uiuentes aquæ manare non cessent. Siue quia Lxx. transtulerunt: In æstate & in uere ita erit: hoc dicamus, quod illo tempore non sit hyems sed uer, æstasq; perpetua: quando uox turturis audietur in terra nostra, & fi/cus afferent grossos suos, & uineæ florebunt, & Can.2.c hyems pertransibit, & pluuia recedet & abibit sibi. In quo tempore ideo uer necessarium erit: quia flo res apparebunt in terra nostra: ut celebremus pa/scha & pentecosten: in quibus de terrenis transea/mus ad cœlestia: & omnes fructus nostros offera/mus deo. In phase enim hyemis finis, ueris exordi um est: in pentecoste æstatis principiū: quando la/bores manuum nostrarum & fructuum offerimus deo. De hac æstate & uere perpetuo iustus loqui/tur ad dominum: Tu fabricatus es auroram & so/ Psal.73.c lem: æstatem & uer tu plasmasti. Tunc erit domi/nus rex super omnem terram: quando dicemus: Ibi.96.a Dominus regnauit, exultet terra. Et iterum: Dicite Ibi.95.c in gentibus quia dominus regnauit: Etenim corre/xit orbem terræ, qui non commouebitur. Aquam autem uiuam recte à nobis doctrinā saluatoris ex/positam, sciet ille qui biberit, & qui saluatorem au dierit prædicantem: Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aquæ uiuentis & salien/

A tis in uitam æternam. Et rursum: Qui credit in me
Ioan.4.c (sicut dixit scriptura) de uentre eius egredientur
Ibi.7.f flumina aquæ uiuentis. Sicut enim qui biberit de doctrina eius habebit in se fontem uiuentem: sic qui crediderit in eo, iuxta id quod scripturarum uocibus cõtinetur: flumina aquæ uiuentis egredientur de uẽtre illius. Aquas uiuentes multi ad baptismum referũt: quæ in uere & in æstate, hoc est in pasca & pentecoste sitientibus largiendę sunt: quando implebitur quod scriptũ est: Lauamini, mundi estote. a ¶ In die illa &c.] Extructionem urbis Hierusalem, & aquarum egressum de medio eius, quæ ad utrumque defluant mare: Iudęi et Christiani Iudaizãtes ultimo sibi tẽpore re-

B promittunt: qñ rursũ exercenda circuncisio sit: & immolandæ uictimæ: & omnia legis præcepta seruanda: ut non Iudæi Christiani, sed Christiani Iudæi fiant. In die, inquiunt, illa quando Christus in Hierusalẽ aurea atq; gemmata sederit regnaturus: non erũt idola nec diuinitatis cultura diuersa, sed erit dominus unus: & reuertetur omnis terra usq; ad solitudinem: id est in antiquum statum: ponitq; locorum uocabula à quo loco usq; ad quẽ locum ædificanda sit Hierusalem: de colle Remmon, hoc em̃ Gabaa sonat ubi arbor maligranati est, usq; ad australẽ plagam Hierusalẽ. Quodq; sequitur: Rhama autem in loco suo permanebit: melius interpretatus est Aquila & cæteri qui posuerunt exaltabitur: Rhama quippe exaltatio dicitur: Iuxta illud prophetale & euangelicum: Vox in rhama audita est: hoc est in excelsis sonuit. Exaltabitur itaq; Hie
Mat.2.c rusalẽ, & ædificabitur in loco pristino, à porta Beniamin: usq; ad portam quæ dicitur angulorum, & à turre Hananneel, non ut Græci & latini male legunt Anamael usq; ad torcularia regis: quod Hebraice scriptum est חַמְּלֶךְ Et habitabunt, inquit, in ea, hoc est in Hierusalem: & anathema amplius non erit: nullus uidelicet metus hostilis impetus, nulla formido: sed sedebit uel habitabitur Hierusalem æterna pace requiescens. Hæc Iudæi iuxta literam somniant & nostri χιλιασάι, qui rursum audire desiderant: Crescite & multiplicamini et replete
Gen.1.d terram: & pro huius uitæ continentia breuiq; ieiunio, bulbos sibi & uuluas & aues phasidis, & attagenem, nequaquàm Ionicum, sed Iudaicum repromittũt: de quibus uere potest dominus dicere: Nõ
Ibi.6.d permanebit spiritus meus in hominibus istis; quia carnes sunt: Caro enim pugnat contra spiritum, C & spiritus contra carnem. Nec opponant nobis Ioannis Apocalypsim: quæ & ipsa spiritualiter disserenda est. Nos autem cœlestem Hierusalem interpretemur ecclesiam: quæ in carne ambulans, nõ uiuit secundum carnem: cuius municipatus in cœlo est. Postquàm enim dominus Iesus rex fuerit super omnem terrã: de quo ad patrẽ spiritus sanctus loquit̃ per prophetam: Deus iudiciũ Psal.71.a tuum regi da, & iustitiã tuam filio regis: tũc unus dominus erit: de quo scriptũ est: Scitote quo Deut.4.f niam dominus ipse est deus: Et unum nomen eius omni praua religione cal cata: iuxta illud qđ propheta decãtat: D Domine dominus Psal.8.a noster quàm admirabile est nomẽ tuum in uniuersa terra. Et rursum: Ibi.137.a Magnificasti super omnes nomen sanctum tuum. Et alibi: Sicut nomen tuum deus: ita & laus tua in Habac.3.d uniuersa terra: de quo & Habacuc loqtur: Laudis eius plena est terra. De cuius gloria nominis ipse Esa.44.d deus loquitur: Absq; me non scies deum, & prẽter nomen meum: quod magnificatum est super omnes. Tunc reuertetur omnis terra in qua habitauere Iudæi usq; ad desertum: id est usq; ad populum gentium qui prius desertus erat, & legis noticiam non habebat, à Gabaa usq; ad Remmon, hoc est à colle usq; ad excelsum: quia de terra & de deserto ad colles, & de collibus ad montana consurgimus. Cant.2.d Vnde & sponsus in canticocanticorum trãsilit colles, qui minores sunt, & salit super montes excelsos: de quibus scriptum est: Montes excelsi ceruis. Sin autem Remmon malogranatum accípere uolumus, utrumq; enim apud Hebrẽos interpretatur: hoc dicamus, quod fines ecclesiæ de collibus incipiant: ut omnis ordo ecclesiasticus cõstruatur: de quo supra diximus quando interpretati sumus planctum unigeniti & planctum sicut Adadrimõ. Nec hoc est ecclesia fine contenta: sed perueniet usque ad austrum in luce plenissima: Super quo dudum exposuimus. Et nũc idcirco reticemus: ne eadem sæpius inculcantes lectori simus fastidio. Et exaltabitur ecclesia quæ cœpit à collibus & perue nit ad meridiẽ: & habitabit in loco suo: de quo scri- Psal.121.d ptum est: In loco pascuę ibi me collocauit. A porta Beniamin qui interpretatur, filius dexteræ, & non filius dierum: ut male quídam suspicãtur: aliud est enim si in ן literam: aliud si in ם finiatur: Et perueniet usq; ad locum portæ orientalis & prioris, usq; ad portam

SEP. in uere erit sic, & erit dominus in regẽ super omnem terram. In die illa erit dñs unus, & nomen eius unũ, circuiens omnẽ terrã & desertum à Gabaa usq; Remmon ad austrum Hierusalem: Rhama uero in loco permanebit, à porta Beniamin usque ad portam primam, usque ad portam angulorum & usque ad turrem Anamael, usque ad torcularia regis habitabunt in ea, & anathema ultrà nõ erit, & habitabit Hierusalẽ cõfidẽs.

HEB. in hyeme erunt. Et erit dominus rex super omnem terram: In diẽ illa erit dominus unus: & erit nomen eius unum: & reuertetur omnis terra usq; ad desertũ: de colle Remmõ ad austrum Hierusalem: & exaltabitur & habitabit in loco suo: à porta Beniamin usq; ad locum portæ prioris, usq; ad portam anguloru, & à turre Hananneel usq; ad torcularia regis, & habitabunt in ea, & anathema non erit ãplius, sed sedebit hierl̃m secura.

Et hęc

Et hæc

A ad portam angulorum. A uirtute incipimus, hoc quippe dextera significat: & peruenimus usque ad portam priorem, ut per eam ingrediamur ad cæteras: statimq; nobis occurrit porta angulorum ubi angulatis lapis est: quem reprobauerunt ædificantes: & factus est in caput anguli: Qui angularis lapis parietem utrumque connectit, & duos populos in unũ redigit: de quo & deus loquitur per Esaiam: Ecce ponam in Sion lapidem angularem, electum & precioſum in fũdamentis eius: & qui crediderit in eum non confundetur. Hic lapis angularis & cæteros lapides angulares superædificari sibi uoluit: ut apostolus Paulus posset libere dicere. Aedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso angulari lapide Christo Iesu. Hos lapides non imitantur hæretici qui omnia gloriæ & lucri causa faciunt: & orant in angulis platearum, rectam semitam relinquentes. Omnis enim angulus rectam lineam frangit: et idcirco meretrix in prouerbijs, utcunq; eam accipere uoluerimus: cuius non quiescunt pedes domi: sed aut foris uagatur, aut in omnibus insidiatur angulis platearum: cum uiderit iuuenem incipientem: non inuitat enim quem senserit esse prudentem & maturũ
B senectute: de qua scriptum est: Cani hominis sapientia eius: statim apprehendit & osculatur atque blãditur: & ducit ad lupanar: & inuitat ad coitum. Relinquamus igitur simulatos angulos, & ad firmos atq; robustos Christi angulos transeamus: ad quos cũ peruenerimus, statim nobis occurrit turris Hananneel, quod interpretatur gratissimus dei. Quid enim turre Salomonis gratius est: de qua ad sponsam dicitur: Sicut turris Dauid ceruix tua quę ædificata est in Talphioth: mille scuta pendent super illam: omnia iacula potentium. Hanc turrẽ dominus in euangelio ædificari uult, expensis prius & sumptibus supputatis: & de qua dicitur ad Hierusalem: Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis: de qua & sanctus ad dominum loquitur: Deduxisti me, quoniam factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici. De turre Hananneel peruenimus ad regis torcularia, pro quibus et tres psalmi titulum habent. Et dominus dicit in Esaia: Torcular calcaui solus: ut exuberet in illis nostra uindemia, & exprimamus botros: & rubentia in Christi sanguine musta calcemus: ut bibamus uinum quod lætificat cor hominis. Et sponsa desiderat sponsi sodalibus loquẽs: Inducite me in cellam uini, ponite super me charitatem: Si nos istiusmodi inebriarint torcularia, habitabimus in Hierusalem, in qua anathema ultrà non erit: maledictio uidelicet & abominatio. Vnde dicit & Apostol⁹: Si quis non amat dominum, sit anathema. Et in alio loco:

HEBRAEI. Et hæc erit plaga qua percutiet dominus omnes gentes quæ pugnauerunt aduersum Hierusalem. Tabescet caro uniuscuiusq; stantis super pedes suos: & oculi eius contabescent in foraminibus suis: & lingua eorũ contabescet

SEP. Et hæc erit ruina qua percutiet dominus omnes populos qui militauerunt contra Hierusalem: Tabescent carnes eorum stantium super pedes suos: & oculi illorum defluent de foraminibus eorum: & lingua eorum tabescet in ore eorum

Nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesu. C Et pro fratrum salute anathema esse cupit: imitari uolens dominum suum, qui & ipse cum non esset maledictio, pro nobis factus est maledictio. Ablato autem omni anathemate, habitabit Hierusalem secura atque confidens: & illud in se exprimens: Qui cõfidit in domino beatus est. Et: Melius est confidere in domino quàm confidere in homine: de qua securitate & confidentia Hieremias propheta commemorat: Benedictus erit homo qui confidit in domino. d ¶Et hæc erit plaga qua percutiet dominus omnes gentes quæ pugnauerunt aduersum Hierusalem: Tabescet caro uniuscuiusque stantis super pedes suos: & oculi &c.] Quæ passuræ sint gentes que contra urbem dominum dimicabunt, presens scriptura testatur: Stabunt, inquit, super pedes suos, & caro eorum tabescet et defluet, & oculi eorum cõputrescent, & de suis foraminibus excident: lingua magniloqua quæ dei populum blasphemabat, soluetur in saniem, & intra uallum dentium computrescet. Hæc passos nõ esse Romanos qui Hierusalem subuerterunt, cunctis perspicuum est: nisi forte Iudæi illas nationes asserent perpessuras: quæ contra auream & gem- D matam dimicaturæ sunt Hierusalem. Nos autem dicemus, omnes persecutores, qui afflixerunt ecclesiam domini, ut taceamus de futuris cruciatibus, etiam in præsenti seculo recepisse quæ fecerint. Legamus ecclesiasticas historias: quid Valerianus, quid Decius, quid Diocletianus, quid Maximianus, quid sæuissimus omnium Maximinus, & nuper Iulianus passi sint: & tunc rebus probabimus etiam iuxta literam, prophetiæ ueritatem esse completam: quod computruerint carnes eorum, et oculi contabuerint, & lingua in pedorem & saniem dissoluta sit: Porrò si ex hoc dicto hæreticis crudelitas dei uidetur ostendi: audiant hæc uniuersa fieri: ut deficientibus malis succrescant bona. Qui enim in domino & cum domino steterit, defluent eius carnalia, ut oriantur spiritualia: & oculi qui male uidebant, cadent de foraminibus suis: ut alij reponãtur, qui possint dominum suspicere cum propheta, dicente: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Et lingua blasphemans ideo computrescet, ut altera lingua nascatur, quæ glorificet deum & possit dicere: Lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam. Vnde & Symeon suscipiens in ulnis infantẽ, & futura prænunciãs, ait: Ecce hic positus est in ruinã & resurrectionẽ mul- Luc.2.e
torum: ut mala cadant & optima suscitẽtur. Vnde Ioan.9.g
& dominus: In iudicium, inquit, ego ueni in hunc mundum: ut qui non uident, uideant: & qui uidẽt, cæci fiant. Non uidebat gentilitũ populus: & post

Psal.117.a

Hiere.17.a

Psal.122.d

Ibi.70.d

A fidem Christi cœpit ueritatis lumen aspicere: quę
Esa.61.a loquitur per prophetã: Spiritus domini super me,
propter quod unxit me: Euangelizare pauperibus
misit me: prædicare captiuis remissionem: & cęcis
ut uideant, & illuminentur sapientia: de qua scri-
Eccl.8.a ptum est: Sapientia
hominis illuminat
Psal.145.b faciẽ eius: Et in psal
mis legimus: Domi
nus illuminat cœ-
cos, siue sapientes
facit: Hoc enim ma
gis significat σοφοί.
Videbant Iudæi: et
quia lumen recipe-
re noluerunt, ęter-
na cæcitate cooper
ti sunt. a ¶ In die il
la erit tumultus do
mini magnus ĩ eis:
& apprehendet uir
manum proximi
sui: & conseretur
manus eius super
manũ proximi sui.
Sed &c.] Cum hęc
fuerint expleta mi-
racula: ut caro hostium defluat: tabescant oculi: lin
gua in ore blasphemantium computrescat: Tunc
B erit magnus tumultus siue stupor in eis: hoc enim
significat ἔκστασις quam Septuaginta transtulerũt.
Et apprehendet unusquisq; manum proximi sui,
& conseretur manus cum alterius manu, præ for-
midine & malorum pondere quæ superuenient: lu
das quoq; pugnabit contra metropolin: de quo &
supra diximus, & à domino concessa uictoria: con
gregabuntur diuitiæ omnium gentium quæ mi-
litauerunt contra Hierusalem: aurum & argentum
& uestium multitudo quæ in rebus pretiosissima
sunt. Hæc sibi infelix Iudæa promittit: aurum acci-
pere sperans: quæ triginta argenteis dominum ap
preciauit. Nos autem cœptum sequentes ordinẽ:
omnia ista referamus ab ecclesię beatitudinẽ: quod
cuncti qui in ea fuerint admirentur subiectionem
hostium, & suam felicitatem: & unusquisq; appre
hendat manum proximi sui: ut cõserant dextras,
& mutua fide ac necessitudine copulentur. Quod
autem in Hebraico legimus: Et Iudas pugnabit ad
uersum Hierusalem: pro quo Septuaginta transtu
lerunt: Et Iudas præparabitur in Hierusalẽ: Vtroq;
modo accipiamus, quod Iudas qui quondam do-
mini confessus est nomen, et in persecutionibus co
actus, Christi populum persecutus est, & ipse uer-
tatur ad lætitiam. Vel certe Iudas, omnis confitẽs
& fidelis, non aduersum Hierusalem pugnet, sed
præparet se in Hierusalem: ut contra aduersarios
dimicet. Et congregabit ipse Iudas diuitias omni-
um gentium in circuitu: aurum & argentum & ue
stes multas nimis. Aurum & argentum in sensu &
sermone intelligi sæpe diximus: unde & uestes
æque debemus accipere; quibus Christi decora-
tur ecclesia: de qua scriptum est: Astitit regina à de C
xtris tuis in uestitu deaurato circũdata uarietate. Psal.44.a
Quibus uestibus indutam se credentium turba lę-
tatur & dicit: Exultabo in domino, quia induit me
uestimentis salutis & tunica lętitiæ: Dixerat enim
ei dominus: Vesti-
ui te τριχάπτοις &
byssinis. In τριχά-
πτοις uestes tenues
accipiamus, quæ tã
pulchrę sunt atq; su
btiles: ut capillorũ
similes esse uideantur. Has uestes ec-
clesia congregat: ut
habeat quibus in-
duat populum suũ:
cui à uero concio-
natore præceptum
est: In omni tempo
re sint uestimenta
tua candida. b ¶ Et
sic erit ruina equi
& muli & cameli
&c.] Et hæc Iudæi
sub ἀλληγορίᾳ suo
carnaliter explẽda
contendunt, Grandis reuera domini fortitudo: ut
corruant in castris hostium equi & muli, cameli &
asini: & omnia iumenta eorum sicut & homines D
corruent. Magnus triumphus, gloriosa uictoria:
bruta animalia deo pugnante superari. Dicamus
ergo iuxta cœptam tropologiam: quod idcirco Tropol.
omnia mala corruant quæ prius contra ecclesiam
dimicauerunt, ut bona repente consurgant. Deni-
que qui prius equus fuerat hinniens ad uxorem
proximi sui, & impatiens ad libidinem ferebatur:
& iacebat in turpitudine uoluptatum: cum sequi
cœperit castitatem, dicetur ad eum. Surge eamus
hinc. Et: Surge ueni proxima mea. Et in Aposto- Cant.2.d
lo: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illu- Eph.5.d
minabit te Christus. Cumq; surrexerint qui ante
ceciderãt equi, & mollia terga domino prębuerint
ad sedendum: dicent ad eum: Ascẽde super equos
tuos: & equitatio tua salus. Iuxta hunc sensum mu
los accipiamus, qui steriles sunt & non procreant
filios, sed uoluptate lasciuiũt: de quibus psalmista
cõmemorat: Nolite fieri sicut equus et mulus, qui Psal.31.c
bus nõ est intellectus. Sicut ergo qui proni sunt ad
libidinẽ, equi appellantur: sic mulos iuste uocabi-
mus, qui uirgines sunt carne & non spũ, qui eunu-
chizant non propter regna cœlorum, sed propter
hominum uoluptatẽ. Cũ igit̃ isti muli & isti eunu-
chi uersi fuerint in ꝓgeniẽ, & spirituales filios pro Esa.56.b
crearint: audiẽt ꝑ Esaiã: Et ne dicat Eunuchus: qm̃
sum lignũ aridũ. Hæc enim dicit dns eunuchis: qui
custodierint sabbata mea, & elegerint quę uolui et
tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea &
in muro meo locũ nominatũ: & nomẽ melius à fi-
liis & filiabus: nomẽ sẽpiternũ dabo eis qd̃ nõ desi
ciet. Tales mulos & mulas habebant reges Israel:
& maxime

A & maxíme Dauíd qui refertur ad Chriſtum. Si intelleximus qui ſint equi & muli ruentes & conſurgentes: tranſeamus ad camelos, animal ruminans ungulamq; non findens: Et dicamus camelos eſſe omnes peccatores terræ, qui graui peccatorum ſarcina deprimuntur: & uidentur ſibi ſanctas ſcripturas legere: ſed ungulam nō findunt: ruminantes eloquia diuina, et ea quę ſcripta ſūt negligentes. Rectius autem camelus dici poteſt populus Iudæorum, qui & ipſe legē dei meditatur & eam ruminat & uoluit in pectore, ſed nō diuidit ungulam: ut credat in patrem & in filium, & in eo immundus eſt, quod nequaquàm ſeparat literam à ſpiritu: umbrā à ueritate, & portat legis onera, & audit per pro-
Eſa.21.d phetam: Væ gens peccatrix, populus plenus delictis. De iſtiuſmodi camelo qui ruminat, ungulāq; non findit: & in prouerbijs quaſi ad filium dicitur: Qui relinquit cuſtodire diſciplinam patris, meditabitur eloquia mala. Poſt camelum tranſeamus ad aſinum, qui quondam ferebatur infrenis: & immūdus erat & multos habebat dominos: & per præci-
B pitia labebatur, ut corruens repente conſurgeret & portaret dominū ſaluatorem, & ingrederetur in ſanctam Hieruſalem: & eum paruulorum turba credentium ſuſciperet triumphantem. Hunc aſinū
Pſal.79.b ad uitem & uineam ſaluator dicitur alligaſſe: De qua in pſalmis ſcriptum eſt: Vineam trāſtuliſti ex Aegypto, & eieciſti gentes & plantaſti eam. Ad quam ipſe uinitor loquitur: Ego plantaui te uineam frugiferam totam ueram. Omnia quoq; iumenta & animantia quæ uno nomine propheta comprehendit, pro ſingulorum naturis interpretanda ſunt: & hoc magis dei filio conuenit, quàm ea quæ ſtulta populus Iudęorum uaticinatione præſumit.

4 ¶ Et omnes qui reliqui fuerint de uniuerſis gentibus, quæ uenerint contra Hieruſalem &c.] Omnes, inquit, qui relicti fuerint de cunctis gentibus que uenerint contra Hieruſalem, aſcendent per ſingulos annos: ut adorent regem dominum exercituum: & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum. Hæc quoq; Iudæi caſſa ſpe in mille annorum regno futura promittūt: cuius ſolēnitatis iſtud exordium eſt: Egreſſus populus Iſrael de Aegypto per uaſtam & terribilem ac latam ſolitudinem, in qua non erat domus, uilla, oppidum, ſpecus: faciebat ſibi tabernacula atq; tentoria: quæ nunc à ſimilitudine paruulæ auis papilionis uocantur, in quibus cum coniugibus morarentur ac liberis, & cibum caperent: & per diem ſolis ardores, per noctem humorem & frigus & roris iniuriam deuitarent: iuſſumq; eſt ut in mēſe ſeptimo quintadecima die mēſis fieret tabernaculorum ſolennitas. Et cum te, in-
Deu.6.d quit, interrogauerit filius tuus cras, dicens: Quid ſibi uolunt hæc tabernacula: reſpondebis ei: multo C tempore peregrinati ſumus in Aegypto: de qua eduxit nos dominus in ſolitudinē: & idcirco tabernacula ſuſcitamus: ut beneficiorum dei omni tempore recordemur cum cœperimus habitare in urLeui.23.a bib⁹. Præcepit quoque ut facerent tabernacula de ligno pulcherrimo quod Iudæi cedrum uocant, & de palmarū ramis ac frondibus ligni denſiſſimi, & ſalicis & populi. Hiſtoriæ iecimus fundamenta: ut ex his ad ſpiritualia trāſeamus: Quandiu in profectu ſumus & in curſu atq; certamine: habitamus in tabernaculis: hoc omni mente nitentes, ut de tabernaculis ad firmam & ſtabilem ſedem tranPſal.119.a ſeamus, id eſt, domum dei. Vnde & ſāctus Dauid Pſal.38.c dicit in pſalmo: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Et: Aduena ego ſum & peregrinus ſicut omnes patres mei. Hoc loquitur qui in Aegypto eſt & adhuc in ſeculo conſtitutus. Qui autem egreditur de Aegypto: quę Hebraice dicit מִצְרַיִם & interpretatur tribulatio, & ingreditur uitiorum ſolitudinem: carpit iter ſuum et dicit in pſalmo: Per tranſibo in locum tabernaculi admirabilis uſq; ad D domum dei. Admirabile eſt enim nolle habitare cū Aegyptijs: ſed ſubmerſo Pharaone terram cupere repromiſſionis intrare. Vnde & alibi loquit̄: Quā
Pſal.83.a dilecta tabernacula tua domine uirtutum: concupiſcit & defecit anima mea in atria domini. Et poſt paululum: Beati omnes qui habitant in domo tua:
Ibi.117.b in ſecula ſeculorum laudabunt te. Vox enim exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Et in prouerbijs ſcriptum reperimus: Domus iuſtorum
Pro.12.a permanent: & tabernacula eorum qui recte agunt ſtabunt. De domibus quod permaneant: de tabernaculis quod ſtatura ſint pollicetur Dicit & in alio loco ſanctus uir: Vnum petiui à domino hoc requiram: ut inhabitem in do-
Pſal.26.b mo domini omnibus diebus uitæ meæ: & uideam delectationem domini & uiſitem templum eius. Qui in iſtiuſmodi habitat tabernaculis: & de tabernaculis ad atria, & de atrijs ad domum, & de domo ad templum domini ire feſtinat: debet celebrare ſolennia tabernaculorum in ligno ſapientiæ pulcherrimo: de quo in prouerbijs Pro.3.e dicitur: Lignum uitæ eſt omnibus qui appropinquant ei: & qui reclinantur ſuper eum, quaſi ſuper domum firmitatis: Et in ramis palmarum, in quibus ſignum uictoriæ & uirtutis præmium continetur, & in frondibus denſiſſimæ arboris: quam myrtum Iudæi intelligunt propter mortificationem carnis ac libidinum. Vnde & domino ſaluatori à magis myrrha offertur in munere: Et in ramis, inquit, ſalicis & populi: quam quidam unam arborem uocant: ipſumq; ligni

A nomen quod Græce dicitur ἁγνὸς indicat caſtitatem. Aiunt medici, & hi qui de arborum & herbarum ſcripſere naturis: quod ſi quis florem ſalicis ſiue populi mixtum aqua biberit: omnis in eo frigeſcat calor & libidinis uena ſiccetur, ultraq; filios generare non poſſit. Qui talium arborum ramis protectus fuerit: exceat feſtiuitatem tabernaculorum: ſextum menſem tranſiẽs qui refertur ad mundum: & in ſeptimo agens ſabbatum ſpirituale, in quintadecima die menſis eiuſdẽ quãdo noctis luna pleniſſima eſt: & omnes eius tenebræ claro lumine reſoluũtur. Hæc breuiter diximus: olim animo comtemplãtes librorum magnitudinem: ut ad reliqua tranſeamus. 4

¶ Et erit qui non aſcenderint de familijs terræ ad Hieruſalem, ut adorent regem dominum exercituum non &c.] Pro eo quod Lxx. tranſtulerunt, καὶ ὄυτοι ἐκεῖνοις προσεθήσονται, id eſt, & iſti illis apponentur: in Hebraico ſcriptum eſt וְלֹא עֲלֵיהֶם יִהְיֶה חַגָּשֶׁם quod Aquila & Symmachus & Theodotio ſimiliter interpretati ſunt: & non erit ſuper eos imber. Eccleſia domini Ieſu appellatur cœleſtis Hieruſalem: de qua Apoſtolus ſcribit: Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, que eſt mater omnium noſtrorum. Et: Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem dei uiuentis Hieruſalem cœleſtem. Et hæc Hieruſalem non eſt in locis humilibus ſita, ſed in monte excelſo: de qua ſaluator loquitur: Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita. Vnde qui adoraturus eſt dominum exercituum in Hieruſalem: debet ad montana conſcendere. Qui autem de familijs ac tribubus terræ eſt: & idcirco dominum non poteſt adorare: non erit ſuper eum imber tem poraneus & ſerotinus: nec terra illius pluuijs cœli rigabitur. Siue ut uerterunt Septuaginta ὅσοι ἐὰν μὴ ἀναβῶσιν ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν τῆς γῆς εἰς ἱερουσαλὴμ τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ κυρίῳ παντοκράτορι, id eſt, qui non aſcenderint de familijs terræ ad Hieruſalem: ut adorent regem dominum omnipotẽtem: cum illis reputabuntur qui pugnauerunt aduerſum Hieruſalem: & quorum tabeſcet caro & oculi defluent: & lingua putreſcet. b ¶ Quod ſi & familia Aegypti non aſcenderit: & non uenerit: nec ſuper eos erit, ſed erit ruina qua percutiet dominus &c.] Qui Aegyptius eſt & gentium cæterarum: quàm diu Aegyptius & ethnicus permanet, non aſcendet in Hieruſalem: & quia aſcendere non poteſt, nec gradum ad excelſa ſubrigere: ideo non erit ſuper eum imber dominicæ benedictionis. Et hoc peccatum erit maximum Aegyptio, Aſſyrio, Chaldæo, Syro, Moabitę & Ammonitæ: ſi noluerint egredi de terris ſuis & aſcendere Hieruſalem: ut per tabernacula tranſeant in Hieruſalem, & inueniant æternam domum: aliarumq; gentium homines eſſe deſiſtant: & efficiantur Iſraelitæ in quibus dolus nõ eſt. Hęc omnia quę nos celeri ſermone perſtringimus: Iudæi & Iudaizãtes noſtri, imò non noſtri quia Iudaizantes, ſperant futura corporaliter: utiq; & circunciſionem ſibi & coniugia in mille annorum imperio promittentes: ne impleatur in illis maledictio quę ſcripta eſt: Maledicta ſterilis quę non facit ſemen in Iſrael. Et: Beatus qui habet ſemen in Sion & domeſticos in Hieruſalem. Quod ſi uerum eſt, omnes uirgines quas mille annorum regnum inuenerit: maledicti/oni & ſterilitati perpetuæ ſubiacebunt: aut certe nupturæ ſunt, ut maledictionem effugiant. c ¶ In die illa erit quod ſuper frenum equi eſt, ſanctum domino: & erunt lebetes in domo domini quaſi phialæ coram altari. Et erit &c.] Verbum Hebraicum מְצִלּוֹת Aquila & Theodotio βυθὸν interpretati ſunt: id eſt profundum: Symmachus περίπατον σύσκιον: id eſt inceſſum umbroſum. Soli Septuaginta τὸν χάλινον, id eſt frenum tranſtulerunt: quos & nos in hoc loco ſecuti ſumus: ne nouum aliquid in quęſtione uulgata uideremur afferre. Quod cum ab Hebræo quærerem quid ſignificaret, ait mihi, non debere nos legere מְצִלּוֹת ſed מְצִילוֹת quod ſignificat phaleras equorum & ornatum bellicum: & excepto hoc loco in nullo penitus ſanctarum ſcripturarum uolumine hoc uerbum reperiri. Frenum autem lingua Hebraica רֶסֶן appellari & non מְצִלּוֹת quod Septuaginta tranſtulerunt. Et eſſe ſenſum: Tempore ſolennitatis perpetuæ & regni Hieruſalẽ, pacatis omnibus & trãquillis, nequaquàm opus eſſe equitatu, quod genus bellantium fortiſſimum eſt: ſed omnem ornatũ & decorẽ phalerarum ad cultum domini cõferendum. Hoc illi dixerint: Nos equorum profundum & περίπατον σύσκιον umbroſum ſiue tenebroſum referamus ad ſcientiam myſticam: quã & Dauid q̃ſi equus optimus ſe habere iactabat, dicẽs

B

Gal. 4. d

Mat. 5. b

C

D

A Incerta & occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Et apoſtolus: O profundum diuitiarũ ſapientiæ & ſciẽtiæ dei quã inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius: De hoc profundo propheta clamauit ad dominũ & exaudiuit eum. In his profundis & tenebris poſuit deus latibulum ſuum: has tenebras & ſacramenta diuina ingreſſus eſt Moyſes in Sina montis caligine: ut uideret deum, de quib. & Dauid in pſalmo alio loquebatur: Iudicia domini abyſſus multa. Hæc arcana & iſta myſteria ſancta ſunt domino: quæ nouerat euãgeliſta Ioannes, qui auſus eſt dicere, quod angeli forſitan neſciebant: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbũ. Et idcirco amaſ'a dño: quia optimũ habebat profũdũ & recubuerat ſuper pectus Ieſu: unde & hauſerat ſapientiam. Sin autem uoluerimus ut Septuaginta tranſtulerũt, frenum accipere ſermonem dei: intel

B ligamus in freno, qui equos inſanientes libidine: & mulos ſteriles atq; laſciuos refrenat à uitijs, & coercet, & non patitur ire per præceps, de quibus dicitur: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus: In freno & chamo maxillas eorũ cõſtringe, qui non approximant ad te. De hoc freno & Iacobus loquitur: In equorum ora mittimus frenos, & omne corpus eorum circumagimus: ut ſcilicet recto gradiantur itinere, & mollia ad ſedendum domino poſsint terga præbere. Tale frenum & talis ſermo auri & argenti uarietate compoſitus, feros equos ſaluatori præparat ad ſedendum: & ſanctos facit, ac proprie illius cultui conſecratos. Audiui à quodam rem, ſenſu quidem pio dictam, ſed ridiculam: Clauos dominicæ crucis è quibus Conſtantinus auguſtus frenos equo ſuo fecerit, ſanctum domini appellari. Hoc utrum accipiẽdum ſit, lectoris prudẽtiæ derelinquo. Nos tranſeamus ad lebetes qui futuri ſunt in domo domini, quaſi phialæ altaris. Erit enim omnis lebes in Hieruſalem & in Iuda ſanctificatus domino omnipotenti. Ament æneos lebetes qui amauerunt ollas Aegyptias, & carnes, & pepones, & allia & cepe & cucumeres. Nos Iudaicos lebetes in quibus coquebantur carnes uictimarum, uertamus in phialas aromatum coram altari domini, de qui-

C bus ſponſa dicit ad ſponſum: Fratruelis meus deſcendit in hortum meum ad phialas aromatum, paſcere in hortis & colligere lilia. Hortus & paradiſus in quem ſponſus deſcendit ad ſponſam, ſanctarum lectio ſcripturarum eſt: de quibus lilia & uiolas & roſas & uaria decerpit aromata: ut impleat phialas animarum credentium, & domino ex eis liba diffũdat. Iſtius modi lebetes cum uerſi fuerint in phialas domini, & dicere potuerint: Chriſti bonus odor ſumus, & pro uirulentia carnium, uarios cœperint flores geſtare uirtutum: tunc erũt in Hieruſalem & in Iuda ſanctificati domino omnipotenti: de quibus frequentius diximus: quod Hieruſalem uiſionem pacis, & Iudas exprimat confitentem. d ¶ Et uenient omnes immolantes, & ſument ex eis & coquent in eis, & non erit mercator ultrà in domo domini exercituum in die illo. ] Pro בְּנַעֲנִי Aquila interpretatus eſt mercatorẽ, quem & nos in hoc loco ſecuti ſumus. Cum lebetes fuerint uerſi in phialas, uenient omnes in circuitu nationes: ſiue qui relicti fuerint de

D uniuerſis gentibus immolantes, et ſument lebetes, & coquent in eis carnes uictimarum: ut non crudas carnes agni comedant, ſed omni carnium humore decocto, remaneat quod igne paratum fuerit ad ueſcendum. Quæ ſint phialę coram altari domini: in quas lebetes Iſraelitici conuertantur: & ſupra diximus, & nũc ex parte dicemus. Laudat ſpõſa in canticocanticorum ſponſum ſuum: Maxillæ eius ſicut phialæ aromatum. In maxillis ſermo accipitur, qui prolatus à domino, uaria unguenta de promit: & tanta erit boni odoris fragãtia, ut faciat ſibi dominus flagellum de ſcripturarum textum teſtimonijs, & eijciat de templo uendentes & ementes, & dicat ad eos: Scriptũ eſt, domus patris mei, domus orationis uocabitur cunctis gentibus: uos autem feciſtis eam domum negociationis. Quidã illud quod in Daniele ſcriptum eſt, licet in Hebraico non legatur: Semen Chanaan & non Iuda: Et quod ab Oſee propheta de Ephraim dicitur: Particeps idolorum Ephraim: poſuit ſibi ſcandala, prouocauit Chananæos, fornicantes fornicati ſunt: huic coaptant loco: & omnem fornicatorem, Chananæum & alienigenam appellari uolunt: quem de domo dei afferunt auferendum.

Commentariorum in Zachariam prophetam finis.

HEBRAEI quod ſuper frenum equi eſt, ſanctum domino: & erunt lebetes in domo domini quaſi phialæ coram altari. Et erit omnis lebes in Hieruſalem & in Iuda ſanctificatus domino exercituũ. Et uenient omnes immolantes, & ſument ex eis, & coquent in eis: & nõ erit mercator ultra in domo domini exercituum in die illo.

SEPTVAGINTA. quod ſuper frenum equi eſt, ſanctũ domino omnipotenti: & erunt lebetes qui in domo dñi ſunt ſicut phialæ ãte domũ altaris: & erit omnis lebes in Hieruſalẽ & in Iuda ſãctus dño omnipotẽti. Et uenient oẽs qui immolant, & ſumẽt ex eis: & coquent in illis, & non erit Chananæus ultrà in domo dñi uirtutũ in die illo.

Pſal.35.b Ioan.1.a Pſal.31.c Iaco.3.a Cant.6.a 2.Cor.2.d Mat.21.b Dan.13.f Oſee.4.d

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN MALACHIAM PRO/ C
phetam ad Minerium & Alexandrum monachos
procœmium.

VLtimum duodecim prophetarum Malachi interpretari uolumus:cuius nomen Septuaginta transtulerunt τῷ ἀγγέλου αὐτοῦ, id est, angelus eius, dicentes: Assumptio uerbi domini super Israel in manu angeli eius: pro quo in Hebraico legitur מַלְאָכִי quod rectius & expressius dicitur,angelus,id est, nũcius meus. Nec putandum est iuxta quorundam opinionem, angelum uenisse de cœlo, & assumpsisse corpus humanum: ut Israeli quæ à domino sunt mandata loqueretur. Si enim in/ חוֹשֵׁעַ יוֹאֵל terpretanda sunt nomina,& ex nominibus non spiritualis intelligentia,sed historiæ ordo texen/ dus est:ergo & Osee qui saluator dicitur: & Iohel qui interpretatur, dominus deus siue incipi/ ens,& cæteri prophetæ non erunt homines:sed uel angeli,uel dominus atque saluator,quia hoc eorum nomina resonant. Denique exceptis Septuaginta alij interpretes nomen Malachi,ita ut in Hebræo legitur transtulerunt.Malach autem Hebræi Esdram existimant sacerdotem, quia *Malach.2.b* omnia quæ in libro illius continentur,etiam hic propheta commemorat dicens,Labia sacerdo/ tis custodient scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Tempus quoque titulusq; conueniunt, quod & in psalmis diximus,qui titulos non habent,eo/ rum esse credendos quorũ priores psalmi nominibus prænotati sunt. Igitur & Malachi,id est, Esdras post Aggeum & Zachariam qui sub Dario prophetauerunt, fuisse credendus est. Et propterea titulum non habere,quia liber eius pro titulo sit,in quo discimus, quod in regno Ar/ taxerxis regis Persarum Esdras filius Saraiæ, & cæterorum, usque ad eum locum ubi dicitur, Filius Phinees, filius Eleazar, filius Aaron sacerdotis,ab initio ascendere de Babylone, & dede/ rit ei rex secundum manum domini dei sui omnem petitionem eius,ascenderintque cum illo de filijs Israel,& de filijs sacerdotum & de filijs Leuitarum,& de cantoribus,& de ianitoribus,& de
B Nathinneis in Hierusalem,anno septimo Artaxerxis regis,& uenerint in Hierusalem mẽse quin/ D to,ipse est annus septimus regis,quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, & in primo mensis quinti uenit in Hierusalem.Hæc mi Mineri & Alexander,non tam sanguine quàm religione concordes,ne susceptum opus dimitterem prophetarum,& extraordinario uo/ bis labore sudarem, breuiter in procœmio sum locutus,ut proponens uerba Malachi, primum iuxta Hebraicam ueritatem,deinde iuxta Septuaginta interpretes, orationũ uestrarum fultus auxilio,edisseram quæ sequuntur.Scripsit in hunc librum Origenes tria uolumina, sed histori/ am omnino non tetigit,& more suo totus in allegoriæ interpretatione uersatus est, nullam Es/ *Mat.11.b* dræ faciens mentionem,sed angelum putans fuisse qui scripsit,secundum illud quod de Ioanne legimus,Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam.Quod nos omnino non recipimus, ne animarum de cœlo ruinas suscipere compellamur.Alios commentarios in hunc prophetam legisse me nescio,excepto Apollinaris breui libello,cuius non tam interpretatio quàm interpre tationis puncta dicenda sunt.

COMMENTARIVM HIERONYMI
in Malachiam prophetam.

ONus uerbi domini &c.] Quid significet onus,id est,pondus:qđ Hebraice מַשָּׂא & ab Aquila ὅραμα dicit̃,uel quid λῆμμα id est, as/ sumptio : quod & Lxx.& cæteri inter pretes transtule/ runt: in alijs pro/ phetis dixim⁹. Nã & Nahũ scribit: O nus Niniue: liber uisionis Nahum ElKesæi. Et Habacuc: Onus qđ uidit Habacuc propheta.Et Zacharias:Onus uer/ bi dñi in terra Hadrach, & Damasci requiei eius. Et rursum in cõsequentibus:Onus uerbi dñi super Israel.Illa itaq; simus explanatione cõtenti: Et nũc hoc tantũ dicamus, quod põdus uerbi domini ad Israel: si/ ue ut Lxx. dicunt ἐπὶ τὸν ἰσραήλ, id est, super Israel: graue quidem sit, quia põ/ dus appellatur: sed conso

## MALACHIAS

ONVS uerbi Domini ad Israel in ma nu Malachi. Dilexi

ASsũptio uer/ bi dñi super Israel in ma/ nu ãgeli eius. Ponite

A consolationis aliquid habeat: quod non cõtra Israel sed ad Israel sumitur. Aliud est enim quãdo, uerbi gratia, ad illum uel illum scribimus: aliud quãdo contra illum & illum: quia in altero pars amicitiæ: in altero inimicitiarum aperta confessio est. Sciendumq; quod abductio in captiuitatem Israel, id est decem tribubus: indifferẽter pristino nomine, & duæ tribus Iudas & Beniamin appellentur Israel. Quod autem dicitur: In manu angeli eius, siue Malachi: manum pro operibus accipite. Vnde & in manu Aggei, & in manu Hieremiæ, & in manu Moysi: factus est sermo dei. In quorum enim manibus est iniquitas & quorum dextera repleta est muneribus, & quorum manus plenæ sunt sanguine: in his non fit sermo dei: sed qui laB uant inter innocentes manus suas. Matt.27.c Quibus aquis & Pilatus manus lauare conatus est, ne Iudæorum Psal.22.d blasphemijs consentiret: de quibus psalmista lætatur, dicens. Super aquas refectionis educauit me. De hac aqua per prophetam dominus pollicetur: Aspergam uos aqua mundissima. Qui autem pecProuerb.26.b cator est, inebriatur calice Babylonio, & dicitur de eo: Spinæ nascuntur in manu ebriosi. a ¶ Ponite super corda uestra &c.] Id est, θέσθε ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν: hoc in Hebraico non habetur: sed Aggei.2.c puto de Aggeo additum in quo legimus: Et nunc ponite super corda uestra à die hac & supra. Post titulum igitur prophetæ siue proœmium: dupliciter accipiendum est: Ponite corda uestra, id est, animaduertite & cõsiderate, id quod supra dictum est: Assumptio uerbi domini super Israel in manu angeli eius: Siue diligenter animaduertite: quæ dicenda sunt postea: ut ea non corporis auribus, sed animi & cordis intelligentia cognoscatis, & faciatis uobis thesauros, in quibus recipiatis diuitias sermonum dei, & sapientia agat fiducialiter cum dilatati fueritis, & repleto corde sermonibus dei puleritis cogitationes pessimas: quæ egrediuntur Luc.8.a de corde, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, & reliqua, & impleatis quod à saluatore dictũ est: Qui habet aures audiendi audiat. b ¶ Dilexi uos, dicit dominus, & dixistis: in quo dilexisti nos? Nónne frater Esau Iacob, dicit dominus: & dilexi Iacob: & c.] Israel, hoc est, Iudas ad quem solebat fieri uerbum dei, & uisio domini: onus eius & pondus suppliciorum grauissimum portare compellitur, ut grauiora peccata deponat, & sentiat per tormenta quæ non sensit per beneficia. Et ne pœna in suos uideatur iniusta, subijcit dñs: Dilexi uos. Quem ẽm Hebr.12.b diligit dominꝰ, corripit: Castigat autẽ omnẽ filium quem recipit. Et dicendo dilexi: præsens negat dum præteritũ confitetur. Illi quidem respondent temeritate qua peccant, obliti beneficiorum eius: in quo dilexisti nos? Ad quæ dominus, ut cętera, inquit, taceam, & quod nuper de Babylonia captiuitate ueneristis, icunabula uestra tractabo: antequã nascereminí: imò priusq; Rebecca Esau & Iacob utero suo funderet: in Iacob uos D dilexi, in Esau Idumæos odio habui: Quem locũ apostolus Paulus mystica disputatione euentilãs, scribit ad Romanos: duo pariter testimonia de Genesi Rom.9.e Malachiq; coniungẽs: Sed & Rebecca de uno cõcubitu habens Isaac patris nostri. Nã cum nõdum nati essent: aut aliquid egissent boni uel mali: ut secundum electionem propositum dei maneat: non ex operibus, sed ex uocãte dictum est ei: Quia maior seruiet minori: sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Hoc enim quod dicitur: Sicut scriptum est, & ad Geneseos librum & ad prophetam Malachi refertur. Non solum, ait, dilexi Iacob antequã nasceretur, & odio habui Esau priusq; ex matris utero funderetur: sed in posteros eorũ, amorem meum, & odium conseruaui: odium in Esau, cuius montes, qui appellantur Seir, redegi in solitudinem, & urbes feci esse desertas, & à serpentibus ac bestijs obtineri. Si autem dixerit Edom, hoc est Esau: destructi quidem sumus ad iram dei: sed rursum ædificabimus ciuitates: Hæc domino prædicente cognoscite: quod illis ædificantibus ego destruam, & iram meã æterna eorum uastitas approbabit. Odiũ igitur in Esau rebus ostẽdi: amorẽ autem in uos: hoc est in Iacob sequentibus approbabo. Illis destructis atq; redactis ad solitudinẽ: uidebunt oculi uestri, & dicetis: Magnificetur dominus super terminum Israel: & ex comparatione malorum quæ frater uester patitur, dei in uos beneficia.

HEBRAEI. Dilexi uos, dicit dominus. Et dixistis: in quo dilexisti nos? Nónne frater Esau Iacob, dicit dominꝰ, & dilexi Iacob: Esau autem odio habui? Et posui montes eius in solitudinem: & hæreditatem eius in dracones deserti. Quod si dixerit Idumæa: destructi sumus: sed reuertentes ædificabimus quæ destructa sunt: Hæc dicit dominus exercituum: Isti ædificabunt, & ego destruam, & uocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est dominus usque in ętternum. Et oculi uestri uidebunt, & uos dicetis: Magnificatur dominus super terminum Israel.

SEPTVA. Ponite super corda uestra. Dilexi uos, dicit dominus: & dixistis: in quo dilexisti nos? Nõne frater erat Esau Iacob, dicit dominus & dilexi Iacob: Esau autem odio habui, & posui terminos eius ī desolationẽ, & hæreditatẽ eius in domata deserti: Quia dicet, Idumæa destructa est: reuertamur & reędificemꝰ deserta. Hæc dicit dñs omnipotens: ipsi ædificabunt, & ego destruam, & uocabuntur eis termini iniquitatis, & populus super quem præparatus est dominus usq; in ętternum. Et oculi uestri uidebunt, & uos dicetis: magnificatus est dominꝰ sup terminos Israel.

Filius

A beneficia sentietis. Iudæi falso sibi blandiuntur, Edom Romanos, & Israel in consummatione mũdi se prophetari: quod destructo Romano imperio, hoc est, Idumæo: regnum orbis ueniat ad Iudæos. Hæc prout potuimus historiæ fundamenta iacientes locutisumus:

HEBRAEI. Filius hõnorat patrem, & seruus dominum suum: si ergo pater ego sum: ubi honor meus est? & si dominus ego sum: ubi est timor meus? dicit dominus exercituũ Ad uos ò sacerdotes q despicitis

Nunc ueniamus ad intelligentiam spiritualem. Israel uir uel sensus cernens deũ: siue ut ego melius puto ἐνθύπαθος, id est, rectissimus dei: diligitur domino, & uult dilectionis eius in se scire rationem. Dominusq; respondit, Esau & Iacob de una stirpe generatos: hoc est, uitia atq; uirtutes ex uno cordis fonte procedere: dum ex arbitrij libertate in utrãq; partem ut uolumus declinamus: sed priora nascũtur uitia per infantiam, pueritiam, iuuẽtutem: quæ postea ætas firmior corripit atque supplantat. Maior frater hispidus est & sanguinarius, uenationibus, syluis & bestijs delectatur. Minor leuis & simplex, & innocenter habitans domum. Deus fines Idumææ: hoc est, terrenæ & sanguinariæ ponit in solitudinem, & nihil de terra crescere sinit & esse perpetuum. Quod si impudens malitia ea quæ sunt dei sermone destructa, rursum ædificare nitatur: dominus se eorũ quæ instaurantur à uitijs, adB uersarium profitetur. Et postquam fuerint hostilium terminorum cuncta subuersa: tunc oculos possumus uidere Israel, & sanctos quosq; dicere: Magnificetur dominus in terminis eorum qui mente conspiciunt deum. Porrò dilectio & odium dei, uel ex præscietia nascitur futurorum, uel ex operibus: alioquin nouimus quod omnia deus diligat, nec quicquam eorum oderit quæ creauit: sed proprie eos suæ uiudicet charitati, qui uitiorũ hostes sunt & rebelles: Et econtrario illos odit, qui à deo destructa cupiunt rursum extruere. Odisse autẽ deus ἀνθρωποπαθῶς dicitur: ut fiere, ut dolere, ut irasci, ut quando audimus odium eius in malos, ea quæ deum intelligimus odisse fugiamus. a ¶ Filius honorat patrem: & seruus dominum suum: si ergo pater ego sum: ubi honor meus est? &c.] Licet priusquàm nasceremini in Iacob, quasi filios amare uos cœperim: tamen eligite quo me uocabulo nomine tis: aut pater sum uester, aut dominus. Si pater, debitum patri honorem reddite, & dignam parente offerte pietatem. Si dominus, cur me contemnitis, cur dominum non timetis? Loquitur autem ad eos qui sub Zorobabel & Iesu filio Iosedech, & Esdra sacerdote, & Neemia, de captiuitate Babylonia sunt reuersi, extructoq; altari necdum templum ædificauerant: nec muros extruxerant ciuitatis: & nihilominus in peccatis pristinis permanebant: deum nec amore, nec timore uenerantes. Quod autem gloriam diximus uel honorem, & apud Græcos δόξα, & apud Hebræos כָּבוֹד unum uerbum est: sed nos pro Latinæ linguæ proprietate, C honorem posuimus. Nam & in euangelio ubi loquitur dominus & saluator: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te: apud Græcos δόξασον legitur, id est, glorifica: Quem locum plerique Latinorum honorifica, interpretati sunt. Si mulcq; consydere/mus: quod filius ac seruus in scripturis sanctis uoluntate fiat, non necessitate naturæ. Qui enim spiritum adoptionis acceperit, in filium dei uertit: Qui autem spiritum seruitutis in timorem dei, seruus efficitur. Vult itaq; primum deus, ut filij eius simus, & bonum uoluntate faciamus: si hoc cõsequi nolumus, ut saltẽ seruos nos habeat, & à malis per supplicíorum formidinem recedamus. Legimus in malam partem filios: Eramus filij iræ, Et filij gehennæ, quos pharisæi mari terrisq; circumitis, dignos genuere tormentis. Et Iudas proditor, filius perditionis appellatur. Et in octogesimooctauo psalmo de domino scribitur: Filius iniquitatis non apponet nocere ei. In Osee quoq; filij fornicationis uocantur, qui sunt de matre meretrice generati: de qua scriptum est: Fornicata est mater uestra. Et in euangelio Iudæi filij diaboli fugillantur: Vos de patre diabolo nati estis, & desyderia patris uestri D uultis facere. In bonam partem filios legimus: ut filios dei: Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri. Et filios sapientiæ, euangelio proclamante: Iustificata est sapientia à filijs suis. Et filios Abraham: Amen amẽ dico uobis potest deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahã. Et filios apostoli: Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formetur in uobis, & multa istiusmodi. Filius ergo honorat siue clarificat patrem: iuxta illud quod scriptum est: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra opera, & glorificent patrem uestrum qui est in cœlis. Seruus quoque honorat dominum suum, non eadem charitate qua filius: sed ἀπὸ κοινοῦ subauditur, honorat filius patrem, seruus dominum suum: & tamen deus omnipotens sciens differentiam filij & serui, à filio gloriam, à seruo timorem expetit. Principiũ enim sapientiæ timor domini: ut de timore seruorum, ad filiorum gloriam transeamus. b ¶ Vos sacerdotes qui despicitis &c.] et dixistis in quo polluimus te: in eo quod dicitis mensa domini despecta est.] Quod autem sequitur: Et quæ superposita sunt despexistis: obelo prænotauimus, quia in hebraico non habetur, & de sequentibus additum est. Ad uos igitur ò sacerdotes qui despicitis nomẽ meũ, iste sermo dirigitur: qui reuersi de Babylone metu præteritæ seruitutis, debueratis ad dominum plena mente conuerti: & non solum hoc nõ facitis, sed imitantes Cain, superbis cõtra deũ uocibus respondentes

Ioan.17.a

Rom.8.c

Eph.2.d
Mat.23.b
Ioan.17.b

Osee.2.d

Ioan.8.c

Ibidem.1.d

Mat.11.c
Ibidem.3.c

Gal.4.c

Mat.5.b

Eccl.1.b

A spondentes, scíscítamini ab eo quem occulta non fallunt, & dicítis: In quo despeximus nomen tuũ? ut dissímulationis impudentia uulnus conscientiæ protegatis. Vultis ergo scire in quo despexeritis nomen meum? Offertis super altare meum panem pollutum: Panes uidelicet propositionis: quos iuxta traditiones Hebraicas, ipsi serere, ipsi demetere, ipsi molere, ipsi coquere debebatis, & nunc sumitis quoscũque de medio, & uoce temeraria respõdetis, et dicítis: in quo polluimus eos siue te? Dum enim sacramenta uiolantur: ipse cuius sunt sacramẽta, uiolatur. Hoc autem quod sequitur: In eo quod dicitis, mensa domini

B despecta est: possumus ita interpretari: Quod reuersi de Babylone: nec dum templo ædificato manẽtes in casulis, & in ruinis urbis ãtiquæ: altare tãtum extruxerant: non eiusdem gloriæ cuius pristinum fuerat, & putabant de esse religionis sanctimoniam: quia deerat ædificationis ambitio. Tenues lineas duximus quibus imprimenda est explanatio spiritualis. Corripit sermo diuinus episcopos, atque presbyteros & diaconos negligentes: siue quoniam genus sacerdotale & regale sumus, omnes qui baptizati in Christo, Christi censemur nomine, cur despiciant nomen dei: Et interrogantibus, in quo despexerint nomẽ eius: causas monstrat offensæ: Offertis, inquit, super altare meum panem pollutum. Polluimus panem, id est, corpus Christi: quando indigni accedimus ad altare, & sordidi mundum sanguinem bibimus, & dicimus, mensa domini despecta est: non quod hoc aliquis audeat dicere, & quod impie cogitat scelerata uoce proferre: sed opera peccatorum despiciunt mensam dei. Possumus & aliter dicere: Doctor ecclesiæ qui spiritualem conficit panem, & eum populis diuidit: si uel propter humanam gloriam, uel lucra seculi quæ gloriam consequuntur, loquatur in populis, & diuitibus blandiatur, & honoret pec

Iacob. 2. d catores, & iuxta Iacobum suscipiat eos, qui cum anulis aureis ad se ueniunt, & pauperes sanctos repellat: nomen dei despicit, & panem polluit doctri

HEBRAEI. spicitis nomen meum, & dixistis: In quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? in eo quod dicitis, mensa domini despecta est. Si ofFeratis cæcum ad immolandum, nónne malum est? Et si offeratis claudum & languidum: nónne malum est? offer illud duci tuo si placuerit ei: aut si susceperit faciem tuam, dicit dominus exercituum. Et nũc deprecamini uultum dei ut misereatur uestri: de manu enim uestra factũ est hoc: si quomodo suscipiat facies uestras, dicit dominus exercituũ. Quis est in uobis qui claudat ostia & icẽdat altare meũ gratuito? Non

SEP. citis nomen meum: & dixistis: In quo despeximus nomen tuum? Offerentes ad altare meum panes pollutos, & dixistis: In quo polluimus ipsos: In eo quod dicitis mensa domini despecta est ÷ & quę superposita sunt despexistis.. Quia si offeratis cæcum in sacrificium: nonne malum est? Et si offeratis claudũ & languidũ: nonne malũ est? offer illud duci tuo si suscepit te: si accepit faciẽ tuã, dicit dñs omnipotẽs. Et nunc deprecamini faciem dei uestri & roga te eum, in manibus uestris facta sunt hęc: si suscipiam ex uobis facies uestras, dicit dominus omnipotens: quia & in uobis clauditur ostia, & non succenditur altare meum gratis. Non

non illustratur Christi lumine: nec habet oculum de euãgelio contuentem. Clauda est rogantis oratio: quæ duplici mẽte accedit ad precandum, & audit cum populo ludęorum: Vsquequo claudicatis 3. Reg. 18. d utroq; pede? Et lãguida et omni infirmitate cooperta: quæ non habet Christum dei uirtutem, deiq; sapientiam. Istiusmodi preces quæ sine lumine ueritatis sunt, & non habent sapientiæ firma uestigia, & debilitatibus uarijs contabescunt: si offerantur ecclesiarum principi, aut cuilibet erudito, sapientiq; doctori, nónne repudiabuntur & in contumeliã eius recident qui talia est ausus offerre? b ¶ Et nunc deprecamini &c.] Multum in hoc loco Lxx. interpretes ab Hebraica ueritate discordant, & necesse est, ubi diuersa est interpretatio, ut diuersus & sensus sit. Quia obtulistis claudas & cæcas & debiles uictimas, uos enim hæc quæ dixi uniuersa fecistis: agite pœnitentiam, si quo modo misereatur uestri deus: nullus enim in uobis est usq; ad extremum ministerium: non dico põtifex, non sacerdos, non Leuita: non cãtor: sed nec ianitor quidem & is qui ignem supponit altari ad cremãdum holocausta, qui non à me mercedem accipiat labo-

C Sam scripturarum eius, mẽsis idolorum secularisq; doctrinæ putans esse cõmunem. a ¶ Si offeratis cæcum &c.] De diuersitate uictimarum, & quę uel offerri debeant, uel non offerri, in Leuitico plenius discimus. Reuer Leuit. 21. d. & 22. c. si itaq; de Babylone sacerdotes & leuitæ: ianitores atq; cantores et Nathinnei seruiq; Salomonis: quorum Esdras scribit κατάλογον: illicitas deo uictimas offerebant: cæcas uidelicet & claudas, ac uaria debilitate confectas, hoc est enim quod dicit languidum: uno cũcta sermone cõprehendens: Si istiusmodi, inquit, duci tuo offerres munera: nonne respueret? nonne sibi factã

D putaret iniuriam, & hoc audetis offerre deo quod dare hominibus non audetis? Longum est nunc omnium uictimarum aperire mysteria, de his tantum loquar quę præsenti capitulo cõtinẽtur. Cæca est animę uictima, quę

A ris ſui. Hoc autem dicens: decimas ſignificat omnium frugum, quæ offerũtur à populis. Ex quo oſtẽditur, acceptiorem eſſe domino ſeruitutẽ quæ mercedem in preſentiarum nõ poſtulat. Vnde & Apoſtolus gratis prædicat euangelium: Et nocte & die manibus ſuis laborat ne cui oneri ſit: & hãc gloriam ſuã gratuitæ prædicationis, in gẽtibus nequaq; euacuandam eſſe teſtatur. Porrò Lxx. alium multo ſuggerunt ſenſum: ò ſacerdotes qui hoſtias debiles immolatis: conuertimini ad pœnitentiam, et uultum domini deprecamini, & orate pro operib. manuum ueſtrarũ. Quod autem infert: Si ſuſcipiam ex uobis facies ueſtras: Neſcio an conueniat exhortationi pœnitentiæ. Nemo enim dicit: ora me & non parcam tibi. Sequitur: In uobis clauden/tur oſtia: patris uidelicet & filij & ſpirituſſancti. Vnde ſaluator loquitur: Ego ſum oſtiũ. Siue aliter: Non uobis aperiẽtur oſtia ſcripturarum: nec perſpicere poteritis ſanctaſanctorum: nec domini ſacramenta cognoſcere: nec ſuccendere thymiama eius ad altare. Quia orationes ueſtræ ad illum non peruenient. Et hoc quod dicitur ἀπροσδέκτως, & nos interpretati ſumus gratuito: qui hanc ſequuntur intelligentiam quã nunc exponimus, uertunt in gratiam: ut uidelicet gratiam non habeãt altari domini ſeruiendi. a ¶ Non eſt mihi uoluntas in uobis, dicit dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu ueſtra: Ab ortu &c. ] Regula ſcripturarum eſt: Vbi manifeſtiſſima prophetia de futuris texitur, per incerta allegoriæ non extenuare quæ ſcripta ſunt. Ergo proprie nunc ad ſacerdotes Iudæorum ſermo fit domini: Qui offerunt cæcum & claudum & languidum ad immolandum: ut ſciant carnalibus uictimis ſpirituales uictimas ſucceſſuras. Et nequaq; taurorũ hircorumq; ſanguinem: ſed thymiama, hoc eſt, ſanctorũ orationes dño offerẽdas, & nõ in una orbis puincia Iudæa, nec in una Iudææ urbe Hieruſalem: ſed in omni loco offerri oblationem: nequaquam immundam, ut à populo Iſrael: ſed mundam, ut in ceremonijs Chriſtianorum: Ab ortu enim ſolis uſq; ad occaſum magnum eſt nomen domini in gentibus, dicente ſaluatore: Pater manifeſtaui nomen tuũ hominibus. Cumq;, inquit, nomen meum magnum in gentibus ſit futurum, uos ò principes Iudæorum pol luiſtis illud atq; polluitis. Sic enim futurorum texit uaticinium, ut præſens tẽpus nõ deſerat. Propterea autem ò ſacerdotes & principes Iudæorum, in omni loco mihi offertur oblatio munda, & magnum eſt nomẽ meum in gẽtibus: quia dicitis menſa domini contaminata eſt, & qd̃ ſuperponitur contemptibile eſt cum igne qui illud deuorat. Reuerſus de Babylone populus, altare tantum fortuitis & impolitis lapidibus iuxta Eſdræ librum extruxerat: abſq; templo, abſq; urbis ędificijs, abſq; extructione murorum, & putabat minorem eſſe cultum religionis, quia templi ornatus deerat. Ad quos dominus loquitur: Pollutum putatis altare, & holocauſta ac uictimas quę ſupra imponuntur: ignem quoq; qui uictimas deuorat eſſe pollutũ: nec intelligitis omnipotentem deum non aurum gemmasq; et hoſtiarum multitudinem quærere: ſed offerentium uoluntates. Qui autem arbitrantur non altare, ſed menſam debere intelligi in qua panes ponebantur: quomodo hoc interpretari poſſint quod ſequitur: cum igne qui illud deuorat, omnino non uideo: neq; enim ignis deuorat panes propoſitionis: quos ſemper nouos pro ueteribus cõmutabant, & ablati cedebant in uſus ſacerdotum. Aut certe ita intelligendum: Polluiſtis nomen meum in eo quod dicitis: quid prodeſt ſi offeramus optima? qualiacunq; fuerint quæ offeruntur, igne ſunt deuoranda. Fructus autem altaris ignis eſt: cibusq; ignis, hoſtiæ uel holocauſta. Nec ſufficit prioris ſermonis impietas: ſed etiam hoc dixiſtis: Ecce de labore, & exufflaſtis illud, dicit dominus exercituum. Cuius orationis hic ſenſus eſt: Dixiſtis, de captiuitate reuerſi ſumus: hoſtibus prædæ fuimus: multum in longo itinere laborauimus

1. Theſſal. 2. b
2. Theſſal. 3. b

Ioan. 10. b

HEBRAEI. Non eſt mihi uoluntas in uobis, dicit dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu ueſtra: ab ortu enim ſolis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum. Et uos polluiſtis illud in eo quod dicitis, menſa domini contaminata eſt, & quod ſuperponitur contemptibile eſt cum igne, qui illud deuorat. Et dixiſtis, Ecce de labore, & exufflaſtis illud, dicit dominus exercituum. Et intuliſtis de rapinis claudum & languidum, & intuliſtis munus, nunquid ſuſcipiam illud de manu ueſtra, dicit dominus? Caput. II Maledi

SEPTVAGINTA. Non eſt uoluntas mea in uobis, dicit dominus omnipotens, & ſacrificium non ſuſcipiam de manibus ueſtris, quia ab ortu ſolis uſq; ad occaſum nomẽ meum glorioſum eſt in gẽtibus, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium mundum, quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit dominus omnipotens. Vos autem contaminaſtis illud in eo quod dicitis, mẽſa domini polluta eſt, & qui ſuperponuntur deſpecti ſunt cibi eius, & dixiſtis, hęc de afflictione ſunt, & exufflaſtis ea, dicit dñs omnipotens, Et inferebatis rapinas, & clauda & debilia, & offerebatis ſacrificium, ſi ſuſcipiam ea de manibus ueſtris, dicit dominus omnipotens? Caput. II Et

Ioan. 17. a

C

D

1. Eſd. 6. a

A rauimus:pauperes ſumus:quicquid habere potui/ mus,uiæ labore conſumptum eſt: qualiacunq; ha/ bemus offerimus, & hæc dicẽdo exufflaſtis ueſtra ſacrificia,id eſt,exufflatione mea digna feciſtis: Si/ ue ut in Hebræo legi poteſt: Et exufflaſtis me hæc dicendo,non ſacri/ ficio,ſed mihi cui ſa crificabatis feciſtis iniuriam. Quamo/ brem nequaquam ſuſcipiam illud de manu ueſtra, dicit dominus omnipo/ tens. Quidam pu/ tant hoc quod ad Iu dæos ſpecialiter di/ citur:eo quod uicti mæ eorum immun dæ ſint atque pollu tæ, & ſacrificium transferatur ad gen tes:intelligi debere ſuper eccleſiæ ſacer dotibus qui negli/ genter offerunt ui/ ctimas domino : Quod ſi recipimus:ergo ab eccleſia rurſũ ad aliam

B religionem uictimæ transferendæ ſunt. Et quomo do legi euangelium: ſic rurſum euangelio ea quæ non ſunt futura ſuccedent. Menſam quoq; domini contaminatam ad ſanctas ſcripturas referunt:ſi ali ter quàm ſcriptæ ſunt intelligantur. Caput. II

MAledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum,& uotum faciens immolat debi/ le domino. Quia rex &c.] Hoc quod ſcriptum eſt, καὶ διαστελλόσω τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, id eſt, & diſſi/ pabo benedictionem ueſtram:à Septuaginta addi/ tum eſt,& in Hebraico non habetur. Quicquid po teſt in excuſationem peccati ſui humanus animus inuenire,& falſa ſe ſatisfatione defendere,hoc præ uidens ſermo diuinus corripit atq; condemnat. Et eſt ſenſus:quia offertis cæcum & claudum & lan/ guidum,& hoc ipſum non de ueſtro: ſed de rapi/ nis & ſpoliis fletibusq; miſerorum: & inſuper dici/ tis, de labore & paupertate offerimus quod habe/ mus:Propterea ego dico generaliter: ut uos argu/ at propria conſcientia. Certe obtenditis pauperta/ tem,& captiuitatis iniuriam et tenuitatem rei fami liaris:audite quod infero: Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & uotum faciens im molat debile domino. Si non habes maſculum:ni/ hil tibi nocet maledictio. Hæc autem dicendo, oſtẽ dit eos habere quæ optima ſunt & offerre quæ ma la ſunt Ad uos igitur ò ſacerdotes hoc mandatum eſt:feciſtis quod impium eſt in contemptum mei:

Ezech.33.c Sed quia malo pœnitẽtiam peccatoris quàm mor/ tem:etiam nunc dico:Si me audire nolueritis, nec intelligere ut detis nomini meo gloriam: quod eſt horribile in gentibus:ueram in uos mittam penuri am:ut nequaquàm mẽtientes: ſed omnium rerum coacti egeſtate,dicatis uos nõ habere optima quæ offeratis. Et maledicam (inquit) benedictionibus C ueſtris,hoc eſt,his quę nunc meis benedictionibus poſſidetis:ſiue quicquid à uobis benedicitur, à me maledictum erit. Et maledicam illis:ſubauditur be/ nedictionibus ueſtris:quoniam noluiſtis intellige/ re quæ dicũtur:hoc eſt enim quod dici/ tur: non poſuiſtis ſup cor. Poſſumus maledictum & do/ loſum accipere po/ pulum Iudæorum: qui cum haberet in grege ſuo maſculũ dominum ſaluato/ rem, & immacula/ tum agnum qui tol lit peccata mundi, et omnium prophe tarum uaticinatio/ ne commonitus, ut immolaret atq; ſu/ ſciperet arietẽ, qui hęrebat ex corni/ bus in uirgulto Sa/ bec:hoc facere no/

ET maledictus qui e/ rat potẽs, & habebat in grege ſuo maſculum, & uotum eius ſuper eo,& im molat debile dño:quia rex magnus ego ſum, dicit do/ minus omnipotens, & no/ men meum illuſtre in gen/ tibus. Et nunc mandatum hoc ad uos ò ſacerdotes,ſi non audieritis,& ſi non po ſueritis cor ueſtrum ut de/ tis gloriã nomini meo,dicit dñs omnipotens, mittam ſuper uos maledictionẽ,& male

luit,ſed immolat debile domino,crucifigens ſalua/ torem,& eligens Barrabbam latrocinij & ſeditio/ D nis autorem:qui iuxta myſticos intellectus refer/ tur ad diabolum:Illisq; contemnentibus, & præfe/ rentibus diabolum ſaluatori:nomen Chriſti horri bile eſt in gentibus: quæ paſſionem domini ſuſce/ perũt, & eũ formidoloſo honore uenerantur. De/ nobis quoq; dici poteſt: Si creati à deo ſapientes: habentesq; naturam ſacris congruam diſciplinis, noſtrum negligamus ingenium, & nos dedamus uitijs atq; luxuriæ,& habentes maſculum immole mus debile domino. Debilis autem eſt & macula/ ta noſtra oratio:quando ira,iniudia, inimicitijs & alia animi perturbatione corrumpitur: ſi offerẽtes munus ad altare, & recordati quod aliquid frater noſter habeat aduerſum nos, non ante pergimus & ſatis ei facim⁹. Vnde & apoſtolus præcipit: Vo lo ergo uiros orare in omni loco leuantes ſanctas manus ſine ira & diſceptatione. Paſtorq; cogitati/ onum noſtrarum atq; uirtutũ ſenſus eſt: de quo in centeſimo ſecundo pſalmo dicitur:Benedic anima mea domino,& omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius:Qui ſi gregem ſuum bene rexerit, im/ pletur in eo illa benedictio: Benedicta armẽta boũ tuorum & greges ouium tuarum. Sin autẽ habẽs naturaliter maſculum, id eſt, forte, rigidum,ac ro/ buſtũ:immolet leue uel nimia mollitia fœmineũ, atq; laſciuum,uel diuerſis animę perturbationibus debile atq; corruptum: ſentiet in ſe cõpletum eſſe quod ſcriptum eſt:Potentes potenter tormenta pa Sap.6.d tientur,& cui plus dederint plus exigẽt ab eo. Vn/ de proprie ſacerdotibus dicitur: quod ſi audire no luerint & corde retinere: ut dent gloriam nomini domini per bonam conuerſationem: ſed econtra/ rio nomen illius propter eos maledicatur in genti/

Mat.5.d

1.Tim.2.b

A bus,mittat in illos egestatem bonorum omnium: & benedictiones eorum uertat in maledictionem. Qui sanitate abutũtur in libidinem,& diuitias uertunt in luxuriam:bonamq; famam sordida conuersatione deturpant:hi benedictiones dei mutant in maledictionẽ. Vel certe quia ad sacerdotes proprie mandatum est: uertuntur benedictiones eorum in maledictionem:quando non benedicunt sanctis ex uero cordis affectu: sicut Isaac Iacob,& Iacob patriarchis, & Moyses duodecĩ tribubus: sed per dulces sermones & benedictiones decipiunt corda innocẽtium: et qui inique agunt benedicũtur ab eis: adulanturq; peccatoribus dummodo diuites sint atq; eorum uitijs blandiuntur:de quibus dicitur: Populus meus qui beatos

B uos dicunt,seducunt uos,et semitas pedum uestrorum supplãtant. a ¶Ecce ego proijciã uobis &c.] Quia ad sacerdotes loquitur:proijciam, inquit,in facies uestras, ea quæ sanctiora putatis in lege, & uobis à deo pro uirtutum munere ex hostijs condonata.Brachium:pro quo Lxx. ὦμον, id est, humerum interpretati sunt, id est, armum animalis dextrum. Et dispergam, inquit, ἔνυστρον, id est uẽtriculum:siue iuxta Hebręos stercus,id est פֶּרֶשׁ μετωνυμικῶς, pro eo quod continetur appellans: & armum enim & pectusculum & linguam & uẽtriculum,& ea quæ in Leuitico describuntur accipiebant ex hostijs sacerdotes.Quę omnia pro peccatis eorum se abijcere & in facies sacerdotum mittere contestatur:ut scilicet tales sint qui offerunt, qualia & illa quæ offeruntur. Et assumet uos, inquit,secum,id est,stercus solẽnitatum uestrarum: ut fœtentes facies putida stercoris commixtione turpentur,& ex eo quod uos abijcio: intelligatis ipsum esse me,qui quondam elegi patrem uestrũ Leui,& per Leui Aaron, & uobis sacerdotij gloriam condonaui:ut esset pactum meum siue testamentum cum Leui:& æterno mihi sacerdotio ministraret.Notandum quod בְּרִית uerbum Hebraicum,Aquila συνθήκην, id est, pactum interpretatur:Septuaginta semper διαθήκην, id est,testamentum,& in plerisq; scripturarum locis, testamẽtum non uoluntatem defunctorum sonare, sed pactum uiuentium. Voluit autem deus & omnes quidem homines, sed præcipue sacerdotes maculam non habere,& siue humerum siue brachium ornare bonis operibus.In pectusculo significatur bona conscientia:in lingua,sancta confessio: ut quod corde C credimus ad iusticiam, ore cõfiteamur in salutem. In uentriculo quoq; nihil habere mortiferum: sed quod nostram uitam sustẽtet ac uegetet. nisi enim cibi in uentriculo concoquantur, & eorum succo corpus irrigetur:at tenuatum uiribus caret, & fertur in mortem. Nos autẽ omnia in contrariũ uertimus: ut proijciat nobis dominus brachium, siue separet opera nostra à sanctorum operibus: & quibus præceptum est unguere caput nostrum, & lauare faciem à peccatorum sordibus ieiunantes, & reuelata facie gloriam domini contemplari:nunc dicimus: Confusio uultus mei operuit me, & iuxta Cain considit facies nostra:nec possumus illud implere quod præceptum D Hier.18.e est:Leuate oculos uestros & uidete:sed stercore uitiorum habemus litas facies atq; pollutas,& dicimus:Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ mæ. Vnde omnia ista in stercus uersa sunt:dicẽte scriptura.Et assumet uos secum: stercus uidelicet quo litæ sunt facies nostræ:qui debueramus pleni ac mundi uenire in solẽnitatibus dei,& uel carnes agni comedere calciati:uel expletis septem hebdomadibus fructus operum nostrorum offerre deo:uel in tabernaculis huius seculi uiuere transeuntes & dicere: Aduena sum ego & pe Psal.38.c regrinus,sicut omnes patres mei. Et quia pro eo quod nos uertimus:assumet uos secum stercus:interpretati sũt Septuaginta & assumam uos simul: subijcitur intelligẽtia,quod postquàm turpitudine & ignominia cooperti fuerint sacerdotes, & intellexerint peccatum suum,& egerint pœnitentiam: tunc assumantur à domino,& huic sensui conuenire quod sequit: Et cognoscetis quia ego miserim ad uos mandatum hoc. Sed superior mihi uera uidetur interpretatio,ne inter uerba comminationis uerba posuerit blãdientis,maxime cum & ea quæ sequuntur dei indignationem sonent. b ¶Pactũ meum fuit cum eo &c.]Describitur ex persona dei perfecti officium sacerdotis:qualis esse debeat, & qualem eum esse uoluerit qui esse præcepit. Supra enim dixerat: Vt esset pactum meum cum Leui: dicit dominus exercituũ,& per Leui patriarcham peruenit ad posteros, Aaron & Eleazarum, Phinees & cæteros: qui de eius stirpe generati sunt: Nunc in fine ait: Irritum feciſtis pactum Leui,dicit dominus exercituum.Ex quo perspicuum est: omne quod

HEBRAEI. maledicã benedictionibus uestris, & maledicam illis, quoniam non posuistis super cor. Ecce egõ proijciam uobis brachium, & dispergam super uultum uestrum stercus solennitatum uestrarum: & assumet uos secum. Et scietis quia misi ad uos mãdatum istud: ut esset pactum meum cum Leui, dicit dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo uitæ & pacis, & dedi

SEPTVA. maledicam benedictioni uestræ: & maledicam ei & dissipabo benedictionem uestram,& non erit uobis:quia uos nõ ponitis in cor uestrum.Ecce ego separabo uobis humerũ, & dispergam uentriculum super faciem uestram:uentriculum solennitatum uestrarum, & suscipiam uos simul, & cognoscetis quia ego misi ad uos mandatum hoc: ut esset testamentum meum ad Leuitas, dicit dominus omnipotens. Testamentum meum fuit cum eo uitæ, & pacis, & dedi

A ne quod dicitur per Leui, ad sacerdotes & speciali-
Num.25.b ter ad pontificem pertinere. Legimus in Numeris de Phinees, qui Zamri cum scorto Madianitide pugione percussit: Phinees filius Eleazar filij Aarõ sacerdotis requiescere fecit furorem meum à filijs Israel, quoniam æmulatus est zelum meum contra eos & non perdidi filios Israel in zelo meo, sic dicens: Ecce ego dabo ei testamentum pacis, & erit ipsi & semini eius post eum testamentum sacerdotij sempiterni: pro eo quod zelatus est deo suo, & exoravit pro filijs Israel. Vitæ autem testamentum siue pactũ non huius arbitremur quæ nobis cũ bestijs & cũctis animantibus communis est: sed illius quæ dicit: Ego sum
B uita: Etenim uita
Col.3.a nostra cum Christo abscondita est in deo, de quo possumus dicere, quod & ipse pax nostra
Ephes.2.c sit, Apostolo confirmante: ipse est enim pax nostra. Dedit ergo dominus Leui, & per eum posteris eius ut timerent
Psal.9.a eum: Principium enim sapientiæ timor domini, & à facie eius formidarent siue subtraherent se atque contraherent, mentis formidinem horrore corpo-
Esa.66.a ris indicantes: iuxta illud quod scriptum est: Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum & trementem uerba mea? Lex ueritatis fuit in ore eius: hoc est, doctrina populorum, quæ in sacerdote nullo debet mendacio deturpari: sed tota de ueritatis fonte procedere. Et iniquitas non est inuenta in labijs eius, ut imitetur dominum suum, de quo dicitur: Qui peccatum non fecit, nec dolus
1.Petri.2.d inuentus est in ore eius. In pace & in æquitate ambulauit mecum, ut & ipse in se pacem habeat & cæteros pacificet: nullius q̃ personam accipiat in
Gen.5.c iudicio, & idcirco ambulet cum deo: sicut ambulauit Enoch, qui translatus est ad dominum, & non inueniebatur. Et multos auertit ab iniquitate. Qui sacerdos est, & non corripit delinquentes, sacerdotis officium præterit. Labia sacerdotis custodient scientiam: non dixit proferent, sed custodient: ut loquantur in tempore, dent q̃ conseruis cibaria in tempore suo. Et legem requirent ex ore eius. In
Aggei.2.b Aggeo hoc idem scribitur: Interrogate sacerdotes legem domini. Ad sacerdotis pertinet disciplinam

HEBRAEI. dedi ei timorem & timuit me, & à facie nominis mei pauebat: Lex ueritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius, in pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia em̃ sacerdotis custodient scientiam: & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Vos autem recessistis de uia & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit dominus exercituum. Propter quod & ego dedi uos contemptibiles & humiles omnibus populis: sicut non seruastis uias meas & accepistis faciẽ in lege. Nun

SEP. dedi ei timorem ut timeret me, & à facie nominis mei formidaret. Lex ueritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuẽta in labijs eius. In pace dirigens ambulauit mecum, & multos cõuertit ab iniquitate. Quoniam labia sacerdotis custodiẽt scientiam, & lex requiretur ex ore eius: quia angelus domini omnipotentis est. Vos autem declinastis de uia mea, & infirmos fecistis multos in lege: corrupistis testamentum Leui, dicit dominus omnipotens: Et ego dedi uos contemptibiles, & dissolutos in omnes gentes: pro eo quod non custodistis uias meas, sed accipiebatis personas in lege. Nonne

C interrogatum respondere de lege. Qui si ignorantiam in cæteris diligentem, in scripturis sanctis obtenderit negligentem: frustra iactat dignitatem, cuius opera non exhibet. Hoc est quod Apostolus Paulus scribit ad Titum: Vt potens sit exhor- Titum.1.b
tari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Et ad
2.Tim.3.d Timotheum: Quoniam ab infantia sacras literas nosti, quæ te possint instruere ad salutem, ut peccãtes coram omnibus arguas. Sequitur: Quia angelus domini exercituum est. Exponit nomẽ suum Esdras sacerdos dei: hoc est, Malachia, quod angelus domini interpretatur: angelus autem, id est, nuncius, sacerdos dei ueritissime dicitur: quia dei &
D hominum sequester est, eiusq; ad populum nunciat uoluntatem, & idcirco in sacerdotis pectore rationale est, & in rationali doctrina & ueritas ponitur, ut discamus sacerdotem doctum esse debere, & præconem dominicæ ueritatis. Quidam hoc quod ad Leui & per Leui ad sacerdotes dicitur, falso putant intelligendum esse de Christo, non respicientes ea quæ sequuntur, personæ Christi esse contraria. a ¶ Vos autem recessistis de uia & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit dominus exercituum. Propter quod &c.] Hæc ad Christi non pertinere personã, nec ad eos qui illius cultui dedicati sunt: etiam si ego taceam, prudens lector intelligit. Et est sensus: ego uos uolui facere quæ priori capitulo continẽtur, & de quibus per Moysen in Deuteronomio sum locutus: Date Leui doctrinam eius, & ueritatem uiro iusto, & reliqua: Vos autem recessistis de uia recta: siue declinastis, dicẽte me: Non declines neque ad dextram, neq; ad sinistram: & infirmos fecistis multos in lege, siue scandalizastis: ut Aquila & Symmachus uerterũt. Declinare ad dextram est abstinere à cibis quos deus creauit ad utẽdum: condemnare nuptias, & in illud incurrere quod in alio loco scriptum est: Ne sis iustus multum. Ad si- Eccl.7.c
nistram diuertere, est cum quis luxuriæ se tradit et libidini, & scandalizat multos in lege: cui melius est ut mola asinaria ligetur circa collum & in mare Mat.18.d
præcipitetur; quàm scãdalizet unum de minimis.

A Infirmos autem faciunt multos, qui cum credentes in Christo fidei robur acceperint, infirmari eos faciunt negligentia conuersationis suæ: quibus rectissime dicitur: Irritum fecistis pactum Leui, pactum uitæ & pacis: & cætera quæ pertinere ad officium diximus sacerdotis. Quã ob causam & ego, inquit, dedi uos contemtibiles & humiles omnibus populis, ut uos contemnerent, & pro honore & gloria, quasi deiectos humilesq; calcarent. Sicut nõ seruastis uias meas, & accepistis faciẽ in lege. Inter oĩa peccata Leui, siue eorũ qui ex Leui sunt sacerdotum dei: illud & ultimum & maximum ponitur: quare accipiant faciem in lege, ut nõ causas, sed personas consyderent: iustumq; pauperem
B despicientes, in quos diuites suscipiant & honorent: Ad quos in octogesimo primo psalmo dicit: Vsquequo iudicatis iniquitatẽ & facies peccatorum sumitis? Et Paulus ad Galatas: Deus, inquit, personam hominis
Gal.2.b Iacob.2.b non accipit. Pleniusq; Apostolus Iacobus hoc peccatum arguit atq; condemnat. Quicquid autẽ priori populo dicitur: etiam nobis dictum putemus, ut cautiores recedamus à uitijs, & faciem non suscipiamus in lege: nec qui sumus cultores dei, ueritati mendacium præferamus. a ¶ Nunquid non pater unus omnium nostrum? Nunquid &c.] Antequam de præsenti capitulo disputemus: Hebræorũ est ponẽda traditio, imò scripturæ ueritas explicãda. Legimus in uolumine quod Esdræ titulo præ
1.Esd.9.a notatur, ex persona ipsius Esdræ loquentis: Accesserunt ad me principes dicentes: Non est separatus populus Israel: & sacerdotes & Leuitæ, à populis terrarum et de abominationibus eorum: Chananæi uidelicet et Ethæi, & Pherezæi, & Iebusæi & Ammonitarum, & Moabitarum, & Aegyptiorum, & Amorræorum. Tulerunt enim de filiabus eorum sibi & filijs suis, & commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarũ. Manus etiam principum & magistratuum fuit in transgressione hac prima. Cumq; audissem sermonem istum, scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens. Et rursum in conse-
1.Esd.10.c quentibus: Inuentiq; sunt de filijs sacerdotum qui duxerunt uxores alienigenas: de filijs Iesu filij Iosedech & fratres eius, Maasia & Eleazer, & Iarib, & Godolia, & dederunt manus suas ut eijcerent uxores suas, & pro delicto suo arietem de ouibus c offerrent. In fine quoq; capituli post enumerationem eorum qui uxores alienigenas acceperant, scriptura commemorat: Omnes hi acceperũt uxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios. Reuersi ergo de captiuitate Babylonia: tam principes & sacerdotes ac Leuitæ, quàm reliquus populus, abiecerũt uxores suas Israelitici generis: quæ paupertate & iniuria longioris uiæ, et fragilitate sexus nõ ferentes laborem, confectæ erant, & infirmitatem ac deformitatem corporum contraxerant: Et cum alienigenis uel ætate florentibus, uel cultu corporum pulchrioribus, uel potentum ac diuitũ filiabus, D matrimonia copularant. Corripit ita-

HEBRAEI. Nunquid nõn pater unus omnium nostrum? Nũquid non deus unus creauit nos? Quare ergo despicit unusquisque nostrum fratrem suum uiolans pactum patrum nostrorum: transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israel & in Hierusalem: quia contaminauit Iuda sanctificationem domini quam dilexit, & habuit filiam dei alieni. Disperdet dominus uirum qui fecerit hoc: magistrum & discipulum de tabernaculis Iacob & offerentem munus domino exercituum.

SEPTVAGINTA. Nonne pater unus omnium uestrum? Nónne deus unus creauit uos? Quare reliquistis unusquisq; fratrem suum ut abominabile faceret testamentum patrum uestrorum: derelictus est Iudas: & abominatio facta est in Israel & in Hierusalem: quia contaminauit Iudas sancta domini, in quibus dilexit, & adinuenit deos alienos. Disperdat dominus hominem, qui facit hæc, donec extur betur de tabernaculis Iacob: & de his q offerũt sacrificiũ dño omnipotenti.

Et que eos Esdras propheta, & ad repudium nouarum coniugum prouocat: ut uxores quas dimiserant recipiant: Nónne, inquit, pater unus Abraam omnium nostrum est? De quo in Esaia scribitur: Esa.51.d Respicite in Abraam patrem uestrum, & in Sarã quæ genuit uos: quia unus erat & uocaui eum. Nónne deus unus creauit nos, qui ex Abraham nostrum elegit genus? Quare ergo ueteres uxores contemnimus, & fratrum nostrorum abijcimus filias, ut relinquamus pactum patrum nostrorum, & nõ ex lege accipiamus uxores? Trãsgressus est Iuda: Hæc enim tribus reuersa est de Babylone cũ sacerdotibus ac Leuitis. Et abominatio facta est in Israel & in Hierusalem. Nequaq; in decem tribubus, quæ ab Assyrijs tenebantur: sed in his qui ad Cyri regis imperium sub Zorobabel & Esdra & Neemia de Babylonia sunt reuersi. Quia contaminauit Iuda sanctificationem domini quam dilexit, & habuit filiam dei alieni: miscendo cum alienigenis semen Israel: & gentilium, id est, ethnicorum filias idolis seruientes sumendo uxores. Quia igitur hoc fecerunt: prophetæ ad eos sermo dirigitur, & à peccato maledictionibus retrahuntur. Disperdat dominus uirum qui fecerit hoc. Quàm pulchre nõ abscidit errori ueniam: nec dixit: maledicat dominus ei qui fecit hoc: sed qui fecerit, in futurum tendens maledictionem: ut peccatores ad pœnitentiam prouocet. Doctorem, inquit, atque discipulum de tabernaculis Iacob: siue ille sacerdos sit siue laicus, una maledictione ferientur, & non erit in eis pœnæ diuersitas in quibus peccata sunt paria. Et

offerentem

A offerentem munus domino exercituum: Subaudi
tur:diſperdat dominus,et eum qui pro huiuſcemo
di hominibus uoluerit ad altare munus offerre:
quorum ſolum remedium eſt,non facere quæ fece
runt. Quidam hunc locum non intelligentes: nec
ſcientes hiſtoriæ ue
ritatẽ:id quod ait:
Nónne pater unus
omnium noſtrum?
de Abraã ſic intelli
gunt: ut etiam gen
tium patrem Abra
am eſſe commemo
rent: ſecũdum illud
quod ſcriptum eſt:
Poteſt deus de la
pidibus iſtis ſuſcita
Mat.3.b re filios Abrahæ.
Vel certe unum de
um patrẽ affirmãt:
iuxta illud quod in
Deuteronomio le
gimus:Nónne ipſe
iſteeſt pater,qposſe
dit & fecit & crea
uit te? Et rurſum:
Deum qui te crea
uit reliquiſti. Et ali
bi: Filios genui &
exaltaui:ipſi autem
B reliquerunt me. Et
Pſal.17.g in pſalmorum uolu
mine:Filij alieni mẽ
titi ſunt mihi:filij alieni inueterati ſunt, & claudica
uerunt à ſemitis ſuis:Et ab hoc uno patre, qui pec
cauerunt recedentes,multos uitiorum ſuorum pa
tres fecere:Omnis enim qui facit peccatum de dia
bolo natus eſt.Idcꝫ quod ſequitur: Quare deſpicit
unuſquiſcꝫ noſtrum fratrem ſuum uiolans pactum
patrum noſtrorũ: ſic interpretati ſunt:ut dicerent:
Nos cunctos ab uno patre generatos, unum eſſe
debere, & unum confeſſionis habere labium: ſed
poſtea per ſuperbiam & ædificationem turris con
tra deum,in multas linguas atcꝫ ſententias eſſe di
uiſos. Ad eleemoſynam quocꝫ referunt ut dicant:
Deſpicere nos fratres noſtros: quando non com
municamus eis quæ à deo ad ſuſtentandum uitam
accepimus,& ad hoc tranſeunt ut aſſerant fratrem
noſtrum,ſecundum ſcripturas,dominum appella
ri:Qui præcepit Mariæ Magdalenæ: ut nunciet
fratribus ſuis dominum ſurrexiſſe: Et loquitur in
Ibidem,21,c pſalmo:Narrabo nomen tuum fratribus meis, in
medio eccleſiæ cantabo tibi. Deſeruerunt ergo Iu
dæi fratrem ſuum,& contaminauerunt pactum pa
trum ſuorum:quod deus pepigerat ad Abraham,
Iſaac & Iacob:ut in ſemine eorum, quod interpre
tatur Chriſtus,benedicerentur omnes gẽtes. Hæc
uarie ſuſpicantur:quia certam uiam non reperiũt.
Denique & hoc quod ſequitur iuxta Septuaginta
ἐγκατελείφθη ἰούδας καὶ βδέλυγμα ἐγένετο ἐν τῷ ἰσ-
ραὴλ καὶ ἐν ἱερουσαλήμ id eſt,derelictus eſt Iudas,et abo

HEBRAEI. Et hoc rurſum feciſtis,operiebatis lachry
mis altare domini fletu &
gemitu, ita ut non reſpici
am ultra ad ſacrificium:
nec accipiã placabile quid
de manu ueſtra. Et dixi
ſtis: quam ob cauſam?
Quia dominus teſtificatus
eſt inter te & uxorem pu
bertatis tuæ quam tu de
ſpexiſti, & hæc particeps
tua & uxor fœderis tui.
Nónne unus fecit & reſi
duum ſpiritus eius eſt? &
quid unus quærit niſi ſe
men dei? Cuſtodite er
go ſpiritum ueſtrum, &
uxorem adoleſcentiæ tuæ
noli deſpicere. Cum odio
habueris dimitte,dicit do
minus

minatio facta eſt in Iſrael & in Hieruſalem:ſic ediſ C
ſerunt:Deſertos eſſe Iudæos:quia blaſphemauerũt
dominum ſaluatorẽ, & ſuſtinuiſſe quod ſcriptum
eſt:Secundum multitudinem impietatum eorum Ibidem,5
expelle eos:quoniam irritauerunt te domine,ut in
cunctas prouincias
uagi & profugi ſpar
gerentur:Contami
nauerunt enim ſan
cta domini: pro dei
filio diligẽtes & ad
inuenientes ſibi deos
alienos: Qui enim
non recipit filium,
non recipit patrem
qui miſit eum:Et id
circo quia hoc fece
runt:tandiu diſperi
re donec humilien
tur, uel captiuitatis
iniuria,uel ob con
ſcientiam peccato
rum: & proficiant
de tabernaculis Ia
cob:ut deſtructo tẽ
plo atque altari,ne
quacꝫ apud eos of
ferant hoſtiæ. Nec
hac explanatiõe cõ
tenti:quia Iudas in
terpretatur dñi con יְהוּדָה
feſſio: ad pœniten D
tem intelligentiam
transferũt:qui poſtcꝫ dominũ confeſſus eſt,ſi pec
cauerit,abominationẽ facit in Iſraelem et in Hieru
ſalem:in ſenſu uidente deũ,& in uiſione pacis.Pol
luit enim Chriſti myſteria indigne accipiẽs corpus
eius & ſanguinẽ,p eo qd dilexerit uitia & adinue
nerit ſibi deos alienos:ſecundũ numerũ peccatorũ
habẽs numerũ deorũ:iuxta apoſtolũ Paulũ: Vorã Phil.3,d
tiũ deus uẽter eſt. Et ſecũdũ Iacobũ:à q quis uinci
tur,ei ſubijcitur. Et qui hoc fecerit, exterminatur
de eccleſia & de tabernaculis Iacob: qui ſupplãtat
uitia atcꝫ peccata donec humilietur in bonũ ſuum,
& offeratur pro eo uictima domino omnipotenti.

a ¶Et hoc rurſum &c.] Interpretemur hiſtoriam,
& ſingulis uerſiculis breues ſententias coaptãtes:
quid nobis ab hebræis ſit traditum diſſeramus:De
relictæ uxores Iſraeliticę,& in thoris maritorũ alie
narum gentium fœminas cõtemplantes:ad dei ſo
lius auxiliũ confugiebant:diebus ac noctibus ante
altare domini prouolutæ lachrymis, gemitu, atcꝫ
eiulatibus inuidiã faciebant eius prouidentiæ: qd
non reſpiceret humana,& miſeras nõ iuuaret. Vn
de dicit deus: ſacrificium & hoſtiã de manibus ſa
cerdotũ,qui iſta cõmiſerunt, ſe accipere non poſ
ſe:uxorum fletu & planctibus impeditum:& inſu
per eos quærere quam ob cauſam de manibus eo
rum non accipiat ſacrificium,ſtatimcꝫ infert: Quia
dominus teſtificatus eſt inter te & uxorem puber
tatis tuæ quam tu deſpexiſti, dicens: Propter hoc Gen.2,d

A relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suę, & erunt duo in una carne, & idcirco particeps dicitur & uxor coniunctionis & fœderis, quæ à deo de costa uiri facta est. Et residuum spiritus eius, siue dei: ut quidã putant: siue mariti, ut alij suspicantur, quod propter affectum quodammodo una anima in duobus esse uideatur: coniunctis spiritu, mente sociatis. Cum ergo unus utrumq; fecerit, & uirum & mulierem: propterea à deo facta est utriusque coniunctio, ut liberi nascerentur: Vnus enim deus quid quærit nisi semen dei: hoc est filios de Israelitica stirpe generatos? Cũ ergo habeatis fœcundas coniuges, & liberis gaudeatis: quid pulchritudinem uxorum quæritis, quæ meretricibus apta est non uxoribus? Præcepit itaq; per prophe-

F tam deus & dicit: Custodite spiritum uestrum: ne abducamini libidine: ne alienigenarum amore uincamini. Et uxorem adolescentiæ tuæ noli despicere, ut quæ tibi uirginali primum iuncta est matrimonio, perseueret usq; ad senectutem. Sed poterat fieri ut principes, sacerdotes, leuitę, populus respõderent: Præcepit deus per Moysen, ut cum odio habuerimus uxores, dimittamus eas. Et legẽdum est: Dicis mihi scriptum est: Cũ odio habueris uxorem tuam dimitte, dicit dominus deus Israel: Statimq; respondit: hoc quidem in lege præceptum est, sed propter duritiam cordis uestri. Quod pleni

Mat.5.c us dominus in euangelio prosequitur: Quicũque autem excepta causa fornicationis inique uxorem dimiserit, operiet uestimentũ eius iniquitas: id est, corpus quo anima uestitur, dicit dominus exercituum: ut in quo peccauit, in ipso puniatur. Quapropter hac quæstiuncula dissoluta, inculcat & replicat quid supra dixerat: Custodite spiritũ uestrum, & nolite despicere: uel custodiam spiritus uestri, uel certe uxorẽ si pauper est aut deformis. Quod nos specialiter iuxta Esdræ librum super uxoribus expositimus derelictis: hoc alij generaliter cõtra eos dictum putant, qui aliena diripiunt, & iniuste diuitias congregantes, audent offerre munera deo quæ dicit se nequaquàm posse suscipere, lachrymis eorum qui uastati sunt & fletu ac gemitibus prohibitum, & congruere locum istum illi testimonio: Honora deum ex iustis tuis laboribus. Sed & istum sensum interserunt: eos qui propter rei familiaris amissionem, & interitum liberorum & naufragium, & cætera quæ ad dãnum pertinẽt rerũ secularium, uertũtur in fletus, & totos se tradũt plãctui, & gemitib⁹: nec animi robore et spe in deũ & præmij futurorum cuncta contemnunt: etiam si C dirigant ad deum orationem, no suscipiab eo: quia indecoris & incongruis uiro planctibus deturpentur. Hoc autẽ quod sequitur: Quia dominus testificatus est inter te & uxorem pubertatis tuæ, siue

HEBRAEI. minus deus Israel: operiet autem iniquitas uestimentum eius, dicit dominus exercituũ: custodite spiritum uestrũ, & nolite despicere. Labõrare fecistis dominum in sermonibus uestris, & dixistis: in q̃ eum fecimus laborare? In eo quod dicitis: omnis qui facit malum bonus est in conspectu domini, & tales ei placent: aut certe ubi est deus iudicij? Cap. III Ecce

SEP. minus deus Israel: operiet impietas cogitationes tuas, dicit dominus omnipotens, & custodite in spiritu uestro & nolite derelinquere. Qui prouocastis dominum in sermonibus uestris, & dixistis: in quo prouocauimus te? In eo quod dicitis: omnis qui facit malum, bonus est in cõspectu domini: & in his sibi complacet, & ubi est deus iusticiæ? Cap. III Ecce

adolescentię quam tu despexisti, et hęc est particeps tua, & uxor pacti uel testamẽti tui, & nõ alius fecit, & reliquiæ spiritus tui, sic interpretantur, ut uxorem adolescentiæ naturalem dicant intelligentiam, & legem in corde pscriptã: quæ omnibus hominibus insita est. Vnde & gẽtes nõ habẽtes legem dei: ea quæ sunt legis operantur. Et de hac coniuge in Prouer/ Prou.19.b

bijs prædicari: A deo coniungitur uxor uiro, & iubemur ut de nostris aquis bibamus & fontibus: nullusq; in potando sit particeps, & ut lætemur cũ D uxoræ adolescẽtiæ nostrę. Hæc uxor impellit etiã incredulos dicere: Deus iudicet & deus uideat: & ipsi cũcta inter me & te iudicãda permitto, de qua & Ecclesiastes loquitur: Et uiue uitam cum muliere quam dilexisti omnibus diebus natiuitatis tuæ: qui tibi dati sunt sub sole. Hæc uxor residuum spiritus nostri est, quia nostro semper sensui copulatur: quæ si recedat à nobis, statim offendimus deum, & operit nos nostra impietas. Vnde rursũ ingeritur: Custodite spiritum uestrum, non carnem: in qua qui sunt deo placere non possunt: non animã: Animalis enim homo non recipit ea quæ spiritus sunt, sed spiritum: quia spiritus interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus. a ¶ Laborare fecistis &c.] Hunc locum plenius septuagesimus secundus psalmus exequitur: cuius principiũ est: Quam bonus Israel deus his qui recto sũt corde: Mei autem penè moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei: Quia zelatus sũ super iniquis, pacem peccatorum uidens: Quia nõ est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum. In labore hominũ nõ sunt. & cum hominibus non flagellabuntur. Ac deinde: Et dixi: ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Reuersus ergo populus de Babylone, & uidens cunctas in circuitu nationes: ipsosq; Babylonios idolis seruientes abundare diuitijs, uigere corporibus: omnia quæ bona putantur in seculo possidere: se uero qui habeat noticiam dei, squalore, inedia, seruitute coopertum: scandalizatur & dicit: Non est in rebus humanis prouidentia: omnia casu ferũtur incerto: nec dei iudicio gubernantur: quin potius mala ei placent, & bona displicent: aut certe si deus cuncta dijudicat: ubi est illius æquum iustumq; iudicium?

Istiusmodi

A Istiusmodi quæstionem mẽs incredula futurorum quotidie suscitat deo, & cum uiderit iniquos potentes sanctos humiles: illos rebus omnibus affluere: hos ne ea quidem quæ ad uictũ necessaria sunt habere, & interdum surdis auribus cæcisq; oculis, et omni parte membrorum ulceribus & infirmitate depressos: qualis ĩ euãgelio Lazarus legitur: qui ante fores diuitis purpurati, desiderabat micis quæ abijciuntur de mensarũ reliquijs, inopem animam sustẽtare: diuitem uero tantæ feritatis & crudelitatis: ut non misereat homo hominis: cuius etiã canũ lingua miseretur: nõ intelligẽtes tempus iudicij: nec uera bona illa esse, quę ppetua nõsũt, dicũt: Mali ei placẽt, & ubi est deus iudicij? Ca. III

Luc.16.c

ECce egõ mitto angelum meum, & præparabit uiam ante faciem meam, & statim ueniet ad tẽplum suum dominator quem uos quæritis, & angelus testamenti quem uos uultis. Ecce uenit, dicit dominus exercituum, & quis

B ECce ego mitto angelum meum &c.] Hoc interpretatus est dominus in euangelio de Ioanne Baptista dicens: Iste est, de quo scriptum est: Ecce ego mittam angelũ meum ante faciem tuam, & præparabit uiam tuam coram me: nec eisdem usus est uerbis: quæ Septuaginta interpretes transtulerunt. Marcus quoq; euangelista duo testimonia Malachiæ, & Esaiæ sub unius prophetæ sermone contexens: ita exorsus est: Initium euangelij Iesu Christi, sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui præparabit uiam tuã. Hoc licet uerbis alijs in Malachia legimus. Quod autem sequitur: Vox clamãtis in deserto parate uiam domini: rectas facite semitas eius: ab Esaia propheta dicit: statimq; utrũq; testimoniũ de quo dicatur exponens: Fuit, inquit, Ioannes in deserto, baptizans & prædicans baptismum pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum. Sed & euangelistæ uaticinium prophetarũ super Ioanne interpretati sunt, cumq; in sensu consentiant, in uerbis discrepant: pro eo enim quod Septuaginta transtulerunt: Rectas facite semitas dei nostri: Marcus Lucasq; dixerunt: Rectas facite semitas eius: Ioannes autem, dirigite, ait, uiam domini. Exquo perspicuum est apostolos & euangelistas, & ipsum dominum saluatorem non Septuaginta interpretum autoritatem sequi, qua Hebrææ linguæ habentes scientiam non indigent, sed ex Hebræo transferre quod legerint: non curantes de syllabis punctisq; uerborum: dummodo sententiarum ueritas transferatur. Quod quidem & in pluribus locis eos fecisse docuimus, & maxime in eo libro qui à nobis inscriptus est, de optimo genere interpretandi: multis simul testimonijs approbatũ est. Hoc ergo quod dicitur: Ecce ego mitto angelũ meum, & præparabit uiam ante faciem meam: ex persona Christi dicitur: quod Ioannem miserit in deserto Iudææ prædicare baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Quod autem sequitur: Et statim ueniet ad templum suum dominator C quem uos quæritis, & angelus testamenti quem uos uultis: ita de se quasi de altero loquitur, iuxta consuetudinem scripturarum. Nullicq; dubium est quin dominator iste saluator sit: qui creator est omnium: & angelus testamenti, & magni consilij angelus appellatur. Alij uero hoc quod dicitur: Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit uiam ante faciem meam: ex persona patris dictum putant, & quod sequitur: Statim ueniet ad templum suum dominator quem uos quæritis, & angelus testamenti quem uos uultis, de domino saluatore ab eo dictum intelligunt. Præparat autem uiam Ioannes, & rectas facit semitas dei nostri in cordibus credentium: in quibus propter prauitatem, & incredulitatem prius deus ambulare non poterat. Templum autem uel ecclesiam interpretantur: uel unum quemque credẽtium in ecclesia: Aedificamini domos spirituales, sacerdotium sanctum: offerentes spirituales uictimas & acceptabiles deo per Christum Iesum. Eos uero qui crediderint: Nescitis quod templum dei estis, et spiritus dei habitat in uobis? Iudæi hoc quod dicitur: Ecce ego mitto angelum meum, de Helia propheta dictum intelligunt, & quod sequitur: Statim ueniet ad templum suum dominator & quem uos quæritis, & angelus testamenti quem uos uultis: referunt ad ἠλειμμένον, hoc est Christum suum: quem dicunt ultimo tempore esse uenturum. Sed miror quomodo eos rerum exitus non doceat ueritatẽ. Quod enim templum suum inueniet dominator quod usque ad fundamentum destructum est? aut si ab alio extruẽdum est antequàm Christus adueniat: quid Christus eorum amplius facturus est, cum ab alio restituta sint omnia? Dominus noster in euangelio Heliam prophetam, Ioannem Baptistam interpretans loquitur: Si uultis scire, ipse est Helias qui uenturus est: de quo & hic idem propheta quem nunc differimus scribit in fine: Ecce ego mitto uobis Heliam prophetam antequàm ueniat dies domini magnus & horribilis. Quomodo autem Helias Ioannes sit: dedit nobis uiam intelligentiæ: in uirtute & spiritu Heliæ eum uenisse cõmemorans. b ¶ Ecce uenit, dicit dñs exercituum &c ] Supra legimus motam domino quæstionem ab his qui dicunt: Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu domini, & tales ei placent: aut certe si displicẽt: ubi est deus iudicij? hoc est, ubi est iustitiæ ueritas? Ad quam dissoluendam: dñi sermo respõdit: Mittã angelũ meũ: qui præparabit uiam meã, & ueniet ad templũ suũ dominator, quẽ uos quæritis: q̃ iudex est ueritatis, de q̃ dicit in psalmo: Deus iudiciũ tuũ regi da & iustitiã tuã filio regis:

Mat.11.b

1.Pet.2.d

1.Cor.3.d

Mat.11.b

Infra.4

Psal.71.d

A Non enim pater iudicat quenquam, sed iudicium
Coloss.3.d omne dedit filio. Et ille est angelus testamenti quē uos queritis: cui mala non placēt: qui personam in iudicio non accipit: qui nulla nec misericordia nec seueritate mutat: Calix enim in manu dñi uini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc: id est, misericordia iusticiam temperat, & iusticia misericordiam. Iste igitur statim & uelociter ueniet ad templum suum, id est, ecclesiam: Et quis poterit cogitare diem aduentus eius. Si cogitare præpotētia maiestatis eiº nemo potest: ferre quis poterit? Et qs stabit ad uidendum eum: hoc est quis eum poterit lippientibus & cæcutientibus oculis in sua claritate conspicere: qui est sol iusticiæ, & in cuius pennis est sanitas? Ipse ueniet quasi ignis
B conflans, & quasi herba fullonum: Ignis enim in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas ualida. Tunc uocabit cœlum desuper & terrā, ut dijudicet populum suum: flumina ignis trahent ante eum peccatores quosque uoluentia. Ignis autem dicitur dominus, & ignis consumens: ut ligna nostra, fœnum, stipulamq; comburat. Et non solum ignis, sed & herba fullonum, quæ hebraice בּוֹרִית מְבַבְּסִים appellatur, & Septuaginta πόαν πλωνόντων: id est, herbam fullonum uertunt. Ipse his qui peccant grauiter, ignis conflans est atque consumens: qui autem leuia peccata conmittunt, herba fullonum: ut lotis mundiciam restituat, secundum illud quod scriptū
Esa.4.b est in Esaia: Lauabit dominus sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem emundabit de medio eorum, spiritu iudicij & spiritu conbustionis. Qui sordes habent, spiritu iudicij indigent ut lauentur: qui sanguine pleni sunt, spiritu combustionis: ut sanguis qui in eis extrinsecus litus est auferatur. Et sedebit conflans & emundans sicut argentum, ut secundum Ezechiel: quicquid in auro nostro & argento, id est, sensu & eloquio: ære, stanno, ferro plumboq; commixtum est; in camino domini percoquatur, ut purum aurum remaneat, & ar- C
gentum. Vnde & dominus in euangelio loquitur: Ignem ueni mittere super terram, & quem uolo ut ardeat? Et purgabit filios Leui: Tempus est Luc.12.f
enim ut iudicium incipiat à domo dei. Et alibi scribitur: A sanctis meis incipite. In filijs Ezech.9.c
autem Leui, omnē sacerdotalem intelligite dignitatem. Si autem sacerdotes purgandi sunt & colandi, ut purū aurū remaneat & argētū: quid de cæteris est dicendum? Qui cum emundati fuerint & colati: tunc offerent domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda & Hierusalem: hoc est pro his qui dominum confitentur, & pacem eius mente conspiciūt: sicut dies seculi, & sicut anni antiqui: ut quomodo in principio placuerunt D
deo: sit post peccatum & pœnitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorū sorde purgati. Et accedam, inquit, ad uos in iudicio, & ero testis uelox. Quanta formido iudicij, cum ipse sit testis & iudex. Testis est autem cunctis maleficis & adulteris: hæc enim crimina perpetrantur occulte, & ideo proferuntur in medium ne diu lateant. Post maleficos ponuntur adulteri: post adulteros periuri: post periuros qui calumniant mercedem mercenarij, & nolunt reddere pro operis labore quod debent. Viduas quoq; & pupillos, subauditur calumniantur, & opprimunt peregrinum & alienigenam. Vel certe catechumenum qui nec dum in ciuitate Christi ciuis effectus est. Et si ista uniuersa non fecerint: sufficit eis solum crimen ad pœnam quod non timuerunt dominum. Nequaquàm igitur leuia putemus esse peccata, periurium & mercedem non reddere laboranti, & calumniari uiduam & pupillum, & opprimere alienigenā & peregrinū: quę maleficio & ueneficijs & adulterio comparantur. Hæc & iuxta historiam & iuxta Tropologiam intelligimus, ut quod eo tempore dicebatur Tropo.
ad principes Iudeorum: nunc dicatur ad principes ecclesiarum

HEBRAEI. & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad uidendū eum? ipse enim quasi ignis cōflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans quasi argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iusticia. Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem, sicut dies seculi & sicut anni antiqui. Et accedam ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, uiduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituū, Ego em̄ dominus, & non mutor. Et

SEP. & quis sustinebit diem introitus eius? aut quis ferre poterit ut aspiciat eum? quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorij, & quasi herba luantium, & sedebit cōflās & emundans sicut argētum & sicut aurum, & emundabit filios Leui, & fundet eos sicut aurum & argentum & erunt domino offerentes hostias in iusticia. Et placebit dño sacrificiū Iuda & Hierusalem sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus. Et accedam ad uos in iudicio, & ero testis uelox super maleficos & super adulteros, & super eos qui iurant in nomine meo mendaciter. Et qui fraudant mercede mercenarios, & opprimunt per potentiam uiduas & percutiunt pupillos & peruertunt iudicium aduenæ, & qui non timent me, dicit dominus omnipotens, quoniam ego dominus deus ueſter & non mutor. Et

A ecclesiarum. Quodq; sequitur: Ego dominus & nõ mutor: idcirco ponit, quia supra dixerat: ipse quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: ne putemus eum diuinitatis mutare naturam, cum pro nobis aut angelus, aut ignis, aut בורית nominatur.

HEBRAEI. Et uos filij Iacob non estis consumpti. A diebus enim patrum uestrorum recessistis à legitimis meis & non custodistis. Reuertimini ad me & reuertar ad uos, dicit dominus exercituum: Et dixistis: in quo reuertemur? Si affiget homo deum: quia uos configitis me? Et dixistis: in quo configimus te? in decimis & primitijs. In penuria uos maledicti estis, & me uos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea: & probate me super hoc, dicit dominus; si non aperuero uobis cataractas cœli: & effudero uobis benedictionem usque ad abundantiam. Et increpabo pro uobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ uestræ: nec erit sterilis uinea in agro, dicit dominus exercituum. Et beatos uos dicent omnes gentes: eritis enim uos terra desiderabilis, dicit dominus exercituum. In

SEP. Et uos filij Iacob nõ recessistis à peccatis patrũ uestrotum: declinastis à legitimis meis, & non custodistis. Reuertimini ad me & reuertar ad uos, dicit dominus omnipotens: Et dixistis: in quo reuertemur? Si supplantat homo deum: quia uos supplantastis me? Et dixistis: in quo supplantauimus te? quia decimæ & primitiæ uobiscum sunt, & uos uidentes respicitis, & me uos supplantatis: annus impletus est, & intulistis fructus in thesauros, & erit rapina in domibus uestris. Reuertimini ergo in hoc, dicit dominus omnipotens: Nisi aperuero uobis cataractas cœli, & effudero uobis benedictionem meam usq; dum sufficiat: & diuidam uobis cibos, & non dispdã fructum terrę uestrę, & nõ infirmabitur uinea uestra in agro, dicit dominus omnipotens, & beatos uos dicent omnes gentes: quia eritis uos ut terra uoluntaria, dicit dñs omnipotens. In

a ¶Et uos filij Iacob non estis consũpti à diebus &c.] Supra dixerat: Ero testis uelox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, uiduas & pupillos, et opprimunt peregrinum, nec timuerũt me, dicit dominus exercituũ. Iustũq; iudicem esse se dicens: quod non accipiat personam in iudicio, intulit: Ego dominus & non mutor. Et est sẽsus: Vos per maleficia & adulteria, & periuria & calumnias, & uiolentiam quotidie mutamini: ego in iudicio nulla personarum uarietate cõmutor. Cumq; seuerum & iustum iudicem esse me fatear ò filij Iacob: tamẽ non estis tormentorum diuersitate consumpti, iuxta illud quod scriptum est in Hieremia: Sine causa percussi filios uestros: disciplinam non recepistis: nec hoc nuper facitis, nec semel ut erroris mereamini ueniam, sed hæreditariam habetis impietatem ex diebus patrum uestrorum à legitimis meis recedendo, & non custodiendo quæ pręcepi. Filios autem Iacob secundum ἀναγωγὴν supplantatoris & germani primitiua rapientis: qui nõ recedant à peccatis patrum suorum, & declinent à legitimis, & non custodiant quæ præcepta sunt: intelligamus eos qui in ecclesia constituti non recedunt à uitijs, & falsum sibi religionis Christianæ nomen assumunt. b ¶Reuertimini ad me, & reuertar ad uos &c.] Et in principio diximus, Malachi prophetam Esdram sacerdotem debere intelligi: omniaq; quæ in illius scribũtur historia, in hoc quoq; uolumine contineri, & nunc dicimus temporibus eius & Neemiæ, quos simul uixisse manifestum est: famem fuisse grauissimam, & ob famẽ, seditionem: & pauperes rerum necessitate cõpulsos, filios suos & filias, & omnem possessionẽ, uniuersamq; substantiam uendidisse. Deniq; dicunt: filij nostri & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamꝰ precio eorum frumentum, & comedamus et uiuamus. Et erant qui dicerent: Agros nostros & uineas & domos nostras apponamꝰ, & accipiamus frumentum in fame. Et iratus sũ, inquit Esdras, nimis, cum audissem clamorẽ eorum secundum uerba hæc: cogitauitq; cor meum mecum, & increpaui optimates & magistratus, & reliqua. Famis igitur tempore ãnona charissima: intantum ut suos filios uendere cogerentrur: & hi qui parum habebant, & qui in horrea multas fruges congesserant, pro necessitate, uel pro precij magnitudine Leuitis decimas nolebant reddere: qui non habebant partem in hæreditate Iudææ, sed primitiæ & decimæ erant hæreditas eorum. Quod ne putetur nostrum esse, ponamus Esdræ testimonium: Et ego cognoui, inquit, quoniam partes leuitarum non fuissent datæ, & fugisset unusquisque in regionem suam de leuitis & de cantoribus, & de his qui ministrabant, & egi causam aduersum magistratus. Et dixi: Quare dereliquimus domum dei? Et congregaui eos & feci stare in stationibus suis. Et omnis Iuda apportabat decimas frumenti, uini & olei in horrea, & constituimus super horrea Selemiam sacerdotem, & Sadoch scribam: & cætera. Audiuimus Esdræ historiam: nunc prophetæ uerba repetamus diligentius: intuentes an prophetia historiaq; concordent. Quando dicitur: Reuertimini ad me, & ego reuertar ad uos, dicit

Rom. 2. b

Hiere. 2. f

Anagoge

Nee. 5. a

C

D

A dicit dominus omnipotens: quos hortatur ut rede
ant, perspicuum est à domino recessisse. Et uide cle/
Mat.7.a mentiam domini: par pari repromittit: Vt in qua
Leuit.26.d mensura mensi fuerint, remetiatur eis. Et sicut in
Leuitico scribitur: Si ambulaueritis ad me peruer/
si, & ego ambulabo contra uos furore peruerso.
Sic & nunc populum cohortatur ad reditum, ut ip
se quoque ad eos redeat. Qui non intelligentes se
a domino recessisse: impudenter interrogant: In
quo reuertemur? Et dicunt: Quando enim recessi/
mus ut merito redire cogamur? Dominus respon/
dit: Si affiget homo deum: quia uos configitis me.
Verbum Hebraicum חִיקְּבַע Septuaginta inter/
pretati sunt ὑπερηφάνησεν, id est, si supplantat: pro
quo Aquila & Symmachus & Theodotio posue/
runt μὴ ἀποστερήσει, id est, si fraudat, ut sit sensus:
Si fraudat homo deum, quia uos fraudastis me? Et
reuera secundum historiæ ordinem: quia decimas
& primitias leuitis populus non reddebat: seip/
sum fraudem dicit dominus sustinere: cuius mini/
stri fame coacti & penuria templum deseruerint.
Si enim per alios uisitatur in carcere, & ægrotus su
scipitur, & esuriens sitiensq; cibum accipit atque
potatur: cur non in ministris suis ipse decimas ac/
cipiat: & si non dentur, parte sua ipse priuetur?
Hoc quod diximus חִיקְּבַע lingua Syrorum &
Chaldæorum interpretatur, si affiget: unde & nos
ante annos plurimos ita uertimus: magis ad my/
sterium dominicæ passionis: in qua homines cru/
B cifixerunt deum: quàm ad decimas ac primitias,
quibus uisitatur in carcere, & ægrotus suscipitur:
& esuriens, sitiensq; cibum accipit atque potatur,
scripta referentes. Quærat prudens lector: quo/
modo nostra interpretatio cum his congruat quæ
sequuntur: In decimis & primitijs: et uideat an pos
simus hæc dicere: Vt me affigeretis cruci: ut scele/
ratas manus inijceretis deo uestro: multarum ante
rerum meditatione feciſtis: subtrahendo decimas
Exo.23.c & primitias: non dico sacerdotibus meis et leuitis,
sed mihi qui eas per Moysen iussi dare. Hoc de uer
bo uno à nobis dictum sit, lectoris arbitrio intelli/
gentiæ iudicium relinquentibus: nunc sequamur
ordinem prophetiæ: Quia mihi non reddidistis de
cimas & primitias, idcirco in fame & penuria ma-
ledicti estis, & uos me supplantatis, siue fraudatis
atque priuatis gens tota. Pro gente quæ in Hebrai
co scribitur גּוֹי annum Septuaginta interpreta/
ti sunt ἔτος pro ἔθνος. Et est sensus: Ecce an/
nus expletus est, & nihil in meos thesauros, sed in
uestra horrea comportastis: Et pro decimis & pri/
mitiuis que parua erant si à uobis darentur, uber/
tatem possessionum uestrarum, et omnem frugum
abundantiam perdidistis. Vt autem sciatis me hoc
irascente perfectum quia fraudastis me parte mea:
hortor uos atq; conmoneo, ut inferatis decimas in
horrea: hoc est in thesauros templi: & habeant sa/
cerdotes atq; leuitæ, qui mihi ministrant, cibos, &
probate me si non tantas pluuias effudero, ut cata/
ractæ cœli apertæ esse credantur. Et effundam uo/
bis benedictionem usq; ad abundantiam. Verbum
effusionis, nomen largitatis ostendit. Sed fieri po/

C testt ut agros irrigatibus pluuijs sit quidem fertili/
tas: uerum aut locusta, aut bruchus, aut erugo, aut
eruca destruant, & labores hominum pereant:
propterea iungit & dicit: Et increpabo pro uobis
deuorantem: locustam uidelicet, & reliqua quæ di
ximus, & non corrũpet fructum terræ uestræ. Vi/
nea quoq; implebit torcularia, & cunctę per circui
tum nationes mirabũtur fertilitatem terræ uestræ:
in tantum ut omnes in ea habitare desiderẽt, & abũ
dantia rerum omnium cunctis gentibus sitis exem
plo. Q d̃e decimis primitijsq; diximus: quæ olim
dabantur à populo sacerdotibus ac leuitis: in eccle
siæ quoq; populis intelligite: quibus præceptum
est, non solum decimas dare & primitias, sed & uẽ
dere omnia quæ habent & dare pauperibus, & se/
qui dominum saluatorẽ. Quod si facere nolumus,
saltem Iudæorum imitemur exordia, ut pauperi/
bus partem demus ex toto, & sacerdotibus ac leui/
tis honorem debitum deferamus. Vnde dicit & A
postolus: Honora uiduas quæ uere uiduæ sunt, & 1.Tim.5.g
presbyterum duplici honore honorandum: maxi/
me qui laborat in uerbo et doctrina dei. Quod qui
nõ fecerit, deũ fraudare & supplãtare conuincitur,
et male dicitur ei in penuria rerum omnium: ut qui 2.Cor.9.b
parce seuerit, parce & metat, & qui in benedictio/
ne seminauerit, in benedictionib. fructus colligat
abundanter. Si quando fames & penuria & rerum
omnium egestas opprimunt mundũ: sciamus hoc
ex dei ira descendere: qui in pauperibus si non ac/ D
cipiant eleemosinã, fraudari se loquitur, & sua por
tione priuari. Possumus decimas & primitias & sic
interpretari: Si quis doctus & eruditus legem dei
potest cæteros erudire: nõ debet suæ assignare pru
dentiæ ingenioque quod possidet: sed gratias agat
primum deo: qui cuncta largitur: deinde sacerdoti/
bus eius ac magistris, à quibus doctus est. Si enim
non egerit gratias, sed sibi scientiam uendicauerit
in penuria maledicetur. Quod si intelligens largito
rem deum, & his agens gratias, per quos à deo eru
ditus est, humiliauerit se, & in horreum dei intu/
lerit cibos: hoc est, scripturæ sanctæ alimenta in
ecclesia populis ministrauerit: statim aperientur
super eum cataractæ cœli, & effundetur pluuia
spiritualis, & mandabit deus nubibus suis, ut plu/
ant super eum imbrem, & abundantia rerum
omnium perfruetur, & increpabit etiam pro eo
deuorantem: contrarias scilicet fortitudines,
& labor ipsius afferet fructum, & conseque/
tur illud quod scriptum est: Beatus qui in au/ Ioan.4.c
res loquitur audientium. Leuabit quoque ocu/
los suos, & uidebit regiones: quoniam iam albæ
sunt ad metendum, & colliget fructus in uitam
æternam: Nec erit sterilis uinea in agro eius, ille
qui dicit in euangelio: Ego sum uitis. Et qui loqui/ Ioan.15.a
tur per prophetam: Ego te plantaui uineam fru/ Hiere.2.b
giferam, omnem ueram: & tantam per humili/
tatis confessionem, & gratiarum actionem in de/
um ac magistros ecclesiæ eius beatitudinem con/
sequetur, ut omnes beatum illum dicant gentes, &
in terra eius atque doctrina habitare desiderent,
qui illum in ecclesia audierint disputantem.

Inualuerunt

A 4 ¶Inualuerũt ſuper me &c.] Prius dixerat: laborare feciſtis dominum in ſermonibus ueſtris, & dixiſtis, in quo eum fecimus laborare? In eo cum dicetis: Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu domini, & tales ei placẽt; aut certe ubi eſt deus iudicij? nunc idem plenius repetit: Populus enim qui de Babylone reuerſus, uidebatur dei habere noticiã & obſeruare legẽ & intelligere peccatum ſuũ, & pro peccato offerre uictimas: decimas reddere, obſeruare ſabbatum: & cætera quæ dei lege præcepta ſunt, cernens cunctas in circuitu nationes rebus omnibus abundare, ſe in penuria & fame & miſeria conſtitutum: ſcandalizabatur ad ſingula atq; dicebat: Quid mihi prodeſt, quia unum & B uerum deum colo: abominor idola: & compunctus cõ ſcientia delictorũ ante deum triſtis incedo? Quem locum ut ſupra diximus ſeptuageſimus & ſecũdus pſalmus plenius latiusq; proſequitur. Vnde propheta qui eſt medicus ſpiritualis medetur cũctis uulneribus, & uerba blaſphemiæ in creatorem recidere conteſtatur, & dicit ex perſona dei. Inualuerũt ſuper me uerba ueſtra, ſiue ingrauata ſunt: Etenim iuxta Zachariam iniquitas ſedet ſuper talentum plumbi, & quod cõtra deum dicitur: grauí blaſphemiarum mole deprimitur. Qui non intelligentes uerba grauiſſima & blaſphemiam ſuam, interrogant: quid locuti ſumus contra te? Quibus reſpondit dominus: Dixiſtis, uanus eſt qui ſeruit deo: & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius? In præſenti ſeculo mercedem pro dei exigunt ſeruitute: ideo non recipiunt. Et quia ambulauimus triſtes coram domino, iuxta illud quod ſcriptũ eſt in pſalmis: Tota die triſtis ingrediebar. Beatos igitur dicimus arrogantes qui ſuperbiunt contra deum & impia blaſphemiarum uerba iaculãtur. Si quidem ædificati ſunt, & poſt ſcelera atq; blaſphemias pro C ſperis omnibus perfruuntur. Tentauerunt deum ſiue reſtiterunt deo, & ſalui facti ſunt: Salutem, felicitatem, præſentis ſeculi putant, & idcirco decipiuntur erroribus. Hæc & de hæreticis Marcione & Valentino, & cęteris qui uetus non recipiunt teſtamentum, & contra creatorem mundi loquuntur intelligere poſſumꝰ: quod proficiant in impietate ſua, & multos ſceleris ſocios habeant: ad quos ſcandalizati qui in eccleſia perſeuerant, & ignorãtes cauſam iudicij dei: prophetæ uerba contexunt. b

HEBRAEI. Inuáluerunt ſuper me uerba ueſtra dicit dominus: & dixiſtis: qd locuti ſumus contra te? Dixiſtis, uanus eſt qui ſeruit deo, & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: ſi quidem ædificati ſunt facientes impietatem, & tentauerunt deum & ſalui facti ſunt. Tũc lõcuti ſunt timẽtes deum: unuſquiſque cum proximo ſuo. Et attẽndit dominus & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumẽti coram eo timentibus dominum, & cogitantibus nomẽ eius. Et erunt mihi: ait dominus exercituum: in die qua ego facio, in peculiũ, & parcam eis ſicut parcit uir filio ſuo ſeruienti ſibi. Et conuertimini & uidebitis quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem deo & non ſeruientem ei. Cap. IIII

SEP. Ingrauaſtis ſuper me uerba ueſtra dicit dominus. Et dixiſtis: in quo locuti ſumus contra te? Et dixiſtis, uanus eſt qui ſeruit deo, & quid amplius, quia cuſtodiuimus mandata eius, & quia ambulauimus ſupplices ante faciem domini omnipotẽtis? Et nunc nos beatos dicimus alienos, & ædificantur omnes qui faciunt iniquitatem, & reſtiterunt deo & ſalui facti ſunt. Hęc locuti ſunt qui timent dominum unuſquiſq; ad proximum ſuum. Et attendit dñs & audiuit & ſcripſit libru monumenti in conſpectu ſuo his qui timent dominum, & qui reuerentur nomen eius. Et erũt mihi, dicit dñs omnipotẽs: in die qua ego facio, in acquiſitionem, & eligam eos ſicut eligit homo filium ſuum qui ſeruit ei, & cõuertar & uidebitis quid ſit inter iuſtũ & iniquum, & inter ſeruientem deo, & eum qui non ſeruit ei. Cap. IIII

Quia ſcripturatum uocibus continẽtur. Iuxta Septuaginta uero ἐιρωνικῶς legendum, & preſſa uoce, ut dicamus: Hæc ſunt locuti, qui timent dominum unuſquiſq; ad proximum ſuum: hoc eſt, qui fruſtra iactitant & dicunt: quod emolumentum quia cuſtodiuimus præcepta eius, & ambulauimus triſtes coram domino: ſi enim timerent dominum iſta non dicerent. c ¶Et attendit dominus &c.] Hæc iuſtis loquentibus & timẽtibus deum, ſingulis cum proximo ſuo: qui uerba blaſphemiæ, nec audire uoluere nec dicere: Attendit dominus & audiuit & ſcriptus eſt liber monumenti corã eo, timentibus & cogitantibus nomen eius, ut cũ dies iudicij uenerit, reddat et blaſphemãtibus

D

A tibus pœnas,& timentibus præmia. Liber autem
Dani.7.c ſcriptus, eſt de quo in Daniele legimus: Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt. Et erunt domino exercituum in peculium timentes dominum, in die qua iudicij tempus aduenerit. Pro peculio in Hebræo legitur סגולה quod Aquila περιούσιον & cæteri περιποίησιν interpretati ſunt. Timentes igitur dominum qui locuti ſunt cum proximo ſuo, et ad uerba blaſphemiæ reſponderunt: erunt in die iudicij in peculium, & parcet eis: Quia omnis homo ſub peccato. Siue eligét eos ſicut eligere ſolet homo filium ſuũ ſeruientem ſibi: In quo duplex affectus eſt, & pietatis in filium, et ſeruitutis in famulum. Et tũc qui nũc blaſphematis & dicitis: quod emolumẽtum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & ambulauimus triſtes coram domino, & illorum electionem & beatitudinem & ueſtram miſeriam cognoſcetis, et uerſi in pœnitentiam uidebitis, quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem deo & non ſeruientem ei.

Caput. IIII

ECce enim dies ueniet ſuccẽſa, quaſi caminus: & erunt &c.] Quia laborare me fecerunt impij in ſermonibus ſuis, & dixerunt: Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu domini, & tales ei placent, & uanus eſt qui ſeruit deo, & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & ambulauimus triſtes coram domino exercituum. Et aduerſum eorum uerba temeraria, locuti ſunt timentes deum & unuſquiſque cum ſuo proximo contulerunt ea quæ ad dei timorem pertinent: Attendit dominus & audiuit: & ſcriptus eſt liber monumenti his qui timent dominum, & cogitant nomen eius, & cũ dies uenerit, habere ſe eos in peculium pollicetur, & parcere eis ſicut parcit homo filio ſuo ſeruienti ſibi: pleniuſq; inculcat & dicit: Ecce dies ueniet: id eſt, dies iudicij: quæ ſanctis lux erit, & peccatoribus tenebræ, & ipſa dies erit ſuccenſa quaſi caminus ſiue clibanus: ut omnes impij uertantur in ſtipulam, & camini crementum ardoribus. Cumque eos inflammauerit atque combuſſerit: non relinquet in eis ullam radicem & germen maliciæ. Hoc de impijs quid in die iudicij ſint paſſuri. Econtrario dicitur quid timentibus nomen

ECcẽ enim dies ueniet ſuccenſa, quaſi caminus: & comburet eos, & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem ſtipula, & inflammabit eos dies ueniens, dicit dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicem & germen. Et orietur uobis timentibus nomen meum ſol iuſticiæ, & ſanitas in pennis eius, & egrediemini & ſalietis ſicut uituli de armento. Et calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum ueſtrorum in die qua ego facio, dicit dominus exercituum.

B Mẽmentote legis Moyſi ſerui mei, quam mandaui ei in Horeb: ad omnem Iſrael præcepta & iudicia.

QVia ecce dies uenit ardens ſicut cliba, nus: & comburet eos, & erunt omnes alienigenæ & uniuerſi qui faciunt iniquitatem ſtipula: ſuccendet eos dies ueniens, dicit dominus omnipotens, & non relinquetur in eis radix neq; ramus. Et orietur uobis qui timetis nomen meum ſol iuſticiæ, & ſanitas in pennis eius, & egrediemini & ſalietis ſicut uituli de uinculis relaxati, & cõculcabitis iniquos, & erũt cinis ſubter pedes ueſtros in die qua ego facio, dicit dominus omnipotẽs.

Ecce uelociter. Abraham locutus eſt ad dominum, comparatione diuinæ maieſtatis cinerem eſſe ſe ſentiens: Ego ſum terra & cinis: & propterea uidebit ſolem iuſticiæ, & requieſcet inter medios eius cleros: atq; ipſo portãte ad cœleſtia ſubleuabit. Qui uero per ſuperbiam dixit: Ponam ſuper ſydera ſedem meam: ero ſimilis altiſſimo: deducetur ad terram: & erit quaſi cinis ſub ſãctorum pedibus, cum dies domini aduenerit iudicantis. b ¶ Mementote legis Moyſi ſerui mei &c. ] Iuſta meritorum in futuro erit retributio quando ſuperborum radicem & germen deuorans flamma conſumet & comburet, & timentibus dominum orietur ſol iuſticiæ & ſanitas in pennis eius. Igitur mementote legis Moyſi ſerui mei quam ei dedi in monte Horeb, qui eſt Sina, ad omnem Iſrael præcepta & iudicia. Dicente autem Apoſtolo: Scimus quia lex ſpiritualis eſt. Et beato Dauid: Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua: Et qa ſpiritualiter oẽs cœleſte mãna comedebãt: et uniuerſus populus Iſrael de eadem ſpirituali, & ſequẽte eos bibebãt petra: petra autẽ erat Chriſtus: qui credũt in Chriſto, ſpiritualiter debẽt legis præcepta ſeruare, quæ dedit in Horeb, quod interpretatũ ſiccitas: per quã omniũ uitiorum humor excoquitur, & adradios ſolis iuſticiæ, libidinis rheuma ſiccat. Locutus eſt autẽ dñs ad uniuerſũ Iſrael: qui ſenſu cernit deũ, et de qb. in euãgelio dicit: Beati mundo corde quoniam

Deut.32.b

Phil.1.c

D Rom.16.c

Gen.18.d

Eſa.14.d

Rom.7.c
Pſal.118.c

1.Cor.10.d

Mat.5.d

A quoniam ipsi deum uidebunt. a ¶Ecce ego &c.] Post Moysen cuius mandata spiritualiter docuimus esse seruanda, Heliam dicit ecce mittendum: In Moyse legem, in Helia prophetiam significans: dicente Abraham ad quendam diuitem purpura-
Luc.16.g tum: Habent Moysen & prophetas, illos audiant. Et dominus atq; saluator transfiguratus in monte: loquentes
Mar.9.a secũ habebat Moysem & Heliam in candidis uestibus: qui & dicebant ei quæ passurus esset in Hierusalem. Lex enim & omnis prophetarum chorus Christi p̃dicat passionem. Igitur antequam ueniat dies iudicij, & percutiat dominus terrã anathemate, siue omnino uel subito, ut Septuaginta transtulerunt: hoc enim significat ἄρδην, mit-
אֵלִיָּה תִּשְׁבִּי tet dominus in Helia: qui interpretatur deus meus, & est de oppido Thesbi, quod conuersionem & pœnitentiam sonat: omnem prophetarum chorũ: qui conuertat cor patrum ad filios, Abraham uidelicet & Isaac & Iacob, & omnium patriarcharum,
B ut credãt posteri eorum in dominum saluatorem:
Ioan.8.g. in quem & illi crediderunt: Abraham enim uidit diem domini & lętatus est: Siue cor patris ad filium: id est, cor dei ad omnem qui spiritum adoptionis acceperit. Et cor filiorum ad patres eorum, ut Iudæi & Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari C in Christum religione cõsentiant. Vnde dicitur ad apostolos, qui seminarium in toto orbe euangelij prodiderunt: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Si Psal.44.a enim Helias non cor patrũ ad filios ante conuerterit, & cor filiorum ad patres eorum, cũ uenerit dies magnus & horribilis: Magnus sanctis, horribilis peccatoribus: percutiet uerus et iustus iudex: nõ cœlum, nec eos qui uersantur in cœlo: sed terram anathemate, qui faciunt opera terrena. Iudæi & Iudaizantes hæretici ante ἠλειμμένου suum, Heliam putant esse uenturum, et restituturum omnia. Vnde & Christo in euangelio proponitur quæstio: Quid quod pharisæi dicunt quod Helias Mar.9.b uenturus est? Quibus ille respõdit: Helias quidem ueniet, & si creditis iam uenit: in Helia Ioannem intelligens.

HEB. Eccè ego mittam uobis Heliam prophetã antequàm ueniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios: & cor filiorum ad patres eorum: ne forte ueniant, & percutiam terram anathemate.

SEPTVAGINTA. Ecce ego mittam uobis Heliam Thesbiten: antequàm ueniat dies domini magna & illustris: qui conuertet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum suum: ne forte ueniens percutiam terram penitus.

FINIS.

DIVI HIERONYMI PRESbyteri commentariorum in duodecim prophetas minores finis. D

INDEX CHARTARVM

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz AA BB CC DD EE FF GG Omnes terniones, præter GG qui est quaternio.

BASILEAE APVD HIERONYMVM FROBENIVM ET Nicolaum Episcopium, Anno M D XXXVII mense Augusto.


FRO
BEN